BIBLIOTECA
DE LA
Universidad de Salamanca.
Est. 10. Caj. 2 Núm. 12
UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

143

I
00143

b18624625

143

OVIDII METAMORPHOSEOS

**P. Ouidii Metamorpho
ſeos cum laudatis
interpraetationi
bus libri**

Hunc librum [illegible]

digo yo — Ramirez que hare
que comouenga versos el señor
Rodrigo Gara [illegible] que
sea la [illegible] de cas
sylla bas, y a ello obligo
mi persona y bienes fecha
en madrid a quatro de
Abril [illegible]

[illegible]

[illegible]

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Ad illuſtriſſimum Mantuæ principem Franciſcum Gonzagam Raphaelis Regii enarrationum in Ouidii metamorphoſin præfatio.

Ogitanti mihi Iocūdiſſime Princeps:cui potiſſimū meas in Ouidii meta-
morphoſin enarratiōes dicarē:tu in primis occurriſti:qui hoc quātulocūq;
munere dignus eſſe uidereris. Tantus eſt.n.cū aliaꝝ uirtutum:tum ſingu-
laris ac ꝓpe diuinæ liberalitatis tuæ ſplēdor: ut ab omnibus celebrari im-
mortalitatiq; conſecrari merearis. Excellenti nāq; uirtuti ex philoſophoꝝ oīum ſentē-
tia:laus:honor:& gloria debetur. Tu uero nihil pulchrius honorificētiuſq; eſſe exiſti-
mas q̄ diuitias & opes:q̄bus indies magis magiſq; abūdas:ad magnificentiā benignita
tēq; cōferre. Hinc.n.(& merito quidē fit):ut nō ſolum ſtrenuiſſimi quiq; milites ad te
certatim confugiāt:ſed cū alii Italiæ Principes te colant & admirent̄: tum grauiſſimus
ſapientiſſimuſq; Venetorum Senatus te ſibi quocūq; officii genere deuinciat:indieſq;
habeat cariorem. Ex tāta nāq; liberalitate facile cognoſcit eam tibi ingenitā eſſe animi
magnitudinē : ut & alta expetas:& præclara ſis geſturus:& uiam ad īmortalem gloriā
affectes. Omnes ſiquidē īpatoriæ uirtutes in te ſic refulgent:ut Scipioni illi maiori:q
quattuor & uiginti āños natus īpator aduerſus Pœnos in Hiſpaniā a ſenatu populo
q; Romano fuit miſſus:merito ſis æquiparādus. Vt.n.corporis excellentē formā ue-
req; īpio dignā:& raꝝ in Principe robur omittamus:quis tuū in aſſiduis exercitatio-
nibus laborē:in p̄iculis fortitudinē:in ꝓuidendo cōſilium:in agēdo induſtriā:in cōfici
endo celeritatē:nō magnopere admiret̄? Tu nulla pluuia:nullis niuibus:nullo æſtu ab
antelucanis uenatiōibus deterreris. Tu ſūma oībus in rebus tēpantia:fide:iuſtitia eē:
una oīum uoce prædicaris. Tu ſingulari facilitate ſic animos & ciuium & militū ad te
amādum allicis:ut nō pr̄iceps:ſed par infimis eſſe uidearis. Tu deniq; artis militaris ſci
entiā ita p̄caluiſti:ut præclaris īpatoribus cū ab aliis oībus:tum a Ioāne Frāciſco Pa
ſchalico ſapientiſſimo eloquētiſſimoq; ſenatore aſcribendus eſſe cenſearis. Tametſi au
tem ꝓbe ſcio te maioribus diſtringi negociis:q̄ ut huic operi legēdo uacare poſſis:tū ſi
quid ocii tibi unq̄ ſuperit:cōplura in illo inuenies ſic enarratiōibus noſtris illuſtrata:ut
facile p̄cipi poſſint:quæ tuū aīum maximop̄e delectabunt. Nihil eſt.n.quod ad rei mi-
litaris peritiā gloriāq; p̄tineat:cuius illuſtria exempla in Ouidii metamorphoſi nō habe
antur. Nam clariſſima quæq; nō bella modo:uerū ēt prælia:ut ſtratogemata:ut ducum
colloquia prætermittā:illo uerboꝝ lepore:illa elegātia deſcribūtur:ut pleriſq; tibi inter
legendū intereſſe uidearis. Iam ciuiliter uiuendi rōnes unde facilius ſumamus:auctorē
inuenies neminē. Ex iis.n.ſtatim in operis initio de mūdi origine: Gigantum aduerſus
deos temeritate:aliorūq; impietate narrant̄:aperte colligimus deum mundi ipſius opi
ficem fabricatoremq; fuiſſe:ac eo imprimis colendū atq; uenerandum:Eoꝝ uero q deo
aduerſantur omnia opera inania eſſe ac uana:Cōtraq; eos q pie iuſteq; uiuant:ſic ubiq;
tutos eſſe:ut dei ipſius auxilio nunq̄ deſtituat̄. Quid nāq; Lycaonis in lupum tranſ-
mutatio nobis aliud oſtendat:q̄ teterrimis latronibus grauiſſima quæq; a deo ſupplicia
eē præparata? Quid? Deucalionis & Pyrrhæ liberatio ab illo diluuio:quo totus terra-
rum orbis fertur inundatus? nōne ſummam in pios iuſticiæq; ac religionis cultores:ꝑ
ſe fert dei benignitatem? Quid Daphnes in laurum ſemper uirentem tranſſiguratione
aliud nobis ſignificari putandū eſt:q̄ Virginibus pudoris ſui ſollicitam gerentibus cu
ram immortalem gloriam eſſe præparatam? Quid? Phaëthontis caſus:nōne filios om
nes admonet unq̄ parentum conſilia præceptaq; contemnant? Reliqua uero nō minus

lepide quā utiliter de uirtutum uitiorumq; exemplis deſcripta:nonne contentioſis phi
loſophorum diſputationibus humanæ uitæ cōmodiora ſunt iudicanda? Iam præclara
Heroum geſta cōcine elegāterq; in hoc pulcherrimo opere enarrata:Nōne iis principi
bus qui de humano genere bene mereātur:immortalē gloriā propoſitā eſſe teſtantur?
Quis porro uir magnanimus ad magna gerēda nō excitetur? qui legat cum alios He-
roas(qui plures ſunt quidem)q̄ ut obiter poſſint numerari:tum Herculem illum non
modo eminētiſſimi cuiuſq; poetæ carminibus celebratum:ſed in deorum quoq; nume
rum publico oīum conſenſu fuiſſe trāſlatum? Quis artem militarem ad cuius gloriā
te natum eſſe in dies magis magiſq; reipſa declaras:nō amplectitur? qui priſcoꝝ impe-
ratoꝝ uirtutem & triumphos ab Ouidio lepidiſſime decantatos recognoſcat? Sed q̄d
de Metamorphoſi multa? Exemplar mihi ut ſemel dicam totius humanæ & ciuilis ui
tæ eē uidetur. Adeo plane.adeo copioſe quæcūq; nō eruditum modo:uerū dicēdi quo
q; & agēdi peritum efficere poſſunt:a facūdiſſimo poeta explicātur. Nec iniuria Græci
(quāuis ſe oībus aliis natiōibus diſciplinas tradidiſſe:ac nullius ipſi auxilio prorſus ī-
digere uideri uelint)hoc tamē opus propter maximā rerū cognitu pulcherrimarū co-
piam e noſtra lingua in ſuā omni ſtudio interpretādum uertēdūq; curarūt:ut perq̄ mi
rādum ſit:hactenus in tāta ſcriptoꝝ turba citra ullā accuratam expoſitiōem apud no-
ſtros ita iacuiſſe:ut a paucis admodū perlegeretur:cū præſertim & uariā pleriſq; in lo-
cis expoſcat eruditiōem:& in primis adoleſcētibus laudataꝝ artium ſtudio deſtinatis:
ſit prælegēdum. Nō ſolū.n.ueteres hiſtoriæ:quæ propter antiquitatē fabulaꝝ loco ha-
bētur:ex uetuſtiſſimis auctoribus collectæ elegāter ab Ouidio deſcribūtur: ſed ita &
geographiæ & aſtrologiæ & muſicæ & artis oratoriæ: & moralis naturaliſq; philoſo-
phiæ ratio exprimitur:ut cui Ouidii Metamorphoſis bene percepta ſit:facillimum ad
oēs diſciplinas aditū habiturus:neq; difficultatis quicq̄ in ullo fere poeticoꝝ opeꝝ in-
uēturus eſſe uideatur. Quicquid.n.præclari Muſæus:Orpheus:Linus:Home. Tyrtæ
us:Heſiodus:Panyſis:Antimachus:Aratus:Piſandros:Nicāder.Euphorion:Theocri-
tus:Apollonius qui argonautica ſcripſit.Callimachus. Philetas: Mimnermus Pinda-
rus.Steſichorus:Alcæus:Simonides:Ibycus:Bacchylides:Anacreō:Alcman:Sappho
Corynna:Archilocus:Ananias:Hipponax:Ariō:Theſpis:Phrynichus:Aeſchylus:So
phocles:Eurypides:Ion:Acheus:Cratinus:Eupolis:Phærecrates:Ariſtophanes: Me-
nāder:Philemō:Philiſtiō:Herodotus:Diodo.aliiq; priſci & poetæ & hiſtorici litterarū
monumētis cōmēdarunt:id omne Ouidius in ſuā Metamorphoſin trāſtuliſſe uidet̄.
Quare & moribus adoleſcentū & ſtudiis rectius cōſuluiſſent:qui uerboſas nuper in
opera quædā laſciuiora q̄ ut pueris ſint exponēda perceptuq; facillima cōmentatiōes
certatim emiſerūt:ſi Metamorphoſin ſuſcepiſſem enarrādam:cum præſertim uel Ele-
giæ in quibus amores deſcribūtur:nedū poemata in quibus turpia dictu affectātur: ex
Quintiliani ſnīa minime ſint pueris prælegēdæ:ne tenellæ adhuc mētes illo inquinē-
tur affectu:qui diſciplinaꝝ ſtudiis maximis hoſtis a ſapiētiſſimo quoq; philoſopho eē
iudicatur. Ac ne quis temere ab iſta oīum fere ætatis noſtræ grāmaticoꝝ perſuaſiōe diſ
ſentire miretur:libet Quintiliani ipſius de iis quæ pueris ſunt prælegenda ad uerbum
deſcribere præceptum. Cætera inquit admonitiōe magna egēt. In primis ut tenere men
tes tracturæq; altius quicquid rudibus & oīum ignaris inſederit:nō modo quæ diſerta
ſed uel magis quæ honeſta ſūt:diſcant:Ideoq; optime inſtitutum ē:ut ab Homero atq;
Vergilio lectio īciperet:quāq̄ ad ītelligendas eoꝝ uirtutes firmiori iudicio opus eſſet.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sed huic rei ſupereſt tempus. Nec enim ſemel legentur. Interim & ſublimitate heroici
carminis animus aſſurgat:& ex magnitudine rerum ſpiritum ducat:& optimis imbua-
tur. Vtiles Tragœdiæ:alunt & Lyrici:ſi tamen in his non auctores modo:ſed etiam ꝑ-
tes operis elegeris. Nam & græci licenter multa & Horatium in quibuſdam nolim in-
terpætari. Elegia uero utiq; quæ amat & hendecaſyllaba & quibus ſunt cōmata ſota-
deorum (nam de ſotadeis ne admonendum quidem eſt) amoueantur ſi fieri poteſt: ſin
minus:ad firmius ætatis robur reſeruentur. Hæc Q uintilianus:ex quibus facile colli-
gitur eos adoleſcentum & ſtudiis & moribus plurimum obeſſe:qui ea quæ nec pueris
ſunt prælegenda:nec ulla indigent enarratione:ita exponunt:ut infantibus cibos nutri
cum more mandere uelle uideantur:perinde atq; ſi pueris diſcentibus: & non pueros
docentibus iſtiuſmodi cōmenta ſcriberētur. Q uod ſi ulla librorum penuria laborare-
tur:ſtudioſis iuuenibus uelle conſulere uideri poſſent. Nunc in tanta fertilitate: quid
opus eſt illa in auctorū marginibus iculcare? quæ unuſquiſq; uel ultra primas litteras
ꝓgreſſus de uno libro in alium facile tranſcribere poſſit? Huc accedit:quod iſta ambi
tiōe plurima cōgerendi fere officii ſui cōmentatores iſti:ut ego quoq; hoc uerbo utar:
obliuiſcuntur:ut pleraq; obſcuriora auctorū ſenſa:id quod in primis aliquid exponere
uolēti eſt neceſſariū:nequaq̄ enodentur:& quod turpiſſimū eſt loca deprauata nō ſo-
lū nō corrigātur:ſed ut ſunt corrupta & legātur & exponātur:cum grāmatici uel pri-
mum ſit opus emendate legere:& quæ difficiliora uideātur:ita exponere:ut facile per
cipi poſſint. Nūc iſti ſuis ineptiis omnia cōfundētes:dum cōmenta ſua nihil nō uulga
re omnibuſq; litteratoribus tritum ac penitus ſuperuacuū cōtinentia accuratis præſtā
tum grāmaticorū enarrationibus inſerantur:ac potius anteferantur:totiq; librorū mar
gines inanibus nugis impleantur:pulchre ſibi expoſitoris officio functi eſſe uidentur:
cum & quæ alias perſpicua ſunt:uerborū multitudine obſcurentur:& quæ difficulta-
tis aliquid præ ſe ferunt:aut peruerſe exponātur:aut ſilētio inuoluātur. Q uod ſi quid il-
lorum operū:quæ nōdum a quoq; fuerūt enarrata:iſti (noībus parco uiuentium) ſuſci
perent exponēdum:neq; ſua laude fraudādi forēt:& quantum iudicio doctrinaq; uale
ant:facile poſſent oſtētare. Nunc uero in tanta librorum copia iis dūtaxat:quæ ab aliis
recte elegāterq; illuſtrata fuerunt:uulgaria quædam adiicientes:quid aliud aſſequūtur
q̄ quod ſe nō imperitos modo:ſed uanos quoq; ac futiles aperte profitentur? & dum
Quintilianus
imperitis eruditi uideri uolunt:(ut Q uintiliani uerbis utar:) imperiti doctis uidentur.
Ego uero ab iſtorum ambitione longe alienus pauca admodum quæ neceſſaria uide-
bātur:in Metamorphoſeos expoſitionem deduxi:in primiſq; illud curaui:ut complura
loca:quæ falſorum correctorum temeritate fuerant deprauata:corrigerentur:& quæ i-
eptiarum cuiuſdam peſſime de tam egregio opere meriti interpoſitiōe inſulſiſſime fue-
rant ſeparata:cōnecterentur:itaq; omnia diſponerentur:ut reddita ſibi eſſe Metamor-
phoſis ipſa uideatur. Neq; diutius in uariis ſcriptorum opinionibus recēſendis:ſum i-
moratus:ubi præſertim poetam ſic uni addictum eſſe animaduerti:ut ne ad alias quidē
alludat. Si naq; omnia quæcūq; de Ioue:Baccho:Hercule:Theſeo aliiſq; & diis & He
roibus antiquis ſcribuntur:perſequi libuiſſet:finis operi inuentus nō fuiſſet. Neq; infi
cias eo:nonnulla ab Ouidio attingi:quæ mihi ignota eſſe nihil pudet inter exponendū
fuiſſe profeſſum:cum priſcarum fabularum aliquid ignorare inter uirtutes grāmatici
a Fabio habeatur:& ex iis ſcriptoribus perpauci admodum extēt:quos Ouidius ſecta
tus eſſe uidetur:ut mihi uenia facile danda ſit:ſi quædam inenarrata reliqui. Vt enim

nihil aliud ſtudiis profuerim:illud certe effeci:ut multi quæ a me fuerunt prætermiſſa
omni ſtudio ſint inquiſituri:& cōmentationes ſuas quæ decem iam annos uel epiſtoliſ
iactatatæ expectantur:tandem meis enarrationibus perlectis ſint edituri. Q uod enim
hactenus nemo in Ouidii Metamorphoſin quicquā expoſitionis emiſit:ignotæ quæ-
dam fabulæ in cauſa fuiſſe uidentur:quas quidem ut pulchrum eſſet nō ignorare: ſic
propter illas tam egregium opus adoleſcentibus eloquentiæ ſtudio deſtinatis:nō præ-
legere indignum eſſe uidebatur. Q uamobrem tantum abeſt:ut me huiuſce lucubra-
tionis pœniteat: ut uel maxime læter una cum Ouidii Metamorphoſi: in qua Ho-
meri illius Mantuani opiniones ubiq; approbantur:Franciſci Gonzagæ Mantuani pri
cipis magnanimi liberaliſſimiq; nomen per totam Europam:ubicūq; Romana uiget li
gua:ab optimiſ quibuſq; igeniis celebratum iri. Sed ne modū excedat epiſtola:iam poe
tæ uitam & quæ quoq; libro metamorphoſeis contineantur exponamus: quo facilius
quæ quis cognoſcere cupiet:citra longæ inquiſitionis laborem inueniātur. Vale cariſſi
mū ſæculi noſtri liberalitatis exemplum. Venetiis Nonis Setēbribus. M.cccclxxxxiii.

Publius Ouidius Naſo Sulmoni quæ urbs eſt in pelignis:ut ipſe quoq; ſcribit: ex
equeſtri Naſonū familia Mineruæ Q uinquatris natus eſt. xiiii. Kalendas Apriles Hir
tio & Panſa conſulibus:qui bello Atoniano apud Mutinā in pugna ceciderūt:Cū fra
tre:natu maiore:clariſſimis & grammaticis & rhætoribus Romæ operā dedit:ac ut pa-
tri magis obtemperaret:q̄ quod illo ſtudio delectaretur:legibus quidem incumbere cœ
pit. Sed cum pater uita functus eſſet:ad humaniores muſas rediit:celeberrimoſq; illo-
rum temporum poetas ſibi conciliauit Aemylium:Macrum Veronēſem: qui de her-
bis diligentiſſime ſcripſit:Ponticum qui Thebaida compoſuit:Propertium elegiacum
Bacchum Iamborum ſcriptorem:& Horatium Flaccum. Vxores tris duxit:quaꝝ duas
repudiauit:cum tertia cōiūctiſſime uixit:ex qua duas etiam filias ſuſcepit: Cū uero ad
exilij Ouidiani causa
Iuliam Auguſti filiam ſub Corinnæ noīe laſciuas de amoribus elegias ſcripſiſſe depræ
henſus foret:in exiliū annos quinquaginta natus ab Auguſto ipſo fuit miſſus in Pon
toq; relegatus: Vbi cū nouem ānos triſtiſſime exegiſſet:uita fūctus Tomis: (ut Euſe-
bius in Chronicis ſcribit) fuit ſepultus. Tametſi aūt & ipſe alia quædā iactat tegēdi cri
nis gratia:& pleriq; aliter putāt:illam tamē quam dixi fuiſſe exilii cauſam ex his
Sidonii poetæ lepidiſſimis uerſibus aperte demonſtratur.

Et te carmina per libinoſa
Notum Naſo tener Tomoſq; miſſum
Q uondam Cæſareæ nimis puellæ
Falſo nomine ſubditum Corynnæ.

Multa nobis fœcūditas ingenii ſui monumenta reliquit partim in exilio: partim Ro-
mæ conſcripta. Nam in exilio & de Triſtibus:& de Ponto:& in Ibim:& de morte Dru
Ouidij opera
ſi ad Liuiam cūſolationem:& duodecim in Faſtorū libros:quorū ſex tātū extant: (q̄q̄
nuper omnes inuēti ferātur):& Germanici triumphū compoſuit. De piſcibus opuſcu
lū inchoatū reliquit. Ante uero q̄ exularet:iā Artē amādi emiſerat. Amoris remediū: ſu
os amores ad Corynnam. Amatorias Heroidū epiſtolas. Medeā tragœdiā:quæ ut ſcri-
bit Fabius Q uintilianus:oſtendere uidetur:quātum uir ille præſtare potuerit:ſi inge-
nio ſuo temperare q̄ indulgere maluiſſet. Metamorphoſin:quā ſubita relegatiōe ꝑtur-
batus emēdare nō potuit:id quod ipſe his carminibus perſpicue teſtatum reliquit.

Orba parente ſuo quicunq; uolamina tangis:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

His ſaltem ueſtra detur in urbe locus.
Quoq; magis faueas:non ſunt hæc edita ab illo:
Sed quaſi de domini funere rapta ſui.
Quicquid:in his igitur uitii rude carmen habebit:
Emendâturus:ſi licuiſſet:eram.

Metamorphoſis quid

Metamorphoſeis autem:ut aliquid de operis quoq; inſcriptio͞ne dicamus:transſformatio:trāſfiguratioq; interpr ætari poteſt.(Quāuis enim & alia cognitu p̄ q̄ iucunda hoc in opere narrentur):illo tam͞en omnia tēdunt ut quæcū͞q; metamorphoſeis explicātur: concinne apteq; copulentur.Carmine autem Heroico Metamorphoſin eſſe conſcriptam:ac in quindecim uolumina diſtinctam cum notius ſit:q̄ ut ulla indigeat admonitione:quid quoq; libro contineatur:ſubiiciemus:ſi prius illud teſtati fuerimus: Ouidium in Heroicis:id quod notat Quintilianus iccirco laſciuiorem fuiſſe:q̄ ut illius carminis grauitati conueniat:quod uarios amores:quibus pleræq; metamorphoſeon fuerunt factæ:illum ſic deſcribere oportuit:ut quāta ſit uis illius affectus aperte o͞nderet.

Ouidius Poeta egregius

## Index eorum͞ quæ quoq; in libro Metamorphoſeos Ouidii continentur.


Primi libri metamorphoſeis.
Chaos in quattuor elementa.
Cœlum & terrá quinq; diſtingui Zonis
Quattuor uentorum regiones.
Hominis origo
Quattuor ætatum deſcriptio.
Gigātū ſanguis in hoíes crudeles.
Lycaon in lupum
Lactei circuli deſcriptio.
Iouis oratio.
Diluuii deſcriptio.
Lapides in homines.
Terra in uarias aíalium figuras.
Pythonis ſerpentis cædes.
Pythia ludi
Cupidinis ſagittarum deſcriptio.
Daphne in laurum
Tempe deſcriptio.
Io in uaccam
Argi;oculi in caudam pauónis.
Syrinx nympha in calamum.
Io uacca in humanam formam.
Phaethontis Epaphiq; contentio.
Secūdi libri metamorphoſeis
Regiæ Solis deſcriptio.
Quattuor anni partes.
Solis currus deſcriptio.
Equorum Solis nomina.
Terræ incendium:
Telluris quærelæ.
Phaethontis caſus.
Heliades in populos.
Cygnus rex Lygurum in olorem.
Caliſto Lycaonis filia in urſam:
Atcas cū Caliſto matre in ſidera.
Coruus ex candido niger.
Coronis in cornicem.
Erichthonius ſine matre natus
Nyctimene in noctuam.
Ocyroe Chironis filia in equam.
Apollo in paſtorem.
Battus in lapidem indicem.
A glauros Cæcropis filia in ſaxum
Inuidiæ domus deſcriptio:
Inuidiæ effictio.
Iuppiter in taurum.
Europa in Cretam auecta.
Tertii libri metamorphoſeis.
Draconis dentes in uiros armatos
Cadmus Bœotiæ conditor.
Acteon in ceruum.
Bacchus ex Semele Cadmi filia.
Iuno in anum.
Bacchi educatio.
Tyreſias in fœminam.
Tyreſias in marem.
Narciſſus in florem.
Echo in uocem
Tyrrheni nautæ in Delphinos.
Bacchus in puerum.
Penthei diſcerptio.
Quarti libri metamorphoſeis.
Bacchi nomina.
Dercetis Babylonia in piſcem.
Semiramis in columbam.
Nais in piſcem.
Mora ex albis nigra Pyrrāi & Thiſbes ſanguine effecta.
Veneris cum Marte adulterium.
Leucothoe in thuris arborem
Clytie in Heliotropium herbam.
Daphnis Idæus in ſaxum
Scython in fœminam.
Celmus puer in adamantem.
Crocos cum Smilace in flores
Salmacidis fontis natura.
Hermaphroditus cum Salmacide nympha copulatus.
Mineides in Veſpertiliones.
Ino Athamantis uxor in deam.
Viæ ad inferos deſcriptio.
Iuno ad inferos
Melicerta in deum marinum.
Comites Inus in ſaxa & aues
Cadmus cum uxore in anguem.
Iuppiter in aurum.
Perſei geſta.
Guttæ ſanguinis Meduſæ capitis in ſerpentes.
Atlas in montem
Andromeda Cœto expoſita.
Virgulta in coralia.
Andromedæ Perſeiq; nuptiæ.
Pegaſus equus alatus e ſanguine Meduſæ.
Meduſæ capilli in ſerpentes
Quinti libri Metamorphoſeis.
Cæpheni Perſeum oppugnātes in ſaxa:
Cæphenum tumultus deſcriptio.
Phineus Cæphei frater in ſtatuam
Prœtus in lapidem.
Polydectes in ſaxum.
Hippocrenes fontis deſcriptio:
Pyrenei ſacrilegium.
Muſæ in aues.
Pierides in picas.
Gingantomachiæ deſcriptio.
Iuppi er in arietem.
Apollo in coruum:
Bacchus in caprum.
Diana in felem.
Iuno in uaccam
Venus in piſcem.
Mercurius in Ibim
Cereris laudes.
Proſerpinæ raptus
Perguſæ lacus deſcriptio.
Cyanæ nympha in ſtagnum
Puer temerarius in ſtellionem.
Arethuſa nympha in fontem.
Aſcalaphus in bubonem.
Sirenes in aues.
Lyncus rex Scytaꝝ in Lynca feram
Sexti libri Metamorphoſeis.
Arachne in araneam.
Arachnes cum Pallade certamen.
Pallas in uetulam.
Telaꝝ palladis Arachneſq; deſcriptio.
Hemus & Rhodope in montes
Pygmæa in gruem:
Antigone in Ciconiam.
Cynare filiæ in ſaxa.
Iuppiter in taurum.
Iuppiter in aquilam.
Iuppiter in cygnum
Iuppiter in Satyrum.
Iuppiter in Amphitryonem.
Iuppiter in aurum.
Iuppiter in ignem.
Iuppiter in paſtorem.
Neptunus in iuuencum:
Neptunus in Enipheum fluuium
Neptunus in arietem.
Neptunus in equum.
Neptūnus in Delphinem:
Apollo in paſtorem.
Apollo in accipitrem
Apollo in leonem
Bacchus in uuam
Saturnus in equum
Niobe in marmor.
Niobes filiorum mors
Amphionis exitus
Licii ruſtici in ranas
Marſias in fluuium
Eburneus Pelopis humerus
Tereus in upupam
Progne in hirundinem
Philomela in luſciniam
Orithyæ raptus
Zetes & Calais alati
Septimi libri Metamorphoſeis.
Draconis dentes in hoíes armatos
Iaſonis in Colchos expeditio.
Medeæ amores
Tauri ignem efflantes.
Peruigilis Draconis ſopor.
Aeſon ex ſene iuuenis
Aridus oliuæ ramus in uiridem.
Guttæ aquæ in flores.
Nutrices Bacchi ex uetulis iuuenes
Aries ſænio confectus in agnum.
Peliæ cædes
Cerambus in auem.
Draco in ſaxum
Iuuencus in ceruum.
Coæ mulieres cornutæ.
Telchines uiſu oía mutantes.
Hyrics filius in cygnum.
Hyrie in lacum
Iambe in auem.
Fungi in homines.
Phineus in auem.
Periphas in auem.
Polyphemonis filia in auem.
Medea ad Aegeum.
Cerberi ſpuma in aconitum
Theſei geſta.
Scironis latronis Oſſa in ſcopulos.
Minois bellum in Athenienſes.
Sithonis in monedulam.
Aegina inſula quæ œnoa.
Aeaci filii.
Formicæ in homines.
Peſtis deſcriptio.
Cephalus Procris maritus in aliam figuram
Fera & canis in ſaxa
Procris mors
Libri octaui Metamorphoſeis
Niſus in Halyetum auem
Scylla in Cirin auem:
Muri uocales.
Labyrinthi Cretenſis deſcriptio.
Ariadnæ corona in ſydus.
Dædali uolatus.
Talus puer ſerræ circiniq; inuentor in perdicem
Dedalus ad Cocalum:
Apri Calydonii deſcriptio.
Atalantæ forma.
Altheæ fratres a Meleagro cæſi.
Stipes in quo Meleagri;uita.
Meleagri mors.
Meleagri ſorores in aues Meleagridas.
Naiades in Echinadas inſulas.
Perimele nympha in inſulam.
Oppidum in ſtagnum.
Iuppiter & Mercurius in homines.
Caſa in templum.
Philemon cum Baucide uxore in arbores
Proteus in uarias formas.
Meſtre Eryſchthonis filia in uarias figuras.
Eryſichthonis impietas.
Famis patria
Famis deſcriptio.
Fœdus Eryſichthonis exitus
Achelous in uarias figuras.
Noni libri Metamorphoſeis
Acheloi Herculiſq; lucta.
Achelous in anguem
Achelous in taurum:
Copiæ cornu
Neſſi centauri cædes.
Tunica a Deianira ad Herculem miſſa.
Herculis labores.
Lichas in ſcopulum.
Hercules in deum:
Galātis in muſtelam.
Dryope in arborem
Iolaus ſenex in iuuenem.
Callirhoes pueri in iuuenes.
Deos quoq; fatis obnoxios eſſe.
Miletus Mileti urbis conditor
Caunus Byblidos frater Cauni urbis conditor
Iphis puella in marem.
Decimi libri Metamorphoſeis.
Orphei Euridiceſq; nuptiæ
Orphei ad inferos deſcenſus
Atys in pinum
Cypariſſus in cupreſſum.
Orphei carmen.
Iuppiter in aquilam
Hyacinthus puer in florem.
Hyacinthia fœſta.
Propetides in ſaxa
Ceraſtæ in tauros.
Statua eburnea in uirginem
Myrrha Ciniræ filia in arborem.
Adonis in florem.
Hippomenes in leonem.
Atalanta in leænam.
Mynthæ nympha in mentam.
Vndecimi libri Metamorphoſeis.
Serpens in ſaxum.
Orphei cædes.
Bacchæ thraciæ in arbores.
Midæ ſtoliditas
Contacta a Mida in aurum
Harena Pactoli in aurum
Midæ aures in aſininas.
Cannæ uocales
Apollo cū Neptuno in homines.
Hæſiōe Laomedōtis filiæ liberatio.
Thetis in in uarias formas.
Ceyx in auem:
Dædalion in accipitrem.
Lupus in ſaxum.
Alcyone in auem.
Somni domus deſcriptio.
Dei ſomni effectio.
Morpheus in homines
Phobetor in animalia bruta.
Pantaſos in inanimata.
Morpheus in Ceycem.
Aeſacus in mergum:
Duodecimi libri Metamorphō.
Serpens in ſaxum.
Iphigenia Agamēnonis filia in ceruam.
Famæ domus deſcriptio:
Proteſilai cædes.
Cygnus puer in auem.
Cæneus in auem.
Cænis puella in marem.
Pirithoi & Hippodamiæ nuptiæ.
Lapythaꝝ Centauroruq; prælium.
Periclymenus Nelei filius in uarias figuras
Achillis mors
Tertiidecimi libri Metamorphō.


VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Aiax in Hyacinthum florem.
Armorum Achillis iudicium.
Aiacis oratio.
Artificioſiſſima Vlyſſis oratio.
Hecuba in canem.
Polydori cædes.
Polyxenæ imolatio.
Polymeſtoris Thraciæ regis excæcatio.
Memnonis cineres in aues.
Aeneæ in latium nauigatio.
Anii filiæ omnia ſuo tactu in frumentum. Vinum. oleumq; conuertentes in columbas.
Duo iuuenes ex rogi fauilla.
Iudex in ſaxum.
Siciliæ deſcriptio.
Scylla in monſtrum.
Acis in fluuium.
Polyphemi cantilena.
Glaucus in deum marinum.

Quartidecimi libri Metamor.

Scyllæ inguina in canes.
Cecropes in ſimias.
Sibylla in uocem.
Socii Vlyſſis in porcos.
Socii Vlyſſis in priſtiná formam.
Picus in auem.
Pici comites in feras.
Canens Pici uxor in loci nomen.
Diomedis ſocii in aues.
Apulus paſtor in oleaſtrum.
Aeneæ naues in nymphas.
Nauis in ſcopulum:
Ardea in auem.
Aeneas in deum Indigetem.
Albani reges.
Vertumnus in uarias figuras.
Vertumnus in uetulam.
Anaxarete puellam in ſaxum.
Vrbis Romæ conditores.
Aquæ frigidæ in calidas.
Romulus in deum.
Herſilia Romuli uxor in deam.

Quintidecimi libri Metamor.

Calculi albi in nigros.
Numa ad Pytagoram.
Pythagoræ dogmata.
Pythagoræ ſermo.
Pythagoræ metempſychoſis.
Pythagoras in euphorbum.
Omnium reg uiciſſitudinem eſſe.
Annus in quatuor partes.
Quatuor hominis ætates
Sperma hominis in hominem.
Ex quatuor elementis omnia fieri.
Oia in quatuor elementa reſolui.
Terra in mare:
Mare in terram.
Lyci fluminis natuta.
Eraſinus fluuius.
Caycus fluuius.
Amaſenus fluuius.
Anigrus fluuius.
Hypanis fluuius.
Inſulæ in continentem.
Ex continenti inſulæ.
Helice Buraq; urbs ſubmerſæ.
Ex planicie montes.
Mira aquarum natura.
Crathis & ſibaris fluuii.
Salmacidis fontis natura.
Aethiopiæ lacus.
Clitorii fluuii natura.
Lynceſtius fluuius.
Arcadiæ lacus.
Ortygia iſula ex mobili immobilis
Symplegades inſulæ olim iſtabiles.
Aetnæ montis incendium.
Homines in aues.
Scythicæ mulieres in aues.
Apes ex uitulis.
Crabrones ex equis.
Scorpius ex cancro.
Tineæ agreſtes in Papiliones.
Limus in ranas.
Informis caro in urſum.
Apes ſine pedipus.
Aues ex Oui medio.
Hominis ſpinæ medulla in anguē.
Phœnix ex ſeipſo.
Hyenam feram: modo marem: modo fœminam eſſe.
Mira Chamæleontis natura.
Lyncurium ex Lyncum urina.
Coralium ex molli durum.
Gentium uiciſſitudines:
Troiæ ruina.
Sparta.
Micenæ.
Athenæ.
Thebæ.
Romæ origo.
Hominem ex anima & corpore cōſtare.
Numæ regnum.
Hippolytus in Virbium.
Egeria Nume uxor in fontem
Cleba in puerum.
Haſta Romuli in arborem.
Cippo cornua.
Aeſculapius in anguem.
Aeſculapius Romam aductus
Iulius cæſar in cometen.
Auguſti laudes.
Metamorphoſeis cōmen datio.

Finis.



## Raphaelis Regii in primum metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

N noua fert animus. Conſueuerunt heroici poetæ in principiis ſtatim operum ſuorum proponere primum: quibus de rebus ſint in toto opere tractaturi: deinde inuocare: tertio loco narrare: Quanq̃ græci fere propoſitionem cum inuocatione coniungant. Eam cōſuetudinem Ouidius quoq; in huius operis initio ſeruat. Nā & breuiſſime ea de q̄bus eſt ſcripturus ꝓponit: & deos: ut ſibi adeſſe uelint: rogat: & narrationē ab ipſo mundi primordio orditur. In noua. Eſt inquit mihi animus deſcribendi mutationes corporum in nouas figuras. Hac autem propoſitione: quæ ſummam eorum continet: quæ in toto opere tractantur: & dociles: & attenti lectores efficiuntur. Fert animus: cupit. Nam ferre inter alia ſignificata: eſt ēt cupere. Mutatas formas: hoc ē corpora in nouas formas figuraſq; mutata. Eſt enim hypallage poetis frequentiſſima. Nam corpora in nouas formas rectius mutari dicuntur q̃ contra. Eleganter autem operis inſcriptionem expreſſit poeta. Nā metamorphoſis tranſformatio ac formæ mutatio interpretatur. Non ab re autem mihi uideor eſſe facturus: Si ineptis cuiuſdam Ioānis Calphurnii grammaticulorum arrogātiſſimi cauillationibus nup in has enarratiōes meas ſub noīe cuiuſdam ſtolidi pædagogi æditis obiter occurrere cœpero: idq; breui: quo & legentes dūtaxat admoneantur nos in apologia: & recriminatione noſtra quecunq; ab iſto obiecta fuere: uana falſaq; oſtenſuros: & ad ſuſceptā expoſitionem citius reuertamur. Inſulſus igitur iſte: qui ſe antea Calphurnium nunc calpulnium uocare cœpit: cū a patre decepto ridicule ſcalfornia fuerit nuncupatus: repræhendit: quod in prima harum commentationum editione: quā pleriſq; in locis corrumpendam ſua malignitate curauit: ubi in ſecunda contra legitur: econuerſo ſcriptum eſt: quod nuſquā neq; apud Ciceronem: neq; apud Quintilianum inueniri ait: q̄uis illo frequenter dialectici utantur. Atq; hæc quidem prime cauillationis eſt ſumma. Perinde atq; ſi nihil niſi quo Cicero Fabiuſq; uiſi ſunt: grammatice latineq; dici poſſit: Aut quiſq̃ dialecticus ex Ariſtotelis ſententia eſſe queat: niſi qui grammatice loquatur: aut ego in enarrandis poetarum operibus oratores & non grammaticos mihi propoſuerim imitandos. Duæ quidem hæ dictiones e atq; conuerſo: & latinæ ſunt: & nulla compoſitionis ratione copulari uetātur: cum ecōtrario etiam oratores nedum grammaticos poetarūq; enarratores: qui in infimo: & q̃ uulgatiſſimo orationis genere uerſantur paſſim uſos eſſe uideamus. Quod ſi in meo de laudibus eloquentiæ panegyrico aliaue oratione iſto locutionis genere uſus eſſem: merito fortaſſe repræhendi potuiſſem: quod uerba minus oratoria affectaſſem. In enarrationibus uero poetici operis hoc eſt in infimo genere orationis cū & grāmatic: & latinæ locutus ſim: q̃ recte me nebulo iſte repræhenderit doctorum ſit iudicium: ſed de iſtius ineptiis fœdiſſimiſq; erroribus reliqua in apologiam noſtrā differantur: ne ſæpius cœptam expoſitionem interrumpere cogamur. Dii cœptis. Deos inuocat qui earum mutationum auctores fuerūt: ut ſibi ita fauere uelint: ut quæ a principio mundi uſq; ad ſua tempora factæ ſunt mutationes: perpetuo carmine complecti poſſit. Nam uos mutaſtis & illas. Parentheſis eſt cauſam inuocationis continens. Cum enim dii huiuſmodi mutationum fuerint auctores: facile eas memoriæ ſcribentis ſuppeditare poſſunt. Eſt autem ordo. Nam & uos mutaſtis illas: ac ſi diceret: uos & nō alii fuiſtis auctores huiuſmodi tranſformationum. Eſt enim emphaſis qua plura innuūtur: q̃ exprimantur. Minime uero imperitorum quorūdam expoſitio eſt admittenda putantium deos in uarias figuras eſſe mutatos a poeta ſignificari. Eoq; ſic eſſe ordinandum. Nam uos mutaſtis uos & illas: quo quidem modo ſenſus ex eleganti inſulſus efficeretur. Periret enim illa emphaſis pulchra quæ per illam & copulam aperte demonſtratur. Sed huiuſmodi acuti ſenſus ab iſtis ſcalforniis ſtolidis ingenioq; carentibus nō percipiuntur. Cauſam enim aſſignat poeta: qua merito ſe deos inuocaſſe oſtendit cum ipſi: & non alii earum tranſmutationum: quas ꝓpoſuit ſe eſſe expoſiturum: fuerint auctores. Hac autem eleganti expoſitione omnes nō deorum ſolum: ſed aliarum quoq; rerum tranſmutatiōes compræhenduntur. Et. etiam. Aſpirate. Spiritum ac fauorem immittite. Eſt autem a uentis ſumpta tranſlatio: qui dum nauium uela implent: aſpirare ꝓprie dicuntur. Vergilius. Aſpirat primo fortūa labori. Primaq; ab origine mundi: a prima mundi creatione: & cōſtitutione. Sic autem a prima origine accipiendum eſt: non ꝙ ſecunda fuerit: ſed a prima originis parte: ut dicimus in prima platea: in prima parte plateæ. Nam a chao ſumit exordium: quod in quattuor ait fuiſſe tranſformatum elementa. Platonem uero ac ſtoicos ſequitur qui ſentiunt mundum initium habuiſſe: a deoq; genitum fuiſſe: quod Ariſtoteles negat. Mundus autem eſt: ut ait Poſſidonius in meteoris: qui conſtat ex cælo & terra: & terrenis: cæleſtibuſq; naturis: Siue qui conſtat ex diis & hominibus iiſq; rebus quæ horum gratia conditæ ſunt. Ab ornatu uero tam latini mundum q̃ græci κοσμον appellarunt: ut Plinius ait. Ad mea: uſq; ad mea tempora. Illa enim præpoſitio uſq; cum facile ſubintelligatur: eleganter in ſoluta quoq; oratione non ſolum in carmine ſolet prætermitti. Deducite: producite: protrahite. Proprie autem (ut inquit Fabius) deduci carmina dicuntur: cum ſcribuntur. Perpetuum: continuum: ſic ut nulla tranſmutatio prætermittatur: alteraq; alteri concine apteq; cōnectatur. Id quod facile a diis impetrauit poeta. Ita nāq; fabulam fabulæ annectit: ut una ex alia naſci uideatur: tametſi quidam non minus inſulſius q̃ temerarius quarūdam ineptiarum interpoſitione ea in

Ferre

## P. Ouidii Naſonis metamorphoſeos Liber. I.

IN noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora: dii cœptis (nam uos mutaſtis & illas)
Aſpirate meis: primaq; ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmē



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

multis exemplaribus ſeparare conatus ſit:quæ deorum benignitate tam eleganter fuerãtcopulata.Id uero flagitium quo totum opus inquinabatur:in primis curaui tollendum. Ante mare & terras.Hæc eſt narratio: quam a prima mundi origine poeta repetit:ut deſcribat primam omnium mutationem.Nam ex Hæſiodi ſententia:quem potiſſimum hoc loco ſequitur Ouidius:primum omnium fuiſſe chaos ait:hoc eſt quandam rerum omnium ſine ulla forma confuſionem:quæ materia prima a phyſicis uocatur:ex qua primum elementa quatuor ac totum mundum effectum eſſe ait:cum antea nihil foret diſtinctum : ſed omnia ita eſſent confuſa

Chaos in q̄ttuor elemēta

ut neq; terra ab aere:neq; aer ab aqs:neq; aquæ ab æthere ſeparatæ eſſent:primum itaq; deſcribit Ouidius Chaos ipſum:deinde narrat quemadmodum in quattuor elementa etherem : aerem:aquam:terram fuit commutatum:ſicq; diſcretum:ut æther ſummum locum propter leuitatē apprehēderit:proximum aer:aqua tertium: in infimum terra ꝑpter grauitatem detruſa fuerit: Et quod tegit omnia cælum . hoc eſt ante mundi conſtitutionem:Nam mundus:ut inq̄t Plinius:alio nomine cælum dicitur:omnia continens:extra quod nihil prorſus eſſe poteſt . Sed cælum proprie eſt extrema circũferentia in qua diuinum omne fixum ac locatum eſt . Cælum autem dictum eſt:ut Varro & Plinius ſcribunt: quod uariis ſyderibus ſit cælatum.De mũdi autem origine uariæ ſunt priſcorum opiniones . Sed Ouidius ut dixi : Hæſiodum ſeq̄tur:qui in Tgeogonia chaos deſcribit:ex eoq; omnia fluxiſſe aſſerit. Quam quidē opinionem ſecutus ē etiã Euripides Anaxagoræ phiſici diſcipulis ( ut

Cælum

Ante mare & terras & quod tegit omnia cælũ
Vnus erat toto naturæ uultus in orbe:
Q uem dixere chaos:rudis indigeſtaq; moles
Nec quicq̄ niſi pondus iners:congeſtaq; eodē
Non bene iunctarum diſcordia ſemina rerum
Nullus adhuc mundo præbebat lumina titan:
Nec noua creſcendo reparabat cornua phœbe.
Nec circunfuſo pendebat in aere tellus
Ponderibus librata ſuis:nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat amphitrite.
Q uaq; erat & tellus:illic & pontus & aer.
Sic erat inſtabilis tellus:innabilis unda.

ſcribit Diodorus)In Menalippo nãq; tragœdia Cælum & terram olim miſta fuiſſe ait.ex hiſq; ſeparatis ſingula eſſe generata:arbores:uolucres:feras ac mortalium omne genus. Vnus uultus:aſpectus unus nulla penitus uarietate diſtinctus. Quem dixere chaos.Si eſſet ſoluta oratio quod etiam eleganter diceretur:quale eſt illud Saluſtianum.Eſt locus in carcere quod Tullianum appellatur:Chaos autem απο τουχαίρειμ hoc eſt ab hiãdo uenit:Vt ſcribit ſex.Pompeius:qui ex ſententia Hæſiodi ait chaos eſſe confuſam quandam ab initio unitatē hiantem patentemq; in profundum ex eo quod græci χαίρειμ : nos hiare dicimus.Vnde Ianus detracta aſpiratione fuit nominatus:eo quod fuerit omnium primus:cui primo ſupplicabant ueluti parenti:a quo rerũ omnium factum putabant initium.Eſt autem fere indeclinabile Chaos.tametſi a nominatiuo græco chaus interdum fiat nominatiuus latinus:ut notat Priſcianus)Vnde Ouidius in.xiiii.libro ait.Et noctem noctiſq; deos herebōq; chaoq; conuocat A chao uero omnium rerum principio ichoare deriuari uidetur. Rudis indigeſtaq; moles.hoc eſt impolita indiſtinctaq; magnitudo & maſſa. Niſi pondus iners.pigrũ & immobile omniq; arte carens. Congeſtaq; eodem.hoc eſt ſemina & primordia rerum male coniunctarum inter ſe diſſidentia in eũdem locum conducta & congregata. Nullus adhuc mundo.Quale eſſet illud primum chaos:apertius iis declarat:quibus mundus poſtea fuit diſtinctus.Nam neq; ſol inquit ullus erat qui lumen funderet:neq; ulla luna quæ modo creſceret:modo decreſceret:nulla terra:nullum mare:nullus aer uidebatur.Sed omnia unum chaos erant. Nullus Titan:nullus ſol.Nullus Titan:qui & Titanus dicitur:frater fuit Saturni.Vnde ſol originē ducens Titan fuit appellatus:quemadmodum luna Titanis uocatur.Diodorus uero ſcribit Cælum ex pluribus uxoribus ſuſcepiſſe filios quinq; & quadraginta:horum decem & ſeptem ex Titea ortos proprio nomine ſingulis.Communi autem omnes a matre appellaſſe Titanas. Noua phœbe.Noua luna.Singulis enim quibuſq; menſibus luna renouari uidetur.Vt autem Phœbus pro ſole:ita phœbe pro luna ponitur. Reparabat:renouabat:inſtaurabat.Cornua uero lunæ aſcribuntur ex aſpectu.Illa nãq; habere uidetur primis diebus : quibus a coitu ſolis digreſſa conſpicitur:propter quod ab ægyptiis lunæ:quã iſidem uocant:bos ſacrificatur. Nec circũfuſo pendebat in aere tellus:hoc eſt:nec terra ſuis ac propriis pōderibus ſuſtentata in aere ſuſpenſa erat:quēadmodum nunc eſſe uidetur.Nam terra iccirco mundi centrum eſſe dicitur:quia in medio elementoꝝ omniũ eſt ſita.Sola autem elementorum immobilis permanſit. Ponderibus librata ſuis:hoc eſt ſua grauitate ſuſtentata ſic ut nulla ex parte ſurſum uerſus trudi poſſit:ſed in imo ſemper ſidat. Nec brachia longo.hoc eſt.nec ullus oceanus mediterranea maria effecerat:quæ oceani brachia eſſe uidentur. Porrexerat.Extenderat, Longo margine.longa extremitate terrarum.Nam Margo uniuſcuiuſq; rei dicitur extremitas.Eſt autem incerti generis nomen.Amphitrite.Sic eſt legendum:non amphitrites:ut quidam aſſerentes pro Neptuno poni.Nã amphitrite oceani fuiſſe filia dicitur:quæ cum perpetuam uouiſſet uirginitatem : Neptunum : qui ipſius maritus eſſe cupiebat:aſpernata ad Atlantem confugit.Miſſus autem delphin ei Neptuni nuptias perſuaſit. Claudianus & proſerpinæ raptu . Etiam Nereia glauco Neptunum gremio complectitur amphitrite . Ponitur autem pro oceano uniuerſam terram circumeunte . Vnde & απο Του αμφιτρίβειμ : hoc eſt a circumterendo: quod terram undiq; terat ac lancinet:nomen ſumpſiſſe uidetur . Neq; audiendi ſunt quidam inepti putantes απο Του αμφτίρειμ hoc eſt a circumterrendo: quod mare circum ſe nauigantes pereundi terrore inſequatur. Sic erat inſtabilis tellus.Mobilis.Significat autem nulli elementoꝝ in illo chao ꝑpriam fuiſſe naturam.



Nulli ſua forma manebat.hoc eſt.nullum elementorum propriam habebat figuram atq; naturam. Obſtabatq; aliis aliud.hoc eſt.inter ſe elementa pugnabant:quia contrariæ qualitates in eodem erãt ſubiecto : quod nunc fieri non poteſt:ut in eodem contraria ſimul exiſtant.Neq; enim idem ſimul calidum & frigidũ:aut molle & durum:aut graue & leue:eſſe poteſt. Hanc decus.Narrat quemadmodum chaos illud quod actenus deſcripſit:in quatuor elementa fuit tranſmutatum: atq; diſtinctum:ut æther omnium leuiſſimus ſupremum occupauerit locum.Proximus aeri ceſſerit.Aqua & terra propter grauitatem in imo reſederint.Deus autem ex ſtoicorum ſententia:ut eorum interpretatione utar qui Diogenem Laertium uerterunt : eſt animal immortale rōnale perfectum :-ſiue intellectuale beatum a malo omni remotiſſimum: prouidentia ſua mundum:& quæ ſunt in mundo diſponens omnia:non tamen ineſſe illi humanæ formæ lineamēta aiunt : Cæterum eſſe quidē opificem immenſi huius operis ſicuti & patrem omnium.Apuleius quoq; de deo uetus inquit opinio eſt:quæ in cogitatione omnium hominum penitus inſedit:deum originis nō habere auctorem:deũq; eſſe ſalutem:& perſeuerantiam earũ quas effecerit rerum.Neq; ulla res eſt tam preſtãtibus uiribus:quæ uiduata dei auxilio:ſui natura contenta ſit.Hanc opinionem uates ſecuti pfiteri auſi ſunt:omnia Iouis eſſe plena. Et melior natura.Meliorem naturam deum uocat : q mens & cauſa a Platone appellatur. Nam Plato quoq;(ut Diogenes Laertius ait)duo rerum p̄ncipia poſuit:Deum & materiam quã informem & infinitam eſſe ait:Eãq; in quatuor elementa : ignem:aerem:aquam:terram a deo ſiue mente fuiſſe conuerſam aſſerit.Hoc idem & Stoici ſenſerunt:qui unum eſſe deũ aiunt:ipſumq; ut Seneca ſcribit & naturam:& mentem : & fatum: & Iouem:multiſq; aliis nominibus appellatum : & informi materia primum quatuor elementa genuiſſe.Nihil autem aliud eſt natura(ut idem Seneca ait:q̄ deus & diuina quædam ratio toti mundo & partibus eius intenta.

Lucis egens aer:nulli ſua forma manebat.
Obſtabatq; aliis aliud:quia corpore in uno
Frigida pugnabant calidis:humentia ſiccis.
Mollia cũ duris:ſine pōdere habentia pondus
Hanc deus & melior litem natura diremit.
Nam cælo terras:& terris abſcidit undas:
Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab aere cælum.
Q uæ poſtq̄ euoluit:cæcoq; exemit aceruo:
Diſſociata locis:concordi pace ligauit.
Ignea conuexi uis & ſine pondere cæli
Emicuit:ſummaq; locum ſibi legit in arce.
Proximus eſt aer illi leuitate locoq;.
Denſior his tellus:elementaq; grandia traxit:
Et preſſa eſt grauitate ſui:circũfluus humor
Vltima poſſedit:ſolidumq; coercuit orbem .
Sic ubi diſpoſitam:quiſquis fuit ille deorum
Cōgeriem ſecuit:ſectamq; in membra redegit.

Diremit.diſſoluit.Proprie autē dirimi dicuntur lites & prælia:cum diſſoluuntur atq; tolluntur. Ab aere ſpiſſo.Craſſo in quo & nubes generantur & pluuiæ. Liquidum autem cælum pro æthere poſuit.Nam Aether & puriſſimus eſt:& ab omni pturbatione alienus. Liquidum:Purum:Clarum:liquidum ab omni corruptiōe remotum. Secreuit:ſeparauit: atq; diſtinxit. Quæ poſtq̄ euoluit.Poſteaq̄ inquit deus quatuor elemēta explicuit:ac ex illo aceruo:quod chaos dicunt:eduxit:q̄uis locis diſiũcta forent:quadam tamē concordia ea copulauit.Nam ut aiunt phyſici : elementa primis quatuor qualitatibus partim inter ſe conueniunt:partim a ſe inuicem diſſident:ignis enim cum ſit calidus & ſiccus:aeri quidem calliditate copulatur:ab eodem uero ſiccitate qua terræ ſimilis eſt ſeparatur. Aer cum humidus ſit & callidus:humiditate aquæ reſpondet:calliditate repugnat.Nam aqua humida ē & frigida.Et frigiditate quidem ſibi terram conciliat:humiditate uero eandem a ſe alienat Nam terra frigida eſt & ſicca.Ita hac pace tam concordi elemēta inter ſe uidentur fuiſſe copulata. Ignea uis(piphraſis eſt)ætheris atq; ignis:qui ſupremum propter leuitatem ſibi locum uendicauit. Summa arce:excelſa & alta . Nãq; arces in eminētioribus urbium locis ex ædificari ſolenr. Legit:elegit. Proximus eſt aer illi . Aer inquit & leuitate & loco proxime ad ignem æthereмq; accedit.Nam aer ſi terræ aquæue comparetur leuis eſt . Si ætheri grauis.

Denſior his tellus:hoc eſt:craſſior & grauior: Elementaq; grandia traxit.hoc eſt.partes magnas & grauiores ex illo aceruo ſecum traxit.Proprie autem illo uerbo traxit uſus eſt poeta.Nam ui quadam naturali omnia grauia & ponderoſa deorſum trahuntur.Elementa uero pro partibus poſuit.Nam elementum eſt:ex quo primo prodeunt q̄ fiunt:& in quod extremum reſoluuntur. Et preſſa eſt grauitate ſui.hoc eſt.ob ſuam grauitatem in infimum locum deſcendit.Omne enim graue natura deorſum tendit.Videtur autem quibuſdam Ouidius tertium ab igne locum terræ aſſignare:cum in ultimum detruſam fuiſſe propter grauitatem immobilitatemq; conſter.Sed Ouidius ſcite recteq; loquitur.Non enim infima loca ſed ultima terrarum ab aquis occupata fuiſſe ait:neq; uulgi opinionem hoc loco ſequitur:ut quidam aiunt:qui aquam ultimum elementum eē putant:quia totam inundari terram ab aqua non uident . Sed aqua iccirco ab inundatione totius terræ arcetur: ut terrenis animalibus in primiſq; homini loca non deſint.Quod ſi hoc non fuiſſet:aqua non minus q̄ aer undiq; totam terram complecteretur.Idq; innuit Ouidius cum inquit. Solidumq; coercuit orbem:hoc eſt continuit ſolidum & durum terræ orbem.Coercere enim eam non poſſet:niſi undiq; ipſam complecteretur.Mediã nãq; oīum elemētoꝝ terrã eē phyſici in p̄miſq; Stoici affirmãt.Vñ & mũdi cētꝝ eē perhibetur. Sic ubi diſpoſitã.Hoc loco & quatuor deſcribit elemēta:& ea quibus unũquodq; ipſoꝝ eſt inſtructũ. Quiſquis fuit . Innuit ſe ignorare quiſnam deorum ille fuerit:q quatuor elemēta diſtinxit. Secuit.ſepauit ac diuiſit. In membra



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Principio terram ne non æqualis ab omni
Parte foret:magni ſpeciē glomerauit in orbis
Tum freta diffudit:rapidiſq; tumeſcere uētis
Iuſſit:& ambitæ circūdare littora terræ:
Addidit:& fontes:& ſtagna immenſa:lacuſq; :
Fluminaq; obliquis cinxit decliuia ripis :
Q uæ diuerſa locis partim ſorbentur ab ipſa.
In mare perueniunt partim : campoq; recepta
Liberioris aquæ pro ripis littora pulſant.
Iuſſit & extendi campos:ſubſidere ualles:
Fronde tegi ſiluas:lapidoſos ſurgere montes.
V tq; duæ dextra cælum:totidemq; ſiniſtra
Parte ſecant zonæ:quinta eſt ardentior illis :
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem
Cura dei:totidemq; plagæ tellure premuntur.
Q uarum quæ media ē:nō ē habitabilis æſtu.
Nix tegit alta duas:totidē inter utrāq; locauit:
Temperiemq; dedit miſta cum frigore flāma.
Imminet his aer:qui quanto eſt pōdere terræ
Pondere aquæ leuior:tanto eſt oneroſior igne.
Illic & nebulas:illic conſiſtere nubes
Iuſſit:& humanas motura tonitrua mentes.
Et cum fulminibus facientes frigora uentos.
His quoq; nō paſſim mūdi fabricator hn̄dū.
Aera permiſſit:uix nunc obſiſtitur illis:

redegit.In ptes deduxit. Principio terram.Poſteaq̄ inquit Chaos ī quatuor elemēta diſtinxit:effecit ut undiq; terra foret rotunda:Variiſq; rebus inſtrueret. Ne nō æqualis.hoc eſt ut æqualis undiq; eſſet.Duæ.n.negationes affirmationē cōſtituūt.Glomerauit.effecit in ſimilitudinē magni globi & pilæ:quæ ex oī parte ſibi eſt æqualis.Glomerare enī eſt glomū globūq; qui undiq; rotundus eſt efficere:Aglomio autem ac potius glomere(Nā utroq; modo declinatr:ut ait priſcianus)glomero uerbum deriuatur. Tum freta diffudit hoc ē maria mediterranea imiſit.Nam freta proprie dicuntur maria anguſta inter duas terras exiſtentia a feruendo deducta:quos greci porthmos uocāt. Tumeſcere.Inflari . In tempeſtatem erigi. Rapidis uētis.Rapacibus. Omnia ſecum rapientibus.Iuſſit.Voluit.Vt terētius.Iubeo chremētē ſaluere . Iubere aūt proprie eſt imperare. Ambitæ terræ.Vndiq; a mari circundatæ.Littora autem proprie maris dicuntur Nā littus eſt(ut celſus diffinit)quouſq; maximus fluctus a mari puenit.idq;.M.Tulliū ait primum cōſtituiſſe:cum arbiter electus foret. Stagna īmenſa.Maximas paludes. Cinxit.circundedit Obliquis ripis.Nō rectis.Ripæ aūt proprie ſunt fluminū.Vnde ripariæ hirundines dictæ quæ in fluuiorū ripis nidos faciunt. Flumina decliuia prona ac deorſum labētia. Quæ diuerſa locis. Fluminum naturam deſcribit.Nam quedam ab ipſa ſorbentur terra:quædam in mare deferunt.

Campoq; recepta.Campus eſt terræ plāicies: ſed hoc loco pro æquore ponitur.Pro ripis littora pulſant.Percutiunt ac(ut uerbo utar Pliniāo) lancinant.Eleganter autē littora a ripis diſtinxit. Littora namq; maris:fluminum ripæ dicuntur.

Iuſſit & extēdi campos.hoc eſt terræ planicies dilatari. Subſidere ualles.in ima deſcendere. Vallis autem ea oblonga cū cauitas dicit quæ ē inter duos montes uicinos.Vnde uallicula diminutiuum deriuatur. Fronde tegi ſiluas.hoc eſt arbores in ſiluis naſci:eſt enim Synegdoche. Nā & a parte totum intelligimus:& ſingularem numerum pro plurali accipimus.Hanc uero figuram etiam in ſoluta oratione frequenter uſurpamus. Tegi:Cooperiri.lapidoſos ſurgere montes.hoc eſt montes ſaxoſos in altum tolli . Mons enim nihil eſt aliud q̄ terræ tumor . Vnde etiam montes tumuli dicuntur.Iuſſit autem uerbum ē ſubaudiēdum. Vtque duæ dextra cælū.Quinq; Zonis & circulis cælum ſecatur in quinque ptes quibus diſtinguitur etiam terra.Earum duæ ultime frigore rigent:mediam ſol urit:reliquæ inter frigus & calorem ita ſunt temperatæ:ut in iis demum animantes habitare poſſint:q̄q̄ earum altera in qua eſſe dicunt antipodes: a nobis penitus ignoretur. Parte dextra.Quæ ad arcticū uergit polum. partem dextram uocat poeta & ſiniſtram quæ ad antarcticum. Zone.Cingula:circuli. Quinta eſt ardentior illis.Quintam poeta mediam uocat:quā iccirco ardentiorem eſſe ait:quod per eam ſol decurrit. Onus incluſum(Periphraſis eſt):Terræ.Nam terra quæ eſt pōderoſa quinq; zonis continetur atq; diſtinguitur. Plagæ.Regiões. Qua in ſignificatione corripitur prima ſyllaba quæ producitur:cum uulnera ſignificantur. Aeſtu.Feruore ac nimio calore. Totidem inter utranq; locauit:hoc eſt:duas temperatas inter extremas& mediam collocauit:quæ iccirco ſunt temperatæ:quia & frigore participant & calore. Imminet his aer.Nunc aerē ita deſcribit:ut oīa quæ in eo fiunt:cōmemoret. Tanto eſt oneroſior:ponderoſior:grauior. Illic & nebulas In illo inquit aere & nebulæ conſiſtunt & nubes.Eleganter autem inter nebulas & nubes differentiam ſignauit poeta.Nebulæ enim dicuntur uapores denſi aut longe a terris aquiſue recedentes.Nubes autem uapor eſt humidus in ſublime egreſſus :cuius dēſitate ſol obumbratur. Et cum fulminibus.Fulmina quoq; inquit & uenti frigora adducentes in aere generantur.Fulmen autem ignis eſt ex concurſu uentorum eliſus in terramq; delatus.Fluminum uero multa ſunt genera de quibus copioſe Plinius ſcribit. Ventus autem eſt impetus aeris in unam partem fluentis.Venti uero principales ſunt quatuor:quos eleganter Ouidius deſcribit. Omnis ſane uentus frigidus eſt natura:quāuis auſter qui per torridam zonam tranſit:calidus eſſe uideatur. Motura: cōmotura ac terrefactura. Vix nunc obſiſtitur illis:hoc eſt cum difficultate reſiſtitur uiolentiæ uentorū : quāuis unicuiq; eorum propria loca fuerint aſſignata.Quod ſi totus aer illis fuiſſet permiſſus:de rebus humanis actū

Glomerare
Zonæ quinq;
Iubere
Littus
Nebulæ
Nubes
Ventus



Cum ſua quiſq; regat diuerſo flamina tractu.
Q uin lanient mūdū : tāta eſt diſcordia fratrū
Eurus ad auroram nabathæaq; regna receſſit :
Perſidaq; & radiis iuga ſubdita matutinis.
V eſper & occiduo quæ littora ſole tepeſcunt:
Proxima ſunt zephyro:ſcythiā ſeptēq; triones
Horrifer inuaſit boreas:contraria tellus
Nubibus aſſiduiſ:pluuioq; madeſcit ab auſtro
Hæc ſup impoſuit liquidū & grauitate carētē
Aethera:nec quicq̄ terrenæ fecis habentem.
Vix ita limitibus diſcreuerat omnia certis.
Cum quæ præſſa diu maſſa latuere ſub ipſa :
Sidera cœperunt toto fulgeſcere cælo.
Neu regio foret ulla ſuis animalibus orba :
A ſtra tenent cæleſte ſolum:formæq; deorum .
Ceſſerunt nitidis habitandæ piſcibus undæ.

foret. Sua flaīa:ſuos ſpūs. Diuerſo tractu :diuerſis regiōibus.Nā Eurus ab oriēte:zephirus ab occidēte. Auſter a meridie:Boreas a ſeptētrione flare dn̄r. Quin laniēt mūdū:diſſipēt ac dilacerēt. Tāta eſt diſcordia fratrū.Pulchra acclamatio:quali Virgilius quoq; utitur.Tāte molis erat romanā cōdere gētē.Venti aūt iccirco fratres dicuntur:quod aurore & Aſtræi gigantis filii fuiſſe finguntur .Eurus ad auroram.Quemadmodum ſinguli e principalibus uentis ſingulas mundi partes ſint ſortiti:perſpicue eleganterq; deſcribit poeta.Notum eſt aūt mundum in quatuor partes diſtingui:in orientem:occidentem:meridiem:& ſeptentriōem.Eurus autem απο τησηωσ hoc eſt ab aurora deriuatur qui latine dicitur Vulturnus : a continenti uulturis uolatu cui ſimilis eſſe uidetur. Nabathæa regna oriētalia:Nabath enim Iſmaelis filius(ut Ioſephus in antiquitatibus iudeorum ſcribit): una cum undecim fratribus ſuis omnem terram ab Euphratæ ad mare rubrum uſq; poſitam tenuit: Nabathæāq; puinciam nominauit:Vnde Nabathæa regna fuere appellata. Perſidaq;.Perſis quæ & perſia dicitur regio eſt Indiæ finitima. Variis autem modis orientem:unde flat Eurus: deſcribit.

Iuga ſubdita.Mōtes ſubiectos. Radiis matutinis.Radiis ſolis exorientis.Mutata enim eadem cum aurora quæ antecedit ſolem: perhibet Vnde matutinis decliatur. Veſper & occiduo: Euro cōtrarius Zephyrus quem Fauoninm ( qd ſatis omnibus faueat)latini appellant:ab occidēte flat:Veſpera autem pro occidente iccirco ponitur:quod illic ueſper ſtella:quæ & heſperos dicitur:in principio noctis apparet. Occiduo ſole:occidēte. Proxima ſunt zephyro: Zephyrus uentus eſt occidētalis απο τουζωηνφερειν hoc eſt a ferenda ſatis omnibus uita. Scythiam ſeptēq; triones.Boreas uētus eſt frigidiſſimus flās a ſeptētrione:qui latine ab impetuoſo aquilæ uolatu:Aquilo nominatur.Scythia autem regio eſt ad ſeptētrionem ſita:a Scytha rege denominata.

Septēq; triōes.Priſca lingua triones boues dicebantur aratorii.Septem autem ſtelle ita in ea parte cæli ſūt collocatæ:ut pſauſtrum cum bobus effingere uidentur : quæ & ſeptētriones uocantur:& illi regioni ſeptētrioni nomen impoſuerunt.Non eſt autem hoc loco temeſis:ut quidam putant:qui eam temeſin imperite uocant :cum biſyllaba dictio ſit nō triſyllaba.Sunt.n.duæ dictiones q̄ iūctæ quidē ſeptentrionis nomen efficiunt. Horrifer horrorem ac frigus ferens. Contraria tellus:hoc eſt meridionalis plaga ſeptentrioni contraria. Pluuio auſtro.Auſter uentus eſt calidus & pluuioſus a meridie flans:qui græce dicitur notus απο τηο ροτιοσ:hoc ē: ab humiditate.Qui plura de uentis uidere cupit:legat & Vitruuium:& Plinium:& A.Gelium:& Senecam de quæſtionibus naturalibus.Illi nāq; plures uentos conſtituunt.Cæterum Ouidius Homerum : Virgiliumq; eſt ſecutus:qui ſingulis cæli regionibus ſingulos attribuunt uentos. Hæc ſup impoſuit.Aeri inquit : in quo uenti regnant:ſuper impoſitus eſt æther:qui & grauitate & omni perturbatione caret.Vnde Lucanus.Pacem ſumma tenent. Liquidum æthera:purum ab omniq; fece & perturbatione remotum.Aether autem q̄ απο του αιθειν hoc eſt ab urendo deriuatur:idem eſſe cum cælo a Cicerone perhibetur:in quo ignæ formæ curſus determinatos efficiunt. Vix ita limitibus Cum primum inquit elementa ſic fuere diſtincta: ut ſuperius eſt deſcriptum,: ſtellæ:quæ antea la[illegible]nt:totum cælum illuſtrare ceperunt. Diſcreuerat:diſtinxerat:Vnde diſcreti homines a uulgo appellari cœperunt:qui res diligenter diſcernere ſciunt.Deus autem ſiue melior natura ſubaudiatur.

Limitibus certis:hoc eſt terminis fixis ac immutabilibus. Sub ipſa maſſa:ſub ipſo aceruo:quod chaos priſci uocarūt. Preſſa ſidera:compreſſa ac coercita:ne ſplendorem ſuum emittere poſſent,Sidus autem latinum eſt nomen:neq; cum y græco ſcribendum:ut quidam putant.Eſt uero ſidus id quod græci αϛρον uocant : hoc eſt ſignum ex multis ſtellis compoſitum.Stelle enim ſūt ſingulares ac ſolæ:neq; cum aliis miſtæ quæ αϛερεσ a græcis appellantur:ut ſunt planetæ.Sidera uero ex pluribus conſtant ſtellis:ut Aries:Taurus: Corona : ut Macrobius in ſomnium Scipiōis ſcribit. Neu regio.Animalibus ita mundi partes fuerunt exornatæ:ut dii & aſtra cælum tenerent:piſces maria ſortirentur:& Feræ terras occuparent:Volucribus aer ſit aſſignatus. Neu pro & ne. Orba:priuata. Suis animalibus:propriis ac ipſi conuenientibus. Aſtra tenent cæleſte ſolum. Eorum ſequitur opinionem qui aiunt ſidera & deos eſſe animalia:propter quod in diffinitione hominis mortale apponitur:ut a ſtellis & diis quæ ſunt immortalia diſtinguatur.Eſt enim homo animal rationale mortale : Solum autem eſt quicquid rem aliquam ſuſtinet:ut nauium piſciumq; mare dicitur eſſe ſolum : hominum uero terra:auium:aer:ſiderum ac deorum cælum.Vnde etiam natale ſolum patriam dicimus:& exulem qui ex patria ſit expulſus:q̄ſi extra ſolū ſit eiectus. Ceſſerūt.ꝑprie dixit:hoc ē in diuiſiōe obtigerūt.Cedere nāq; īterdū ſignificat:In ius alterius uenire:ut hoc mihi cedit.i.in ius meū trāſit.Alias cedere eſt abire & locū dare. Nitidis

Quattuor uētorum regiones
Venti quorū filii
Eurus unde Nebath
Zephyrus unde
Boreas unde
Scythia unde
Triones
Auſter
Aether unde
Sidus
Stellæ
hominis origo.
Cedere



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Terra feras cepit:uolucres agitabilis aer.
Sanctius his animal mentiſq; capatius altæ
Deerat adhuc:& quod dn̄ari in cætera poſſet.
Natus homo eſt:ſiue hũc diuino ſemine fecit
Ille opifex rerum mundi melioris origo:
Siue recens tellus:ſeductaq; nuper ab alto
Aethere:cognati retinebat ſemina cæli:
Quam ſatus Iapeto mixtã fluuialibus undis
Finxit:in effigiem moderantũ cuncta deorum.
Pronaq; cũ ſpectent animalia cætera terram.
Os homini ſublime dedit:cælũq; uidere
Iuſſit:& erectos ad ſidera tollere uultus.
Sic mõ quæ fuerat rudis & ſine imagine telluſ
Induit ignotas hominum conuerſa figuras.
Aurea prima ſata eſt ætas:quæ uindice nullo
Sponte ſua:ſine lege fidem rectumq; colebat.
Pœna metuſq; aberãt:nec uerba minantia fixo
Aere ligabantur:nec ſupplex turba timebat
Iudicis ora ſui:ſed erant ſine iudice tuti.
Nondũ cæſa ſuis:peregrinum ut uiſeret orbẽ:
Mõtibus in liquidas pinus deſcẽderat undas
Nullaq; mortales præter ſua littora norant.
Nondum præcipites;cingebant oppida foſſæ.

piſcibus.Splẽdidis ob aſſiduam lotionem. Terra feras cepit:ideſt terra animalia bruta accepit. Feræ enim q̃uis proprie pro iis animalibus quæ feritatem habent accipiantur:ut ſunt pardi:leones:urſi:a poetis tamen frequenter pro omnibus brutis ponuntur.Feræ autem dictæ ſunt quod toto corpore ferãtur: Volucres.Aues a uolãdo dictæ. Volucris interdum eſt adiectiuum & alatum ſignificat ac uelox: Agitabilis aer:mobilis qui facile huc atq; illuc impellitur. Sanctius his animal. Vltimus animalium homo ex terræ limo ad imaginem & ſimilitudinem dei fuit creatus:ſiue a deo totius mundi opifice:quod uerum eſſe conſtat:ſiue a Promotheo Iapeti filio.quod poetæ finxerũt. Sanctius his animal. Feris:piſcipibus & auibus nõ diis hominem ſanctiorẽ perfectioremq; accipiamus. Altæ mentis.profundæ memoriæ:magniq; ingenii Et quod dominari in cætera poſſet: Quod in reliqua imperium haberet.oĩa eni poteſtati hominis deus ſubiecit. Ille opifex rerũ.Periphraſis eſt dei.Nã deus rerum oĩum eſt auctor. Seducta.ſeparata. Cognati cæli.ſimul nati. Nã terra una cũ cælo ex illo aceruo:qđ chaos uocarunt: orta eſſe phibetur. Quam ſatus Iapeto.hoc eſt Promotheus Iapeti filius.Qui ſi fuerũt hoĩes:falſum eſt hoĩem primum a Promotheo ex terra cũ aqua cõmixta fuiſſe formatum:Sed cum fabula ſit.minime mirãdũ ẽ:ſi lõge a ueritate abeſt. Finxit.formauit. In effigiem.In ſimilitudinem & imaginem. Moderantũ.regentiũ & gubernantium. Pronaq; cũ ſpectent. Colligit hoĩem ad imaginem & ſimilitudinem dei fuiſſe creatum Cum enim alia animalia curua ſint in terrã: homo ſolus ore ſublimi ad cælumq; erecto præditus eſt:ut deum ad cuius effigiem creatus eſt:aſſidue contempletur:& cælum: unde originem traxit:intueatur.Cælumq; uidere iuſſit. Sic Cicero in legibus. Cum cetera animantia abieciſſet ad paſtum:ſolum hoĩem erexit ad cæli cognitionem. Sic modo.Hoc inquit modo terra: & ex illa rerum cõgerie fuit educta.& homines antea ſibi ignotos accepit:ex quorum uariis moribus quatuor diſtictæ ſunt ætates:quæ a metallorum nominibus fuerũt appellatæ. Sic modo nuper pauloante. Sine imagine.ſine forma & facie.

Induit.accepit. Conuerſa.In figuram eam quam habet commutata. Aurea prima ſata ẽ ætas.Ex uariis hominum moribus quattuor ætates effectæ uidentur quibus pro morum qualitate a metallis nomina impoſita fuere.Prima namq; aurea fuit appellata quod optimis moribus illo tempore quo ſaturnus regnauit:homines floruerint. Secũda argentea:quod quõ tẽpore cœpit regnare Iupiter:in uitia hoĩes inclinare cœperunt. Tertia ærea: quã bella occuparunt.Quarta ferrea quod in ea a nullo crudelitatis genere ſe homines abſtinere cõſtat. Sata:ſeminata ac ex moribus hominum effecta. Quæ uindice nullo:hoc eſt:punitore & caſtigatore. Rectũq;:honeſtum ac uirtutes.Nec uerba minantia.Periphraſis ẽ legum atq; edictoꝝ:quæ in æs inciſa ut ab omnibus legi poſſent:publicis parietibus affigebãtur.Nec ſupplex turba.Nam aureæ ætatis tempore nullus erat iudex:cum oẽs eſſent pares ac ſponte recte agerent. Primum autem capitis iudicium in Areopago actum fuiſſe Plinius in ſeptimo naturalis hyſtoriæ:narrat. Ora. faciẽ. & uultum. Tuti: ſecuri:& ab omni iniuria remoti. Nondũ cæſa ſuis. Tunc inquit nemo ad nauigandum naues fabricatus eſt.Vnuſquiſq; enim ſuis locis contentus erat.Primus uero Danaus ex Aegypto in græciã aduectus eſſe naui ſcribitur. Ante enim ratibus nauigabatur in rubro mari ab erythra rege inuentis.Reperiuntur tamen qui Myſos & Troianos priores illas excogitaſſe in Heleſponto putent:cum tranſirent aduerſus Tracas. Peregrinum orbem:hoc eſt alienas terras. Totum enim pro parte per ſinegdochen poſitum eſt. Nam orbis pro tota ponitur terra. Vnde etiam orbem terrarum dicere ſolemus.Peregrina autem terra dicitur in qua quis peragrat qui in ea non ſit natus.Peregrinus nãq; dicitur qui aliena loca peragrat. Viſeret.Ad uidendum iret. Pinus.Arbor.Speciem enim pro genere frequenter ponũt poetæ.Eſt autem pinus quæ & picea dicitur:arbor mõtana ex qua naues conficiuntur. Mortales. homines. Nondum præcipites.Nulla tunc inquit oppida erãt Primi uero Aegyptii oppidũ Dioſpolim ædificaſſe narrãtur:In græcia aũt cæcrops oppidũ a ſe cæcropiã appellauit:quæ nũc eſt arx athenis.Aliq argos a Phoroneo rege añ cõditũ uolũt.Quidã & ſicionẽ. Præcipites: altæ.

Inuentores nauis

Primi opidorũ cõditores



Non tuba directi:non æris cornua flexi.
Non galeæ:non enſis erat ſine militis uſu
Mollia ſecuræ peragebant ocia gentes.
Ipſa quoq; immunis raſtroq; intacta : nec ullis
Saucia uomeribus per ſe dabat omnia tellus.
Contentiq; cibis nullo cogente creatis
Arbuteos fœtus montanaq; fraga legebant:
Cornaq;:& in duris hærentia mora rubetis:
Et quæ deciderant patula iouis arbore glãdes
Ver erat æternum: placidiq; tepentibus auris
Mulcebãt zephyri natos ſine ſemine flores.
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.
Nec renouatus ager grauidis canebat ariſtis:
Flumina iam lactis:iã flumina nectaris ibant.
Flauaq; de uiridi ſtillabant illice mella.
Poſtq̃ ſaturno tenebroſa in tartara miſſo:

Vnde ſe quis præcipitem dare poteſt. Non tuba directi.Nulla tunc inq̃t bellica inſtrumenta in uſu erant. Nã tubas buccinas & cornua:ut Vegetius ſcribit.in exercitu habebãt Romani:Tuba uero quæ directa eſt uocatur Buccina:quæ in ſemetipſam æreo circulo flectitur:cornu quod ex uris agreſtibus argento nexum: temperatum arte & ſpiritu canentis flatu ſonitum emittit. Tubæ autem æreæ inuẽtor omnium primus Piſeus Tyrrhenus fuiſſe a Plinio ſcribitur. Non æris cornua flexi:periphraſis eſt litui. Nam lituus tuba eſt inflexa & uirga qua augures tẽplũ deſignabãt. Nõ galeæ:nõ enſis erat.galea tegmen eſt capitis ferreũ.Galeã uero gladiũ q & enſis dicitur & haſtam Lacedemonii iueniſſe tradũtur. Sine militis uſu ſine militis opa:hoc ẽ:ſine bello & p̃lis.Primi aũt Afri præliũ cõtra Aegyptios fecere fuſtibus:quos phalangas uocant.

Mollia ocia:ſuauia & delicata:ab affectu quod molles mittes ac delicatos hoĩes reddũt. Peragebant:exigebant uſq; ad uitæ finẽ. Ipſa quoq; imunis. Terra inq̃t ſine ullo cultu oĩa uictui aĩaliũ neceſſaria abũde ſuppeditabat. Immunis:aut a cultura: ut dicimus aliquẽ ab officiis ciuilibus ĩmunẽ:aut ſine ullo ſeminum munere. Semina enim quæ terræ cõmittuntur:munera in ipſam collata uidentur. Raſtro:ligone:ſarculo Eſt enim inſtrumentũ ad excolendã terrã accomodatũ. Saucia:uulnerata.Cũ enim terra proſcinditur aratris:maxima tũ uulnera pati uidet̃.

Nullo cogẽte:nullo colẽte agros. Qui.n.agros colit:cogere ipſos uidetur:ut fructus emittant. Arbuteos fœtus:fructus arbuti:quæ eſt arbor ad modum humilis poma ferẽs rubicũda. Montanaq; fraga.Perite:nã in montibus fraga rubicũda ex herbulis coligũtur.Virgilius:& humi naſcẽtia fraga. Cornaq;:Poma ſunt rubicunda: quæ propter nucleorũ duriciem lapidoſa a Virgilio dñr.Lapidoſaq; corna. Mora:poma quæ in rubis naſcẽtia ſunt nigra.uñ & nomẽ Mauꝛ: nãq; ſignificat nigrũ:Quæ uero in arbore naſcũtur ante mortẽ Thiſbes alba fuiſſe dñr. In duris rubetis:aſperis & ſpinoſis.Rubetum aũt dicitur locus rubis & ſpinis conſitus:ut oliuetũ oliuis.Rubeta uero eſt rana præſentiſſimi ueneni in rubetis uiuens.Vnde & nomẽ accepit. Et quæ deciderãt.Glandibus quoq; inquit: quæ ex quercubus arboribus Ioui dicatis cadebant:ueſcebantur illi hoĩes primi. Ver erat æternũ.Nullæ tunc inquit erant mutatiões tempoꝝ:ſed Zephyri aſſidue flantes ſine ullo ſemine naſcentes ſic fouebant flores ut uer ſemper eſſe uideretur. Mulcebant:lenibãt:fouebant:ut neq; nimio calore:neq; frigore areſcerẽt. Nec renouatus ager.Tũc minime opus erat agros renouare:cũ ſingulis quibuſq; annis ſine ullo cultu frumenta ferrẽt. Eſt autem noualis periphraſis.Nouale.n.ſiue noualis(Vtroq; eñi modo dicitur)aruũ eſt quod alternis ãnis ſeritur ut Plinius ſcribit. Canebat.caneſcebat & canus fiebat.Nam agri frumẽtis maturis quodam modo caneſcere uidentur. Grauidis ariſtis.Plenis granoꝝ ſpicis.Ariſtas enim quæ ſunt ptes ſpicæ primũ areſcẽtes(Vnde & nomen ſumpſerũt)pro ipſis ſpicis poſuit. Iam flumina nectaris ibant.Nectar potio deoꝝ ſuauiſſima eẽ dicitur.

Flaua mella.a colore dicuntur.Flauus aũt color( ut inquit Gellius ) ex uiridi albo & ruffo conſtat. Stillabant.guttatim cadebant. De uiridi illice.ſpeciem pro genere poſuit.Nam illicẽ pro oĩ arbore accipimus.Illex aũt arbor eſt glandifera Ioui conſecrata:Ea uero enumerat poeta:q̃bus primi illi hoĩes uitam felicem uiuebãt.

Poſtq̃ Saturno. Aureæ ætati qua ſaturnus regnauit:ſubnectitur argẽtea:in qua regnauit Iupiter: quæ ut aurea deterior:ſic eſt ænea melior.Primus autem omnium Iupiter uer illud aureæ ætatis perpetuum in quatuor tempora cõmutauit. Ver:æſtatem.autũnum hyemem:tumq; primum calores atq; frigora:aerẽ infeſtare cœperunt:ideoq; homines antra:& ſpeluncas pro domibus habitare atq; agros colere coacti ſunt. Poſtq̃ Saturno.hoc eſt.poſtq̃ mortuus eſt Saturnus.Nam illi mitti in tartara dicuntur qui moriuntur.Saturnus uero Vrani & Veſte filius:auxilio Titanum fretus:cum Ioue filio imperium orbis occupante congreſſus:ab illoq; Cretæ regno pulſus:ad Ianum Italiæ regem confugit:a quo benigne ſuſceptus & in partem regni admiſſus:urbem condidit in his locis:ubi nũc eſt Roma:quã de ſuo noĩe Saturniã appellauit.Loca ſane edita uocari ſaturnia in Sicilia p̃ſertim & Italia Diodorus ſcribit:Eo quod ſaturnus urbiũ arces locaq; munitiora apud oẽs occuparit:Saturnus aũt eſt appellatus(ut Cicero ſcribit)quod ſaturetur annis. Ex ſe.n.natos iccirco comediſſe fingitur:quia cõſumit ætas tempoꝝ ſpacia anniſq; præteritis inſaturabiliter expletur:Saturno aũt Ianus qui cũ eo regnauit:cum ſubito non cõparuiſſet ſaturnalia excogitauit:ac primũ terram oẽm ditioni ſuæ parentem ſaturniam nominauit. Aram deinde illi & ſacra tanq̃ deo condidit:quæ ſaturnalia uocauit obſeruare. Igitur cum iuſſit maieſtate religionis quaſi uitæ melioris auctorem.Simulacrum eius indicio eſt:cui falcem inſigne meſſis adiecit. Hæc & multo plura de ſaturno Macrobius.Eorum autem ſequitur opinionem poeta qui aiunt ſaturnum a Ioue filio regno fuiſſe pulſum:& apud inferos relegatum. Tenebroſa in tartara.Tenebrarum plena. Tartarus locus eſt apud inferos profundiſſimus.Innuit autem Saturnum regem fuiſſe Cretæ eoq; mortuum:& ad inferos detru-

Tuba

Buccina

Littus

Rubetum

Nouale

Flauus color

Argentea ætas

Saturnæ

Saturnus un̄



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſum. Sub Ioue muudus erat: ſub imperio Iouis: qui filius ſaturni & opis fuiſſe ac eodem partu cum Iunone editus perhibetur. A nymphis autem educatus cum adoleuiſſet: cōtra Titanas ob captos parentes bellum geſſit: illoſq; liberauit: Patrem deinde quem uitæ ſuæ inſidias tetendiſſe comperit: regno expulit ad inferoſq; relegauit: Iupiter autē dictus eſt: ut ſcribit Cicero: quaſi iuuans pater: quē conuerſis caſibus appellamus a Iuuando Iouem. A poetis pater diuum hominumq; dicitur. A maioribus autem noſtris optimus maximus: & quidē ante optimus ideſt beneficentiſſimus q̄ maximus: quia maius eſt certeq; gratius prodeſſe hominibus q̄ opes magnas habere. Eſt autem ordo: Iupiter contraxit tēpora antiqui ueris: poſtq̄ ſub Ioue mundus erat ſaturno miſſo in tartara tenebroſa. Contraxit: abbreuiauit. Antiqui ueris: illius perpetui: quo auræa ætas eſt gauiſa. Perq; hyemes. anni quatuor enumerat partes Ver: æſtatem: autumnum: hyemē. Hyems eſt (ut Stoici diffiniunt) aer. ſupra terram algidus ob ſolis in anteriora proceſſum

Hyems

Aeſtas

Aeſtuſq;. æſtatem. Eſt autem æſtas imminens terræ aer calefactus ſolis curſu ad ſeptentrionem uerſus. Et inæquales autumnos. Scite. Nam autumnus modo frigoribus contrahitur: modo caloribus diffunditur: Iccircoq; morboſus habetur. Fit uero autumnus ſolis recurſu a nobis ad ea loca unde flant auſtri. Et breue uer. Illius perpetui comparatione uer breue dicitur. Eſt autem uer aeris temperies. quando ſuo ad nos curſu ſol agitur. Exegit. digeſſit. Quatuor ſpaciis. quatuor menſuris temporum. Singulæ namque anni partes: ex tribus menſibus conſtant. Canduit. candens & igneus eſt uiſus propter nimium æſtum. Glacies aſtricta. & congelata. Ventis. nō omnibus ſed borea aliiſq; frigidis: Ventorum namque frigore aqua in glaciem cōſtringitur. Pependit ab arboribus ſpeluncarūque tegminibus eſt intelligēdum. Domus antra fuerunt. Antrum latine ſpelunca dicitur. Et denſi frutices. Inter arbores & herbas frutices medii eſſe dicuntur. Nam & minores arboribus ſunt: nec hieme ut herbæ areſcunt. Semina tum primum. Tūc primum inquit homines cœperunt & arare & ſeminare. Cerealia ſemina. frumenta. Nam ceres prima omnium frumēta hominibus. oſtendit: cum antea glande ueſcerentur. Preſſiq; iugo: boues iugare & arare cœpit Bryges Athenienſis (ut alii) Triptolemus. Tertia poſt illam: Aerea ætas quæ & ænea dicitur: argenteā eſt ſubſecuta: cuius homines bellicoſi quidem erant: procul tamen a nefariis ſceleribus aberant. Sæuior ingeniis: durior aſpetior q̄ argentea foret. Horrida arma: horrorē incutientia. De duro eſt ultima ferro: ultima

Ver

Briges

Sub ioue mundus erat: ſubiitq; argentea ꝓles
Auro deterior: fuluo precioſior ære:
Iupiter antiqui contraxit tempora ueris:
Perq; hyemes: æſtuſq;: & inæquales autumnos
Et breue uer: ſpaciis exegit quatuor annum.
Tum primum ſiccis aer feruoribus uſtus
Canduit: & uentis glacies aſtricta pependit
Tū primū ſubire domos: domus antra fuerūt:
Et denſi frutices: & iunctæ cortice uirgæ.
Semina tum primum longis cerealia ſultis
Obruta ſunt: præſſiq; iugo gemuere iuuenci.
Tertia poſt illam ſucceſſit ænea proles
Sæuior ingeniis: & ad horrida prōptior arma:
Non ſcelerata tamen: de duro eſt ultima ferro.
Protinus irrupit uenæ peioris in æuum
Omne nefas: fugere pudor uerumq; fideſq;:
In quorum ſubiere locum fraudeſq; doliq;:
Inſidiæq;: & uis: & amor ſceleratus habendi.
Vela dabat uentis: nec adhuc bn̄ nouerat illos
Nauita: queq; diu ſteterant in montibus altis:
Fluctibus ignotis inſultauere carinæ.
Cōmunemq; prius: ceu lumina ſolis & auræ:
Cautus humum lōgo ſignauit limite menſor.
Nec tantum ſegetes alimentaq; debita diues
Poſcebat humus: ſed itum eſt in uiſcera terræ
Q uaſq; recōdiderat: ſtygiiſq; admouerat ūbriſ
Effodiunditur opes irritamenta malorum.

Aerea ætas

Ferrea ætas

ætas in qua nos quoq; uerſamur: a ferro metallorum duriſſimo propter feros mores eſt appellata. Nam relictis uirtutibus illius ætatis homines uitia ita ſunt amplexi ut omne honeſtum terras dereliquiſſe uideatur. Protinus irrupit: cum impetu intrauit. Venæ peioris: metalli deterioris. Nam uenæ non tantum animalium dicūtur: ſed ēt metallorū. Fugere pudor uerūq; fideſq;. Per hæc oēs uirtutes ab hoībus fugiſſe dicuntur. Et uis: uiolentia. Et amor ſceleratus habēdi auaritiæ (eſt periphraſis) quæ iccirco ſcelerata uocatur: ꝙ hominem ad oē ſcelus impellit ſceleratūq; facit. Vela dabat uentis: probat homines erræ ætatis auaritiæ nimiū ſtuduiſſe: cū imperiti nauigandi ſe tamen uentis quorum naturam ignorabant: committerent. Nauita a naui idem eſt q nauta. Quæq; diu ſteterant: erecte fuerant. Inſultauere: exultauere ac ſaltus quoſdam dediſſe ſunt uiſæ. Cōmunēq; prius. tunc primum inquit terra antea cōmunis diuidi eſt cœpta. Cautus menſor. callidus & aſtutus menſurator. Longo limite: longo termino. Termini enim quibus agri diſcernuntur: longiores ſunt. quo profundius in terram defodiantur. Nec tantum ſegetes: non ſolum inquit fruges coacta eſt edere terra: ſed lapilli quoq; precioſi & metalla ex eius uiſceribus ſunt effoſa. Sed itum eſt in uiſcera terræ: in intimas terræ partes fodiendo diſceſum eſt. Admouerat: appoſuerat: Stygiis umbris: inferis. eorum ſequitur opinionem qui aiunt inferos in centro terræ eſſe. Effodiuntur opes. lapillos precioſos: aurum: & argentum opes appellat poeta. Irritamenta malorum: incitamenta ac ſtimuli quidam ad mala perpetranda. Iamq; nocens ferꝝ: ex eo nāq;



conficiuntur enſes: quibus homines interimuntur. Ferrum autem in Creta Heſiodus ſcribit inueniſſe eos: qui idei Dactili uocati fuerunt. Ferroq; nocentius aurum: uere: Nā propter aurum adipiſcendum grauiſſima quæq; fœdiſſimaq; ſcelera cōmittuntur. Vnde Virgilius Quid nō mortalia pectora cogis Auri ſacra fames. Auri autem metalla & conflaturam cadmus phœnix inuenit ad Pangæum montem: ut alii Thoas & eaclis in Panthia aut ſol oceani filius: cui gelius medicinæ quoq; inuentionem ex melle aſſignat. Quod pugnat utroq; & ferro & auro. Victoria nāq; (ut ariſtophanes inquit) ſolet in illis reſidere caſtris: in quibus plus auri pecuniarumq; habetur. Sanguinea manu: ſanguinolēta. Bello autem ut homini & manus & ſenſum per metonymiam attribuit poeta. Crepitantia: reſonantia. Viuitur ex rapto: rapina. Non hoſpes ab hoſpite tutus. Hoſpitem tam qui hoſpitio aliū ſuſcipit: q̄ qui ſuſcipitur appellamus. Gratia: concordia. Lurida: nigra: ab effectu quod nigra corpora eorum qui illa comederint efficiunt. Aconita: Venena: Nam aconitum herba eſt maxime uenenoſa ex ſpuma cerberi canis ꝑmum in cotibus nata: unde & nomen accepit. Nam ακονη græce cotem ſignificat. unde aconitum eſt deductum. Terribiles nouercæ: crudeles in priuignos. Nouerca autem dicitur: ut ſcribit Pompeius quā quis liberis ſublatis nouā uxorem ducit arcendæ familiæ gratia. Inquirit in patrios annos. Vtrum multos annos pater ſit uicturus an paucos. Sortilegos filios conſulit. Victa iacet pietas: ſuperata inquit ab impietate pietas contēnitur. Proprie autem pietas is dicit cultus quem diis: patriæ: parentibus ſanguine coniunctis debemus. Iacet: in nullo eſt ꝓcio. Virgo aſtræa: hoc eſt: iuſtitia: quæ Aſtræi gigantis filia fuiſſe dicitur. Cæde: ſanguinis effuſione. Ab eo enim quod precedit id quod ſequitur eſt intelligendum. Cædes uero precedit: & ſanguinis effuſio ſequitur. Ne ue foret terris. Gigantes uaſtiſſimorum corporum homines terræ filii ſine patre pedes ſerpentinos habentes non contēti cædibus terras fœdaſſe: in tantum furorem uenerunt: ut e cælo Iouem pellere ſint conati. Montes enim montibus imponentes uiam ſibi munierant: qua Iouem cælo detraherent. Sed Iupiter fulminibus & gigantes interemit: & montes in uarias orbis partes deiecit. E terra autem gigantum ſanguine madefacta nati ferūtur homines ſāguinarii ac cædibus maxime gaudētes

Auri conflatura a quo inuenta

Aconitum

Nouerca un̄

Pietas

Gigantū ſanguinis in homines crudeles

Lycaon in lupum

Iamq; nocens ferrum: ferroq; nocentius aurū
Prodierat: prodit bellū: quod pugnat utroq;:
Sanguineaq; manu crepitantia cōcutit arma.
Viuitur ex rapto: non hoſpes ab hoſpite tutus:
Nō ſocer a genero: fratrum quoq; gratia rara ē
Imminet exitio uir coniugis: illa mariti.
Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas: & uirgo cæde madentes
Vltima cæleſtum terras aſtræa reliquit.
Ne ue foret terris ſecurior arduus æther:
Affectaſſe ferunt regnum cæleſte gigantes:
Altaq; congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera montes.
Tum pater omnipotēs miſſo ꝑfregit olympū
Fulmine: & excuſſit ſubiectum pelion oſſæ.
Obruta mole ſua cum corpora dira iacerent:
Perfuſam multo natorum ſanguine terram
Immaduiſſe ferunt: calidūq; animaſſe cruorē.
Et ne nulla ſuæ ſtirpis monumenta manerent:
In faciem uertiſſe hominū: ſed & illa propago
Contemptrix ſuperū: ſæuæq; auidiſſima cædis

gigantes autem (ut ſcribit Macrobius) quid aliud credendum eſt fuiſſe q̄ hominum quandam impiam gētem deos negantem: & ideo æſtimātem deum pellere de cæleſti ſede uoluiſſe. Arduus æther: altum cælum. Affectaſſe: proprie dixit. Nam affectare ſignificat aliqd nimiū appetere: quod aſſequi nō poſſis repugnante natura. Olympū: mons eſt macedoniæ olimpus altiſſimus: interdū tn̄ pro ipſo cælo ponitur. Vn̄ olimpius Iupiter fuit denoīatus. Excuſſit. quatiendo deiecit. Pelion oſſæ. Montes ſunt Theſſaliæ notiſſimi. Obruta mole ſua: Oppreſſa ſua uaſtitate. magnitudine ac pondere. Dira corpora crudelia a deorum ira miſſa: Vnde & diræ furiæ dicuntur. Natorum ſanguine. Nam gigantes terræ filii fuiſſe dicuntur. Calidum animaſſe cruorem. hoc eſt animam calido cruori immiſiſſe. Et ne nulla. Et ut aliqua memoria ſuæ prolis maneret ac reſtaret. Duas enim negationes in affirmationem conuerti certum eſt. Monumenta ſuæ ſtirpis. Memoria ſuæ prolis. Monumentum enim dicitur quicquid ad poſteritatis memoriam conficitur. Stirps autem cum prolem ſignificat: fœminini eſt generis: cum radicem truncumue ſignificat incerti. Virgilius. Imo de ſtirpe reciſum. Horatius. ſtirpeſq; raptas & pecus & domos. In faciem hominum. In figuram humanam ac deniq; in homines: non in ſimias ut quidam putant: id quod facile ex iis quæ inferuntur colligi poteſt. Neq; enim ſimiæ aut deorum ſunt contemptrices: aut cædis auidiſſimæ: aut uiolente. Quare intelligamus terram gigantum ſanguine madefactam in homines crudeles gigantumque ſimiles fuiſſe conuerſam. Sed & illa propago: Contēptrix ſuperum. Verum inquit etiam illa progenies: quæ ex ſanguine gigantum orta eſt: impia fuit in deos: ab omniq; humanitate æquitateq; aliena. Propago autem quæ & propages dicit̄ cum uitē uetulam terra obrutā ſignificat ut ex una plures fiant: primā producit ſyllabam. Virgilius. flexos propaginis arcus. Cum uero progeniem demonſtrat: eandem corripit. Virgilius. Si romana potens Itala uirtute propago. Hinc fit propagare uerbum: quod ſi

Stirps

Propago

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

gnificat uitem uetulam ſupprimere:ut ex una plures nouellæ fiant.Interdum extẽdere genus ac dilatare ſignificat. Scires.Scire poſſes ex auiditate cædis ex gigantum ſanguine genitam eſſe.Eſt autem figurata locutio.A tertia namq; perſona ad ſecandam elegáter fit tráſitus. Quæ pater ut ſumma. Iupiter cum eorum hominum crudelitatem:qui e ſanguine gigantum nati erant foret contemplatus:ac in primis tettam Lycaonis Arcadiæ regis feritatem ſecum ipſe cogitaſſet:nõ minus indoluit.q̃ eſt in uniuerſum genus humanum indignatus.Quare diis omnibus congregatis & conſilium ſuum de perdendo genere humano:& quæ ab Lycaone mala paſſus ſit exponit : ac quemadmodum Lycaonem ipſum Arcadiæ regem crudeliſſimum rapaciſſimumq; in lupum commutauit. Vt uidit.Poſtq̃ uidit. & contemplatus eſt. Summa arce.A ſummo cæli Vertice. Facto recẽti.Cá eſt cur nondum uulgata eſſent teterrima Lycaonis conuiuia.pp ſcelus namq; paulo ante commiſſum nondum erant cognita Lycaonis conuiuia Ioui appoſita. Referens.animo reuoluens. Fœda conuiuia. tetra & crudelia.Nam lycaon hoſpito ſuſceptos non ſolũ interficiebat:ſed etiam conuiuis comedendos apponebat : quod quidem cum Iupiter cognouiſſet:ſibiq; eius domum ingreſſo factas inſidias comperiſſet:& domum incendit & Lycaonem in lupum animal rapaciſſimum cõuertit.

Alius Lycaō

Fuit & alius lycaon priami filius Pandari pater:qui ab achille fuit interfectus . Sane Lycaon απο Του λυκου:qui lupum ſignificat denominatus uidetur. Ingentes animos . maximas indignationes.

Conſilium

Conciliumq; uocat . Conſilium & multitudo dicitur ad conſulendum congregata:& ratio faciendæ alicuius rei aut non faciendæ:ut ſeruitium & ſeruos & ſeruitutem ipſam ſignificat .

Cancilium

Concilium uero multitudinem tantũ ſignificat ad conſultandum congregatam. Eſt uia ſublimis . Lacteum circulum deſcribit : per quem ad Regiam Iouis iter diis eſſe ait.

Galaxia

Eum uero circulum græci galaxiam uocant απο Του γαλακτοσ hoc eſt a lacte Vnde & latini lacteũ appellarũt.Nam candidus eſſe uidetur.De quo ſi quis plura uidere cupit:legat Macrobium in ſomnium Scipionis.

Iouis oratio

Cælo manifeſta ſereno . Scite.Nam ut iquit Macrobius: lacteus circulus unus ex omnibus:oculis noſtris conſpicitur: alii namq; ſola percipiuntur cogitatione.

Et uiolenta fuit:ſcires e ſanguine natam.
Q uæ pater ut ſumma uidit ſaturnius arce:
Ingemit:& facto nondum uulgata recenti
Fœda lycaoniæ referens.cõuiuia menſæ:
Ingẽtes animos.dignas ioue concipit iras.
Cõciliumq; uocat.tenuit mora nulla uocatos.
Eſt uia ſublimis cælo manifeſta ſereno:
Lactea nomen habet:candore notabilis ipſo.
Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta tonantis:
Regalemq; domũ.dextra leuaq; deorum
Atria nobilium ualuis celebrantur apertis.
Plebs habitat diuerſa locis.a fronte potentes
Cælicolæ clariq; ſuos poſuere penates.
Hic locus eſt:quem ſi uerbis audacia detur.
Haud timeam magni dixiſſe palatia cæli.
Ergo ubi marmoreo ſuperi ſedere receſſu:
Celſior ipſe loco ſceptroq; innixus eburno:
Terrificam capitis concuſſit terq; quaterq;
Cæſariem:cũ qua terram:mare:ſidera mouit.
Talibus inde modis ora indignantia ſoluit.
Non ego pro mundi regno magis anxius illa

Candore notabilis ipſo.Notatu & uiſu facilis ob illius candorẽ. Magni tonantis:periphraſis eſt Iouis. Deorum nobilium:hoc eſt clarorum:qui maiores gentium dii appellãtur: ut inquit Macrobius.Sunt autem duodecim numero.Et nomĩe quidẽ mulieꝝ ſex:Iuno:Veſta:Minerua:Ceres: Diana:Venus:Viroꝝ autem nomine totidẽ:Iupiter:Mars:Mercurius:Neptunus:Vulcanus:Apollo. Atria:aulæ. Celebrãtur.frequentantur. Valuis apertis.Ianuis patentibus.

Valuæ
Fores

Valuæ autẽm dictæ ſunt:quod dum aperiuntur in ſe reuoluuntur.Fores uero proprie dicuntur que foras aperiuntur. Plebs habitat diuerſa locis. plebem uocat multitudinem deorum minorum. A fronte.In fronte lactei circuli potentiores inquit dii habitant ibiq; ædes ſuas collocauere. Videtur autem Ouidius alludere ad pallatium Romanum in quo imperatores cum principibus habitabant. Si uerbis audacia detur.hoc eſt.ſi id aſſerere auderem. Palatia magni cæli.

Palatium

hoc eſt:regiam cæli.Palatium namq; unus eſt ex collibus Romanis in quo magnificæ imperatorum ædes conſpiciebantur.Inde factũ eſt ut ampliſſimas quaſq; ædes uulgus pallatia uocet. Marmoreo receſſu:in iteriore ædium:parte marmoribus incruſtata. Celſior ipſe loco.Sublimior cæteris:ut reges ſedere conſueuerunt. Sceptroq; innixus eburno.Sceptro ex ebore confecto inherens. Ex quo colligimus reges quoq; apud antiquos non ſedentes:ut fere nunc fit:ab ineptis & artis oratoriæ imperitis:ſed ſtátes principibus ac populis orationes habuiſſe.

Sceptrum

Sceptrum autem baculus eſt:quo priſci reges utebantur:qualibus nunc pontifices noſtri inniti ſolent.Sceptrum uero in primis Ioui attribuitur:ut qui rex ſit hominum atq; deorum. Terrificam Cæſariem terrorem incutientem. Cõcuſſit terq; quaterq;:Sæpius cõmouit atq; agitauit:Hoc aũt habitu ſignificat Iouẽ fuiſſe iratũ.Crebra enim cõcuſſio capitis indignationẽ ſignificat. Cũ qua:magnã Iouis oñdit potẽtiam:q una cũ capite totum mũdum cõmouit. Talibus modis:hoc modo iratus atq; indignatus Iupiter ẽ locutus.Non ego pro mũdi regno.Hac oratiõe Iupiter oſtendit genus humanũ dignũ eſſe quod pdatur:cũ dii quoq; ipſi apud illum minime ab inſidiis ſint tuti.Nam Lycaon ipſum Iouem deoꝝ hominũq; parentem interficere conatus eſt Attentos aũt ſimul & beniuolos deos reddit:& rei magnitudinem oſtẽdẽs.& aĩum ſuum pro ſalute eorum anxium atq; ſollicitũ eſſe demõſtrans. Non ego pro mũdi regno:de mundi regno Iupiter cum gigantibus gra-



uiſſimum bellum geſſit:eoſq; tandem in phlegreis cápis ſuperauit & ad inferos detruſit:ut pauloante diximus. Quiſq; anguipedum:q̃ſq; Gigantum.Nam anguipedes dicti ſunt gigantes quod anguinos pedes habere uiderentur:ut in quinto Faſtorum Ouidius ipſe narrat.Quod ſignificat:ut ſcribit Macrobius:nihil eos rectũ:nihil ſupernũ cogitaſſe:totius uitæ coꝝ greſſu atq; proceſſu in inferna mergẽte. Centũ brachia:centũ manus. Vnde & gigantes centimani a centum manibus uocantur. Alludere aũt poeta uidetur ad Briareũ gigãtẽ:& cottũ:& gigen illius fratres:quos Heſiodus in Theogonia ſingulos centũ manus hũiſſe ait. Cælo captiuo :quod captiuũ reddere cupiebãt. Nam q̃q̃ . Rationẽ aſſignat Iupiter cur magis nũc ſit ſolicitus:q̃ cũ gigantes cælo manus iniicere conati ſunt. Nam q̃uis inqt gigantes uiri eſſent fortiſſimi:mihi tamen bellũ minime cum toto hominum genere ſuſcipiendum fuit:ſed cũ una ſolũ gigantum ꝓgenie. Ab uno corpore.ab una hominum cõgregatione.Nam corpus interdum ꝓ multitudinis congregatione ponitur: Et ex una origine expõit id quod ab uno corpore dixit.Ab una.n. gigantũ ꝓgenie Ioui bellum fuit indictum . De gigantũ autẽ origine uariæ ſunt priſcorum opiniones. Alii nanq; illos Titani & Terræ filios fuiſſe ſcribunt.Alii ex ſanguine Titanorum a Ioue interfectoꝝ & terra natos eſſe aiunt.Ioſephus uero in antiqtatibus Iudaicis contendit eos ex coitu demonum cum mulieribus fuiſſe procreatos:cui quidem opinioni & Lactantius & ſacra hiſtoria aſtipulari uidetur. Nunc mihi qua totum.Nunc inqt non unum hoĩnm corpus: ſed totum genus humanum prorſus mihi ẽ pdendum. Qua.quatẽus & quouſq;. Nereus:Deus eſt marinus:ſed pro oceano ponitur qui uniuerſam circumit terrã. Circũſonat.Circũſtrepit fluctibus. Per flumina iuro infera.Per ſtygem paludẽ iurat mortale genus totũ eſſe perdendũ. Stygis aũt numen dii fallere metuebant.ut ait Virgilius . Dii cuius iurare timent & fallere numen. Stygio luco.Nemori ſtygi paludi iminẽti. Cuncta prius temptáda.Oĩa inqt prius ſũt

Tempeſtate fui:qua centum quiſq; parabat
Iniicere anguipedum captiuo brachia cælo .
Nam q̃q̃ ferus hoſtis erat : tamen illud ab uno
Corpore & ex una pendebat origine bellum.
Nunc mihi qua totum nereus circũſonat orbẽ
Perdendũ eſt mortale genus:per flumina iuro
Infera,ſub terras ſtygio labentia luco:
Cuncta prius tẽptãda:ſed imedicabile uulnus.
Enſe recidendum eſt:ne pars ſyncera trahatur.
Sunt mihi ſemidei:ſunt ruſtica numina fauni:
Et nymphæ:ſatyriq;:& monticulæ ſiluani :
Q uos quoniã cæli nondũ dignamur honore:
Q uas dedimus:certe terras habitare ſinamus
An ſatis o ſuperi tutos fore creditis illos:
Cum mihi qui fulmẽ:qui uos habeoq; regoq;:
Struxerit inſidias notus feritate lycaon?
Confremuere oẽs:ſtudiiſq; ardentibus auſum
Talia depoſcunt:ſic cum manus impia ſæuit

experienda q̃ genus humanum perdatur.Sed mali tamen ſunt perdendi:ne boni periclitentur. Sed immedicabile uulnus.Hac ſimilitudine colligit uniuerſum genus humanum eſſe perdendum:cum totum ſit corruptũ Vt enim corporis partes curruptæ ſolent præcidi:ne reliquum corpus putreſcat . Sic genus humanũ ẽ perdendum:ne ſatyri nymphæ:ac fauni hominum ſceleribus inquinentur atq; infeſtentur. Immedicabile: inſanabile. Pars ſincera:integra ac ſana & incorrupta. Trahatur:in putredinem & corruptionẽ ducatur. Argumentatur autem Iupiter ab utili & honeſto. Sunt mihi ſemidei.Quænam ſit ea pars ſyncera cui timet Iupiter ab humano genere:exponit. Semidei.heroes alio nomine uocantur:maiores enim hominibus ac diis minores fuiſſe uidentur. Fauni:Satyri:Siluani:dii habiti ſunt ruſticani. Et Nymphæ.Nymphaꝝ uaria ſunt nomina. Aliæ nãq; dicuntur Nereides q̃ mare incolunt.Aliæ Naiades q̃ fontes.Aliæ napeæ q̃ ſaltus & ſiluas. Aliæ Oreades q̃ montes.Aliæ dryades:Aliæ amadryades q̃ in ſiluis habitant:una cum arboribus naſci moriq; dicuntur: αμα nãq; ſimul & Δρυσ Δρυοσ arborem & quercum ſignificat. Quos quoniam cæli.Occurrit tacite obiectioni.Poſſet enim quis dicere.Si times a genere humano ſemideis & nymphis & diis ruſticis : tranſferas ipſos in cælum:ac genus humanum inter ſe debacchari permittas.Sic enim ſua ſtultitia ſatis ſuperq; punietur.At inqt Iupiter:nõdũ illos cenſeo dignos:q in cælo recipiãtur: Dignamur:dignos cẽſemus.Sic Virgilius.Haud equidem tali me dignor honore. An ſatis o ſuperi.Hoc argumẽto a maiori ſumpto colligit genus humanũ omnino eſſe perdendũ.Nam ſi mihi inquit cui imperium eſt & deorum & hominum:inſidias ſtruere lycaon feritate ſua notiſſimus eſt auſus:quo modo dii minores ab humano genere poterũt eſſe tuti? Habeoq; regoq;: hoc eſt:contineo & guberno.Græcũ aũt uerbum expreſſit.Nam εχω & habeo:& contineo ſignificat. Notus: nobilis & famoſus ſua feritate. Cõfremuere oẽs.Simul oẽs fremuere & murmurauere facinoris imanitate cõmoti. Studiis ardẽtibus:iflãmatis uolũtatibus. Depoſcunt:ad pœnã ſubaudiẽdũ eſt. Sic cũ manus ĩpia ſæuit.In Auguſti gratiã hæc ab Ouidio referũtur.Vt inqt totũ genus humanũ Iulii Cæſaris indigna cæde commotum eſt:qua in ſenatu ab ingratis impiiſq; ciuibus fuit affectus:ſic dii auditis Ioui ſtructis inſidiis inflãmati ſunt.Tametſi de coniurationibus & inſidiis cõtra Auguſtũ Cæſarem ſtructis:hæc mihi dicta potius eſſe uidentur.Sic enim & Ioui & deorũ indignatiõi pulcherrime accõmodatur hæc ſimilitudo . Nã ut Iupiter a Lycaone q̃uis inſidiãte nõ fuit interfectus:ita ne Auguſtus qdem a coniuratorum quoq̃ fuit oppreſſus.Cum alii autem multi uariis temporibus:ut ſcribit Suetonius:in Auguſtum coniurarunt:tum Telephus mulieris ſeruus nomẽclator.Is enim quaſi debita ſibi fato dominatione & ipſum & ſenatũ aggredi deſtiauerat.Quõdam etiam iux-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sanguine cæſareo romanū extinguere nomē
Attonitum tanto ſubitæ terrore ruīnæ
Humanū genus eſt:totuſq; perhorruit orbis.
Nec tibi grata minus pietas auguſte tuorum,
Q uam fuit illa Ioui:qui poſtq̄ uoce manuque
Murmura compreſſit:tenuere ſilentia cuncti
Subſtitit ut clamor preſſus grauitate regētis:
Iupiter hoc iterum ſermone ſilentia rupit.
Ille quidē pœnas(curam hāc dimittite)ſoluit.
Q uod tñ admiſſum.quæ ſit uindicta docebo.
Contigerat noſtras infamia temporis aures:
Q uā cupiēs falſam ſummo delabor olympo
Et deus humana luſtro ſub imagine terras.
Longa mora eſt:q̄tum noxæ ſit ubiq; repertū
Enumerare.minor fuit ipſa infamia uero.
Menala tranſieram latebris horrenda ferarū:
Et cum cyllene gelidi pineta lycei.
Arcados hinc ſedes & in hoſpita tecta tyranni
Ingredior:traherent cū ſera crepuſcula noctē
Signa dedi ueniſſe deum:uulguſq; precari
Cœperat.irridet primo pia uota lycaon.
Mox ait experiar deus diſcrimine aperto:
An ſit mortalis:nec erit dubitabile uerum.
Nocte grauem ſomno nec opina pdere morte
Me parat.hæc illi placet experientia ueri.

ta cubiculum eius lixa quidam ex illyrico exercitu ianitoribus deceptis noctu deprehenſus eſt: cultro uenatorio cinctus:inops ne mentis an ſimulata dementia incertum.Nihil enim exprimi queſtione potuit.De inſidiis autem Auguſto ſtructis potius eſſe intelligendum q̄ de Iulii Cæſaris cæde facile ex ipſius Ouidii uerbis percipi poteſt:cum inquit nec tibi grata minus pietas Auguſte tuorum q̄ fuit illa Ioui . Hoc uero ab iſtis ſcalforniis ſi quo ingenio iudicioue forēt:notādū erat.Mihi certe prior expoſitio ut de Iulii Cæſaris cæde itelligamus:nō pbatur. Manus ipia.Impiorū coniuratorū multitudo.Nā ſexagita & amplius.C.Caſſio.M.q; & Decio Bruto principibus(ut refert Suetonius)in Iuliū Cæſarem coniurarunt:cumq; in ſenatu tribus & uiginti uulneribus trucidarunt. Sæuit extinguere:Sæuit ut extingueret:poetica enim locutio ē : Sāguine Cæſareo.Iulii Cæſaris cæde:ſiue potius Auguſti. Attonitum:ſtupefactum. Romanum nomē:quod Iulius Cæſar geſtis ſuis clariſſimum reddiderat. Nec tibi grata minus pietas:Non minus inquit pietas populi Romani:q tuos inſidiatores ultus eſt tibi gra a fuit : q̄ Ioui deorum indignatio:quā conceperunt: cum audiſſent inſidias Ioui ipſi a lyacone fuiſſe ſtructaſ

Qui poſtq̄ uoce manuq;:Geſtū exprimit eorū qui ſilentium indicūt, Compreſſit:compeſcuit. Subſtitit ut clamor.poſtq̄ ceſſauit clamor iouis auctoritate cohibitus. Silētia rupit:locutus eſt.Sic Virgilius.Quid me alta ſilētia cogis rūpe.

Ille qdē.Lycaō iqt ille feritate cōſpicuus dedit pœnas ná ſoluere pœnas.ē pati pœnas & ſuſtiere. Curam hanc dimittite :ipſum depoſcendi ad pœnam.Eſt autem parentheſis. Quod tamen admiſſum.Quáuis inquit dederit pœnas Lycaon:uolo uos tamē docere & peccatū quod admiſit:& pœnam qua fuit affectus. Contigerat noſtras.Narrat Iupiter quemadmodum inquiſiturus hominum ſcelera e cælo deſcendit in terras:ſuſceptaq; humana figura orbē terrarū peragrarit.ac tandem ad lycaonem Archadiæ regē hoſpites crudeliſſime interficientem peruenerit:quē in lupum icc irco ſe ait cōmutaſſe : quod ſe quoq; interficere conatus eſt. Infamia temporis:ignominia ſeculi:quo teterrima quæq; ſcelera cōmittebant. Quā cupiens falſam. Deus enim uult omnes homines bonos eē. Luſtro : pagro:circūeo.Alias luſtrare eſt purgare & illuſtrare. Longa mora eſt Enumerare.Lōga mora eſſet inqt ſi enumerare uellē q̄tum ubiq; ſceleris inuenerim. Noxæ culpæ ſceleris. Noxa.n. & culpam & ſcelus & maleficiū ſignificat :Vnde noxius declinari uidetur : Sane noxa interdum ēt pœnā ſignificat .Vñ apud iuriſcōſultos Noxæ dederūt:hoc ē pœnæ tradere ob dānū illatū.Vnde & noxales actiōes ab iiſdē appellātur quæ ex noxa maleficio ſeruorum aduerſus dominos inſtituuntur. Minor uero:eo quod uerum erat.Maiora nāq; ſcelera & plura ab Ioue deprehenſa fuere q̄ ferebantur. Mænala tranſieram. Deſcribit iter quo ad Lycaonē peruenit. Mænalus autē mons ē archadiæ celeberrimus.Latebris:latibulis. Et cum cyllene . Cyllene mons archadiæ Mercurio dicatus.Vnde etiam Cyllenius appellatur.Pineta.loca pinis conſita:ut olineta. Lycæi.Mons eſt arcadiæ Lycæus pani ſacer. Et inhoſpita:inhoſpitalia. Arcados tyrāni:Lycaonis arcadiæ regis.Tyrannus quidem apud priſcos etiam pro bono principe accipiebatur . Virgilius . Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni Vſus deinde optinuit:ut pro eo demum poneretur:qui dominatu crudeliter abuteretur.Arcas ſane & proprium filii Caliſtus nomen eſt & gentile:Vnde Arcadius & arcadicuſ deriuatur·Arcadia uero ab arcade Caliſtus filio denominata eſſe uidetur.Nam antea tūm Parrhaſia:tum Lycaonia:tū gigātis:tū Azania:tū Pania(ut inqt Stephanus q de urbibus & populis diligētiſſime ſcripſit)uocabatur. Traherent cum ſera crepuſcula noctem:hoc eſt:cum adueſperaſceret. Traherent : adducerent . Sera crepuſcula.Crepuſculum dicitur dubia lux.Nam creperus dubium ſignificat.Vnde & decrepiti ſenes dicūtur : quorum uita in dubio eſt conſtituta. Signa dedi:hoc eſt:ſignificaui me eē deū. Precari:colere ac uenerari.

Pia uota.piorum preces.Mox ait experior.Primo inqt Lycaon piorū uota:qui me uenerebantur:irridere cœperit:deinde periculum facere de mea diuinitate cogitauit. Diſcrimine apto:maniſeſto piculo:hoc eſt expientia. Nec erit dubitabile uerum.Nemo inqt poterit dubitare:an deus ſit an mortalis.Si eni deus erit:iterfici

Noxales actiones

Tyrannus

Archadius nomina

Crepuſculū

Creperus



Nec contentus eo eſt.miſſi de gente moloſſa
Obſidis unius iugulum mucrone.reſoluit-
Atq; ita ſemineces partim feruentibus artus
Mollit aquis:partim ſubiecto torruit igni.
Q uos ſimul poſuit mēſis ego uindice flāma
In dominum dignos euerti tecta penates.
Territus ipſe fugit:nactuſq; ſilentia ruris
Exululat:fruſtraq; loqui conatur.ab ipſo
Colligit os rabiem:ſolitæq; cupidine cædis
Vtit i pecudes:& nūc quoq; ſanguie gaudet
In pilos abeunt ueſtes.in crura lacerti.
Fit lupus:& ueteris ſeruat ueſtigia formæ.
Canicies eadem eſt.eadem uiolentia uultus.
Iidem oculi lucent.eadem feritatis imago eſt.
Occidit una domus:ſed nō domus una perire
Digna fuit qua terra patet:fera regnat erinnys.
In facinus iuraſſe putes.dent.ocius omnes
Q uas meruere pati(ſic ſtat ſententia)pœnas
Dicta iouis ps uoce pbāt ſtimuloſq; frementi
Adiiciunt:alii partes aſſenſibus implent.
Eſt tamen humani generis iactura dolori
Omnibus:& quæ ſit terræ mortalibus orbæ
Forma futura rogant:quis ſit laturus in aras
Thura:feris ne paret populādas tradere terras
Talia quærentes(ſibi enim fore cætera curæ)
Rex ſuperū trepidare uetat:ſobolemq; priori:
Diſſimilem populo pmittit origine mira .
Iamq; erat in totās ſparſurus fulmina terras.

non poterit.Sin homo fuerit:facile perimetur.Nec opina.inopinata. Nec contentus eo.Nec ſatis.inquit ei uiſum eſt me uelle pdere:niſi ēt mihi in cœnam carnes humanas partim elixas:ptim toſtas apposuiſſet. De gēte moloſſa.Moloſſi populi ſunt Epiri:a qbus bello uictis Lycaon obſides acceperat:quorū unum iugulauit:ut ipſum Ioui apponeret epulandū. Reſoluit:aperuit. Semineces artus:ſemimortua mēbra & adhuc palpitātia. Mollit aqs:coquit & mollia reddit. Quos ſimul impoſuit mēſis.Poſtq̄ ait humanæ illæ carnes mihi appoſite fuerūt:ego ſtatim ædes lycaonis incēdio corripui dignas quæ in tam crudelem dñum euerterentur. Cæterū ipſe territus in ſiluas aufugit:& in lupum feritati ſuæ maxime cōueniēs animal fuit cōmutatus. Vindice flāma.ultrice. Tecta:domum : a parte enim totū intelligimus. Dignos penates:q incenderētur:cū tam ſceleratum dñm pati poſſent. Territus:incēdio ædium preterritus .

Exululat.Valde ululat.Iam enim in lupū fuerat conuerſus.Ná ululare:quod factitiū eſt uerbum:luporū eſt propriū. Ab ipſo colligit:os rabiem.Quia inqt loqui nō poterat in rabiē actus eſt:quā ab hominibus in pecudes tranſtulit. Et nūc quoq;:quemadmodum cū erat homo. In pilos abeūt ueſtes.In pilos inqt ueſtes mutatæ fuerūt:brachia aūt in crura.Sicq; lycaon in lupū fuit conuerſus.Quod qdem iccirco fingitur :qa lycaon auariciæ deditus ex rapto:tanq̄ lupus uiuebat.Auari nāq; lupis(q nunq̄ ſatiantur pecudum cæde)q̄ ſimillimi eſſe uidentur.Hoīes autē in lupos conuerti rurſoſq; reſtitui ſibi falſum eē contēdit Plinius.Vnde tñ iſta uulgo infixa ſit fama:in tantū ut in maledictis uerſipelles habeantur:oñdit cū inqt.Euantes inter auctores græciæ nō ſpretus tradit Archadas ſcribere:ex gēte Antei cuiuſdā ſorte familia electū ad ſtagnū quoddā regionis eius duci:ueſtituq; in quercu ſuſpenſo tranare atq; abire in deſerta : trāſfigurariq; in lupū:& cū cæteris eiuſdē generis cōgregari p annos nouē:Quo tpe ſi homine ſe abſtinuerit : reuerti ad idē ſtagnū:& cum tranauerit:effigiē recipe ac priſtinū habitū addito nouē annorū ſenio. Addit quoq; Fabius eandē recipe ueſtē.Hæc uero Plinius fabuloſa eſſe putat. Et ueteris. Adhuc inqt ſigna priſtinæ formæ retinet.Ná eandē & caniciem & uultus uiolentiā habet:oculi præterea ipſi ut prius lucēt:ac demū eandē feritatē : q̄ ēt prius exercet. Occidit una domus.Poſtea q̄ Iupiter exē[illegible] lycaōis oñdit:q̄ tetris ſceleribus infecti ſunt h[illegible]ies:cōcludit totū genus humanū penitus eſſe pdendū.Sicq; poeta fabulā cū fabula ac mutationē cū mutatione cōnectit.Narraturus enim quēadmodū lapides a Deucalione & pyrrha poſt terga iactl partim in mares : partim in fœminas fuere cōuerſi:ante deſcribit diluuiū quo genus humanū fuit extinctū. Sed nō domos una pire.Oēs inqt hoīum domus ſūt euertēdæ nō una.Vbiq;.n.nefāda ſcelera ppetrant. ¶ Fera erinys.Feritas:ipietas.Erinis.n.dicit furia iſernalis:diſcordia cōtētiōeq; gaudēs. In facinns iuraſſe putes . Poſſes inqt putare: oēs hoīes mala ppetraturos cōiuraſſe. Facinus:ſcelus:q̄uis in bonā quoq; accipiat ptē. Dent ocius oēs pœnas:hoc ē.Cito ac repente oēs puniant.Dare & pſoluere pœnas dñr q puniunt. Sic ſtat ſnia.Talis eſt inqt ſnia mea:ut oēs pdant. Stat.Fixa ē & imota.Eſt aūt parentheſis. Dicta Iouis : oēs inqt dii Iouis ſniam ptim uerbis: ptim nutu approbauere. Aſſenſibus:nutibus & māibus ſe Ioui aſſentire ſignificāt. Iactura:pditio. Orbæ:priuatæ: Rogāt:Interrogant Iouē. Quis ſit laturus in aras Thura.Quis ſit diis ſacrificaturus. Populandas : uaſtandas ac depredandas. Sibi enim fore cætera curæ . Subaudiendum eſt ait uerbū: quod eleganter in huiuſmodi pretermittitur locutione.Eſt autem parentheſis. Rex ſuperum: Iupiter. Origine mira.Quia lapides:ut paulopoſt narrabit:in homines fuere conuerſi:quod quidem maxime mirandum ē

Iamq; erat:ſtatim inquit Iupiter fulminibus genus humanum perdidiſſet:niſi ueritus eſſet ne cælum quoq; terrarum incendio conflagraret:cum præſertim in fatis meminerit eſſe:ut aliquando totus mūdus igne abſumatur. Quare non fulminibus ſed aquarum inundatione genus humanū perdere decreuit. Iamq;:ſtatimq;.

Molliſſi

Sacer æther.ſacrum cælum. Tot ab ignibus:quot opus eſſet ad totam terram comburendam. Concipe ret.contraheret. Totus axis.totum cælum.Sinegdoche eſt.Axis enim qui pars eſt cæli pro toto ponitur cælo. Nam axis proprie illud eſt plauſtri lignum circa quod rotæ uertuntur: ad cuius ſimilitudinem axis in mundi ſphæra uocatur:circa cuius cacumina ſphæra ipſa rotatur:quibus contigui ſunt duo poli qui & uertices dicuntur:qbus ueluti cardinibus(ut ſcribit Apuleius:maxime ſpæra nititur:arcticus & antarticus:ſiue borealis & auſtralis. Eſſe quoq; in fatis.In diſpoſitione fatorum.Alia ratio eſt qua deterritus eſt ab incendio Iupiter:ne id eueniret:quod in fatis eẽ ſciebat:ne uidelicet totus mũdus cõflagraret: Eſt ãt fatũ(ut ſtoici aiũt) cõnexa re᷑ ſeries ꝑquã mũdus adminiſtratur. Affore.aduentu᷑ eſſe. Et mũdi moles.machina mũdi. Operoſa.multi operis. laboret:in labore & periculo ꝑꝑ incẽdium futura ſit. Hoc autem maxime cum dogmate chriſtião cõuenit Nos enim credimus mũdum in nouiſſimo die conflagraturũ. Tela reponũtur.fulmina a Cyclopibus cõfecta:Cyclopes eni Ioui fulmina cõfeciſſe dicuntur. Fuerunt autẽ populi Siciliæ unũ ĩ media fronte oculũ habentes. Pœna diuerſa. cõtraria.Dilluũium enim incendio contrariũ ẽ.

Nĩbos.pluuias: Demittere. deorſũ mittere Protinus æoliis.Statim inquit Iupiter clauſis ĩ ſpelunca iis uentis: qui inducũt ſerenitatem:auſtrũ pluuia gaudentẽ emiſit. In æoliis antris. In æoli ſpelũcis.Notius eſt autem Aeolum Iouis ex aceſta filium regẽ eſſe uento᷑:q̃ ut hoc loco ſit exponendum. Quod qdem idcirco fictum eſt quia ut plinius ait:Aeolus uentorum rationẽ inuenit. Cum enim ſeptem inſularum iuxta fretum ſiculum quæ ab illo Aeoliæ fuerunt cognõminatæ:princeps eſſet.ac ex nebulis & fumo Hieræ inſulæ ardentis uẽtos prædiceret futuros:creditus eſt illos ĩ ſua habere poteſtate. Flamina. a flando uenti flamina dicuntur. Madidis notus euolat alis. Eleganter auſtri uenti deſcribit effigiem.Sic enim apud priſcos pingebatur.Alæ autem uentis aſſignantur propter uelocitatem.

Tectus uultũ.hoc eſt tectum uultum habens. Eſt autẽ poetica ſynegdoche. Picea caligine. Nigris nubibus.Nam auſter nubiloſus eſt uẽtus.

Barba grauis.plena. Nimbis.pluuiis. Vnda.aqua. Rorant.ſtillant in roris ſimilitudinẽ.

Vtque manu late.poſtq̃ inqt notus manibus nebulas compreſſit:maximæ pluuiæ eſſe cœperunt. Fit fragor.ſtrepitus proprie rerum factarum. Denſi nimbi:crebræ pluuiæ. Concipit Iris aquas.Iris nũcia Iunõis a poetis fertur.Interdũ aũt etiam Iouis.Fit autẽ iris:ut ſcribunt phyſici:ex reflexione radio᷑ ſolis lunæue in nubibus pluuiæ tempore.Sternuntur ſegetes. Frumenta in agris exiſtentia ĩ terram ab aquis deiiciuntur. Seges autẽ dicitur frumentum nondũ demeſſũ Sternere uero interdum in terrã deiicere:Interdum ſignificat cooperire: ut cum dicimus ſternere menſam. Vota deplorata. Spes ualde ploratas:uota autem uocat frumenta multis uotis & precibus expetita. Colõis:agricolis. Irritus.uanus ac ſine ullo fructu. Cæruleus frater.Periphraſis Neptuni. Auxiliaribus undis:aquis auxilium afferentibus ad perdendum genus humanum.Auxiliares autem milites proprie dicuntur:qui in auxilium mittuntur. Cõuocat hic amnes:deos fluuiorum. Amnis enim fluuius dicitur ab ambiendo(ut Varro ait)quod omnia flumina circũeunt.Vnde ẽt cornuta pingũtur. Tyrãni ſui.Regis ſui Tyrãnus nãq; apud antiquos in bonã quoq; accipiebat̃ ptẽ.Virgilius.Pars mihi pacis erit dextrã tetigiſſe tyrãni. Hortamine:hortatu:exhortatiõe. Apite domos.Fõtes:q fluuio᷑ domus eẽ uident̃. Mole. obſtaculo.

Flumĩbus.fluxibus. Totas habẽas.Trãſlatio ab eqs ſumpta:q habenis inhibent̃. Defrenato.effrenato ac ſine ullo retinaculo. Ipẽ Neptunus. Tridẽte ſuo.Vt Ioui fulmẽ:ſic Neptũo tridẽs attribuitur:quo dũ ꝑcutit

Axis

Cyclopes

Seges
Sternere
Auxiliares milites
Amnis unde

Sed timuit ne forte ſacer tot ab ignibus æther
Conciperet flammas:totuſq; ardeſceret axis
Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tempus
Quo mare:quo tellus correptaq; regia cæli
Ardeat:& mundi moles operoſa laboret.
Tela reponuntur manibus fabricata cyclopũ
Pœna placet diuerſa:genus mortale ſub undis
Perdere:& ex omni nimbos dimittere cælo.
Protinus æoliis aquilonem claudit in antris:
Et quecunq; fugant inductas flamina nubes:
Emittitq; notum:madidis notus euolat alis
Terribilem picea tectus caligine uultum.
Barba grauis nimbis:canis fluit unda capillis.
Fronte ſedent nebulæ:rorant pennæq; ſinuſq;
Vtq; manu late pendentia nubila preſſit:
Fit fragor:& denſi fundũtur ab æthere nimbi.
Nuncia Iunonis uarios induta colores
Concipit Iris aquas:alimẽtaq; nubibus affert.
Sternuntur ſegetes:& deplorata colonis
Vota iacent:longiq; perit labor irritus anni:
Nec cælo contenta ſuo eſt Iouis ira:ſed illum
Cæruleus frater iuuat auxiliaribus undis.
Conuocat hic amnes:qui poſtq̃ tecta tyranni
Intrauere ſui:non eſt hortamine longo
Nunc ait utendum:uires effundite ueſtras.
Sic opus eſt:aperite domos ac mole remota:
Fluminibus ueſtris totas immittite habenas.
Iuſſerat:hi redeunt:ac fontibus ora relaxant.
Et defrenato uoluuntur in æquora curſu.
Ipſe tridente ſuo terram percuſſit:at illa



terram:ſemper fit terræmotus. Expatiata late ſparſa. Penetralia cum ſuis ſacris:hoc eſt.Penetralia cum diis penatibus.Nam penetralia(ut Sex.Pompeius ſcribit)ſunt penatium deorum ſacraria. Rapiunt.Vi aſtrahũt.

Si qua domus manſit.Ordo eſt.Si qua domus remanſit indeiecta. Indeiecta:nõ deiecta in terram. Culmen tamen.Culmen eſt tecti ſumitas a culmo dictum:quod culmo antiquitus domus tegerentur. Preſſæq;. ſubmerſæ. Sub gurgite.Sub mari.eſt autem rapinoſis.Nam gurgitem(qui proprie locus eſt in flumine profũdior)pro mari poſuit poeta,Sic Virgilius Appent rari nantes in gurgite uaſto.Inde fit uerbum ingurgito quod & deuoro & repleo ſignificat.Vnde Macrobius in ſaturnalibus ſcribit Fabium ciuem Romanũ Virum triumphalẽ a deuorato patrimonio gurgitem fuiſſe cognominatum.Nullum diſcrimẽ. Nullam diſcretionem ac differentiam.Alias diſcrimen periculum ſignificat. Omnia pontus erat.Omnia mare occupauerat: Pontus autem proprie id mare eſt quod euxinum appellatur. Sed pro quocunq; mari frequenter ponitur.Põtus etiam prouincia eſt Aſiæ Bithiniæ finitima Euxinoq; adiacens:unde ponticus deriuatur.

Occupat hic collem.Alius inquit ex hominibus in montem confugiebat:alius in cymbam. Proprie autem occupari dicuntur loca poſſeſſoribus uacua. Cymba adũca.Perite.nam cymbæ & proram & puppim aduncas habent. Et ducit remos.Remigat. Villæ.Villa proprie dicitur domus in agro. Sũma in ulmo. Sic Horatius hoc idem diluuium diſcribens.Piſcium & ſũma pecus hæſit in ulmo. Sic ſors tulit.Sic caſu euenit:eſt autem parentheſis. Anchora quidem a latinis aſpiratur q̃uis apud græcos aſpiratione careat:eſt autem anchora inſtrumentum ferreum quod ad continendas naues in mare iaci conſueuit.Vnde anchorarii funes dicuntur:qbus anchore ligantur.Vineta loca dicuntur uineis & uitibus conſita. Et modo.pauloante.

Graciles capellæ:macræ & agiles capræ. Gramen:herbam ſpeciem pro genere poſuit. Deformes phœcæ.Turpes & uaſtæ.Phocæ a latinis uituli marini appellãtur. Nereides. Nymphæ ſunt marinæ a Nereo appellatæ: Delphines. Delphin & delphinus a genitiuo græco delphinos fit nominatiuus latinus. Incurſant:freq̃nter currunt. Agitata:impulſa. Robora.ligna ac truncos. Pulſant.percutiunt. Natant. natat. Eſt autem perquam laſciua & lepidiſſima deſcriptio quam quidem Seneca reprehendit: quod in re triſti ludere poeta uidetur. Vnda uehit tigres.Tigris fera eſt truculenta mirandæ uelocitatis:In armenia Indiaq; naſcẽs. Tigris etiam eſt fluuius Armeniæ a uelocitate qua decurrit ſic appellatus.Nam Tigris lingua perſica ſagittam ſignificat. Vbi ſiſtere poſſit. In qbus terris ſe firmare poſſit. Siſtere autem eſt ſtare facere.idem uero cum ſto uerbo præteritum habet & ſupinum. Volucris uaga. Hirundinis ẽ piphraſis.Nã hirũdines uagos maxime uolatus habent. Nec uires fulminis apro.Tanto ĩpetu apri uenatores aggrediunt̃:ut uires fulmini ſimiles habere dicant̃. Ablato:abrepto ab undis. Laſſatis:defatigatis. Obruerat.tumulos.Coopuerat mõtes.Obruere nãq; ẽ aqua terraue opire.Tumuli uero mõtes dicũt̃ a tumore. Pulſabãt.Percutiebãt. Noui fluctus.Magnæ unde & iuſitatæ. Mõtana cacumina.Mõtiũ ſummitates. Maxima pars:hoĩum ſubaudiat̃. Quibus unda pepcit.hoc ẽ.Qui ſubmerſi nõ fuerũt fame piere.

Sepat aonios.Topographia & loci deſcriprio.Mõtẽ.n.Parnaſiũ deſcribit:in cuius cacumẽ ſua altitudine ab undis tutũ Deucaliõ & Pyrrha ſe receperũt. Phocis regio ẽ iter Boetiã & Atticam:a phoco denomiata:in qua mons Parnaſus duobus collibus eminens conſpicitur. Ab acteis aruis.ab Attica regiõe.Nã attica Acte a littore quod ακτη dicit̃: ſiue ab Actæo rege fuit appellata.Eſt.n.maritima regio ac fere littus eẽ uidet̃. Terra ferax:

Penetralia
Culmen
Gurges
Pontus
Villa
Anchora
Tigris flu.
Phocis Parnaſſus unde Deucalion cũ Pyrrha

Intremuit:motuq; uias patefecit aquarum.
Expatiata ruunt per apertos flumina campos.
Cumq; ſatis arbuſta ſimul pecudeſq; uiroſq;:
Tactaq; cumq; ſuis rapiunt penetralia ſacris.
Siqua domus manſit:potuitq; reſiſtere tanto
Indeiecta malo:culmen tamen altior huius
Vnda tegit:preſſæq; latẽt ſub gurgite turres.
Iamq; mare & tellus nullũ diſcrimẽ habebant.
Omnia pontus erat:deerãt quoq; litora ponto.
Occupat hic collem:cymba ſedet alter adũca:
Et ducit remos illic:ubi nuper ararat.
Ille ſupra ſegetes aut merſæ culmina uillæ
Nauigat:hic piſcẽ ſumma deprehẽdit in ulmo.
Figitur in uiridi(ſic ſors tulit)anchora prato:
Aut ſubiecta tegunt curuæ uineta carinæ.
Et modo qua graciles gramẽ carpſere capellæ
Nunc ibi deformes ponũt ſua corpora phocæ
Mirantur ſub aqua lucos urbeſq; domoſq;
Nereides:ſiluaſq; tenent delphines:& altis
Incurſant ramis:agitata q; robora pulſant.
Nat lupus inter oues:fuluos uehit unda leones
Vnda uehit tigres:nec uires fulminis apro.
Crura nec ablato proſunt uelocia ceruo.
Quæſitiſq; diu terris ubi ſiſtere poſſit:
In mare laſſatis uolucris uaga decidit alis.
Obruerat tumulos immenſa licentia ponti:
Pulſabantq; noui montana cacumina fluctus.
Maxima pars unda rapit̃:qbus unda pepercit
Illos longa domant inopi ieiunia uictu.
Separat aonios actæis phocis ab aruis:
Terra ferax:dum terra fuit:ſed tempore in illo
Pars maris:& latus ſubita᷑ campus aquarũ.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Mõs ibi uerticibus petit arduus aſtra duobus
Nomie parnaſſus:ſuperatq; cacumine nubes.
Hic ubi deucalion(nã cætera texerat æquor)
Cum conſorte tori parua rate uectus adheſit.
Corycidas nymphas & numina mõtis adorãt:
Fatidicamq; themim:quæ tunc oracla tenebat.
Non illo melior quiſquam:nec amãtior æqui
Vir fuit:aut illa reuerentior ulla deorum.
Iupiter ut liquidis ſtagnare paludibus orbem
Et ſupereſſe uirum de tot modo milibus unũ:
Et ſupereſſe uidet de tot modo milibus unam:
Innocuos ambos:cultores numinis ambos:
Nubila diſiecit:nimbiſq; aquilone remotis
Et cælo terras oſtendit:& æthera terris.
Nec maris ira manet:poſitoq; tricuſpide telo
Mulcet aquas rector pelagi ſupraq; profundũ
Extantẽ:atq; humeros innato murice tectum
Cæruleum tritona uocat:conchaq; ſonanti
Inſpirare iubet:fluctuſq; & flumina ſigno
Iam reuocare dato:caua buccina ſumitur illi
Tortilis in latum:quæ turbine creſcit ab imo.
Buccina:quæ in medio concepit ubi aera põto

fertilis. Mons noie Parnaſſus. Parnaſſus mons eſt Phocidis:a Parnaſſo antiqſſimo uate cognominatus:Vñ Parnaſſius. Parnaſſiacus. Parnaſſias Parnaſſis:& Parnaſſeus deriuantur. Prius autem Larnaſſos fuit appellatus quod illuc Deucalionis arca quæ græce λαρναξ dicitur: fuerit appulſa. Petit aſtra. Tendit in altum ſydera uerſus. Duobus uerticibus:duobus cacuminibus:quorum alterum Tithoreum:alterum hymapeum appellat Herodotus. Quãuis Seruius Heliconem & Cytheronem putet: quos Bœotiæ montes eſſe conſtat longe a Parnaſſo diſtantes. Parnaſſus autem totus:& Apollini:& muſis:& Baccho eſt conſecratus. Hic ubi Deucaliõ: Deucalion Promethei filius uir integer: ac pius una cum Pyrrha uxore diluuio inualeſcente ad cacumen Parnaſi confugit:ubi poſt finitum diluuium themidem conſuluerunt:quo modo genus humanum raparare poſſent: quibus Themis reſpondit id poſſe reparari:ſi antiquæ matris oſſa poſt terga ieciſſent:quæ Deucalion lapides eſſe coniectauit. Nam lapides oſſa terræ uidentur eſſe:quæ antiquiſſima omnium eſt mater. Qui igitur lapides a Deucalione fuerũt poſt terga iacti in mares: quia Pyrrha in fœminas fuere conuerſi. Hoc autem iccirco fictum eſt:qđ ut ſcribit Euſebius in Cronicis Regnante Athenis Cæcrope maxima aquarum illuuies maiorẽ partem populorum Theſſaliæ aſſumpſit paucis per refugia montium liberatis maxime in monte Parnaſſo:in cuius circuitu Deucalion tũc regno potiebatur:qui tunc ad ſe ratibus confugiẽtes (ut narrat Iuſtinus) ſuſcepit:ac per ſũma parnaſſi iuga fouit:ac iccirco genus humanum ab illo fuiſſe reparatum aiunt. Hic ubi. Elegãter hic:& ubi ita iunguntur:ut id & quod:cum ubi & quod grãmaticæ locutioni ſatis eſſe uideantur:ut cum dicimus. Tibi morem geſſi id quod fratri ſum pollicitus:nam quod ſum pollicitus ſatis eſſet. Nam cætera:parentheſis eſt:reliqua inquit loca mare occupauerat. Cum conſorte tori. hoc eſt uxore. Nam uxor lecti mari cõſors eſt. Corycidas nymphas. Corycum antrum ẽ Parnaſſi nymphis ſacrũ. Vnde Corycides nymphæ dicuntur. Eſt autem forma patronymica ꝓ poſſeſſiua. Eſt etiam corycus ciciliæ: & urbs: & mons:& antrum:ubi optimum naſcitur crocũ. Eſt præterea corycus: Vt Stephanus ſcribit: mõs Ioniæ altiſſimus:& portus:& inſula:eſt & ꝓmontorium Cretæ:& portus æthiopiæ Corycia appellatus. Et numina montis: Apollini Baccho: & muſis Parnaſſus dicitur eſſe conſecratus. Fatidicamq; Themi: Themi archana fatorum prædicentem. Themis aũt dea fuit:quæ ut inquit Sextus Pompeius:præcipiebat hominibus:ut a diis peterent id quod fas eſſet:unde etiã nomen accepit: nam θέμις apud græcos fas ac iuſtum ſignificat. Non illo melior quiſq̃: hæc eo pertinẽte: ut oſtendat poeta: Deucalionem & Pyrrham ob pietatem in deos merito fuiſſe incolumes conſeruatos. Iupiter ut liquidis ſtagnare: poſteaq̃ inquit Iupiter uidit totum orbem terrarum ſic aquis eſſe obrutum: ut ſtagnũ eſſe uideretur: ac ex omnibus ſolos Deucalionem & Pyrrham ſupereſſe reducta ſerenitate diluuium ita decreſcere cœpit. ut terræ cœperint apparere. Stagnare: ſtagnum & lacum eſſe effectum: ſtagnare enim proprie dicuntur terræ aquis non defluentibus coopertæ. Stagna ſiquidem paludes lacunæq; ac lame uocantur. Supeſſe: ſuperuiuere. Innocuos inſontes: innocẽtes. Nubila diſiecit: nubes diſſipauit. Nymbis aquilone remotis: ab aquilone depulſis. Eſt enim aquilo uentus nubila expellens: ac ſerenitatem inducens. Et cælo terras oſtendit: eleganter: nam ita aquis tegebantur. ut aeri occultæ eſſent terræ. Cælo: aeri. Ira maris. tempeſtas. Manet: permanet: perſtat: perſeuerat. Tricuſpide telo: periphraſis eſt tridentis: tres enim cuſpides habet: unde & tridens dictus eſt. Mulcet aquas: mitigat mare tumidum atq; iratum. Rector pelagi: neptunus. Innato murice: ingenita & naturali purpura. Murex enim piſcis eſt: ex cuius ſanguine purpureus conficitur color. Tectum humeros: ſynecdoche poetica. Tectos enim & coopertos humeros habentem intelligimus. Cæruleum tritona. Cæruleum mare proprie dicitur: & quicquid colorem habet maris. Triton autẽ fertur eſſe tubicen Neptuni: cui mandat: ut receptui canat: fluuioſq; in ſuos fontes reuocet. Conchaq; ſonanti. Triton pro tuba concha longiore utitur. Reuera autem inueniuntur Tritones conchis canẽtes: ut Plinius refert. Signo dato: facto ſigno ut redeant. Caua buccina. Deſcribit concham: qua pro tuba uti ſolet triton. Tortilis in latum: retorta in latitudinem. Quæ turbine creſcit ab imo. quæ ab ore anguſto incipit: & in amplum deſinit: ad turbinis ſimilitudinem. Buccina quæ in medio: elegans anadiploſis: qua buccinæ

Corycus

Themis

Stagnare



Littora uoce replet ſub utroq; iacẽtia phœbo.
Tum quoq; ut ora dei madida rorantia barba
Contigit:& cecinit iuſſos inflata receſſus:
Omnibus audita eſt telluris & æquoris undis
Et quibus eſt undis audita:coercuit omnes.
Iã mare littus habet plẽos capit alueus amnes
Flumina ſubſidunt:colleſq; exire uidentur.
Surgit humus:creſcũt loca decreſcẽtibꝰ undiſ
Poſtq; diem longam nudata cacumina ſylue
Oſtendunt:limumq; tenent in fronde relictũ.
Redditus orbis erat: quem poſtq̃ uidit apertũ
Et deſolatas agere alta ſilentia terras:
Deucalion lachrymis ita pyrrhã affatꝰ abortis
O ſoror o coniunx. o fœmina ſola ſuperſtes:
Quã cõmune mihi genus & patruelis origo:
Deinde torus iunxit nũc ipſa pericula iungũt
Terrarum: quaſcunq;:uident occaſus & ortus.
Nos duo turba ſumus. poſſedit cætera põtus.
Hæc quoq; adhuc uitæ non eſt fiducia noſtræ
Certa ſatis:terrent etiam nunc nubila mentem.
Quis tibi ſi ſine me fatis erepta fuiſſes:
Nunc animus miſerãda foret? quo ſola timorẽ
Ferre modo poſſes? quo conſolante dolores?
Nãq; ego(crede mihi)ſite quoq; põtus hẽret:
Te ſequerer cõiunx:& me quoq; põtus hẽret:
O utinam poſſem populos reparare paternis
Artibus:atq; animas formatæ infundere terræ
Nunc genus in nobis reſtat mortale duobus.
(Sic uiſum ẽ ſupis)hoinũq; exẽpla mãemus.
Dixerat:& flebant. placuit cæleſte præcari
Numen:& auxiliũ per ſacras quærere ſortes.
Nulla mora ẽ:adeũt pariter cephiſidas undas
Et nondum liquidas:ſed iã uada nota ſecãtes:
Inde ubi libatos irrorauere liquores
Veſtibus & capiti:flectunt ueſtigia ſacræ
Ad delubra deæ:quorum faſtigia turpi
Squallebãt muſco:ſtabantq; ſine ignibus aræ.
Vt templi tetigere gradus:procũbit uterq;
Prõus humi:gelidoq; pauẽs dedit oſcula ſaxo:
Atque ita:ſi præcibus dixerunt numina iuſtis
Victa remolleſcunt:ſi flectitur ira deorum:
Dic Themi qua generis dãnũ reparabile noſtri
Arte ſit:& merſis fer opem mitiſſima rebus.

laus exprimitur. Cum enim inflatur:omnia littora reſonant. Concepit ubi æra. poſtq̃ inflari cœpit. Sub utroq; phœbo. ſole & oriente & occidente. Eſt autem hyperbole poetica. Ab oriente enim ad occidẽtẽ tubæ illius ſonitum audiri affirmat:quod omnem excedit ueritatem. Tum quoq; ut ora dei hoc ẽ. poſtq̃ ori tritonis fuit admota. Rorantia. ſtillantia. Iuſſos receſſus. regreſſus fluuiorum a Neptuno imperatos. Coercuit. inhibuit & continuit. Iam mare litus habet. quo pauloante carebat. Subſidunt. diminuuntur & minus profunda fiunt. Poſtq̃ diem longam. poſt longum tempus. Nudata. foliis priuata atq; ſpoliata. Redditus orbis erat. hoc eſt ſibi ipſi orbis reſtitutus eſſe uidebatur. Deſolatas. deſtitutas animãtibus. O ſoror o cõiunx. pathetica eſt oratio & affectus plena: qua Deucalion maximopere ſibi Pyrrhã deuincit. Et patruelis origo. Deucaliõ & pyrrha patrueles fuerunt. nam Iapetus duos ſuſtuliſſe filios dicitur Prometheum: qui Deucalionẽ & Epimetheum qui pyrrham genuit. Deinde torus. lectus & nuptiæ. Erepta liberata ab hoc diluuio.

Miſeranda. miſericordia digna. Paternis artibus. nam prometheus: ut ſuperius iam diximus: terram in imaginem hominis figurauit: eiq; animam ex igne ductam immiſit. Infundere. immittere. Genus mortale. genus humanum.

Sic uiſum eſt ſuperis. parẽtheſis eſt: qua uti ſolemus: cum cauſam alicuius rei aſſignare neſcimus. Hominumq; exempla manemus. exempla pro exemplaribus poſuit. Exemplum ẽ enim quod aut ſequamur: aut uitemus. Exemplar autẽ eſt ex quo aliud ſimile faciamus. Per ſacras ſortes. per ſacra oracula & deorum reſponſa.

Cephiſidas undas. cephiſus fluuius eſt ad parnaſſi radices: unde patronimicum finxit poeta.

Et nondum liquidas: nondum puras ac limpidas: ſed limo turbidas. Sed iam uada nota ſecantes. ſed iam alueos ſuos tenẽtes: neq; enim ripis egrediebantur. Secare namq; interdum incidere: interdum tenere ſignificat. Vnde ſectas phyloſophorũ dictas eſſe Seruius ait: quod propoſitum teneant. Virgilius. Ille uiam ſecat ad naues. Inde ubi antiqui templa ingreſſuri deoſq; precaturi id quod nos quoq; facimus: prius ſe aqua aſpergebant: quam conſuetudinem Deucalion & Pyrrha diis ſupplicaturi ſeruarunt. Irrorauere. inſperſere. Libatos liquores. hauſtas aquas. Ad delubra. ad templa. Nam delubrũ modo ſimulacrum dei: modo templum ſignificat. Sacræ deæ. Themidis. Quorum faſtigia: ſummitates. nam faſtigium eſt altitudo ac ſummitas cuiuſcũq; operis. Turpi muſco. Muſcus herbula eſt minutiſſima i locis humidis naſcẽs.

Squallebant. ſquallida & deturpata erant.

Stabantq; ſine ignibus aræ. altaria ſine ſacrificiis erant. Vt templi tetigere gradus. modum adorandi pulchre deſcribit. Procũbit. procidit.

Pronus. ſupplex. Remolleſcunt. mollia & miſericordia fiunt. Precibus iuſtis. precibus iuſtorum hoium. Merſis rebus. deletis & oppreſſis.

Exemplum
Exemplar.
Cephiſus.
Secare.
Delubrum.
Lapides in homines



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sortemq; dedit.oraculum & reſponſum quod ſubiicitur. Et uelate. operite ac tegite. Obſtupuere diu. p longum tempus ſtupentes fuere admirati quidnam ſibi uellet tale reſponſum. Rupit ſilentia uoce. locuta eſt. Pauido ore. Timido uultu. Pauetq;. Quia timet.Cauſa eſt nãq; qua pyrrha merito uult uideri ueniam rogare. Maternas umbras.matris animam. Repetunt.mente reuoluunt. Cæcis latebris obſcuris uelaminibus. Volutant.cogitant.Inde promethides.Deucalion promethei filius. Epimethida. pyrrham Epimethei filiam. Mulcet.mitigat ac ſolatur. Solertia.ingenium:prudentia. Proprie autem acumen ingenii ac uelocitas ſolertia dicitur. Nullum nefas.nullam impietatem. Suadent. mandant: iubent: tametſi ſuadere proprie hortari ſignificat. Magna parens terra eſt.recte oraculũ interpretatus eſt Deucalion.Nam terra merito magna parens dicitur: cum animata omnia atq; inanimata ex ea naſcãtur.Coniugis augurio:mariti uaticinio. Titania.pyrrha Iapeti titanis neptis. Diffidunt. nõ credunt. Sed quid temptare nocebit?aiunt ſub audiatur. Velantq; caput.tegunt:cooperiunt. Sua poſt ueſtigia.poſt ſua terga. ueſtigia autẽ pedum ſigna dicuntur : ſed frequenter pro ipſis pedibus ponuntur. Mittunt. iaciunt. Quis hoc credat?Parentheſis cum interrogatiõe admirationis plena:qua id quod incredibile eſt. Veriſimile fieri uidetur.Cum.n.id priſci teſtentur:nobis quoq; eſt credendũ. Vetuſtas. antiquitas. quæ maxime eſt auctoritatis. Hoc autem icirco fingitur quod Deucalion rex Theſſaliæ poſt diluuiũ:quo tota Græcia fuit inũdata:rudes homines ac feros moribus ac legibus inſtruxit: quibus duriciẽ oẽm:ac feritatem depoſuere. Molliri:mollia fieri. Ducere formã. accipere formã & figuram humanã. Mitior. mollior. Vt q̃dam.quandã quidem inquit formã habere uidebantur ſaxa illa:ſed nõ humanã aperte præ ſe ferebant figurã. Talem aũt habebant: qualem ſtatuæ marmoreæ inchoatæ. Sed uti. ſed tanq̃.

Non exacta. exculta: perfecta. Rudibus ſignis.ĩpolitis inelaboratiſq; ſtatuis.Signa enĩ etiã ſtatuas ſignificant. Quæ tamẽ ex illis. terrenæ inquit partes lapidum molles & humidæ in carnẽ fuere conuerſæ: Solide uero & duræ in oſſa: Vene aũt in uenas: nã & lapides uenas ſuas habent. Corporis.carnis.Corpus enim ꝓprie uiuentium dicitur.Caro mortuorũ:ſuperoꝝ numine:deorum uoluntate. Traxere.concepe. Faciem uirorũ:figuram mariũ. Experiens laboꝝ: paciens laborum:Sic Virgilius. Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem. Vnde homĩes nati durum genus. Et documenta: experimenta: alias documẽta ſunt exempla: ut ait Varro: quæ docendi cauſa dicuntur. Qua ſimus origine nati:quam originem ſimus ſortiti. Cum enim tã patientes laborum ſimus:facile oſtendimus nos de lapidibus eſſe generatos. Cætera diuerſis: Reliqua inquit animalia ex terra humida & ſole calefacta orta ſunt: id qđ fieri poſſe facile Aegyptus eſt documento: nam poſt nili inundationẽ glebæ ĩ uarias animalium figuras cõmutantur. Hæc autem iccirco a poeta interſeruntur: ut cõmodius daphnes in laurum metamorphoſin cũ ſuperioræ connectat. Vdæ paludes.humidæ.

Corpus
Caro

Mota dea ẽ:ſortemq; dedit:diſcedite templo:
Et uelate caput:cinctaſq; reſoluite ueſtes.
Oſſaq; poſt tergum magnæ iactate parentis.
Obſtupuere diu:rupitq; ſilentia uoce
Pyrrha prior iuſſiſq; deæ parere recuſat:
Detq; ſibi ueniam pauido rogat ore:pauetq;.
Lædere iactatis maternas oſſibus umbras.
Interea repetunt cæcis obſcura latebris
Verba datæ ſortis ſecum:intra ſeque uolutant.
Inde promethides placidis epimethida dictis
Mulcet:& aut fallax ait eſt ſollertia nobis:
Aut pia ſunt:nullumq; nefas oracula ſuadent
Magna parens terra ẽ:lapides in corpore terræ
Oſſa reor dici:iacere hos poſt terga iubemur.
Coniugis augurio q̃q̃ titania mota eſt:
Spes tñ in dubio ẽ:& adhuc celeſtibus ambo
Diffidunt:monitis.ſed quid temptare nocebit?
Diſcedunt:uelantq; caput: tunicaſq; recingũt
Et iuſſos lapides ſua poſt ueſtigia mittunt.
Saxa (qs hoc credat niſi ſit ꝓ teſte uetuſtas?)
Ponere duriciem cæpere ſuumq; rigorem
Molliriq; mora:mollitaque ducere formam
Mox ubi creuerunt:naturaq; mitior illis
Contigit:ut quædam ſic non manifeſta uideri
Forma põt hominis ſed uti de marmore cepta
Non exacta ſatis:rudibuſq; ſimillima ſignis.
Quæ tamen ex illis aliquo pars humida ſucco
Et terrena fuit:uerſa eſt in corporis uſum.
Quod ſolidũ eſt:flectiq; nequit: mutat̃ ĩ oſſa:
Quæ modo uena fuit:ſub eodẽ nomine mãſit
Inque breui ſpatio ſuperorum numine ſaxa
Miſſa uiri manibus faciem traxere uirorum:
Et de fœmineo reparata eſt fœmina iactu.
Inde genus durum ſumus experienſq; laborũ:
Et documenta damus qua ſimus origine nati.
Cætera diuerſis tellus animalia formis
Spõte ſua peperit:poſtq̃ uetus humor ab igne
Percaluit ſolis:cœnũq; udæque paludes



Aeſtu:feruore. Viuaci ſolo.terra uitam ſubminiſtranti. Ceu matris in aluo: tanq̃ in utero matris. Cepere.concepere:contraxere. Faciem aliquã.formam & figuram. Septemfluus nilus.Exemplo declarat reliqua animalia ex terra ſponte fuiſſe orta.Nilus autem fluuius ſingulis quibuſq; annis ægyptũ inundans fœcundam non ſolum frumentorum: ſed uariorum quoq; animaliũ eam reddit. Septenfluus: iccirco dicitur quod ſeptẽ hoſtiis in mare erumpit:quorum nomina hæc a Diodoro memorantur.Pelluſi acum quod ad orientem uergit. Paniticum:Mendeſium:Phæniticum:Sebenniticum:Bolbiticum:Canopicum. Nili autem ortus adeo eſt incertus: ut ipſum aſtopon.i. ortam & tenebris aquã uocent. Sane. Nilus uariis nominibus fuit appellatus. Nam p̃rimum a curſus uelocitate profunditateq; aquarum. Aquila fuit uocatus. Deinde ab Aegypto rege Aegyptus: tum a Nilo rege Nilus. Alueo.ſynæreſis eſt duarum uocaliũ in unam. Aethereo ſidere: igneo ſole. Modo cœpta. tantum modo inchoata . Quippe ubi temperiem: Ex humore & calore ſecundum phyſicos ait omnia generari. Cũq; ſit ignis aquæ pugnax. Quãuis inquit ignis aquæ ſit cõtrarius: calor tamen cum humore cõmiſtus omnia generat. Et diſcors cõcordia: acute dictum quãuis fatue uideatur. Nã calor & humor ſeparati pugnant & diſcordes ſunt:Iuncti atq; mixti concordes ad agendum atq; generandum uidentur.

Fœtibus. partubus. Lutulenta.lutoſa. Recanduit. calefacta fuit. Reddidit : repreſentauit ac reſtituit. Illa quidẽ nollet generaſſe ſubaudiendum. Sed te quoq; maxime Python Tũ genuit.Pythonem maximũ ſerpentẽ ex terra ortũ eſſe ab apollineq; fuiſſe ĩterfectũ narratur:a quo & Pythius apollo fuit cognomiatus:& pythia ludi ad ꝑpetuã rei memoriã fuere ĩſtituti: In q̃bus q uiciſſet æſculea corona ante q̃ laurus eẽt coronabatur.Eſt aũt apoſtrophe ad ſerpentẽ Python quoq; ẽ:ut Solinus ſcribit:ĩ aſia campus patẽtiſſimus:quo p̃mo aduẽtus ſui ciconiæ aduolãt.Porro pythopolys duaꝝ eſt Vrbiũ nomẽ: quaꝝ altera Myſiæ altera Cariæ ẽ. Tantũ ſpatii de monte tenebas.Acclamatio ẽ:qua magnitudo ſerpentis declaratur. Tenebas. Occupabas. Deus arcitenẽs.Apollo q cũ arcu & pharetra pingebatur. Capreiſq; fugacibus.Capreæ capræ ſunt ſylueſtres uelociſſimæ. Exhauſta:euacuata. Pharetra aũt ſagittaꝝ ẽ repoſitoriũ. Per uulnera nigra: Hypallage eſt: nigrũ enĩ uenenũ p uulnera effuſum ĩtelligimus. Hic iuuenũ q̃cũq;. Quiſq̃s inq̃t pythia uiciſſet aut pugnis:aut curſu:aut curru æſculea:corona donabatur. Rota ue:uel curru:ut a p̃te totũ intelligamus. Eſculeæ frõdis honorẽ:coronã ex frõdibus eſculi cõfectã. Nam eſculus arbor ẽ glãdifera dicta : qđ priſci ex illius fructu eſcã ſumerent. Nondũ laurus erat: Concinne mutationẽ ſequentẽ cum ſup̃ioribus cõnectit.Aſſignãs enĩ cãm cur pythioꝝ uictores æſculeã coronã accipent lauꝝ: qua poſtea qui uiciſſent:fuere coronati:nondũ fuiſſe ait:ſicq; deſcribit:quemadmodũ Daphne penei fluuii filia ab Apolline fuit amata:qua cũ nec p̃ce nec p̃cio potiri poſſet:ad uim ſe ſe cõuertit.Ipſa uero fuga ſibi cõſulẽs:cũ in eo eſſet ut caperetur:patrẽ rogauit:ut ſibi auxiliũ ferret.Ille uero p̃cibus filiæ motus eam in arborem ſui nominis cõmutauit. Daphne.n. laurus interpretatur.Eſt ẽt Daphne:ut Strabo ait:Antiochiæ uicinũ & amœnitate inclytũ nemus octoginta ſtadiorum ambitu:quo ĩ loco Antiochẽſiũ cõuentus agitabatur.Appellatũ eſt aũt a Daphne Ladonis filia: ut Arrianus ſcribit. Dionyſius uero ſacra tẽpore locus eũ uocauit. Decẽtia tpa.Pulchrũ caput:ut a p̃te totũ per ſynegdochem intelligamus. Longo crine.lõgis capillis. Peneia.penei fluuii filia:poſſeſſiua enim frequenter pro patrony-

Nili nomina

Pythia ludi.

Python.

Pythopolys

Eſculus.

Daphne in laurum

Daphne.

Intumuere æſtu:fæcundaq; ſemina rerum
Viuaci nutrita ſolo ceu matris in aluo
Creuerunt:faciemq; aliquam cepere morando.
Sic ubi deſeruit madidos ſeptẽfluus agros
Nilus: & antiquo ſua flumina reddidit alueo:
Aethereoq; recens exarſit ſidere limus:
Plurima cultores uerſis animalia glebis
Inueniunt:& in his quædã modo cæpta p ipm
Naſcendi ſpatium: quædam imperfecta: ſuiſq;
Trunca uident humeris: & eodẽ corpore ſepe
Altera pars uiuit:rudis eſt pars altera tellus
Quippe ubi tẽperiẽ ſũpſere humorq; calorq;
Concipiunt: & ab his oriũtur cuncta duobus.
Cũq; ſit ignis aquæ pugnax:uapor hũidus oẽſ
Res creat.& diſcors concordia fætibus apta ẽ
Ergo ubi diluuio tellus lutulenta recenti
Solibus æthereis altoq; recanduit æſtu:
Edidit innumeras ſpecies:partimq; figuras
Reddidit antiquas:parti noua monſtra creauit
Illa quidẽ nollet:ſed te quoq; maxime python
Tũ genuit: populiſq; nouis incognite ſerpens
Terror eras:tantum ſpatii de monte tenebas.
Hunc deus arcitenens & nunq̃ talibus armis
Ante niſi in damis capreiſq; fugacibus uſus:
Mille grauem telis exhauſta pene pharetra
Perdidit:effuſo per uulnera nigra ueneno.
Ne ue operis famam poſſet delere uetuſtas:
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos:
Pythia p̃er domite ſerpentis nomine dictos.
Hic iuuenũ quicũq; manu:pedibꝰ ue:rota ue:
Vicerat:æſculeæ capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat:longoq; decentia crine
Tẽpora cingebat de qualibet arbore phœbus.
Primus amor phœbi Daphne peneia:quẽ non



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

m̃icis & contra pro poſſeſſiuis patronimica ponuntur. Aphthonius uero Daphnẽ Ladonis filiam fuiſſe ait.
Sors ignara. Fortuna imperita:quæ nullum rerum habet delectum. Sed ſæua cupidinis ira: ſed magna dei amoris indignatio:cupido nãq; maſculini generis deum ſignificat amoris:Fœminini uero cupiditatẽ. Duos uero cupidines eſſe plato in ſympoſio ſcribit:alterum cæleſtẽ & diuinum:alterũ uulgarẽ atq; plebeiũ. Id quod Ouidius in faſtis ſecutus eſſe uidetur:cũ inq̃t: Alma faue dixi geminoꝝ mater amoꝝ. Græci cupidinẽ Erota uocãt. Vnde heroes denominatos eſſe Plato ait in Cratylo. Deus aũt qui amori cõtrarius ẽ amorẽq; diſſoluit: anteros uocat qui (ut Cicero in tertio de natura deorum ſcribit) ex Venere natus eſt & marte. Delius hũc nuper. quo modo in amorẽ Daphnes Apollo ĩciderit: poeta deſcribit ita perſpicue: ut nulla fere opus ſit expoſitiõe. Delius Apollo a Delo iſula cognominatus: in qua una cũ Diana natus eſſe peribetur. Adducto neruo. geſtum exprimit ſagittariorum. Tot iugera. Iugerũ tantũ terre dicitur:quantũ par boum ĩ die uno exarare poteſt.

Erotus. Anteros.

Strauimus. Proſtrauimus: ĩterfecimus. Sterni enim ſtãtia dicũtur cũ in terrã deiiciuntur. Tumidũ: Inflatũ: Sup̃bia elatũ. Neſcio quos amores. Cũ quodã contẽptu hæc dicuntur:ac ſi diceret:leues molles atq; uiris negligendos. Irritare. ꝓuocare:ſtimulare. Tua face. Tibi cõuenıẽte. Fax aũt cupidini attribuitur: qua iuuenũ aĩ amore inflamantur. Nec aſſere. arroga. Vẽdica. Filius huic Veneris. Cupido. Figat tuus. Licet coniunctio ſubintelligenda uidetur. Licet inquit tuus arcus omnia animalia figat: meũ tamẽ tu effugere non poteris. Sicq; gloria tua tanto minor eſt q̃ noſtra:quanto aĩalia:quæ tu feris: deo ſunt inferiora. Eliſo aere. Impulſo. Percuſſis pennis: alis. Nam alatus Cupido pingitur. Arce. cacumine: Vertice. Prompſit. Deprõpſit:excepit.
Diuerſorum operum:contrariorum effectuũ.
Fugat:fugere facit & depellit. Obtuſum: ſine cuſpide. Hoc obtuſo. Ad propinquius enim hoc pronomen refertur:Illud ad longinquius.
Traiecta per oſſa. Tranſfixa: per oſſa tranſeunte. Exuuiis pellibus:exuuiæ dicuntur ſpolia non ſolum quæ hominibus detrahuntur ſed etiam quæ aliis animalibus. Exuuiæ autem ferrarum pelles dicuntur. Captiuarum: captarum.

Exuuiæ.

Innuptæq; æmula phœbes. Imitatrix Dianæ: quæ perpetua gaudet uirginitate. Vitta coercebat. Quo modo Daphne Dianæ eſſet imitatrix exponit: nam neq; ornatu capitis gaudebat & uiros omnes aſpernabatur. Vitta tegmen eſt capitis muliebre. Sine lege:ſine ordine. Auerſata:aſpernata. Luſtrat:peragrat:circumit. Nec quid Hymẽ. Deus eſt nuptiarum qui & Hymeneus dicitur. Pro nuptiis autem ponitur. Tædas iugales:nuptias:a parte enim totum intelligimus Nouis enim nuptis faces accenſæ præferebantur. Tæda aũt arbor eſt ex qua optime conficiuntur faces. Verecundo rubore: pudico & a uerecundia prouenıente. Blandis lacertis: p ipſa blanda. Sic Virgilius. Sceleratã intorſerit haſtam:pro ipſe ſceleratus. Eſt enim hypallage:qua frequenter poetæ utuntur. Dedit hoc pater ante Dianæ. Exemplo perſuadere nititur patri : ut ſe uirginem uiuere permittat. Nã & Iupiter conceſſit Dianæ filiæ:ut perpetua frueretur uirginitate. Pater. Iupiter. Ille quidem obſequitur. Peneus pater morem gerit: tibi inquit Ouidius. Eſt autem apoſtrophe & conuerſio ſermonis ad puellam.

Sors ignara dedit:ſed ſæua cupidinis ira.
Delius hunc nuper uicto ſerpente ſuperbus
Viderat adducto flectentem cornua neruo.
Quidq; tibi laſciue puer cum fortibus armis?
Dixerat. iſta decẽt humeros geſtamina noſtros
Qui dare cẽta feræ:dare uulnera poſſumꝰ hoſti
Qui mõ peſtifero tot iugera uentre prementẽ
Strauimus inumeris tumidũ pythona ſagittis.
Tu face neſcio quos eſto contentus amores
Iritare tua:nec laudes aſſere noſtras.
Filius huic Veneris:figat tuus omnia Phœbe:
Te meus arcus ait:quantoq; animalia cedunt
Cuncta deo:tanto minor eſt tua gloria noſtra.
Dixit:& eliſo percuſſis aere pennis
Impiger umbroſa Parnaſſi conſtitit arce.
Deq; ſagittifera prompſit duo tæla pharetra
Diuerſoꝝ operꝝ:fugat hoc:facit illud amorem.
Quod facit auratũ ẽ:& cuſpide fulget acuta.
Q̃d fugat obtuſũ ẽ: & hẽt ſub arũdie plũbũ.
Hoc deus in Nympha peneide fixit. at illo
Læſit Apollineas traiecta per oſſa medullas.
Protinus alter amat: fugit altera nomẽ amãtis:
Syluarum latebris captiuarumq; ferarum
Exuuiis gaudens: innupteq; emula Phœbes
Vitta coercebat poſitos ſine lege capillos.
Multi illam petiere. illa auerſata petentes:
Impatiens expersq; uiri nemora auia luſtrat.
Nec q̃d hymẽ:q̃d amor:q̃d ſint cõnubia curat.
Sæpe pater dixit:generum mihi filia debes.
Sæpe pater dixit. debes mihi nata nepotes.
Illa uelut crimen tædas exoſa iugales
Pulchra uerecundo ſuffundens ora rubore
Inq; patris blandis hærens ceruice lacertis:
Da mihi perpetua genitor chariſſime dixit
Virginitate frui. dedit hoc pater ante Dianæ
Ille quidẽ obſequit᷑. ſed te decor iſte q̃d optas

Decor iſte. pulchritudo iſta tua excellens.



Tuo uoto. Tuæ cupiditati. Fallunt. decipiunt. Id enim ſperabat: quod minime eſt aſſecutus. Vtq; leues ſtipulæ. Duplici ſimilitudine & ſtipularum & ſepium ardentiũ oſtendit poeta: q̃ uehemẽti amore Daphnen proſequeretur Apollo. Adolentur:ardent:comburũtur. Demptis ariſtis: ablatis ſpicis. Partem enim pro toto poſuit. Ariſte nãq; partes ſunt ſpicæ acutiſſimæ ſic dictæ quod primum areſcant. Vt facibus ſepes ardent. Sepes ex arbuſtis conſtant:quibus ab ingreſſu agrorum uiatores arcentur. Quas forte uiator. Viator a uia ſiue potius a uio quod niſi in compoſitione in uſu non eſt:ut obuio: Deuio deriuatur: atq; is proprie dicitur qui iter aliquot ſuſcipit peragendum. Tametſi apud Romanos ii uiatores dicebantur: qui magiſtratus ex agris in urbem euocabant:ut Plinius ſcribit. Vel minus admouit. Vel nimis prope ſepes poſuit. Sub lucem. Circa lucem diei aduenientem. Solent enim uiatores noctu faces ſecum ferre:quas:adueniente luce iuxta ſepes relinquunt.

Viator

Inflãmas abiit. Accenſus & inflãmatus ẽ amore Daphnes. Sterilem amorem. Vanũ ex quo nullam uoluptatem eſt habiturus. Ecquid ſi comantur ait? Ecquid dictio eſt interrogantis & per. c. ſcribitur. Comantur:ornentur:ac ſi diceret. Si ornarentur capilli: multo decẽtiores eſſent.
Micantes. fulgẽtes. Videt oſcula:parua ora: non baſia. Eſt enim ab ore diminutiuum. Os autem paruum maxime uirginem commendat.
Quæ nõ eſt uidiſſe ſatis. Illã enim etiam oſculari cupiebat. Laudat digitoſq;: Morem exprimit elegantum amatorum: qui omnia amicarũ ſuarum membra laudare ſolent. Et nudos lacertos. Mulierum Romanarum habitum deſcribit qui nunc quoq; multis eſt in uſu. Si qua latent meliora putat. Non de pudendis: ut inquit Fabius:eſt intelligẽdum:ſed de iis omnibus corporis partibus quæ ueſte occultantur. Neq; reſiſtit. Neq; conſiſtit:neq; remoratur curſum. Reuocantis. Apollinis. Nympha p̃cor: Hac oratione Apollo conatur Daphnæ perſuadere ne fugiat:ſed in ſuos deueniat amplexus. Nympha mane. Elegans repetitio amatoriæ orationi maxime cõueniens. Sic agna lupum. His ſimilitudinibus oſtendit Apollo ſe ut hoſtem a Daphnæ uitari:cum ipſam amore captus ſequatur. Eſt autem hypozeugma. Fugit enim uerbum ẽ ſubaudiendum. Lupũ uero ut hoſtem oues natura & cerui leones: ac deniq; omnia aĩalia Bruta ſuos quodq; fugiunt hoſtes. Penna trepidante. Cũ quodã timore ꝓperantibus alis. Aquila uero ab aquilo hoc eſt fuſco & ſubnigro colore eſt dicta: quãuis quidã ab acute uidendo illã denominatam uelint:ut ſcribit Pompeius. Me miſeꝝ ne ꝓna cadas. Ex arte ſe ſollicitum eſſe ſignificat de ſalute puellæ: qua potiri cupiebat. Notent ſentes pungant ac lacerent ſpinæ. Sentes enim numero plurali ſpinæ dicũtur. Moderantius curre. Modeſtius:Lentius. Fugamq; inhibe. Cõtine fugã. Noli fugere. Horridus obſeruo. Incultus cuſtodio. Armẽta gregeſq;. Armẽtũ id genus pecoris appellatur. ut ait Sex. Pompeius:quod ẽ idoneum ad opus armoꝝ. Grex uero fit ex capris:porcis:ouibuſue:ex ſimilibus etiã ex bobus: ut grex ſit generalius nomen: Armentũ ſpecialius. Cicero in Philippicis. Cecidit greges armentoꝝ. Mihi delphica tellus. Artificioſe & potentiã:& genus:& præclara inuenta cõmemorat Apollo:ut ad ſe amãdũ Daphnen alliciat. Hoꝝ nãq; ſingulis muliebres animi maxime capiuntur. Delphica tellus. Delphi urbs eſt Phocidis ad Parnaſum:ubi templũ Apollinis & opibus & certis oraculis clariſſimũ fuit:unde oracula Delphica ſunt dicta. Delphi aũt fuere cognominati:quod Apollo Delphini ſimilis illuc nauigauit. Delphis aũt eſt adytum ex quinq; lapidibus extructum opus Agamedis & Trophonii. Et claros. urbs eſt lyciæ apollini dicata. Vnde Clarius cognominatur. Et tenedos. Tenedos inſula eſt ad helleſpontum una ex ſporadibus:quæ prius Leucophrys fuit appellata. A Tene aũt Tenedos eſt dicta quaſi Τεννου ἔδαφος. hoc eſt Tennæ ſolum: Vnde Tenedius deriuatur. Eſt etiam Tenedos urbs lyciæ:uel ut alii aſſerunt Pamphiliæ:quã ſub tutela ſua eſſe Apollo ait. Patarea regia. Patara urbs eſt lyciæ a Pataro Apollinis & lyciæ filio appellata:in qua apollo maxime colebatur. Vnde & Pata-

Aquila unde

Armentum. Grex.

Delphi unde

Tenedos:

Patara urbs unde dicat᷑

Eſſe uetat:uotoq; tuo tua forma repugnat:
Phœbus amat:uiſæq; cupit cõnubia daphnes:
Quodq; cupit ſperat:ſuaq; illũ oracula fallũt
Vtq; leues ſtipulæ demptis adolentur ariſtis:
Vt facibus ſepes ardent:quas forte uiator
Vel nimis admouit:uel iam ſub luce relinquit:
Sic deus in flãmas abiit:ſic pectore toto
Vritur:& ſterilem ſperando nutrit amorem.
Spectat inornatos collo pendere capillos.
Ecquid ſi comantur ait? uidet igne micantes
Sideribus ſimiles oculos:uidet oſcula:quæ nõ
Eſt uidiſſe ſatis. laudat digitoſq; manuſq;
Brachiaq; & nudos media plus parte lacertos
Si qua latent meliora putat:fugit ocior aura
Illa leui. neq; ad hæc reuocantis uerba reſiſtit.
Nympha p̃cor peneia mãe:nõ iſequor hoſtis.
Nympha mãe:ſic agna lupũ:ſic cerua leonem.
Sic aquilã penna fugiunt trepidãte columbæ:
Hoſtes quæq; ſuos. amor ẽ mihi cã ſequendi.
Me miſerum ne prona cadas:indigna ue lædi
Crura notent ſentes:& ſim tibi cauſa doloris.
Aſpera qua ꝓperas loca ſunt:moderantius oro
Curre:fugãq; inhibe. moderãtius inſequar ipſe
Cui placeas inquire tamen. non incola montis:
Nõ ego ſum paſtor. non hic armenta gregeſq;
Horridus obſeruo. neſcis temeraria:neſcis
Quẽ fugias:ideoq; fugis. mihi delphica telluſ:
Et claros & Tenedos Patareaq; regia ſeruit.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

reus fuit cognominatus. Alexander autem ſcribit(ut Stephanus refert)Sæliciam puellã ex ophionide ſacra apollini æfferentem in pataris in uia depoſito uaſe quieuiſſe. Illa uero erant pẽmata lyræ:arcus & ſagittæ:quibus infantes ludunt:Vento autem flante pataram hoc eſt ciſtam in mare fuiſſe delatam: Puellam autem flentem domum rediiſſe:Pataram uero ad Lyciorꝫ Cheroneſum aduectam fuiſſe. Quendam aũt ex profugis a Selicia ĩ pataram incidiſſe:& quæ in illa erant pemmata cõbuſiſſe:ac Cheroneſum Apollini conſecraſſe:totamq; illã regionem a patara uaſe patara denominaſſe. Patara autem græce interpretatur ciſta: Vnde patareus & patareius declinantur. Iupiter eſt genitor. Apollo nãq; Iouis ex Latona filius fuiſſe peribetur. Per me quod eritq;. Apollo ſe deum eſſe uaticinationis ſignificat. Per me concordant carmina neruis. hoc eſt.muſices & harmoniæ ego ſum inuentor.

Carmina.cantilenæ. Neruis.chordis. Certa quidem noſtra eſt. Se peritum quidem eſſe ſagittarium profitetur. Sed cupidinem a quo ẽ percuſſus:peritiorem eſſe ait. In uacuo pectore. Libero amoris affectu. Opifexq;. opem faciẽs & ferens auxilium.Interdum opifex opus faciens.

Hei mihi. Dolet Apollo quod nullã inueniat medicinam:quæ amorem leuet. Hei autem dolentis eſt interiectio quæ cum datiuo copulatur.

Timido curſu. Hypallage eſt: ipſa enim timida intelligitur. Tunc quoq; uiſa decens. Quũ ĩquit curreret Daphne: uiſa ẽ decora & pulchra.

Corpora. Corporis mẽbra & carnes. Corpus enim uiuentiũ:Caro dicatur mortuorꝫ. Vibrabant:uentilabant: agitabant. Retro dabat:retro uertebat. Iuuenis deus. Cauſa ẽ cur nõ ſuſtinuerit ultra blandiri. Iccirco enim diutius ſuſtinere non poterat:quia iuuenis erat. Perdere blanditias. Proiicere blanda uerba. Admiſſo paſſu. Velocibus paſſibus Vt canis in uacuo.Pulchra ſimilitudine declarat & Daphnes fugiẽtis & Apollinis in ſequentis uelocitatem. Canis gallicus: Qui nũc leporarius uulgo appellatur. In uacuo aruo.In aruo demeſſo. Pedibus:Pedum uelocitate. Stringit ueſtigia. radit pedes leporis. Sic Virgilius. Stringentem ripas & amœna loca ſecantem. Extenſo roſtro: porrecto ore. Fugacis. Fugientis puellæ. Crinem ſparſum ceruicibus.Capillos per collum ſparſos. Afflat. flatu & ſpiritu attingit. Citæ fugæ.Velocis curſus.

Si flumina numen habetis:diuinitatem ac ſuccurrendi facultatem. Qua nimiũ placui: Tellus hiſce. Tellurem rogat ut ſe uel abſorbeat:uel in aliã tráſmutet figurã. Qua. In qua. Hiſce. Aperire:ut me accipias.Alias hiſcere ſignificat loqui. Perde.Deſtrue. Torpor grauis.Magnus ſtupor. Mollia præcordia. Partes cordi præiacentes præcordia dicuntur. Tenui libro:tenui cortice & ſubtili. Modo.Paulo ante. Pigris radicibus:Lentis:ĩmobilibus: ſignificat autem pedes in radices fuiſſe conuerſos. Ora cacumen habent.hoc eſt. Os & facies daphnes in cacumẽ & ſummitatẽ lauri fuere cõuerſa. Nitor unus. Solus ſplendor:ſola pulchritudo. Hanc quoq; Phœbus amat. Arborem ſubaudiamus.Nã laurus Apollini dicata eſſe peribetur.Phœbus autẽ: epitheton eſt apollinis : purumq; ſignificat : Sol enim ab omni fece eſt alienus. In ſtipite. In trunco. Trepidare. Palpitare.

Iupiter eſt genitor:per me quod eritq;:fuitq;:
Eſt q;:patet.per me cõcordant carmina neruis.
Certa quidẽ noſtra eſt. noſtra tamẽ una ſagitta
Certior:in uacuo quæ uulnera pectore fecit.
Inuentũ medicina meũ eſt: opifexq; per orbẽ
Dicor:& herbarum ſubiecta potentia nobis.
Hei mihi: q nullis amor ẽ medicabilis herbis:
Nec pſunt domio:quæ pſunt omnibus artes:
Plura locuturum timido Peneia curſu
Fugit:cunq; ipſo uerba imperfecta reliquit.
Tunc quoq; uiſa decẽs.nudabãt corpora uẽti:
Obuiaq; aduerſas uibrabant flamina ueſtes
Et leuis impulſos retro dabat aura capillos.
Aucta fuga forma eſt. ſed enĩ nõ ſuſtinet ultra
Perdere blanditias iuuenis deus:utq; monebat
Ipſe amor:admiſſo ſequitur ueſtigia paſſu.
Vt canis in uacuo leporem cum gallicus aruo
Vidit:& hic prædã pedibus petit: ille ſalutem.
Alter inhæſuro ſimilis iamiamq; tenere
Sperat:& extenſo ſtringit ueſtigia roſtro.
Alter in ambiguo eſt: an ſit cõprenſus: & ipſis
Morſibus eripitur:tangentiaq; ora relinquit:
Sic deus.& uirgo eſt. hic ſpe celer: illa timore.
Qui tamen inſequitur pennis adiutus amoris
Ocior eſt:requiemq; negat: tergoq; fugacis
Imminet:& crinem ſparſum ceruicibus afflat.
Viribus abſumptis expalluit illa:citæq;
Victa labore fugæ:ſpectans Peneidas undas
Fer pater inquit opẽ:ſi flumina numẽ habetis.
Qua nimium placui:tellus ait hiſce: uel iſtam
Quæ facit ut lædar:mutando perde figuram
Vix præce finita torpor grauis occupat artus.
Mollia cinguntur tenui præcordia libro.
In frondes crines: in ramos brachia creſcũt.
Pes modo tam uelox pigris radicibus hæret.
Ora cacumen habent.remanet nitor unus ĩ illa
Hãc quoq; phœbo amat:poſitaq; ĩ ſtipite dxtra
Sẽtit adhuc trepidare nouo ſub cortice pectus



Cui deus ordo eſt:cui deus dixit. Semper habebunt. Tu coma.Eleganter ea enumerat q̃ lauro ornantur Nã & comæ & citharæ & pharetræ lauro cingebanť.Tu ducibus lætis.Imperatores triumphãtes laureum geſtabant coronã. Læta uox.Militũ qui canẽtes Io triumphe Imperatorẽ ſequebanť triumphantẽ. Longas pompas.captiuorꝫ ac regꝫ oium p̃cioſaꝫ ĩ bello captarũ:ſimulacrorũ p̃terea urbiũ expugnatarũ.Hæc.n.oĩa ĩ triũpho geſtabanť. Viſent.Videbũt.Capitolia.Scite.Nã triũphãtes ĩ Capitoliũ uſq; aſcẽdebãt Capitolino Ioui ſacrificaturi.Nam laurus:ut ſcribit Plinius:triũphis ꝑprie dicať:uel gratiſſima domibus.Ianitrix Cæſarũ pontificũq; : que ſola & domos exornat & ante limia excubat Eadẽ pacifera ẽ ut quã p̃tẽdi ẽt iter arma:os hoſtes qetis ſit ĩdiciũ:Romãis p̃cipue lætitiæ uictoriaꝫq; nũcia: Additur litteris & militum lãceis.piliſq;:Faſces ĩpatorũ decorat.ex iis ĩ gremio Iouis optimi maximi deponiť:quotiẽs lætitiã uictoria nouã attulit. Quæ nõ qa ꝑpetuo uiret:nec qa pacifera ẽ p̃ferẽda utiq; myrto & oleæ ẽ . Sed qa ſpectatiſſima ĩ mõte pnaſſo ideoq; ẽt grata Apollini aſſuetis eo dõa mittere iã & regibus teſte.L. Bruto.Fortaſſis ẽt ĩ argumẽtũ:quoniã ibi libertatẽ publicã is meruiſſet lauriferã tellurẽ illam oſculatus ex reſponſo.Et quia manu ſatarum receptarumq; ĩ domos fulmĩe ſola nõ icitur.Ob has cauſas equidẽ crediderĩ honorẽ eis habitũ ĩ triũphis potios q̃ qa ſuffimentũ ſit cædis & purgatio ut tradit Maſſurius Vnius autẽ arborũ latia lingua nomẽ ĩponiť uiris. Mediaq; tuebere quercũ.In medio areæ palatinæ cõſtitutã .Quercus ẽ arbor grãdifera dicta quod id genus arboris grauẽ ſit ac durũ tũ etiã ĩ ĩgentẽ euadat: amplitudinẽ ut tradit ſex.Pompeius.Querquerã enĩ grauẽ & magnam quidã dici putãt .Querquera itẽ frigida ĩterptetať & cũ tremore febris. Perpetuos honores frõdis.Periphraſis eſt foliorum Laurus n.nũq̃ folia abiicit. Finierat.Pæan Apollo Pæan diciť ἀπὸ τοῦ παίειν.hoc eſt:a feriẽdo . Nã ĩdignatus ſagittis ferit.Iuuenalis . Parce p̃cor Pæan & tu depõe ſagittas.Nil pueri faciũt.ipſam configite matrẽ Amphiõ clamat.Pæan quoque hymnus diciť ĩ Apollinẽ cõpoſitus:Virgilius. Letũ pæana canẽtes. Laurea.laurus.laurea quoq; diciť corona ex lauro cõfecta. Cacumẽ.ſummitatẽ.Caput enĩ uiſa eſt cõmouere:quod erat cacumẽ. Eſt nemus æmoniæ.Tempe amœniſſimam Aemõiæ uallem deſcribit poeta quo commodius Iouꝭ Inachi amnis filiæ metamorphoſin in uaccuam cum ſuperiore connectat . Nam iuxta Tempe eſt ſpelunca penei fluuii Daphnes patris:ad quẽ conſolandum omnes uicini amnes conuenerunt:præter Inachum:qui amiſſam filiam lugebat.Io n.ãq; Inachi amnis filia ab Ioue primũ cõpreſſa:deinde Iunone ſuperueniente in iuuencam fuit conuerſa.Verum Iuno id quod erat ſuſpicata:Iouem rogauit:ut ſibi tam pulchrã donaret iuuencam.Ei uero tandem dono acceptæ argum centum oculis præditum cuſtodem appoſuit.Sed Iupiter amicæ miſericordia motus Mercurio mandauit:ut argum interficeret:quem Iuno cum uidiſſet occiſum in pauonem conuertit:centumq; ipſius oculos caudæ appoſuit. Eſt Nemus Aemoniæ.Topographia eſt . Tempe nanq; deſcribit uallem Theſſaliæ amœniſſimã. Aemoniæ.Theſſaliæ:Aemonia enim theſſalia dicitur ab Aemone Chlori pelaſgi filio:Thaſſali aũt patre. Vocãt Tẽpe:Tẽpe:ut dixi:nemus ẽ Theſſaliæ qnq; milibus paſſuũ in longitudinẽ tẽdens adeo amœnũ:ut amœniſſima quæq; Loca Tẽpe uocẽtur:ut Seruius ſcribit. Prærupta ſylua:alta. Per q̃ Peneus.Per media Tẽpe labiť.Peneus fluuius q claritate cũctos Theſſaliæ fluuios ãncedẽs:iuxta Gomphos naſcitur in radicibus Pindi mõtis iterq; oſſam & olympũ nemoroſa cõualle defluit qngentis ſtadiis dimidio eius ſpacio nauigabilis.In eo curſu uocanť Tẽpe:ut Plinius tradit:qnq; miliũ longitudine & ferme ſex latitudine ultra uiſum hoĩs attolẽtibus ſe dextra leuaq; leuiter cõuexis iugis:intus ſua luce uiridante .

Complexuſq; ſuis ramos ut membra lacertis :
Oſcula dat ligno:refugit tamen oſcula lignũ
Cui deus:ac quoniã cõiũx mea non potes eſſe
Arbor eris certe dixit mea:ſemper habebunt
Te coma:te citharæ:te noſtræ lautẽ pharetræ.
Tu ducibs lætis aderis cum læta triumphum :
Vox canet:& longas uiſent capitolia pompas.
Poſtibus auguſtis eadem fidiſſima cuſtos
Ante fores ſtabis:mediãq; tuebere quercum:
Vtq; meũ intonſis caput eſt iuuenile capillis:
Tu quoq; ꝑpetuos ſemp gere frõdis honores.
Finierat Pæãn:factis modo laurea ramis
Annuit:atq; caput uiſa eſt agitaſſe cacumen
Eſt nemus Aemõiæ p̃rupta qđ undiq; claudit
Silua:uocant Tempe:per quæ peneus ab imo
Effuſus pindo ſpumoſis uoluitur undis:
Deiectuq; graui tenues agitantia fumos
Nubila conducit:ſummiſq; aſpergine ſiluis
Influit:& ſonitu plus q̃ uicina fatigat.
Hæc domus:hĩ ſedes:hæc ſť penetralia magni
Amnis:in his reſidens facto de cautibus antro
Vndis iura dabat:Nymphiſq; colẽtibus ũdas:
Conueniunt illuc popularia flumina primum.

Allabitur Peneus calculo amœnus uiridi circa ripas gramine.Canorus auiũ concentu . Deiectuq; graui : Vehemẽti curſu. Sũmiſq; aſpgine ſiluis influit:hoc eſt:influere uidetur per altas ſiluas aſpgine humidarũ nebularum:quæ ex illius undis excitantur. Et ſonitu pluſq̃ uicina fatigat.Non ſolũ inqt uicini ſed longe quoq; diſtantes ſtrepitũ illius ſentiunt Hæc ſunt penetralia:loca domus ſecretiora in qbus diis penatibus ſacrificabatur:penetralia dicebantur. Antro:Spelunca. De cautibus:de lapidibus:Cautes autem & cotes dicuntur. Dabat:reddebat:Ius enim proprie reddi dicitur.Gratentur:gratulentur Peneo quod Daphne filia in lauꝛ fuit conuerſa:an conſolentur quod filiam amiſit. Popularia.flumina:Vicina ac ex eodem populo.Alibi popularis

Querquera

Quare Apollo pæan

Tempe

Peneus

Theſſalia q̃re æmonia



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sperchius
Enipeus

gratus populo dicitur. Populifer Sperchius:populos arbores ferens.Sperchius autem fluuius eſt Theſſaliæ: q ex Pelio monte ortus in Maliacum labitur ſinum. Enipeus fluuius eſt Theſſaliæ ex Othry monte in Apidanũ defluens. Eridanuſq; ſenex.Sic quidem legitur:ſed corrupte ut mihi quidem uidetur. Cum enim propoſuerit fluuios populares Theſſalicoſq; conueniſſe ad Peneum:cuius filia Daphne in laurum fuerat conuerſa:non uideo qua ratione Eridanum Galliæ ciſalpinæ fluuium:qui alio nomine dicitur Padus:admiſceat.Quare Apidanus legatur: ne ineptus eſſe Ouidius uideatur.Eſt enim Apidanus Theſſaliæ fluuius: quem iccirco poeta ſenẽ appellat:quod tarde admodum fluit:donec Enipheum admittat. Leniſq; amphriſus. Hic quoq; fluuius eſt Theſſaliæ leniter fluens: iuxta quẽ Admeti regis armenta pauit Apollo. Vnde Lucanus libro ſexto. Et flumine puro irrigat Amphriſus famulantis paſcua phœbi. Et Aeas.fluuius eſt Epiri iuxta muros Dirachii labens. Inachus unus abeſt. Inachus fluuius eſt Achaiæ ab Inacho rege dictus.Eius filiam Io cum depræhẽdiſſet Iupiter ſpatiantem: compreſſit : ac ne id a Iunone agnoſceretur:ipſam mutauit in iuuencã. Mærens itaq; Inachus propter amiſſam filiam ſe domi continebat. Natãq; miſerrimus Io Luget ut amiſſam.Io accuſatiuus eſt græcus. Nam Io Ius græce decliatur ut Calypſo calypſus:quanuis Iouis & calypſonis quidam latinæ malint declinare. An ſit apud manes. An ſit mortua.Illi enim apud manes eſſe dicuntur qui obiere. Manes autem animæ ſunt mortuorum quibus honoris gratia deorũ uocabulum additum eſt. Dii nãq; manes dicuntur:ut ſcribit Apulleius de Dæmonio ſocratis. Martianus uero Capella in nuptiis philologiæ tradit manes tam bonos eſſe q̃ truces:in quos cum poteſtatẽ habeat Pluto: merito Summanus uocatur quaſi Manium ſũmus. Manes aũt dicti ſunt uel a mano qd bonũ apud priſcos ſignificabat. Vnde imanis malus crudeliſq; dicitur: uel a manãdo ut ait Põpeius: q cos p oĩa manare putabant. Sed quã non iuenit uſquã.hoc eſt:quã nullo in loco iuenire põt: eam i reꝝ natura nõ eſſe putat. Vſquã aũt & nuſq̃ aduerbia tã in loco q̃ ad locũ ſignificãt. Vſquã autẽ in aliquo loco ita ſignificat:ut fere ſemp cũ negatiõe ponatur in oratione. Atq; aĩo peiora ueretur. Mortuã eni eam eſſe putabat. Viderat a patrio. Hic ĩcipit deſcribere quẽadmodũ Iupiter in Ious amorẽ incidit. A patrio flumĩe. Ab Inacho Achaiæ fluuio. Tuo toro.tuo lecto: ac tuis nuptiis. Torus aũt pro & lecto & pro ſede ponitur a tortis herbis dictus. Vnde citra aſpirationẽ ſcribi debet:quãuis fere ĩ exẽplaribus cũ aſpiratiõe ſcriptum legatur. Torus etiã eminentiorẽ ſignificat pulpã. Vnde Toroſa iuuentus a Perſio uocatur: Virgilius tertio georgicon. Luxuriatq; toris animoſum pectus. Ambas:umbras & dextras & ſiniſtras. Hoc aũt ex poetæ perſona dicitur. Expõit eni poeta q̃s umbras dixerit Iupiter Inachi filiæ petẽdas. Dũ calet.donec calor ẽ. Hortat̃ aũt puellã Iupiter:ut meridiei æſtũ fugiat. Latebras feraꝝ.ſyluas ĩ qbus occultantur feræ. Sed qui cæleſtia magna. Sed qui cæli imperiũ habeo. Significat aũt ſe eſſe Iouẽ maximũ deorum:quo facilius illi perſuadeat:ut ſibi morem gerere uelit. Vaga fulmina: hoc eſt:nõ in rectum ſed ĩ obliquum euntia. Fulmina enim in obliquum feruntur. Iam paſcua lernæ. Lerna palus eſt Argiuorum:in qua habitauit hydra ſerpens ab Herculæ interfecta. Lycæa arua.arcadica. Lycæus namq; mons eſt arcadiæ Pani paſtorum deo dicatus. Occuluit. occultauit. Tenuit fugam: Cohibuit fugam: illamq; fugientem retinuit. Rapuitq; pudorem. hoc eſt.Illam ſtuprauit: erubeſcendiq; cauſam eripuit. In tenebris namq; minus unumquẽq; pudet ueneri indulgere. Deſpexit. Deorſum aſpexit. Alibi deſpicere contemnere eſt. Nebulas uolucres: quæ ut aues uolare uidentur. Sub nitido die. Sereno. Non fluminis illas eſſe. Phyſici aiunt nebulas: aut a fluuiis: aut a uaporibus terræ generari. Vt quæ. utpote quæ. Furta. ſtupra.

Apidanus.
Amphriſus.
Aeas
Io ĩ iuuencã
Manes unde
Torus.
Lerna.
Lyceus.

Neſcia gratentur:conſolentur ue parentem.
Populifer Sperchius:& irrequietus Enipheus:
Apidanuſq; ſenex:leniſq; Amphryſus: & Aeas:
Moxq; amnes alij:qui qua tulit impetus illos:
In mare deducunt feſſas erroribus undas.
Inachus unus abeſt:imoq; reconditus antro
Fletibus auget aquas.natamq; miſerrimus Io
Luget ut amiſſam: neſcit uita ne fruatur:
An ſit apud manes.ſed quã nõ inuenit uſquã
Eſſe putat nuſquã: atq; animo peiora ueretur.
Viderat a patrio redeuntem Iupiter illam
Flumine: & o uirgo Ioue digna:tuoq; beatum
Neſcio quẽ factura toro:pete dixerat umbras
Aut hoꝝ aut hoꝝ nemoꝝ & mõſtrauerat ãbas:
Dum calet:& medio ſol eſt altiſſimus orbe.
Q uod ſi ſola times latebras intrare ferarum:
Præſidæ tuta deo nemorum ſecreta ſubibis:
Nec de plebe deo:ſed qui cæleſtia magna
Sceptra manu teneo:ſed q uaga fulmina mitto:
Ne fuge me(fugiebat enim) iam paſcua lerne
Conſitaq; arboribus lycæa reliquerat arua:
Cum deus inducta latas caligine terras
Occuluit:tenuitq; fugam:rapuitq; pudorem.
Interea medios iuno deſpexit in agros.
Et noctis faciem nebulas feciſſe uolucres
Sub nitido mirata die: non fluminis illas
Eſſe:nec humenti ſenſit tellure remitti.
Atq; ſuus coniunx ubi ſit circunſpicit: ut quæ
Deprenſi totiens bene noſſet furta mariti.
Q uẽ poſtq̃ cælo nõ repperit:aut ego fallor



Aut ego lædor ait delapſaq; ab æthere ſummo
Conſtitit in terris: nebulaſq; recedere iuſſit.
Coniugis aduentũ præſenſerat:inq; nitentem
Inachidos uultus mutauerat ille iuuencam.
Bos quoq; formoſa eſt:ſpẽm ſaturnia uaccæ
Q uanq̃ inuita,pbat:nec non & cuius:& unde
Q uo ue ſit armento : ueri quaſi neſcia quærit.
Iupiter e terra genitam mentitur:ut auctor
Deſinat inquiri: petit hanc ſaturnia munus.
Q uid faciat? crudele ſuos abdicere amores:
Non dare ſuſpectũ:pudor eſt q ſuadeat illud.
Hinc diſſuadet amor:uictus pudor eẽt amore.
Sed leue ſi munus ſociæ generiſq; toriq;
Vacca negaretur: poterat non uacca uideri.
Pellice donata non protinus exuit omnem
Diua metũ: timuitq; Iouẽ:& fuit anxia furti:
Donec ariſtoridæ ſeruandam tradidit argo.
Centũ luminibus cinctũ caput argus habebat:
Inde ſuis uicibus capiebant bina quietem.
Cætera ſeruabant:atq; in ſtatione manebant.
Conſtiterat quocũq; loco:ſpectabat ad Io.
Ante oculos Io quãuis auerſus habebat.
Luce ſinit paſci:cum ſol tellure ſub alta eſt:
Claudit:& indigno circũdat uincula collo.
Frondibus arboreis & amara paſcitur herba.
Proq; toro terræ non ſemper gramen habenti
Incubat infelix:limoſaq; flumina potat.
Illa etiam ſupplex Argo cum brachia uellet
Tẽdere:nõ habuit quæ brachia tenderet argo.
Et conata queri mugitus edidit ore.
Pertimuitq; ſonos:propriaq; exterrita uoce eſt.
Venit & ad patrias:ubi ludere ſæpe ſolebat:
Inachidas ripas:nouaq; ut conſpexit in unda
Cornua:pertimuit:ſeſeq; exterrita fugit.
Naiades ignorant.ignorat & Inachus ipſe
Q uæ ſit. at illa patrẽ ſequit̃: ſequit̃q; ſorores:
Et patitur tangi:ſeq; admirantibus offert.
Decerptas ſenior porrexerat Inachus herbas.
Illa manus lambit:patriſq; dat oſcula palmis:
Nec retinet lachrymas: & ſi mõ uerba ſupſint
Oret opem:nomẽq; ſuum caſuſq; loquatur
Littera pro uerbis:quam pes in puluere duxit
Corporis indicium mutati triſte peregit.

Bos quoq; formoſa eſt.Io inquit ut uirgo erat formoſa:ſic i iuuencã quoq; uerſa pulchra uidebatur. Spẽm.Pulchritudinẽ. Probat.laudat.
Cuius.ſit uerbũ ſubaudiatur. Et unde.uenerit. Quo ue ſit armẽto.Armẽtum id genus pecoris dicitur:ut tradit ſextus Põpeius: qd eſt idoneũ ad opus armoꝝ. Quãq̃ Varro ab arando deriuare uideatur quaſi aramẽtũ tertia littera detracta.
Vt auctor deſinat inqri: ut dominus uaccæ a Iunone nõ inueſtigetur. Abdicere : abdicare: alienare & ab ſe amouere. Nõ dare ſuſpectũ. Nõ tradere inqt petitã uaccã Iunoni:ſuſpecta reſ eſſet:cogeretq; Iunonem aliqd mali ſuſpicari.
Qui ſuadeat illud. Dare. Hinc.ab illa Iunoni tradẽda. Sociæ generiſq; toriq;. Nã Iuno & ſoror eſſe & uxor Iouis fingitur:qd pro aere ponitur:q leuitate ætheri qui idẽ eſt cum Ioue:Similis eſſe ſubiicitq; uidetur. Nam æther aere ſupior ẽ.
Pellice:cõcubina. Nã pellex dicitur q̃ cũ eo uiro cui uxor ẽ ſe miſcet.Græci illã παλλακά uocãt. Et fuit anxia furti.hoc eſt: fuit ſollicita ne ſibi furto auferretur. Ariſtoridæ argo. Argus Ariſtoris filius centũ habuiſſe oculos fingitur quoꝝ ſemper octo & nonaginta uigilabant : bini uero ſolum dormiebant. Capiebant quietem.Dormiebant. Seruabant.Cuſtodiebant Atq; ĩ ſtatione manebant. hoc eſt: uigilabant. Tranſlatio eſt a militibus ſumpta:qui in ſtatione tũc manere dicuntur:cum diligenter excubias agunt.
Spectabat ad io. accuſatiuus eſt græcus. Non enim pmittitur ſibi decliare Io Ionis ut Dido didonis. Quãuis auerſus.Quãuis in aliã partem uultum auerſum haberet. Luce ſinit paſci. Tẽpore inquit diei eam paſcere pmittit Argus.Nocte uero ad præſepe eã ligans in ſtabulis claudit.
Indigno collo.Ceruici uincula nõ merẽti propter mollicię atq; pulchritudinem. Amara herba.Ipſi filiæ Inachi amara:non uaccis qbus ẽ ſuauis. Incubat terræ.Cubat ĩ terra & iacet. Gramen.herbã & ſtramen . Limoſa. lutoſa ac cœno infecta. Tendere:porrigere. Brachia.Manus iunctas:ut illum ad miſericordiam cõmoueret. Et conata queri: conqueri:lamẽtari. Mugitus edidit ore. mugire uerbum eſt facticiũ a ſono uocis boum deductũ. Edidit. emiſit. Inachidas ripas : Inachias Patronymicum pro poſſeſſiuo poſitum. Noua cornua.Sibi nouiter nata. Fugit.Fugere conata eſt. Neq; enim ſeipſam fugere poterat. Naiades ignorant. Non agnoſcunt ſororem. Admirãtibus.Patri & nymphis.
Lambit. lingit. Oret:Orare uellet. Caſus: Infortunia. Littera pro uerbis: loco uerboꝝ inquit littera quam pedibus in puluere uacca effecit: indicauit patri filiam. Bouis enim pes i & o litteras exprimere uidetur:quas cum uidiſſet Inachus:eãm eſſe filiam cognouit Duxit:Effecit. Duci autem proprie dicuntur littere cum fiunt. Vnde etiam litterarum ductus a Fabio appellantur. Indicium triſte. Significationem mæſtam ab effectu:quod mærore affecit patrem.Grauius nãq; pater dolebat filiam in iuuencã fuiſſe trãſmutatam q̃ ſi mortua eſſet. Peregit.Effecit.

Argus Ariſtoris.
Argi oculi in caudam pauonis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Me miſerum. O ſubintelligatur:quod frequenter in exclamationibus omittitur leuioribus. Pendens in cornibus & ceruice.hoc eſt.cornua & ceruicem amplectens. Iuuencæ autem magnitudo ſignificatur a cuius cornibus & ceruicæ In achus illam amplectens pendere uidebatur. Ingeminat: exclamationem illam: o me miſerũ duplicat. Tu ne es quæſita per omnes. Ordo eſt. Tu ne es nata & filia mihi per omnes terras quæſita? Tu nõ inuenta reperta es. Signat differentiam inter inuenire & reperire poeta. Inuenimus enim quærentes. Reperimus caſu. Luctus erat leuior:ſi non reperta eſſes:grauius enim fert pater quod in uaccam filia ſit cõuerſa:q̃ ſi mortua eſſet. Nec mutua noſtris dicta refers. hoc ẽ: nec uiciſſim mihi reſpondes. Quod unum. Quod ſolum facere potes. Thalamos tædaſq;. hoc eſt nuptias. De grege nunc tibi uir. Maritus inquit de armento tibi eſt habendus. Vnde filios uitulos tollas. Iuuencaꝝ nãq; mariti iuuenci ſunt. Nec finire licet. Nec poſſum inquit morte tantis doloribus imponere finem : cum deus ſim immortalis. Sed nocet eſſe deũ: Deo quoq; eleganter dicitur. Dii autem ita ſunt immortales:ut ne ſibi quidem mortem cõſciſcere poſſint.

Præcluſaq; Ianua leti. mortis. Quoniam inq̃t ſum deus:tantos dolores morte finire non poſſum:uerum ſemper me in luctu eſſe oportet. Dii enim αθανατοι ſunt atq; immortales. Extendit. Producit. Prolongat. Stellatus Argus:quod eius oculi ad ſimilitudinem ſtellarum micarent.

Abſtrahit:Violẽter abducit. Ipſe procul. Ipſe inquit Argus in propinquum montem aſcendit: unde ſedens in omnes partes ſpectabat. Procul. Prope. Occupat. Celeriter aſcendit. Cacumen:uerticem & ſummitatem. Phoronidos. Phoronei neptis. Phoroneus nãq; Inachi pater fuit. Narrat autem quẽadmodum Argus a Mercurio fuit interfectus: eiuſq; oculi caudæ pauonis fuerunt a Iunone appoſiti. Natumq; uocat. Mercurium. Nam Mercurius Iouis fuit filius ex Maia una ex Pleiadibus:quæ ſeptem Atlátis filiæ fuere;non ex electra:ſed ex Pleione nympha ſuſceptæ:unde & Pleiades ſunt nominatæ. Hæ in ſidera tranſlatæ ac in humero tauri collocatæ:Vergiliæ a latinis uocantur: quod ueris tẽpore oriantur. Lucida pleias. Maia pleiadum ſplendidiſſima. Leto det. interficiat. Parua mora eſt ſumpſiſſe: figura eſt poetica. Alas pedibus:hoc eſt: talaria alata quæ iccirco Mercurio attribuuntur: quod planetarum omnium ſit uelociſſimus. Virgam ſomniferam. Caduceum dicit:de quo & Virgilius. Tum uirgá capit. hac animas ille euocat orco Palletes : alias ſub triſtia tartara mittit. Dat ſomnos adimitq; & lumina morte reſignat. Tegimenq; capillis:petaſum & pileum. Ioue natus. Mercurius Iouis filius ex Maia. Obiter autem Mercurii quoq; metamorphoſin in paſtorem poeta deſcribit. Et poſuit pennas:hoc eſt: depoſuit talaria alata. Per deuia rura:per inuias ſyluas. Dum uehit adductas: Dũ inq̃t ducit capellas cõgregatas. Tametſi uehi ꝓprie dicátur:q̃ gerũtur. Structis aue.tibia quá ex auenis cõſtruxerat:ẽ aũt auená genus frumẽti notius q̃ ut ſit exponẽdũ:ex cuius calamis tibiæ ẽt numa ruſticis cõficiuntur. Voce: Sono. Nouæ artis:tibiæ uouiter a Mercurio iuentæ.

Cuſtos Iu. Argus a Iunone cuſtos Io in uaccá cõuerſæ appoſitus. Hoc ſa. Hoc monte. Vtrumq; ẽni frequenter ꝓ altero ponitur a poetis. Fœcundior. Vberior. Paſtoribus. Otio & quieti paſtorum. Atlantiades. Mercurius nepos Atlantis ex Maia. Iunctis arundinibus. Sono tibiæ. Vincere. Superare. In ſomnum inducere. Temptat. Conatur. Seruantia lumía. Oculos obſeruantes atq; cuſtodiẽtes uaccá. Ille tamẽ inquit ſuaues ſomnos a Mercurio immiſſos repellere conatur.

Me miſeꝝ exclamat pater Iachus:inq; gemẽtis
Cornibus & niuæ pendens ceruice iuuencæ:
Me miſerũ ingeminat.tu ne es quæſita per oẽs
Nata mihi terras? tu non inuenta: reperta es?
Luctus erat leuior:retices:nec mutua noſtris
Dicta refers.alto tantum ſuſpiria ducis
Pectore:q̃dq; unũ potes ad mea uerba remugiſ
At tibi ego ignarus thalamos tædaſq; parabã:
Speſq; fuit generi mihi pria:ſecũda nepotum.
De grege nũc tibi uir:& de grege natus hñdus
Nec finire licet tantos mihi morte dolores.
Sed nocet eſſe deum:præcluſaq; ianua leti
Aeternum noſtros luctus extendit in æuum.
Talia dicenti ſtellatus ſummouet Argus:
Ereptamq; patri diuerſa in paſcua natam
Abſtrahit.ipſe procul montis ſublime cacumẽ
Occupat:unde ſedens partes ſpeculatur in oẽſ
Nec ſupeꝝ rector mala tãta Phoronidos ultra
Ferre poteſt:natũq; uocat: quem lucida partu
Pleias enixa eſt:letoq; det imperat Argum
Parua mora ẽ: alas pedibus uirgamq; potente
Somniferã ſumpſiſſe manu:tegimẽq; capillis.
Hæc ubi diſpoſuit:patria Ioue natus ab arce
Deſilit in terras. ilic tegimenq; remouit:
Et poſuit pennas.tantũmodo uirga retenta eſt.
Hac agit ut paſtor per deuia rura capellas.
Dũ uehit adductas:& ſtructis cantat auenis:
Voce nouæ captus cuſtos iunonius artis:
Q uiſquis es: hoc poteris mecũ cõſidere ſaxo.
Argus ait.neq; enim pecori fœcundior ullo
Herba loco ẽ:aptãq; uides paſtoribus umbrã:
Sedit Atlantiades: & euntem multa loquendo
Detinuit ſermone diem:iunctiſq; canendo
Vincere arundinibus ſeruantia lumina tẽptat.
Ille tamen pugnat molles euincere ſomnos.



Nãq; reperta phyſtula nuper erát. Parentheſis eſt. Cauſam continens inquiſitiònis Argi. Tam concinnæ autem fabulam fabulæ connectit Poeta:ut cum multas ſimul deſcribat tranſfigurationes: minime tamen a propoſito diſcedat. Exponit enim quemadmodum Syrinx nympha Ladonis fluuii filia ardenter a Pane deo amata: ne uirginitatem amitteret:in arundinem apud Ladonem fluuiũ fuit cómutata:ex qua Pan ad mitigandos amoris ardores ſibi phyſtulam compoſuit. Vnde Virgilius. Pan primus calamos cæra coniungere plures. Inſtituit. Tum deus inquit. Tunc Mercurius narrare cœpit.

Et quãuis ſopor eſt oculorum parte receptus:
Parte tamẽ uigilat: quærit quoq;( nãq; reperta
Fiſtula nuper erat) qua ſit ratione reperta.
Tum deus:Arcadiæ gelidis in mõtibus:inquit
Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas
Naias una fuit.nymphæ Syringa uocabant.
Non ſemel & Satyros eluſerat illa ſequentes:
Et quoſcũq; deos umbroſaq; ſilua feraxq;
Rus habet.Ortygiam ſtudijs ipſamq; colebat
Virginitate deam:ritu quoque cincta Dianæ.
Falleret:& poſſet credi latonia:ſi non
Corneus huic arcus:ſi non foret aureus illi.
Sic quoq; fallebat:redeuntem cole lycæo
Pan uidet hãc: pinuq; caput præcinctus acuta
Talia uerba refert.tibi nubere nympha uolẽtis
Votis cede dei.reſtabat plura referre.
Et præcibus ſpretis fugiſſe per auia Nymphã:
Donec harenoſi placidi Ladonis ad amnem
Venerat.hic illam curſum ĩpedientibus undis:
Vt ſe mutarent:liquidas oraſſe ſorores.
Panaq; cum penſam ſibi iam Syringa putaret:
Corpore ꝓ nymphæ calamos tẽuiſſe paluſtres
Dumq; ibi ſuſpirat: motos in harundine uẽtos
Effeciſſe ſonum tenuem ſimilemq; querenti.
Arte noua uociſq; deum dulcedine captum
Hoc mihi conſilium tecum dixiſſe manebit.
Atq; ita diſparibus calamis compagine cæræ
Inter ſe iunctis nomen tenuiſſe puellæ.
Talia dicturus uidit Cyllennius omnes
Succubuiſſe oculos: adopertaq; lumia ſomno
Supprimit exemplo uocem: firmatq; ſoporem
Languida permulcens medicata lumina uirga.
Nec mora falcato nutantem uulnerat enſe:

Archadiæ gelidis in montibus. Archadia regio eſt Achaiæ contermina ab Archade Iouis & Caliſtus filio denominata. Variis enim nominibus antea fuit appellata. Nam & Pelaſgia & parrhaſia fuit uocata. Sunt qui illam & Gigantida & Azanian & Panian appellarint. Inter hamadriadas Nonacrinas: nymphas archadicas. Nonacris nãq; urbs eſt archadiæ: Vnde Nonacria nymphæ ſunt appellatæ. Hamadryades autem nymphæ dicũtur quæ una cum arboribus & oriuntur & occidunt: unde etiá Hamadryades ſunt dictæ. αμα enim ſimul. Δρυσ Δρυοσ arbor apud ueteres græcos dicebatur: quáuis nunc pro quercu ponatur. Naias una fuit: Naiadas fluminum ac fontium ſunt nymphæ απο του ναειν. hoc eſt a fluendo dictæ. Nympharũ enim aliæ ſunt fluminum quæ naiades:ut dixi:uocátur. Aliæ Nemorum ſyluarumq; quæ Driades: Napeæ: Hamadryades. Aliæ montium quæ Oreades απο του ὄρουσ. hoc eſt monte cognominantur. Nonacris. Hamadryades. Nubere.

Nymphæ ſyringa uocabant. Ab illius nomíe tibia a græcis ſyrinx appellatur. Non ſemel & ſatyros. Sæpius inquit & ſatyros & reliquos ſyluarum deos eluſit. Dianam enim imitabatur:uirginitatemq; ſeruare decreuerat. Satyri autem dii eſſe ſyluestres crediti ſunt: quod huiuſmodi animalia in deſertis ſolum præſertim æthiopiæ inueniuntur. Et quoſcũq; deos. Syluanos: Faunos ac Panes ait. Hos nãq; ſyluarum ac nemoꝝ deos antiquitas putabar. Ortygiam deá. hoc eſt. Dianam. Ortygia nãq; inſula eſt quæ alio nomine Delos frequentius uocatur:ſic dicta( ut ait Solinus) quod in ea primum ſunt uiſæ coturnices quas græci ortygas uocant. Eiuſdem nominis inſula eſt in mari ſiculo. Ritu dianæ. More Dianæ. Latonia. Diana latonæ filia. Sic quoq; fallebat. Quáuis íquit ſyrinx corneum habeat arcum: diana tamen eſſe uidebatur adeo illi ſimilis erat. Pan uidet hanc. Pan deus eſt paſtorum & nemorum. Pinu acuta. Corona ex pinu confecta. Pinus enim pani deo dicata fertur. Vnde etiam ea coronatur. Votis cede. Cupiditati obſequere. Tibi nubere uolentis. Te uxorem ducere cupientis. Nubere enim uiris mulieres dicuntur. Reſtabat plura referre. hoc eſt:reſtabant plura:quæ a Mercurio referrentur de ſyringe: eaq; deſcribit Ouidius. Sed cum uideret Mercurius Argum ſomno oppreſſum:ſtatim uocem cohibuit:ipſumq; interfecit. Et præcibus. Deſcribit ea quæ Mercurio narranda de ſyringe reſtabant. Per auia. Per loca inuia. Ladonis ad amnem. Ladon fluuius eſt Arcadiæ leniter fluens. Ortygia. Ladon

Liquidas ſorores: naiadas. Calamos paluſtres. Cannas in paludibus naſcentes. Dumq; ibi ſuſpirat:Ibi in calamo ſuſpirat ſyrix. Hoc mihi conſilium. Volo inquit pan hoc conſilium mihi tecum eſſe cómune. Vt enim tu in arundine quereris:ita ego hac eadem arundine meos ſolabor ardores. Diſparibus. inæqualibus. Compagine. coniunctione. Compago autem & compages in eadem dicitur ſignificatione. Nomé puellæ. Græci nãq; tibiam Syringa uocant. Succubuiſſe. Victos fuiſſe. Languida lumía. Oculos ſomno occupatos. Medicata uirga. Caducei eſt periphraſis. Falcato enſe. In falcis modũ recuruo gladio. Notátem:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

caput concutientem.ut dormitantes faciunt. Qua collo eſt confine caput.Qua caput coniungitur cum collo. In tot lumina.Per tot occulos.Lumen nanque & oculum & lucem ſignificat. Occupat:opprimit. Vna nox.Vna obſcuritas & mors.Vna enim omnes extincti ſunt. Excipit:Ex capite Argi capit.Excipere autem modo ſuſcipere cadentia ſignificat & uerba dictata cum ſcribuntur modo excludere & ab aliis ſeparare:Vnde exceptiones apud Iuriſconſultos & oratores dicuntur excluſiones:quibus id excluditur quod in intentionẽ ab actore eſt deductum.Interdum excipere eſt inſidus aliquem capere. Virgilius.Excipit incautum. Vnde excipulæ deriuantur qbus piſces capiũtur.

Excipere
Exceptiones.
Excipulæ

Q ua collo eſt confine caput ſaxoq; cruentũ
Deiicit:& maculat præruptam ſanguine rupẽ
Arge iaces:quodq; in tot lumia lumẽ habebas
Extinctũ eſt:centũq; oculos nox occupat una
Excipit hos uolucriſq; ſuæ ſaturnia pennis
Collocat:& gemmis caudã ſtellãtibus implet.
Protinus exarſit:nec tempora diſtulit iræ:
Horriferãq; oculis animoq; obiecit Erinnym
Pellicis argolicæ:ſtimuloſq; in pectore cæcos
Condidit:& profugam per totum terruit orbẽ.
Vltimus immenſo reſtabas nile labori:
Q uẽ ſimul ac tetigit:poſitiſq; in margiæ ripæ:
Procubuit genibus:reſupinoq; ardua collo
Q uos potuit ſolos tendens ad ſidera uultus:
Et gemitu:& lachrymis:& luctiſono mugitu
Cum Ioue uiſa queri eſt:finẽq; orare malorũ
Coniugis ille ſuæ complexus colla lacertis:
Finiat ut pœnas tandem rogat:inque futurum
Pone metus inquit:nunq̃ tibi cauſa doloris
Hæc erit:& Stygias iubet hoc audire paludes
Vt lenita dea eſt:uultus capit illa priores:
Fitq; quod ante fuit:fugiunt de corpore ſetæ.
Cornua decreſcunt:fit luminis arctior orbis.
Cõtrahit᷑ rictus:redeunt humeriq; manuſq;:
Vngulaq; in quinos dilapſa aſſumit᷑ ungues.
De boue nil ſupereſt:formæ niſi candor in illa.
Officioq; pedum nymphæ contenta duorum
Erigitur:metuitq; loqui:ne more iuuentæ
Mugiat:& timide uerba intermiſſa retemptat
Nunc dea linigera colitur celeberrima turba.

Saturnia. Iuno Saturni filia.eſt enim antonomaſia. Appellatio namque pro nomine poſita eſt. Collocat.Apponit. Suæ uolucris pennis.Periphraſis eſt pauonis.Nam pauones ſub tutela Iunonis eſſe dicuntur. Stellantibus.More ſtellarum fulgentibus. Protinus exarſit.inflammata eſt ira.nam in Io uaccam indignata eſt Iuno:cuius cauſa Argus fuerat interfectus. Quare illi furorẽ immiſit:quo per totum terrarum orbem acta ẽ. Cum autem ad Nilum perueniſſet miſeratione Iouis priſtinam recuperauit figuram: deaque effecta Iſis fuit appellata. Nec tẽpora diſtulit iræ.hoc eſt.nec uindictam in aliud diſtulit tẽpus. Horriferam Erinnyn. horrendam furiam. Erinyes enim furiæ dicuntur infernales. Pellicis argolicæ.ιουυσ Inachi argiuorum fluuii filiæ.Ab Argo nãq; clariſſima urbe peloponneſi:cuius Rex fuit Inachus:argolicus: declinatur. Stimulos cæcos.furores occultos. Condidit. abſcondidit. Profugam. porro fugatã. Reſtabas Nile.apoſtrophe ad nilum:qui fluuius eſt Aegypti. a Nilo Rege nominatus:ut Diodorus ait. Quẽ ſimul ac tetigit.ad quem poſtq̃ peruenit. Luctiſono mugitu.luctum ſonante & referente. Et Stygias iubet hoc audire paludes hoc eſt per paludem Stigem iurauit:cuius numen dii fallere non audebant: ut Vergilius ſcribit. Vt lenita dea eſt: poſtq̃ Iuno fuit mitigata. Fitq; quod ante fuit.hoc ẽ humanæ.reſtituitur figuræ. Fugiunt.celeriter cadũt. Setæ.pili duriores. Decreſcunt.diminuuntur. Fit luminis arctior orbis. hoc eſt oculorum orbes ſtrictiores fiunt. Contrahitur rictus.os diminuitur. Redeunt humeriq; manuſq;. hoc eſt armi in humeros pedeſq; anteriores in manus conuerſi fuerunt.Qui namq; in aliis animalibus armi.in homine humeri uocantur. Vngula dilapſa.diuiſa. In quinos ungues.inter unguem & ungulam differentia ſignatur. Vngula nanq; eſt aut ſolida: equorum:aut bifida.ut boum.Vngues uero ſũt multifidi:ut homium & leonum.Neq; enim ungues hominum ſunt tantum:ut imperiti putant ſed aliorum quoq; animaliũ. De boue nil ſupereſt.de figura bouis nil reſtat. Nymphe. Io nympha Inachi filia.Eſt enim nominandi caſus Nymphæ:eoq; ſine diphthongo eſt ſcribendum. Et timide uerba intermiſſa retemptat:hoc eſt:cum timore iterum loqui conatur. Verba intermiſſa. uerba diu omiſſa:nam intermittere eſt ad tempus omittere atq; deponere. Retemptat:iterum temptat experiturq; an loqui poſſit. Nunc dea:nunc inquit Io pro dea Iſide colitur ab ægyptiis lineas ueſtes geſtantibus. Iſidis namq; ſacerdotes lineis ueſtibus utebantur.Iſidem uero ægyptii:ut tradit Diodorus:Lunam eſſe putant: ut Oſiridem ſolem:interpretariq; antiquam ſummo nomine ab æterno:& antiquo illius ortu. Addunt illi cornua propter aſpectũ:ſic enim uidetur:quo tpe primis diebus apparet:tum quia bos illi ab ægyptiis ſacrificatur. Quidam autem Iſidem Iouis ægypti regis filiam fuiſſe:eandẽq; cum cerere eſſe:quæ ab Oſiride fratre uxor accepta multa cõtulerit ad uſum uitæ hũanæ.Prima.n.triticũ & hordeũ:quæ prius icognita hoibus caſu iter cæteras herbas oriebant᷑ iueniſſe fert᷑:Leges qnoq; Iſidẽ ſtatuiſſe ferũt:qbus iuſticia æq̃ oibus ſeruaret᷑ ui atq; iiuria: timore:pœnæ ſublatis.Hac de cã ꝑſci græci Iſidẽ legiferã appellarũt:tãq̃ ꝑmã legũ iuẽtricẽ. Oſiride ãt marito i-

Io in priſtinã figuram

Phaethõntis epaphiq; certamen



terfecto iuraſſe dicitur Iſis ſe nulli alii nupturam:ac iuſto deinceps imperio regnaſſe:beneficiiſq; in populos oẽs alios reges ſuperaſſe:ac poſt obitum deorum honores conſecutam:& in Vulcani templo apud Memphim ſepultam fuiſſe. Aſſerunt autem ægyptii:id quod fere poetæ omnes teſtantur:Iſidem plurima iueniſſe ad morbos medicamenta:medicæq; arte multum contuliſſe:ac in deorum quoq; numerum relatam gaudere hominum cultu inq; eorum ualitudine præcipue uerſari: quin etiam inſomnis palam iis opitulari:quos cenſuerit dignos.Et q illius monitis obtemperent: præter opinionem curari:etiam quorum medici ſalutẽ deſperarint. Viſu quoq; aut alia quapiã corporis parte debiles illius deæ numen implorantes in priſtinam reſtitui ualitudinem.Signa uero horum eſſe dicunt:non græcas fabellas ſed opera:per totum nãq; terrarum orbẽ Iſidem coli propter manifeſtas illius morborum curationes. Hæc & multo plura de Iſide Diodorus. Cæterum Ouidius græcorum figmenta ſectatur. Hinc Epaphus. Epaphi ac phæthontis iurgia iccirco deſcribit poeta: ut cõmodius & librum ſecundum eum primo:& mutationem ſororum Phæthontis ipſius in populos cum ſuperiore tranſformatiõe connectat. Epaphus enim Iouis & Ius filius in altercatione Phætontem nõ eſſe Apollinis filium dixit:qua contumelia phæthon indignatus: Clymenem matrem rogauit: ut ſibi uerum oſtenderet genitorem. Illa Apollinem eſſe aſſeuerauit: utq; ſe ad Apollinis regiã conferret:ac ab ipſo ſciſcitaretur: hortata eſt. Eo cum ueniſſet Phæthon: accepit ſe Apollinis filiũ eſſe:a quo hortatus ut quicquid uellet peteret: ſe enim nihil negaturum:impetrauit a patre:ut ſolis currum unũ diem regeret. Cum uero nõ terras modo:ſed cælum quoq; imperitus equos ſolis gubernandi combureret.Iouis fulmine in padum fluuium precipitatus eſt. Huius uero ſorores cum finem lachrymis non imponerent:deorum miſeratione in populos arbores: carũq; lachrymæ in electrum conuerſe feruntur. Hinc Epaphus.ex hoc inquit epaphus Iouis filius eſſe creditur:quod Io mater eius ab ægyptiis tanquã dea colebatur. Phæthon. Apollinis & Clymenes Nymphæ fuiſſe filius dicitur. Eſt autem nomen triſyllabum non biſyllabum:ut quidam putant:præcipientes cum æ diphtongo eſſe ſcribendum. Nõ tulit Inachides.Epaphus Inachi nepos. Et tulit ad Clymenem matrem. Clymene Nympha fuiſſe fertur Oceani & Tethyos filia:ex qua Apollo ſuſtulit Phæthontem. En ego liber ille ferox. indignatur Phæthon: quod cum alias & liber & ferox in reſpondendo eſſe conſueuerit: nihil tunc Epaphi conuitiis reſponderit. En particula eſt indignantum propria. Refelli. confutari. Ede notam. oſtende ſignum.

Hinc epaphus magni genitus de ſemie tandẽ
Creditur eſſe iouis: perq; urbes iuncta parenti
Tẽpla tenet:fuit huic animis æqualis & annis
Sole ſatuſ phæthõ:quẽ quõdã magna loquẽtẽ
Nec ſibi cedentẽ phœboq; parente ſuperbum
Non tulit inachides:matriq; ait omnia demens
Credis:& es tumidus genitoris imagine falſi.
Erubuit phæthon:iramq; pudore repreſſit
Et tulit ad clymenen epaphi conuicia matrem.
Q uoq; magis doleas genitrix ait. en ego liber
Ille ferox:tacui. pudet hæc opprobria nobis
Et dici potuiſſe:& non potuiſſe refelli.
At tu:ſi modo ſum cæleſti ſtirpe creatus:
Ede notam tanti generis:meq; aſſere cælo.
Dixit: & implicuit materno brachia collo:
Perq; ſuũ Meropiſq; caput tædaſq; ſororum
Traderet orauit ueri ſibi ſigna parentis.
Ambiguũ ẽ Clymene ꝑcibus phæthõtis an ira
Mota magis dicti ſibi criminis.utraq; cælo
Brachia porrexit:ſpectanſq; ad lumina ſolis
Per iubar hoc inquit radijs inſigne coruſcis
Nate tibi iuro:quod nos auditq;:uidetq;:

Epaphus

Meq; aſſere cælo. hoc eſt. me tua defenſione cælo aſcribe: me defende ac præſta deum eſſe. Et implicuit. iniecit. Meropiſq; caput.per uitam Meropis uiri:nam Clymene poſt phæthontem ex Apolline ſuſceptũ Meropi nupſit. Meropes ſane homines ab Homero dicuntur a uocum diuerſitate. μερζω nanq; diuido.οψ ὀποσ uox dicitur. Meropes etiam ſunt aues apibus infeſtæ: unde etiam a piaſtræ uocantur: q apes comedant. Virgilius in georgica. Meropes aliæq; uolucres. Tedaſq; ſororum. nuptias ſuarum ſororum: quas matri curæ eſſe ſciebat. Dicti criminis. obiecti criminis. Per iubar hoc per hunc ſolis ſplendorem: nam iubar proprie ſignificat luciferum ſtellam quod iubas lucis effundat. Virgilius.It portis iubare exorto delecta iuuentus. A lucifero autem omnis ſplendor iubar appellatur. Inſigne:ornatum clarum:unde inſignia dicuntur ſigna & ornamenta uirtute adepta. Radiis coruſcis: fulgentibus: micantibus. Radius autem non ſolum fulgor micans dicitur:ſed uirga quoq; qua Geometræ lineas deſignant. Virgilius. Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem. Eſt etiam inſtrumentum textorium. Virgilius. Excuſſi manibus radii. Eſt & inſtrumẽtum: quo mẽſuræ æquantur: quod etiam hoſtorium dicitur. Plautus. Dii deæque omnes tantam nobis læticiam: tot gaudia ſine radio cumuletis. Eſt etiam radius oliuæ genus ob longæ: de qua Virgilius. Nec pingues unam in faciem naſcuntur oliuæ. Orchades & radii & amara pauſia baccha. Rotæ quoq; radios habere dicuntur. Quod nos auditq; uidetq;: hoc ex ſententia Homeri dictum eſſe uidetur. Nam: ut ſcribit Plinius. Sol fertur medius planetarum ampliſſima magnitudine ac poteſtate: nec temporum modo terrarumq;: ſed ſiderum etiam ipſorum cæliq; rector. Hunc mundi eſſe totius animum ac planius mentem: hunc principalæ naturæ regimen: ac

Meropes.
A piaſtræ.

Radius.

Hoſtorium

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

numen credere decet opera eius eſtimantes: hic lucem rebus miniſtrat: aufertq; tenebras: hic reliqua ſidera occultat: hic uices temporum annumq; ſemper renaſcentem ex uſu naturæ temperat: hic cæli triſticiã diſcutit: atq; etiam nubila humani animi ſerenat: hic ſuum lumẽ cæteris quoq; ſideribus fœnerat: preclarus: eximius: omnia intuens: omnia etiam exaudiens: ut principi litterarum Homero placuiſſe in uno eo uideo. Temperat. regit ac gubernat: nam ſolis calore omnia temperantur. Si ficta loquor. hoc eſt ſi mẽtier: & falſa dico. Omne enim

Falſum.

fictum falſum eſt. Fictum eſt enim quod non eſt factum: ſed fieri potuit: falſum autẽ uanum & fictum differunt: ut ſcribit Donatus. Nam falſum eſt fictum mendacium ſimile ueritati.

Vanum.
Fictum.

Vanũ nec poſſibile: nec ueriſimile. Fictum totum ſine uero: ſed ueriſimile. Falſum loqui mendacis eſt: Fictum callidi: Vanum ſtulti. Falſum loqui culpæ eſt: fictum uirtutis: Vanum uecordiæ. Falſis decipimur: fictis delectamur: Vana contẽnimus. Neget ipſe uidendum ſe mihi. ſubtrahat ſe mihi aſpiciẽdũ. Optat aũt Clymene ut moriatur: ſi mentitur Phæthonti. Sitq; lux iſta nouiſſima. hoc lumen ſolis ultimum ſit mihi. Nec longus patrios: nec longo inquit tibi labore opus eſt: ut cognoſcas & uideas patris tui domum. Noſſe. cognoſcendi: eſt enim conſtructio græca: nam græci infinitis pro gerundiis utuntur. Patrios penates. patris tui ædes. Contermina. confinis. Noſtræ terræ Aethiopiæ: Aethiopia nãq; Indiæ: unde ſol oriri uidetur: finitima eſt. Si modo fert animus: hoc eſt: ſi modo ad hoc te inclinat animus: ut eas ad patris ædes uidendas. Et ſciſcitabere. iueſtigabis. Sciſcitari nãq; ẽ rogare ut ſciamus. Emicat. exilit. Et cõcipit æthera mente. hoc eſt: omnia magna ſibi promittit. Nã ætherem quoq; ſe pertranſire poſſe ſperabat. Aethiopaſq; ſuos. E quibus Phæthon erat unus.

Aethiopes unde:

Aethiopes autem ab æthiope Vulcani filio qui Aethiopiam a nomĩe ſuo appellauit: ut in ſexto narrat Plinius: fuere cognominati. Sub ignibus ſidereis. ſub feruoribus ſolis. Indi uero populi ſunt orientis: ab Indo fluuio cognominati.

Primi Libri finis.

Raphaelis Regii in ſecundum metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

Regia ſolis erat. Secundum librum auſpicatur. Ouidius a deſcriptione ædiũ ſolis: ad quas peruenerat Phæthon a Clymene matre exhortatus ut ipſum rogaret Apollinẽ an ſibi pater eſſet. Cõcinne. igitur huius libri initiũ cum prioris fine connectit. Videtur autem Ouidius regiam ſolis deſcribere ad imitationem palatii Romani uel Capitolii. Nam magnificentiſſimum quodq; in hac deſcriptione ædificium mente concepit. Regia. domus regis quæ baſilica cœpta eſt dici. Clara: lucida illuſtris. Micante. ſplẽdente.

Pyropus.
Regiæ ſolis deſcriptio

Pyropo. pyropus uidetur is eſſe lapillus quem nos carbunculum appellamus. Pyropus nãq; dicitur quod ignis habeat aſpectum πῦρ nãq; ignẽ. ωπα aſpectum græci dicunt. Cuius ebur nitidum: ſplendidum. Tecta autem regiæ ſolis eburnea fuiſſe ait: ut fores argenteas. Bifores ualuæ. duplices. Valuæ autem dictæ ſunt quod in ſe uoluantur. Materiam ſuperabat opus: præcioſiſſimæ materiæ præcioſior ars fuit adhibita. In ualuis nãq; argenteis quattuor elemẽta cum animalibus ſuis a Vulcano fuerant ſculpta: uidetur autem Ouidius Homerum imitari in Achillis clypei a Vulcano fabricati deſcriptione. Mulciber. Vulcanus a molliendo ferro eſt dictus Mulciber. Nam mulcere ẽ mollire: ut Pompeius ſcribit. Cælarat. ſculpſerat. Aequora cingentia terras. periphraſis eſt oceani. Cælumq;. aerem qui terrarum orbem complectitur. Tritona canorum.

Triton

Triton: ut iam diximus: tubicen eſt Neptuni cuius & Salaciæ nymphe filius eſſe fertur: ſic dictus quod primum in tritonide Libye palude uiſus eſſe dicatur. Triton etiam fluuius eſt Libye maximus (ut ſcribit Herodotus) tritonidem paludem efficiens. Proteaq; ambiguum: Proteus deus eſt marinus: paſtor pecorum Neptuni: qui icciirco ambiguus dicitur: ꝙ in uarias figuras ſe commutare fingatur: ut difficile uideatur quid ſit agnoſcere: modo namque fit urſus: modo Leo: modo aqua: modo ignis. Vnde Horatius. Quo teneam uultus mutantem protea no-

Hoc te quem ſpectas: hoc te qui tẽperat orbẽ
Sole ſatum: ſi ficta loquor: neget ipſe uidendũ
Se mihi: ſitq; oculis lux iſta nouiſſima noſtris.
Nec lõgus patrios labor eſt tibi noſſe penates.
Vnde oritur. terræ domus eſt cõtermia noſtre.
Si mõ fert aius: gradere: & ſciſcitabere ab ipſo
Emicat ex templo lætus poſt talia matris
Dicta ſuæ phæthon: & concipit æthera mente:
Aethiopaſq; ſuos: poſitoſq; ſub ignibus indos
Sidereis tranſit: patrioſq; adit impiger ortus.

P.Ouidii Naſo. metamorpho. Liber ſecũdus.

Regia ſolis erat ſublimibus alta columnis:
Clara micante auro. flammaſq; imitante pyropo:
Cuius ebur nitidũ faſtigia ſumma tegebat.
Argenti bifores radiabant lumine ualuæ.
Materiam ſuperabat opus. nam Mulciber illic
Aequora cælarat medias cingentia terras:
Terrarumq; orbẽ: cælumq; quod iminet orbi.
Cæruleos habet unda deos Tritona canorum:
Proteaq; ambiguum: balenarũq; prementem



Aegeona ſuis immania terga lacertis:
Doridaq; & natas: quarum pars nare uidetur.
Pars in mole ſedens uirides ſiccare capillos.
Piſce uehi quædam: facies non omnibus una.
Non diuerſa tamen: qualem decet eſſe ſororũ
Terra uiros urbeſq; gerit ſiluaſq; feraſq;
Fluminaq; & Nymphas & cætera numia ruris
Hæc ſuper impoſita eſt cæli fulgentis imago:
Signaq; ſex foribus dextris totidemq; ſiniſtris.
Quo ſimul accliuo Clymeneia limite proles
Venit: & intrauit dubitati tecta parentis:
Protinus ad patrios ſua fert ueſtigia uultus:
Conſiſtitq; procul. neq; enim propiora ferebat
Lumina. purpurea uelatus ueſte ſedebat
In ſolio phœbus claris lucente ſmaragdis.
A dextra læuaq; dies: & menſis: & annus.
Sæculaq;: & poſite ſpatiis æqualibus horæ:
Verq; nouũ ſtabat cinctum florente corona.
Stabat nuda æſtas: & ſpicea ſerta gerebat.
Stabat & autumnus calcatis ſordidus uuis.
Et glacialis hyems canos hirſuta capillos.
Inde loco medius rerum nouitate pauentem
Sol oculis iuuenẽ quibus aſpicit omnia uidit.
Quæque uiæ tibi cã? quid hac ait arce petiſti
Progenies phæthon haud inficianda parenti?
Ille refert. o lux immenſi publica mundi
Phæbe pater: ſi das uſum mihi nominis huius:
Nec falſa Clymene culpam ſub imagine celat:
Pignora da genitor: per quæ tua uera propago
Credar: & hunc animis errorem detrahe noſtris.
Dixerat. at genitor circũ caput omne micantes
Depoſuit radios: propiuſque accedere iuſſit:
Amplexuque dato: nec tu meus eſſe negari
Dignus es: & Clymene ueros ait edidit ortus.
Quoq; minus dubites: qd̃ uis pete mũuſ: & illd̃
Me tribuente feres. promiſſi teſtis adeſto
Diis iuranda palus oculis incognita noſtris.
Vix bene deſierat: currus petit ille paternos:
Inque diẽ alipedum ius & moderamẽ equoꝝ.
Pænituit iuraſſe patrem: qui terque quaterque

do? Immania terga balenarum. maxima. Balenæ autem belluæ ſunt marinæ maximæ: quæ & cete dicuntur & piſtrices: ut Sextus ait. Suis lacertis. Brachiis. Nam Aegæon centũ brachia fingitur habuiſſe. Aegæona. Aegæon gigas fuit pirata maximus: qui deus marinus eſt effectus. Ab hoc mare Aegæum qdã aiunt fuiſſe cognominatũ. Doridaq; & natas. Doris nympha fuit oceani & Tethyos filia ac Nerei uxor: ex qua maxima nymphaꝝ multitudo eſt nata. Doris interdum pro ipo ponitur mari. Virgilius. Doris amara ſuã non intermiſceat undam. Pars in mole. In magno aliquo ſcopulo. Terra uiros. Ita inquit terra erat ſculpta: ut & urbes: & flumina: & ſyluæ: & nymphæ: & feræ: ei ineſſe uiderentur.

Signaq; ſex. Zodiacus quoq; circulus ita erat ſculptus: ut ſex ſigna ĩ dextris totidemq; ĩ ſiniſtris conſpicerentur. Quo ſimul accliuo uenit. Ad quã regiam inquit cum per arduum limitẽ Phæthon aſcendiſſet: q̃ primũ ſe contulit ad patrem.

Simul. poſtquã. Dubitati parentis: De quo dubitabat. Protinus ad patrios. q̃ primũ in conſpectum patris iuit. Accliuo limite. arduo. Regiã enim ſolis in editiore loco eſſe ueriſimile uidetur. Neq; enim ꝓpiora ferebat lumina. Ratio eſt cãm continens cur propius nõ accederet. Neq; enim inquit ferre poterat ſplendorem ſolis propinquiorem. Purpurea uelatus: & habitũ Apollinis & ſolium deſcribit ita perſpicue: ut nulla expoſitio ſit adhibenda: cũ ſplendore ſolis oĩa lucida ſint & aperta: neq; ullo alio lumine indigere uideantur. In ſolio: Solium dicitur quaſi ſolidum: quod ex uno ligno cõficeretur. Eſt autẽ Solium ꝓprie regum ſedes. Claris ſmaragdis. Smaragdus gemma eſt uiridis clare ſplendens.

A dextra leuaq; dies. Comites aſſeſſoreſq; ſolis deſcribit: q ipſum nunq̃ relinquunt. Sol enim & diei & menſis & anni & oĩum tempoꝝ eſt auctor. Sæculaq;. Sæculum ſpaciũ dicitur annorum centũ. Verq; nouum ſtabat. Quattuor anni partes ita deſcribit: ut ſingulis ſuã attribuat ꝓprietatẽ. Vere nãq; oriuntur flores ex qbus coronæ conficiuntur: æſtas nuda pingitur ꝓpter æſtũ quo frumenta matureſcũt. Autũno uindemia aſſignatur. Hyems frigoribus glacieq; infeſtatur.

Spicea ſerta: coronas ſpiceas. Sertũ enim corona dicitur a ſerendis floribus appellatũ. Haud inficianda: neganda. Nã inficiari & ĩficias ire negare ẽ. unde cõiecturalis ſtatus a qbuſdã inficialis dicitur ꝙ ĩ eo factũ negatur. Ille refert: reſpõdet. Vſum huius nominis. ut tua ꝓgenies dicar. Pignora da. ſigna & documenta preſta.

Detrahe. de me eripe. Hunc errorem: hanc dubitationem. Edidit: dixit: aſſeruit: uulgauit.

Veros ortus. ueram originem. Ex me nãq; uere es ortus. Quoq; minus dubites. Ac ut mius inquit de hac re dubites: pete qcqd uis & habebis. Diis iuranda palus. Styx palus eſt inferorum perquam dii iurare timent: ut Virgilius inquit. Vix bene finierat. Temerarium ac ferocem nimiumq; in cupiditatibus ardentem innuit fuiſſe Phætontem. Inq; diem. per unum diem. Ius & moderamen: Poteſtatem & regimen. Alipedum: alas in pedibus habentium: hoc eſt: uelociſſimorũ. Terq; quaterque Concutiens. Sæpius. Concuſſio autem capitis hic pœnitentiam: alibi ſignificat indignationem.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Temeraria dixit. mea inquit promiſſa temeraria inconſultaq; ſunt facta ꝑpter tuam dubitationem: niſi enim dubitaſſes an ego tibi ſim parens: nunq̃ tibi me oĩa conceſſurum q̃ petiſſes: pollicitus eſſem. Tua uoce. ē ablatiui caſus. hoc eſt propter tuam dubitationem. Vtinam ꝓmiſſa liceret. utinam inquit poſſem tibi ꝓmiſſa negare. Viribus iſtis. exiguis & mortalibus. Sors tua. conditio tua. Non eſt mortale. Currus nãq; ſolis eſt incorruptibilis. Ab impoſſibili autem & difficili diſſuadet phœbus. Plus etiam q̃ quod ſuperis. hoc eſt. plus etiã cupis q̃ diis ipſis adipiſci concedatur. Affectas cum affectu quodam uehementi appetis. Placeat ſibi quiſq; licebit. Quamuis inquit unuſquiſq; deorum multum ſibi arroget: me tamẽ excepto nullus eorum in ſolis curru cõmode poterit conſiſtere: ne ipſe quidem Iupiter: quo nihil maius nihilq; potentius habetur. Ignifero in axe. in curru ignem & ſolem ferẽte. Axis autẽ lignum eſt illud circa quod rotæ currus uertuntur. Et quid Ioue maius habetur? ac ſi dicat: nihil. Ardua prima uia ē. cauſas enumerat: quibus oſtendit difficilimam eſſe currus ſolis gubernationem. Recentes. inſtaurati integri uiribus: ut qui per noctem quieuerũt ſecundũ uulgi autem loquitur opinionem: q putat ſolis equos ipſumq; ſolem noctu quieſcere.

Pauida formidine. Ab effectu quod pauidos timidoſq; reddat. Moderamine. regimine ac temperamento. Tunc etiam quæ me. Hoc quoq; loco uulgi ſequitur opinionem. Longe namq; ab oceano ſemper ē ſol: nec unq̃ mergitur: quamuis uulgo uideatur. Tethys autẽ oceani eſt uxor: quæ ſolem occidentem excipere uidetur. Aſſidua uertigine reuolutione & conuerſione. Torquet. conuertit. Sidera nãq; fixa una cũ cælo uertuntur. Planetæ uero contra cæli motum nituntur. Vnde infert. Nitor in aduerſum. cælũ nãq; ab oriente in occidentem uoluitur: ſecũq; trahit & ſolem & reliquos planetas. Sol uero una cum aliis planetis ſuo ac naturali motu cõtra cæli cõuerſionem nititur. Hoc eſt cum quodam niſu & conatu mouetur. Nec me qui cætera uincit impetus. Nec impetus inquit & rapidiſſima cæli rotatio que omnia ſecum alia trahit: me poteſt inhibere quo minus meum naturalem motum pſiciam. Sed hoc minus uerum eſſe uidetur. Nã & alii planetæ contra mũdi rotationem nituntur: ut diximus. Cur ergo Apollo ſe ſolum ait ab impetu cæli non ſuperari? An & ad deterrendum a propoſito ſuo Phæthontem: & quia alii planetæ cum retrogradi ſunt: nihil contra mundum nitũtur? Quamuis autem luna nunq̃ retro cædere cogatur: interdum tamen citius: interdum tardius mouetur. Sol uero ſemper æquali motu ferri uidetur: eoq; ſe ſolum a cæli rotatione non ſuperari gloriatur. Rapido orbi. cælo ueloci. Signa nãq; zodiaci ſol pertranſit mundo contrarius.

Poteriſne rotatis obuius ire polis. hoc eſt. Poteriſne ſic reſiſtere rotationi ac celerrimæ conuerſioni que fit circa polos: ne ab ipſa ſecum traharis: ſed ut ei contrarius pergas? Ne te citus auferat axis. Ne uertice & polo rapidiſſimo impar ſic ab ipſo auferaris ſecum ut ne tui quidem cõpos ſis futurus. Forſitan & lucos illic. Fortaſſis inquit tibi perſuades illic eſſe & urbes & deorum templa. ſed horũ nihil eſt: iterq; tibi eſt faciendum per inſidias ac ferarum figuras. Vtq; uiam teneas. hoc eſt. ut concedã te uiã tenere ac ſcire: nullũq; in errorem caſuꝝ: te tamen per auri cornua ire oportebit. Per cornua aduerſi tauri. oppoſiti. nam uerſus orientem ſpectat. Thaurus aũt inter aſtra dicitur conſtitutus: quod Europam incolumẽ ex Phœnicia tranſuexit in cretam: ut Euripides ait. Aemonioſq; arcus. Sagittarium. Chirõ. n. theſſalus Hippocẽ Thaurus qui. Aeſculapium Achilleq; educauit: in ſidera fuit tranſlatus. Quidam tamen ut inquit Iginus hac de cauſa Chironem eſſe negauerunt: q nemo Cẽtaurus ſagittis ſit uſus. Eſt autem equinis cruribus deformatus cau-

Concutiens illuſtre caput: temeraria dixit
Vox mea facta tua eſt. utinam promiſſa liceret
Non dare. confiteor: ſolũ hoc tibi nate negarẽ
Diſſuadere licet: non eſt tua tuta uoluntas.
Magna petis phæthon: & quæ nõ uiribus iſtis
Munera cõueniunt: nec tam puerilibus annis.
Sors tua mortalis eſt: nõ eſt mortale qđ optas.
Plus etiam q̃ quod ſuperis contingere fas eſt:
Neſcius affectas. placeat ſibi quiſq; licebit
Non tamen ignifero quiſq̃ conſiſtere in axe
Me ualet excepto: uaſti quoq; rector olimpi
Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra:
Nõ aget hos currus. & qd Ioue maius habetᷣ?
Ardua prima uia eſt: & qua uix mane recentes
Enituntur equi. medio eſt altiſſima cœlo:
Vnde mare & terras ipſi mihi ſæpe uidere
Fit timor: & pauida trepidat formidine pectus.
Vltima prona uia ē: & eget moderamĩe certo.
Tunc etiam quæ me ſubiectis excipit undis
Ne ferar in præceps: Tethys ſolet ipſa uereri.
Adde quod aſſidua rapitur uertigine cælum:
Sideraq; alta trahit: celeriq; uolumine torquet
Nitor in aduerſum: nec me qui cætera uincit
Impetus: & rapido contrarius euehor orbi.
Fige datos currus. qd ages? poteris ne rotatis
Obuius ire polis: ne te citus auferat axis?
Forſitan & lucos illic urbeſq; deorum
Concipias animo: delubraq; ditia donis.
Eſſe. per inſidias iter eſt formaſq; ferarum.
Vtq; uiam teneas: nulloq; errore traharis:
Per tamen aduerſi gradieris cornua tauri:
Aemonioſq; arcus: uiolentiq; ora leonis:



damq; Satyri habet: ſcribunt uero quidam hunc eſſe crotum nomine Euphemes muſarum nutricis filium cũq; in monte Helicone hitaſſe una cum muſis ſtudioq; uẽatiõis fuiſſe delectatum. Muſas autem ab Ioue petiiſſe ut in cælum referretur: Iouem ei crura equina feciſſe q equo multum uſus foret ſagittas pro ingenio adiunxiſſe: Caudam Satyri in corpore fixiſſe: quod non minus hoc muſæ q̃ liber pater ſatyris ſit delectatus. Cæteꝝ Ouidi. eorum ſequitur opinionem qui Centaurum eſſe aiunt Enumerat autem ſigna Zodiaci terribiliora aſpectu Phœbus: quo facilius ab improba cupiditate regẽdi currum ſolis filium deterreat. Lõgo circuitu. Multum. n. ſpatii Scorpius ſuis brachiis comprehendit. Nam ut ſcribit Iginus. Scorpius ꝑꝑ magnitudinem membrorum in duo ſigna diuiditur quorum unius effigiem noſtri libram dixerunt. Scorpius autem idcirco in cælum tranſlatus eſſe fingitur: quod Orion cum uenaretur iactare auſus eſt ſe omnia quecũq; ex terra orirẽtur interficere ualere: Qua re terram indignatam ſcorpionem maximum emiſiſſe: qui illum interficere conaretur: Iouem autem utriuſq; animum admiratum ſcorpionem inter aſtra collocaſſe: ut ſpẽs eius hominibus documento eſſet: ne quis eorum ali qua re ſibi confideret: Dianam autem ꝑꝑ ſtudiũ Orionis: petiiſſe a Ioue ut idem ſibi beneficium daret petenti: quod terre ultro tribuiſſet: Orionẽq; in cælum acciperet: ita igitur fuit conſtitutum ut cum ſcorpius oritur: orion occidat. Atq; ali ... chiã namq; ſcorpi. a principio ſtatim recur... tur: Cãcri uero iuxta ſummitatem flect... r: eoq; minus ſpatii complectuntur. Cancer autem Iunonis beneficio inter aſtra collocatus fertur: quod cum Hercules contra hydram lærneam conſtitiſſet: ex palude pedem eius mordicus arripuit. Quare Herculem permotum eũ interfeciſſe: Iunonem uero inter ſidera collocaſſe. In pronptu eſt. facile eſt. Vix me patiuntur. Me qui ſum & deus & pitus & ipſis equis notus

Orionis & ſcorpionis fabula

Seuaq; circuitu curuantem brachia longo
Scorpion: atq; aliter curuãtẽ brachia cancrũ.
Nec tibi quadrupedes animoſos ignibus illis:
Quos i pectore hñt: quos ore & naribuſ efflãt:
In promptu regere ẽ: uix me patiunť: ubi acreſ
Incaluere animi: ceruixq; repugnat habenis.
At tu funeſti ne ſim tibi muneris auctor:
Nate caue: dum reſq; ſinit tua corrige uota.
Scilicet ut noſtro genitum te ſanguine credas.
Pignora certa petis: do pignora certa timendo.
Et patrio pater eſſe metu probor: aſpice uultuſ
Ecce meos: utinamq; oculos in pectore poſſes
Inſerere: & patrias intus deprendere curas.
Deniq; qcquid habet diues circũſpice mũdus
Eque tot ac tantis cæli terq; mariſq;
Poſce bonis aliquid: nullam patiere repulſam.
Deprecor hoc unũ: quod uero nomine pœna
Nõ honor ẽ: Pœnã Phaethõ ꝑ mũere poſcis.
Quid mea colla tenes blãdis ignare lacertis?
Ne dubita: dabitur: Stygias iurauimus undas
Quodcũq; optaris: ſed tu ſapientius opta.
Finierat monitus: dictis tamen ille repugnat.
Propoſitũq; ꝑmit: flagratq; cupidine currus
Ergo qua licuit: genitor cuntatus ad altos
Deducit iuuenem uulcania munera currus.
Aureus axis erat: temo aureus: aurea ſummæ
Curuatura rotæ: radiorum argenteus ordo:
Per iuga chryſolithi: poſitæq; ex ordine gẽme
Clara repercuſſo reddebant lumina Phœbo.
Dũq; ea magnanimus Phaethõ mirať: opuſq;
Perſpicit: ecce uigil nitido patefecit ab ortu.
Purpureas aurora fores: & plena roſarum
Atria: diffugiunt ſtellæ quarum agmina cogit
Lucifer: & cæli ſtatione nouiſſimus exit.
Tum pater ut terras mũdũq; rubeſcere uidit:
Cornuaq; extremæ uelut euaneſcere lunæ:
Iungere equos Titan uelocibus imperat horis
Iuſſa deæ celeres peragunt: ignemq; uomẽtes

Funeſti: pernicioſi: mortiferi. Dũq; res ſinit. ꝑmittit. hoc ẽ. dum potes. Tua uota. tuosa ppetitus. Inſerere. imittere. Deꝑndere. cõphẽdere. Deꝑcor hoc unũ: ꝑcibus. hoc unũ ne faciã recuſo. Interdũ deꝑcari. ẽ ualde ꝑcari. Stygias iurauimus undas. Cã ẽ cur ſit daturus. Propoſitũq; ꝑmit. retinet propoſitũ. Flagratq; cupidine currus ardet: cupiditatem regiendi currus paterni. Ergo qua licuit. Quatẽus & quouſq; potuit. Aureus axis erat. currum ſolis eleganter deſcribit poeta. Chryſolythi. lapides precioſi aureum habentes colorem: Vnde ẽt nomen ſortiti ſunt. χρυσοσ enĩ aurum. λιθοσ lapis dicitur

Chryſolythi

Patefecit. Aperuit. aurora aũt ante ſolis ortum aerẽ illuſtrare: Sicq; fores ædiũ ſuarum aperire uidetur. Et plena roſarũ: atria. Ad id alludit: qđ Homerus auroram rhododactilon uocat. hoc ẽ digitos roſis ornatos habentem. Auroræ namq; roſas antiqtas dicauit. Diffugiũt ſtellæ. hoc quoq; ex ſentẽtia uulgari dicitur: neq; enĩ ſtellæ diffugere poſſunt: cum ſint fixe: ſed adueniente aurora fulgere deſinunt. Cogit congregat & ante ſe agit. Lucifer enĩ ultimus ẽ qui deſinat fulgere ſole oriente: primuſq; incipit lucere illo occidente: tuncq; Heſperus uocatur. Mundumq; rubeſcere. Aduẽtu enĩ auroræ cælum rubeſcere uideť. Vnde etiã aurora ab auro dicta ꝑhibeť. Euaneſcere. diſolui ac ꝑire. Luna enĩ aduenĩẽte ſole deſinit ſplendere. Velocibus horis agilibus ac cito prætereuntibus. Horæ autẽ iccir

Lucifer
Heſperus
Aurora unde



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

co ſolis equoꝝ curã habere fingunť. quód ex curſu ſolis oriantur. Ambroſiæ ſucco: Ambroſia herba eſt ſuauiſſima qua dii ueſcuntur: quaq; ĩmortales efficiũtur. Ambroſia nãq; ĩmortalitas ĩterpretať. Contigit: punxit: ut feruori reſiſtere poſſent. Radios: coronam radios emittentẽ: quã ipſe geſtare cõſueuit. Præſaga: prænuncia

Parce ſtimulis: noli uti calcaribus & flagellis ad impellendos equos: uerũ ſtude ipſos fortius loris & frænis cohibere atq; retinere uolãtes potius q̃ currentes. Nec tibi directos. Qua iter Phaethõ ſit tenendũ pPœbus oſtẽdit: non. n. inqt tibi per qnq; circulos recte eſt eundẽ: ſed per Zodiacũ qui & obliquus eſt: & fines triũ zonarum non egreditur: neutrũ eni poloꝝ attingit. Quiq; per arcus: quinq; circulos q & zone dicuntur. Cælum enim in quinq; circulos equaliter a ſe diſtantes diuiſum eſt: arcticum: antarcticũ: tropicũ cancri: tropicum capricorni. æquinoctialem: quoꝝ equinoctialis eſt medius: Zodiacus autem obliquus eſt circulus qui æquinoctialẽ ſecat: ad tropicumq; cancri ac capricorni uſq; peruẽit: Nec ad circulos arcticum antarcticũq; procedit. Sectus in obliquũ. Periphraſis ẽ zodiaci qui eſt obliquus circulus: ut diximus & omniũ latiſſimus: ut q ad tropicum uſq; cancri & capricorni perueniat: Auſtralem polum qui ẽt antarcticus dicitur: ꝙ arctico opponatur: Iunctamq; aquilonibus arcton: hoc eſt polum arcticum unde flant aquilones uenti. Arctos autẽ urſa dicitur: que in ea parte cæli exiſtens polo nomen dedit. Nam Iupiter Caliſto Lycaonis filiam a Iunone in urſam commutatam una cum Arcade filio in ſidera retulit: ad polumq; collocauit: qui ab arcto arcticus fuit denominatus. Vtq; ferant: admonet itẽ Phœbus Phaethontem: ne depreſſius altiuſue currũ agat: ne aut terras: aut cælum cõburat: medium aũt ipſi eſſe tenendum: Nec ꝓme: deprime in partem inferiorem. Molire: impelle. Neu te dexterior. Caue inquit ne aut nimium ad ſeptentrionem uerſus ubi ẽ anguis rapiaris: aut ad meridiem: ubi eſt deorum ara. Inter hec aũt tibi eſt iter tenendum. Declinet: inclinet: deuehat.

Ad anguem tortum: ad ſerpentem qui ad Polum arcticum tor[illegible]ſus iacet. Hic autem ſerpẽs dicitur aurea heſperidũm mala cuſtodiſſe: & Hercule interfectus a Iunone inter ſidera collocatus fuiſſe. Nomulli tamen dicunt hunc draconem a gigantibus Mineruæ obiectum eſſe cum eos oppugnaret: Mineruam uero arreptum draconem contortum ad ſidera ieciſſe: & ad ipſum cæli axem fixiſſe: Itaq; adhuc ipſũ implicato corpore uideri ut nuper ad ſidera perlatum. Ad aram: ad polum antarcticum. Ara enim in qua primum dii exiſtimantur ſacra: & coniurationẽ feciſſe contra Titanas in cælum dicitur tranſlata ac iuxta polum antarcticum collocata. Confecta autem a Cyclopibus fuiſſe fingitur: Inde homines dicuntur inſtituiſſe ut cum aliquam rem efficere cogitarent: prius ſacrificare deberent.

Inter utrũq; tene: inter utrũq; ſpacium inquit currum contine atq; coerce. Heſperio littore. Atlãtico: quo cum nox pueniet: relinquat terras neceſſe eſt. Non eſt mora libera nobis: nõ eſt integrum nobis morari. Poſcimur. ad illuſtrandum mundum. Et ſolis etiam nunc ſedibus aſtas: hoc eſt: dum in terra adhuc moraris.

Ambroſiæ ſucco ſaturos præſepibus altis.
Q uadrupedes ducunt: addũtq; ſonãtia fræna
Tum pater ora ſui ſacro medicamine nati
Contigit: & rapidæ fecit patientia flammæ.
Impoſuitq; comæ radios: præſagaq; luctus
Pectore ſollicito repetens ſuſpiria dixit.
Si potes his ſaltem monitis parere parentis:
Parce puer ſtimulis: & fortius utere loris.
Sponte ſua ꝓperãt: labor ẽ inhibere uolantes.
Nec tibi directos placeat uia quinq; per arcus
Sectus in obliquum eſt lato curuamine limes
Zonarumq; trium contentus fine: polumq;
Effugit auſtralẽ: iunctãq; aquilonibus arcto.
Hac ſit iter: manifeſta rotæ ueſtigia cernes.
V tq; ferant æquos: & cælum: & terra calores:
Nec ꝓme: nec ſummũ molire ꝑ æthera currũ:
Altius egreſſus cæleſtia ſigna cremabis.
Inferius terras: medio tutiſſimus ibis.
Neu te dexterior tortum declinet ad anguem:
Ne ue ſiniſterior preſſam rota ducat ad aram:
Inter utrũq; tene: fortunæ cetera mando:
Q uæ iuuet: & melius q̃ tu tibi conſulat opto.
Dum loquor heſperio poſitas in littore metas
Humida nox tetigit: nõ eſt mora libera nobis.
Poſcimur: & fulget tenebris aurora fugatis.
Corripe lora manu: uel ſi mutabile pectus
Eſt tibi: conſiliis non curribus utere noſtris.
Dum potes & ſolidis etiam nũc ſedibus aſtas:
Dũq; male optatos nõdũ premis inſcius axes:
Q uæ tutus ſpectes: ſine me dare lumia terris.
Occupat ille leuẽ iuuenili corpore curtum:
Statq; ſup: mãibuſq; datas: cõtingere habenas
Gaudet: & inuito grates agit ille parenti:
Interea uolucres Pyrois, Eous & Aethon

Dumq; male optatos. Dum inquit currus: quos in tuum malum optaſti: nõdum ignarus aſcendiſti. Sine me: Permitte me terras luce illuſtrare. Occupat: celeriter agiliterq; aſcendit. Interea uolucres. Currus ſolis a quatuor trahitur alatis equis: quibus nomina ab effectu fuere impoſita. Pyrois enim qui corrupte Pyrous fere legitur: dicitur quaſi ignitus. Nam πυρ eſt ignis. Pyrois autem legendum eſſe penultima breui: & antiqua ex-



emplaria: & qui hoc opus e latino in græcum uertit: nobis ſunt documento. Declinatur enim Pyrois Pyroentis ut Simois ſimoentis. Vale. Flaccus. Et formidantem patrios Pyroenta dolores. Eous aurora dicitur Ηως enim ẽ aurora. Aethon urens interpretatur atq; phlegon: eo quod ex ore & naribus ignem emittere fingantur. Hinnitibus flammiferis. Ex ore enim flammas efflare dicuntur. Repagula: obſtacula: Repagula nãq; ſunt: ut ſcribit Pompeius. quæ pateſaciendi gratia ita figuntur: ut contrario oppãgantur: hæc & repages dicũtur. Tethys Oceani uxor & Clymenes mater: apud quã ſol pernoctare creditur. Fatorum nepotis. Eorum quæ fato euentura erant Phaethonti nepoti. Copia: poteſtas

Solis equi

Repagula

Immenſi cæli: infiniti quãuis peripateticis finitum eſſe uideatur. Corripuere uiam: uelociter currere cœpunt. Pennis: alis. Leuati: ſublati. Iiſdem de partibus. De oriente: utq; labant curuæ. Hac ſimilitudine a nauibus ſumpta oſtendit poeta curꝝ ſolis in compoſite ac ſine ullo ordine tractum fuiſſe: cum uacuus eſſe equis uidereť. Succutiturq; alte: ſurſum ualde quatitur. Inani: uacuo. Simul ac: poſtq̃. Ruũt: cum impetu currunt. Quadriiuges: quatuor equi uni iugo alligati quadriiuges dicũtur. Tritum ſpacium: tritam uiam. Nec quo prius: currebant uerbum ſubaudiatur. Nec que cõmiſſas: ſcit uerbum ſubintelligamus. Cõmiſſas habenas: tradita ab Apolline lora. Impet: impare poſſet. Gelidi triões ſeptẽtriones frigidi: utpote ad quos ſol ꝓpius alias nunq acceſſit. Tunc aũt primum caleſcere cœperunt: quia ſolis currus illuc uſq; ab equis: quos cohibere Phaeton nõ poterat: fuit pertractus. Triões aũt priſca lingua boues dicebantur. Sũt aũt ſeptem ſtellæ ad polum arcticum ita diſpoſitæ: ut plauſtrum efficere uideantur. Et uetito æquore. Septẽtriones enim nunq̃ occidunt: ideoq; ſe madefacere nõ poſſũt. Iuno enim: ut ipſe narrat Ouidius: hoc a Tethy Oceani uxore impetrauit: ne duas urſas: q̃ ſunt ad polum arcticum: in mare deſcendere permitteret. Quæq; polo. Iuxta polum arcticum ſerpens eſt maxima quæ duas complectitur urſas: unde Virgilius. Circum perque duas in morem fluminis arctos. Arctos Oceani metuẽtes æquore tingi. Boote. Apoſtrophe & cõuerſio ſermonis ad Booten: qui plauſtrum agere uideť. Bootes enim latine dicitur bubulcus. Idem eſt autẽ qui Arctophylax: quod urſæ cuſtos adhibitus ẽe uidetur. Et te tua plauſtra tenebant. retinebãt retardabant remorabãtur. Plauſtrum aũt quod & ploſtrum dicitur: ſidus eſt cæleſte: quod idem cum maiore urſa eſſe putatur. Septem nãq; ſunt ſtellæ ita diſpoſitæ: ut duæ q̃ pariles & maxime uno in loco uidereuť ꝓ bobus haberentur. Reliquæ uero qnq; figurã plauſtri ſimularẽt. Vnde ẽt a græcis αμαξα dicitur. ❡ Terras penitus penituſq; iacentes: hoc eſt: ualde depreſſas ac longe a ſe remotas. Per tantũ lumẽ: in tãto lumine.

Triones

Iam Meropis diei cupiẽs: filius ſubintelligať. Merops eni Clymenes fuit maritus: q̃q̃ Meropes homines dicantur apud Homerum: quod diuiſas habeant uoces: qua in ſignificatione hic quoq; accipi poteſt: ac ſi diceret: cupiens iam hominis filius magis q̃ dei appellari. Vt acta. quam preceps Phaethon traheretur pulchra ſimilitudine oſtendit. Pinus. Nauis ex pino confecta. Eſt enim metonymia. Cuncta fræna. Omnia retinacula. Præcipiti borea: rapido & impetuoſo. Fas non eſt: non poteſt. Proſpicit: porro

Solis equi quartuſq; Phlegon hinitibus auras
Flãmiferis iplent: pedibuſq; repagula pulſant.
Q uæ poſtq̃ Tethys fatoꝝ ignara nepotis.
Reppulit: & facta eſt immenſi copia cæli:
Corripuere uiam: pedibuſq; per aera motis
Obſtantes ſcindunt nebulas: penniſq; leuati.
Prætereunt ortos iiſdem de partibus euros.
Sed leue põdus erat: nec qd cognoſcere poſſẽt
Solis equi: ſolitaq; iugum grauitate carebat.
V tq; labant curuæ iuſto ſine pondere naues:
Perq; mare inſtabiles nimia leuitate feruntur:
Sic onere inſueto uacuus dat in aere ſaltus:
Succurriturq; alte: ſimiliſq; eſt currus inani.
Q uod ſimul ac ſenſere: ruunt: tritũq; relinquũt
Q uadriiuges ſpaciũ nec quo prius ordie cur
Ipſe pauet: nec q̃ cõmiſſas flectat habẽas (rũt
Nec ſcit qua ſit iter: nec ſi ſciat: imperet illis.
Tum primum radiis gelidi caluere triones:
Et uetito fruſtra temptarunt æquore tingi.
Q uæq; polo poſita eſt glaciali ꝓxima ſerpẽs
Frigore pigra prius: nec formidabilis ulli.
Incaluit: ſumpſitq; nouas feruoribus iras:
Te quoq; turbatum memorant fugiſſe Boote
Q uãuis tardus eras: & te tua plauſtra tenebãt
V t uero terras deſpexit ab æthere ſummo
Infelix Phaethon penitus penituſq; iacentes:
Palluit: & ſubito genua intremuere timore:
Suntq; oculis tenebræ ꝑ tantũ lumen obortæ.
Et iam mallet equos nunq̃ tetigiſſe paternos.
Iam cognoſſe genus piget: & ualuiſſe rogãdo
Iam Meropis dici cupiens: ita fertur: ut acta
Præcipiti pinus Borea: cui cuncta remiſit
Fræna ſuus rector: quam diis uotiſq; reliquit.
Q uid faciat? multum cæli poſt terga relictum
Ante oculos plus eſt: animo metitur utrunq;:
Et modo: quos illi fas tum contingere non eſt
Proſpicit occaſus: interdũ reſpicit ortus: (tít
Q uidq; agat ignarus ſtupet: & nec frẽa remit



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

& longe aſpicit. Miracula.Monſtra. Vario cælo:uariis ſignis diſtincto. Paſſim.ubiq; Vaſtarum ferarum maximarum.ut leonis.Centauri.ſcorpii. Eſt locus.Scorpium deſcribit ad quem cum peruen iſſet Phaethon: adeo territ us eſt:ut fræna e manibus ceciderint:quod quidem cum equi ſenſiſſent: per totum fere cælum diſcurrerunt. Concauat.flectit. In geminos arcus.In duos ſimiles arcus. Duorum ſignorum. Alterum nanq; brachiis alterum cauda facit.Nam ſcorpii chelæ libram cōſtituere uidentur:ſcorpium uero ipſum cauda recuruande ſignat. Hunc puer ut nigri.poſtquam inquit Phaethon puer uidit ſcorpium ſudantē atq; cauda ictus minitantē:tāto timore affectus eſt:ut fræna remiſerit. Curuata cuſpide.cauda reflexa. Gelida formidine.frigido timore ab effectu:qđ homies frigidos reddat:ut pallida mors. Lora.habēas frænorum. Expetiant eq.late & ſpatioſe excurrūt: Sine lege.Sine ordine. Alto ſub æthere. ſub alto cælo. Incurſant.currendo appropinquant. Inferiuſque ſuis.Merito luna admirat ſolis equos īfra ſuos currere:cū ſol multo q̄ luna ſit altior.Succis adēptis.humoribus exiccatis. Caneſcūt.cana & arida fiūt. Ardet Athos. altiſſimos quoſq; mōtes enumerat q primi cōflagrare cœpunt.Athos mōs ē Macedoniæ altiſſimus. quē nūc montē ſanctū uocāt. Tauruſq; cilix. Taurus ciliciæ mons ē:ut ipſe quoq; poeta inqt:

Tmolus

Et tmolus.Tmolus qui & Tymolus a Stephano ſcribit:& fluuius & mons ē Ciliciæ:melle:uino:& crocco abūdās.unde Vergi.libro georgicō primo.Nōne uides croceos ut tmulos odores. Oethe.mons ē Theſſaliæ Herculis morte:rogo: ſepulchro:nobilis. Ida.mōs Phrygiæ celeberrimus quē Homerus a fontiū frequētia πολυπίδακον uocat:q tū oēs tūc erāt exiccati.Duas autē eē Idas alterā ī phrygia alteram ī creta notiſſimū ē. Virgieuſq; Helicon Mons ē Bœotiæ Helicō:quē idcirco uirgineū Ouidius appellat: qa muſis ē cōſecratus. Et nōdū Oeagrius Aemus.

Aemus · Oeagreus · orpheus

Aemus mōs Thraciæ altiſſimus:ī quo Orpheus Oeagrii fluuii filius dicit a mēadibus fuiſſe diſcerptus:a quo ēt Oeagrius fuit appellatus. Aetna.mons ſiciliæ ſemper ardens:ſed tūc multo magis:& ſuo & orbis incendio ardebat. ¶Parnaſuſq; biceps:Mons Phocidis in duos uertices diuiſus.ut in primo ipſe Ouidius ſcripſit. Et Eryx mons eſt ſiciliæ Veneri Erycine ſacer. Et Cynthus:mons eſt Deli.Vnde Cynthius Apollo uocatur. Et Othys:mons eſt Theſſaliæ. Minaſq;:mons eſt minoris Aſiæ Minas haud longe diſtans a Colophone. Rodope. mons Thratiæ niuoſus. Dindima:mons ē Phrigiæ matri deorum ſacer:Vnde ipſa mater deorum Didymene fuit appellata. Et Mycale:mons eſt & urbs Cariæ mycale:Vnde mycaleſius gentile nomen deriuatur:ut Herodotus & Didymus ſcribūt. Natuſq; ad ſacra Cytheron.Mons eſt Bœotiæ Baccho dicatus:ad cuius orgia celebranda natus eē uidetur. Nec proſunt Scythiæ ¶Scythia regio ad ſeptentrionem frigidiſſima:a Scytha Herculis filio cognominata. Caucaſus ardet: mons eſt Scythiæ promethei relegatione notiſſimus.

Cynthus · Minas · Mycale · Mycaleſius · Scythia uñ

Oſſaq; cum Pindo & Olympus:montes Macedoniæ altiſſimi. Maior ambobus:altior:Nebulas.n.& uētos excedere putatur.Vnde Lucanus.Nubes exceſſit Olympus lege deu. Verticē illius accolæ cælum uocāt: Vnde factū ē ut poetæ Olympum pro cælo ponant. Aeriæq; alpes montes ſunt altiſſimi Italiam a gallia germaniaq; defendētes. Appenninus:mons eſt longiſſimus:Italiam di-

Nec retinere ualet: nec nomina nouit equorū
Sparſa quoq; in uario paſſim miracula cælo:
Vaſtarumq; uidet trepidus ſimulacra ferarum
Eſt locus in gemios ubi brachia cōcauat arcus
Scorpius:& cauda flexiſq; utrinq; lacertis
Porrigit in ſpacium ſignorum membra duorū
Hunc puer ut nigri madidum ſudore ueneni
Vulnera curuata minitantem cuſpide uidit
Mentis inops gelida formidine lora remiſit:
Q uæ poſtq̄ ſummo tetigere iacentia tergo:
Expatiantur equi:nulloq; inhibente per auras
Ignotæ regionis eunt:quaq; impetus egit:
Hanc ſine lege ruunt:altoq; ſub æthere fixis
Incurſant ſtellis:rapiūtq; per auia currum.
Et modo ſūma petūt:modo per decliua uiaſq;
Præcipites ſpacio terræ propiore feruntur:
Inferiuſq; ſuis fraternos currere luna
Admiratur equos:combuſtaq; nubila fumant
Corripitur flammis:ut quæq; altiſſima tellus:
Fiſſaq; agit rimas:& ſuccis aret ademptis.
Pabula caneſcunt:cū frondibus uritur arbor:
Materiamq; ſuo præbet ſeges arida damno:
Parua q̄ror:magnæ pereūt cū mœnibus urbes
Cumq; ſuis totas populis incendia gentes
In cinerem uertunt:ſiluæ cum mōtibus ardēt.
Ardet athos:tauruſq; cilix:& tmolus: & oethe
Et tum ſiccæ:prius celeberrima fontibus ida:
Virgieuſq; Helicō:& nōdū Oeagrius Aemus
Ardet in immenſum geminatis ignibus Aetna
Parnaſuſq; biceps:& Erix:& cithus: & othys
Et tandē niuibus Rhodope caritura:minaſq;
Didimaq;:& mycale:natuſq; ad ſacra cithærō.
Nec pſunt Scythie ſua frigora:caucaſus ardet
Oſſaq; cū Pindo:maiorq; ambobus olympus
Aeriæq; alpes.& nubifer Appenninus.



uidens. Currus ſuōs:ſibi tantòpere expetitos. Candeſcere:igneſcere & inflammari. Nam candere prōprie dicitur ferrum ignitum. Inuoluitur: implicatur. Caligine picea:tam craſſa ut ſi picea eſſet. Sanguine tū credunt.In tranſcurſu tranſformationem Aethiopum exponit poeta.Aethiopes nāq; cum antea candidi eſſent: tunc nigri fuerunt effecti.Videt autem Ouidius innuere Aethiopas fuiſſe dictos quod ſint facie combuſta.Nā αἴθω uro:ὄψ faciesdicitur: q̄q̄ Plinius Aethiopas ab Aethiope Vulcani filio dictos narret. Tum facta eſt libyæ.Regio eſt Aphricæ aridiſſima:ſic dicta:quod λείπει ὑετός:hoc eſt quod deficit pluuia. Vt Seruius ſcribit:ut uero Diodorus a Lybia Nympha Epaphi uxor. Raptis:ereptis:exiccatis. Tum nymphæ quēadmodū montes cōflagrarunt:Ita etiam fontes lacuſq; eo incendio exiccati fuerūt. Paſſis comis:ſparſis id quod in mœrore fieri conſueuit. Quærit Bœotia Dircē.Bœotiæ fons eſt dirce notiſſimus. Argros Amymonē.Amymone fons eſt apud Argos ab Amymone Danai argiuorum regis filia:in quē cōuerſa fuiſſe dicitur:appellatus. Ephyre pyrenidas undas:Pyrene fons eſt acro corinthi:quæ urbs prius Ephyre fuit appellata.Dictus eſt aūt a Pyrene muliere: in quem ob fletū quo filiorū morte affecta eſt:fingitur fuiſſe cōuerſa. Nec ſortita:non ſolum fontes exarnere:ſed etiam amnes latiſſimi ſunt exiccati Tanais:fluuius ē Scythie maximus Europā ab Aſia diuidēs. Peneuſq; ſenex:fluuius ē Theſſaliæ.ut in primo uidimus: Teuthraneuſq; caicus.Caicus fluuius eſt Myſiæ:Teuthrantiā irrigans regionē:Vñ & teuthrāteus cognoīatur.Teutrania autē urbs Myſiæ a Teuthrante q ex Auge Telephum ſuſcepit appellata.Vñ nomē gentile Teuthranius & Teuthrantius declinat. Et celer Iſmenos.Fluuius ē Bœotiæ ab Iſmeno Pelagi filio denoīatus.

Lybia unde

Cū Phocaico Eritmantho.Eritmantus Phocidis ē fluuius & Archadiæ mons. Arſuruſq; iterū Xanthus.Fluuius ē Troiæ:q olim tpe belli troiani iterū īflāmatus ē pcibus Veneris in Achillem ut in Iliade narrat Homerus. Flauuſq; Lycornas:fluuius ē Aetoliæ flauas uoluēs harenas: de quo ēt Seneca.Flauus rapido fōte Lycornas: hic Euenus poſtea ab Eueno q ſe in eū pcipitauit fuit appellatus. Quiq; recuruatis.Meāder fluuiuſ ē Phrygiæ:q adeo ſinuoſis labit fluxibus:ut interdū in fontem reuerti uelle uideat. Migdoniuſq; melas:fluuius ē Migdoniæ q oues nigras efficere dicit.Vñ & nom accepit.μέλας.n.dicit niger ¶Et Tænareus Eurotas:fluuius ē Laconiæ iuxta Tænarū pmōtoriū in mare exiēs. Arſit & Euphrates babylonius.Euphrates fluuius ē maioris Armeniæ maximus q Babylonē in duas diuidit ptes:atq; in mare rubrū deſcēdit. Arſit Orontes: fluuius ē Syriæ ex libano mōte decurrēs. Thermodoōq; citus:fluuius ē Aſiæ iuxta quē Amazones oli habitauere. Gāges flu.Indiæ notiſſimus. Et Phaſis flu.ē Colcorū uñ Phaſiani ſūt dicti. Et Hiſter flu. Pannoniæ q & Danubius dicit. ¶Alpheus fluuius Elidis iuxta Piſam urbē decurrens:q abſortus a terra ſubter mare in fontē Arethuſam apud Syracuſas influit.Vnde Virgilius.iii.æneidos ſic ſcribit.Alpheum ut fama ē huc Elidis amnē Occultas egiſſe uias ſubter mare:q nūc Ore Arethuſa tuo ſiculis cōfunditur uncis. Ripæ Sperchiades.Sperchii fluuii Theſſaliæ uelociſſimi:q in Maliacū defluit ſinum. Quodq; ſuo Tagus:fluuius Hiſpaniæ aureas uehens harenas:quæ tunc incendio liqueſcebant:Tres autem ſunt fluuii aureas ducentes harenas. Pactolus:Hermus:Tagus. Et quæ Mæonias:Ripas Lydiæ fluuiorum: Nam Lydia a Meone fluuio Meonia fuit appellata. Medio caiſtro.Caiſter fluuius eſt Aſiæ præter Aſiam paludem labens:Vnde Virgilius georgicorum primo ſcribit.Iam uarias pelagi uolucres & quæ Aſia circum Dulcibus in pratis rimantur ſtagna caiſtri.Caiſter autem dictus putatur ἀπὸ τοῦ καίεσθαι hoc eſt amburi:quoniam propinquus ſit κατακεκαυμένῃ quæ pars eſt Aſiæ pretorrida & deuſtæ ſimilis nulla præter uitem arborem:Sed uino preſtantiſſimo: qđ Plinius Catacecaumeniten ex hac origine denominauit. Flumineæ uolucres.Cygni flumina incolentes.
Nilus:fluuius eſt Aegypti:cuius origo ignoratur:Iccirco & tunc caput occuluiſſe:& nuuc quoq; latere ait.

Amymone · Pyrene · Tanaias · Caicus · Teutgrania · Iſmenus · Erimanthus · Lycornas · Meander · Melas · Eurotas · Euphrates · Orontes · Termodoon · Ganges · Phaſis · Hiſter · Alpheus · Tagus · Lydia unde uñ meonia · Caiſter

Tum uero Phaethon cunctis e partibus orbē
Aſpicit accenſum:nec tantos ſuſtinet æſtus:
Feruenteſq; auras uelut e fornace profunda
Ore trahit:curruſq; ſuos candeſcere ſentit.
Et neq; iam cineres eiectatamq; fauillam.
Ferre poteſt:calidoq; inuoluitur undiq; fumo.
Q uoq; eat:aut ubi ſit:picea caligine tectus.
Neſcit:& arbitrio uolucrum raptatur equorū.
Sanguine tū credunt in corpora ſūma uocato
Aethiopum populos nigrum traxiſſe colorem.
Tum facta eſt lybiæ raptis humoribus æſtu
Arida:Tum Nymphæ paſſis fonteſq; lacuſq;
Defluere comis:querit Bœotia Dyrcen
Argos Amymonem:Ephyre Pyrenidas undas
Nec ſortita loco:diſtantes flumina ripas.
Tuta manent:mediis Tanais fumauit in undis
Peneus ſenex:Teuthrantæuſq; Caicus.
Et celer Iſmenos cum Phocaico Erimantho:
Arſuruſq; iterū Xanthus:flauuſq; Lycornas:
Q uiq; recuruatis ludit Mæandrus in undis
Mygdoniuſq; Melas:& Tænarcus Eurotas:
Arſit & Euphrates Babylonius:arſit Orontes:
Thermodoōq; citus:gageſq;:& phaſis & hiſter
Aeſtuat Alpheus:ripæ Sperchiades ardent.
Q ōdq; ſuo tagus amne uehit fluit ignibus aurū
Et quæ Mæonias celebrarunt carmine ripas
Flumineæ uolucres medio caluere Cayſtro.
Nilus in extremum fugit perterritus orbem:



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Vacant.uacua ſūt aqua Septem ſine flumine ualles:Septem īquit Nili hoſtia ualles ſine aqua ſunt effectæ. Sors eadē Iſmarios.eadem inquit ſorte Hebrus ac ſtrymō Thraciæ fluuii ſicantur.
Heſperioſq; amnes.Occidentales. Nam Rhenus fluuius eſt galliam a germania diuidens. Rhodanus uero galliæ fluuius.Padus Italiæ qui etiā Eridanus uocaṫ. Tyberinū.Tybris fluuius ē Tuſciæ p mediā Romā labens. Infernū regē Plutonē cū Proſerpina uxore. Exiſtūt mōtes.extant & apparēt ac extra aquas ſtant. Et ſparſas Cycladas augēt.Cyclades īſulæ ſunt Aegei in orbem diſpoſitæ.Vnde etiam Cyclades ſunt dictæ:nāq; circulus dicitur Scopuli ergo qui tum e mari extabant:cycladum numerū augebant. Nec ſe ſuper æthera curui: Tūc īquit Delphines nō audebant ſe in aerem iactare ꝓpter nimium ardorē:quod natura facere conſueuerunt. Corpora phocarum Phocæ uituli dicuntur marini:quod boum imitantur mugitum. Exanimata perturbata:aut certe exanima & mortua. Ipſū quoque Nereia . Nereus deus marinus Dorida uxorem habens: ex qua magnam nympharum multitudinem ſuſtulit. Exerere aquis.emittere extollere ex aquis. Ignes aeris.Feruores aeris & æſtus. Alma tamen tellus.Alma ab alendo dicitur:proprium que eſt terræ epitheton.nam omnia alit ac nutrit animātia.Tellus dea ipſius eſſe dicitur terræ.nam terra ipſum eſt elementum.

Telluris quærelæ

Vt erat circūdata ponto . Oceano.Pontus enim interdum ſpeciale nomen eſt & ſignificat Euxinum.Interdum generale:cum pro mari accipitur. Contractos que undique fontes ex omni loco cōgregatos atque coactos. ob nimium enī æſtum fontes omnes in ima terræ refugerant:ne penitus exiccarentur. Suſtulit omniferos. elegans proſopopœia qua terræ inanimatæ rei & perſonam & ſermonem attribuit.poeta. Omniferos , omnia ferentes & producentes. Collo tenus:Vſque ad collum. Paulum ſubſedit.Paulum terræmotu depreſſa eſſe uidetur:quod fieri nequit:cū mundi ſit centrum:& undique æqualiter a cælo diſtet. Si placet hoc meruique. Telluris conqueſtio eſt ad Iouem:ſic aperta & clara ut nullam ferre admittat expoſitionem. Tuo igne:tuo fulmine. Clademque auctore leuare Leuem facere pro quo uerbo imperiti alleuiare utuntur.illæ uero calamitates minus ægre ac leuius feruntur quarum auctores magni ſunt atq; potētes. Vix equidem:Cum difficultate inquit hæc paucula eloqui poſſum. Preſſerat ora uapor.Parēthesis Poetæ:quā terræ q̄relis iſerit. Raſtrorūque fero.Raſtra iſtrumēta ſūt ruſtica qbus agri coluntṫ. Exerceor.Defatigor. Vobis quoque tura miniſtro. Thure in ſacrificiis non mō nos.ſed priſci quoq; utebantṫ.Thus āt απο θυειν hoc ē a ſacrificando deriuatṫ.Eſt enī uocabulum græcū nō latinū:ut qdam ſcribūt:q a tūdēdo putant deduci:cū a græcis θυσ dicatṫ. Quid meruit frater.Neptunus cui ſorte in mūdi diuiſiōe maria optigerūt. Fumat uterq; polus.Duobus polis q & uertices dicuntṫ:cælū ſuſtinetṫ:q ſi fuerit cōbuſti:caſurꝫ ē cælū. Atlas en ipſe laborat.Atlas

Thus unde

Occuluitq; caput:qđ adhuc latet:hoſtia ſeptē
Puluerulenta uacant:ſeptē ſine flumine ualles
Sors eadē Iſmarios Hebrū cū Strymōe ſiccat
Heſpioſq; amnes Rhenū Rhodanūq; padūq;
Cuiq; fuit rerum permiſſa potentia Tybrim.
Diſſilit omne ſolū:penetratq; in tartara rimis
Lumen:& infernum terret cū coniuge regem.
Et mare contrahit:ſiccæq; eſt cāpus harenæ.
Q đ mō pōtus erat.quoſq; altū texerat æquor
Exiſtunt mōtes:& ſparſas cycladas augent.
Ima petunt piſces:nec ſe ſuper æthera curui
Tollere conſuetas audent delphines in auras:
Corpora phocarum ſummo reſupina ꝓfundo
Exanimata iacent:ipſum quoq; Nerea fama eſt.
Doridaq; & natas tepidis latuiſſe ſub undis.
Ter Neptunus aquis cū toruo brachia uultu
Exerere auſus erat:ter non tulit aeris ignes.
Alma tamen tellus:ut erat circundata ponto
Inter aquas pelagi cōtractoſq; undiq; fontes:
Q ui ſe condiderant in opacæ uiſcera matris:
Suſtulit omniferos collo tenus arida uultus:
Oppoſuitq; manū fronti:magnoq; tremore
Omnia concutiens paulum ſubſedit:& infra
Q uā ſolet eſſe fuit:ſacraq; ita uoce locuta eſt.
Si placet hoc:meruiq;:qđ o tua fulmia ceſſant
S umme deum:liceat perituræ uiribus ignis:
Igne perire tuo:cladēq; auctore leuare.
Vix equidē fauces hæc ipſa in uerba reſoluo:
Preſſerat ora uapor:toſtos en aſpice crines:
Inq; oculis fumū:uolitant ſuper ora fauillæ
Hos ne mihi fructus:hunc fertilitatis honorē
Officiiq; refers:q aduncí uulnera aratri
Raſtrorūq; fero:totoq; exerceor anno:
Q uod pecori frondes:alimentaq; mitia fruges
Humano generi:uobis quoq; thura miniſtro
Sed tamen exitiū fac me meruiſſe:quid undæ:
Q uid meruit frater:cur illi tradita ſorte
Aequora decreſcūt:& ab æthere lōgius abſūt:
Q uod ſi nec fratris:nec te mea gratia tangit:
At cæli miſerere tui:circūſpice:utrinq;
Fumat uterq; polus:quos ſi uiolauerit ignis:
Atria ueſtra ruent:Atlas en ipſe laborat:



Vixq; ſuis humeris candentem ſuſtinet axem.
Si freta:ſi terræ pereunt:ſi regia cæli.
In chaos antiquū cōfundimur:eripe flammis:
Si quid adhuc ſupeſt:& rerū conſule ſummæ.
Dixerat hæc tellus:neq; eni tolerare uaporem
Vlterius potuit:nec dicere plura:ſuumq;
Retulit os in ſe:ꝓpioraq; manibus antra.
At pater omnipotens ſuperos teſtatus:& ipm
Q ui dederat currus:niſi opē ferat:omnia fato
Interitura graui:ſummā petit arduus arcem.
Vnde ſolet nubes latis inducere terris.
Vnde mouet tonitrus:uibrataq; fulmia iactat.
Sed neq; quas poſſet terris inducere nubes
Tunc habuit:nec quos cælo demitteret ībres.
Intonat:& dextra libratum fulmen ab aure
Miſit in aurigam:pariterq; animaq; rotiſq;
Exuit:& ſæuis compeſcuit ignibus ignes.
Conſternuntur equi:& ſaltu in cōtraria facto
Colla iugo eripiūt:abruptaq; lora relinquūt
Illic fræna iacent:illic temone reuulſus
Axis:in hac radii fractarum parte rotarum.
Sparſaſq; ſunt late laceri ueſtigia currus.
At Phaeton rutilos flamma populāte capillos
Voluitur in ꝓceps:longoq; per aera tractu
Fertur:ut interdum de cælo ſtella ſereno:
Et ſi non cecidit:potuit cecidiſſe uideri:
Q uem procul a patria diuerſo maximus orbe
Excipit Eridanus:fumantiaq; abluit ora.
Naiades heſperiæ trifida fumantia flamma
Corpora dāt tumulo:ſignāt quoq; carmīe ſaxū.
Hic ſitus eſt Phaethon currus auriga paterni:
Q uē ſi nō tenuit:magnis tamen excidit auſis.
At pater obductos luctu miſerabilis ægro
Condiderat uultus:& ſi modo credimus:unū
Iſſe diem ſine ſole ferunt:incendia lumen
Præbebāt:aliquiſq; malo fuit uſus in illo.
At Clymene poſtq̄ dixit:quæcunq; fuerunt
In tantis dicenda malis:lugubris & amens
Et laniata ſinus totum percenſuit orbem.
Exanimes artus primo:mox oſſa requirens.
Reperit oſſa tamen peregrina condita terra:
Incubuitq; loco:nomenq; in marmore lectum
Perfudit lachrymis:& aperto pectore fouit.

mons eſt Mauritaniæ:qui cælum ideo ſuſtinere fingitur:quod primus oīum aſtrologica ſcrutari cœpit. Candentē axem:ardentē polū. Et rerum conſule ſummæ:hoc eſt:uide ne rerꝫ ſumma pereat:ac genera rerum ꝑdantur. Propioraq; manibus antra:hoc eſt:ſpelūcas inferis propiores.Sunt enim manes aīæ mortuorꝫ:a mano quod bonū antiq dicebāt κατὰν τίφρασιν appellati. At pater oīpotens ſupos:teſtatus Iupiter inqt cū in teſtimoniū & alios deos: & ipſum Apollinē adduxiſſet totū mundum incendio pituꝝ niſi auxilium ferat . Phaethontem fulmine ꝑcuſſit: ac incendiū fulmine cōpeſcuit. Et ipm qui dederat currus:Apollinem. Vnde : ex qua arce. Inducere nubes:imittere nebulas. Latis terris:late patentibus terris . Miſit in aurigam:Phaethontem:currus ſolis aurigam & rectorem. ¶Conſternuntur equi. Terrentur.
Illic temone repulſus axis:Axis lignū illud eſt circa quod rotæ currus uertuntur. Veſtigia:ſigna & ptes. Laceri currus:lacerati:atq; diſſipati. Flamma populante igne cōburente:Tūc.n. ignis populari aliquid dicitur quando comburit. Voluitur in præceps:hoc eſt in caput cadit
Vt interdum de cælo:pulchra ſimilitudine caſum Phaetontis demonſtrat.Scitæ autem ſcribit Nam q̄uis ſtellæ interdum cadere uideantur: tamen nunq̄ cadunt. Quem procul a prima:lōge enim Italia Paduſq; ab Aethiopia diſtat. Eridanus:fluuius eſt Italiæ qui alio nomine dicitur padus. Naiades:Heſperie : nymphæ Italæ ac occidentales. Trifida flamma:fulmine quod ita pingebatur:ut trifidū & in tris ptes fiſſum uideretur.Vt enim tridens Neptuno:ſic trifidū ful men attribuitur Ioui. Signant quoq; carmine ſaxum Cippo & ſepulchri ſaxo epithaphium inſcribūt. Hic ſitus:eſt poſitus & ſepultus.Eſt autem epithaphium in Phaethontem. Tenuit :tenere non potuit. Magnis tamen excidit auſis: hoc eſt.magna tamen aggredi auſus eſt:quod quidem abunde pulchrum atq; magnificum eſt:Vt Plinius ait. At pater.Appollo. Miſerabilis:miſerandus. Aegro luctu:ab effectu luctus diciṫ æger:quod ægros & mœſtos reddat . Obductos:uelatos:coopertos. Aliqs uſus:aliqua utilitas. Lugubris :pullis ueſtibus:quæ luctui cōueniunt:induta. Et amens:exanimata: perturbata. Totum percenſuit orbem:peragrauit totum terrarum orbem. Exanimes artus primo: cadauer filii & mēbra mortua primū querens.
Mox:deinde. Cōdita:ſepulta. Incubuitq; loco : ſepulchro ſe proſtrauit. Aperto pectore:



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nec minus Heliades lugent:& inania morti
Munera dant lachrimas: & cæſe pectora palmis
Non auditurum miſeras Phaethōta querelas
Nocte dieq; uocāt:aſternūturq; ſepulchro
Luna quater iunctis implerat cornibus orbem
Illæ more ſuo (iam morem fecerat uſus)
Plangorem dederant:equis Phaethuſa ſororū
Maxima cū uellet terræ ꝓcumbere queſta eſt
Diriguiſſe pedes:ad quam conata uenire
Candida Lampetie:ſubita radice retenta eſt.
Tertia cum crinem manibus laniare pararet.
Auellit frondes:hæc ſtipite crura teneri:
Illa dolet fieri longos ſua brachia ramos.
Dūq; ea mirātur:complectit inguina cortex.
Perq; gradus uterū:pectuſq;:hūeroſq;:māuſq;.
Ambit:& extabant tantū ora uocantia matrē.
Q uid faciat mater? niſi quo trahit īpetus illā.
Huc eat atq; illuc:& dum licet oſcula iungat.
Non ſatis eſt:truncis auellere corpora tēptat.
Et teneros manibus ramos abrumpit:at inde
Sanguineæ manant tanq̄ de uulnere guttæ.
Parce precor mater:quæcunq; ē ſaucia clamat
Parce precor:noſtrū lacerat in arbore corpus.
Iamq; uale:cortex in uerba nouiſſima uenit.
Inde fluunt lachrymæ:ſtillataq; ſole rigeſcunt
De ramis electra nouis:quæ lucidus amnis
Excipit:& nuribus mittit geſtanda latinis.
Affuit huic mōſtro proles Sceneleia cygnus
Q ui tibi materno quāuis a ſanguine iunctus.
Mente tamē Phaeton propior fuit:ille relicto.
(Nā Ligurū popl'os & magnas texerat urbes)
Imperio ripas uirides amnemq; querelis
Eridanum implerat:ſiluamq; ſororibus auctā.
Cum uox eſt tenuata uiro:canæq; capillos
Diſſimulant plumæ:collūq; a pectore longe
Porrigitur:digitoſq; ligat iunctura rubentes.
Penna latus uelat:tenet os ſine acumie roſtrū.
Fit noua cygnus auis:nec ſe cæloq; Iouiq;
Credit:ut iniuſte miſſi memor ignis ab illo.
Stagna petit patuloſq; lacus:ignemq; poſus
Q uæ colat:elegit contraria flumina flammis
Squallidus interea genitor Phaetōtis: & exps

ſiūdo. Nec mīus Heliades.ſolis filiæ Hæliades dicunť. ἀπὸ τοῦ ἡλίου.hoc ē a ſole:q̄ ēt a fratre Phaethontiades fuerunt appellatæ:Earum noīa ſunt phaetuſa. Lāpetia.phœbe:q̄ cum fratrē ꝑ quatuor menſes aſſidue fleuiſſent: tādem Iouis miſericordia in populos arbores:Lachrymæ uero ipſaꝶ in electra & ſuccina cōuerſæ fuerunt. Et cæſæ pectora palmis.cædentes & pcutiētes pectora.Eſt.n.ſynegdoche poetica. Aſternūturq; ſepulchro.hoc ē.Stratæ ſuper ſepulchro iacent. Luna quater iūctis.hoc eſt.Quatuor mēſes tranſierāt.Nam ſingulis q̄buſq; mēſibus luna replet.

Nam morē fecerat uſus:Parētheſis eſt :qua ſignificatur ex aſſiduo uſu cōſuetudinem plangēdi Phaethontis ſororibus fuiſſe factam. Equis Phaethuſa ſororꝶ. Phaethuſa filia fuit ſolis ex Neæra nympha.Eſt autē quadriſyllabum nomē nō triſyllabum:ut quidā putant.Interꝑtať Phaethuſa ſplendēs. Terræ procumbere.ſe in terrā ꝓſternere. Diriguiſſe pedes. Rigidos & duros eſſe factos. Cādida lampetiæ.Phaetuſæ ſoror:quæ fulgens trāſferri poteſt.λαμπω.n.fulgeo dicit. Subita radice.ſubito nata. Laniare.lacerare. Inguina pudenda. Ambit. Circundat. Extabant extra corticem ſtabāt. Manant:defluūt. Saucia:uulnerata. Iāq; uale: uerbū eſt uale quo recedētes ſalutamus. Cortex in uerba nouiſſima uenit:hoc eſt : Cortex os obducēs uerba Heliadū ultima occupauit. Inde fluūt:ab illis arboribus. Rigeſcūt:rigida ac dura ſūt. Electra:quæ & ſuccina dicūtur:q̄uis nuſq̄ circa padū inueniantur:Electrum eſt ēt genus metalli ex auro ac quinta argenti portione cōſtantis:ut ſcribit Plinius in trigeſimotertio naturalis hyſtoriæ libro:cuius natura eſt ad lucernaꝶ lumina clarius argēto lucere. Nuribus:latinis:italis mulieribus. Affuit huic mōſtro. Cygnus Scheneli filius rex Liguriæ Phaethonti ſanguine materno & ſūma beniuolētia deuictus:cū relicta Liguria ad padi ripas ueniſſet:multumq; Amici caſum defleſſet:in auem ſui nominis fuit cōmutatus.quæ ignes poſa aquas ſibi elegit ico lēdas. Affuit:interfuit. Huic mōſtro:quo Heliades in populos arbores: ipſaꝶ autem lachrymæ in electra fuere cōuerſæ. Proles Sceneleia: Progenies Scenelei. Nam Ligurū populos.Liguria Italiæ regio eſt inter amnes Vaꝶ & Macrā ſita:Thuſciæ cōtermina:cuius caput genua eſt: unde liguſtica ora fuit cognomiata.Liguria aūt a liguſto Phaethontis filio fertur cognominata. Illius icolæ ligures appellāť. Cū uox ē tenuata: tenuis ac gracilis facta. Canæq; capillos diſſimulant plumæ:capilli inq̄t:cani in plumas itidē canas fuere cōuerſi. Porrigitur : prolongatur.

Iunctura:copulatio:nam cygnoꝶ digiti & rubent:& quadā cartalagine iunguntť. Tenet os ſine acumine roſtrū. Os inquit in roſtrū obtuſum ac ſine ullo acumine fuit cōuerſum. Nec ſe cæloq; Iouiq; credit:hoc ē.Nec ſe aeri ætherie cōmittit.Hoc aūt iccirco fingiť :quia cygni nūq̄ altius uolāt. Miſſi ignis.iacti fulminis. Ignēq; peroſus:odio ignem habens. Squallidus interea genitor.Mœrorē deſcribit Phœbi:quem ex Phaetontis filii morte cōceperat:quo cōcinnius transfiguratio

Phaethuſa Phaetontis ſorores in arbores

Electrum

Heliadum lachrymæ i ſuccina

Liguria

Cygnus in olorem



nē Caliſtonis & Arcadis in urſas exponat. Et expers ſui decoris:ſine parte ſui ſplēdoris & ornatus. Qualis cū deficit orbi:tunc enī obſcurus eſſe uidetur:cū illius lumē terris auferttur. Datq; aīum in luctus:luctibus indulget. Officiūq; negat mundo:ait ſe nolle mundo beneficiū præſtare ipſum illuſtrando. Satis inquit ab æui:ita conquæritur Phœbus:ut Iouē in inuidiam odiūq; trahat. Ipſe agat:inuidioſe:ac ſi diceret.qui tam potens terribiliſq; eſt. Tentat:tenet:retinet.Eſt enim a teneo deriuatū. Eoq; per n ſcribilur.Nam tempto : quod experiri ſignificat:a tēnendo deduci uidetur. Orbatura:filiisꝓriuatura.Orbare nāq; eſt aliqua re cara:ut ſunt

Ipſe ſui decoris:qualis cum deficit orbi.
Eſſe ſolet:lucēq; odit:ſeq; ipſe diemq;.
Datq; animū in luctus:& luctibus adiicit irā.
Officiumq; negat mundo:ſatis inquit ab æui
Sors mea principiis fuit irrequieta: pigetq;
Actorum ſine fine mihi:ſine honore laborum.
Q uilibet alter agat portantes lumina currus.
Si nemo eſt:omneſq; dii non poſſe fatentur.
Ipſe agat:ut ſaltē dum noſtras tentat habenas
Orbatura patres aliquando fulmina ponat.
Tunc ſciet ignipedum uires expertus equorū
Non meruiſſe necē:qui non bene rexerit illos
Talia dicentem circunſtant omnia ſolem
Numina:neu uelit tenebras inducere rebus.
Snpplice uoce rogāt:miſſoſ quoq; Iupit ignes
Excuſat:precibuſq; minas regaliter addit.
Colligit amētes & adhuc terrore pauentes
Phœbus equos:ſtiuloq; dolēs & uerbere ſæuit
Sæuit enim:natūq; obiectat & imputat illis.
At pater omnipotens ingentia mœnia cæli
Circuit:& nequid labefactum uiribus ignis
Corruat explorat:quæ poſtq̄ firma ſuiq;
Roboris eē uidet:terras hominūq; labores
Perſpicit:Arcadiæ tamen eſt impenſior illi
Cura ſuæ:fonteſq; & nondum audentia labi.
Flumina reſtituit:dat terræ gramina frondes
Arboribus:læſaſq; iubet reuireſcere ſiluas.
Dum redit itq; frequēs: in uirgine Nonacrina
Hæſit:& accepti caluere ſub oſſibus ignes.
Non erat huius opus lanam mollire trahēdo.
Nec poſitas uariare comas:ſed fibula ueſtem:
Vitta cohercebat neglectos:alba capillos.
Et mō leue manu iaculū: mō ſumpſerat arcū.
Miles erat Phœbes:nec Mænalon attigit ulla
Gratior hac triuiæ:ſed nulla potētia longa eſt.
Vlterius ſpacium medio ſol altus habebat
Cū ſubit illa nemus:qđ nulla ceciderat ætas.

filii atq; oculi priuare.Vnde orbi oculis filiuſue: aut parētibus priuari dicunť. Tunc ſciet ignipedū:Ordo ē & ſenſus:Tūc Iupiter exptus uires ignipedū & uelociū equoꝶ ſciet eū q illos bene nō rexerit mortē nō meruiſſe. Miſſos ignes:miſſa fulmia in Phaetōtē. Regaliter:iperioſe:ac eo iure qđ hn̄t reges. Verbere:flagello & ſcutica. Sæuit:furit.ac ſæuitiā i equos:nihil mali meritos exercet. At pater oīpotēs:h iccirco a poeta narranť:quo cōmodius Caliſtus & Arcadis mutationē in ſidera cū ſupiore metamorphoſi cōnectat.

Explorat:diligēter inq̄rit.Vn̄ exploratores q hoſtiū cōſilia ſcrutanť. Impēſior:maior. Suæ arcadiæ:a ſe amatæ. In uirgine Nonacrina. Virginē nonacrinā:appellat Caliſtonē Lycaonis filiā:quā cū uidiſſet Iupiter:ita excellenti eius pulchritudine captus ē:ut cū blanditiis ea potiri nō poſſet:ſe finxerit eē Dianā cuius Caliſto fidiſſima comes erat.Hac igiť arte compreſſa ab Ioue cū Arcadē pepiſſet : in urſam ab Iunone:ne iterū Ioui placeret:cōuerſa ē.Eā uero cū filius Arcas iā indultus in uenatione ferire uellet: miſeratione Iouis ambo in ſidera fuerūt tranſlati:ac iuxta polū(q ab ipſis arcticus fuit cognominatus) collocati:quod qdē cū Iuno aīaduertiſſet : Tethi nutricē rogauit.ne unq̄ permitteret eas in mare deſcēdere.Ideoq; ſeptētriones:nunq̄ occidere dicunť.Sane Hyginus uarias priſcoꝶ de Caliſtus mutatiōe refert opiniones:quas ſi q̄s ad huius fabulæ expoſitionē aliq̄d cōferre putabit: illinc ſumat licebit. In uirgine Nonacrina. Nonacris & urbs & mons ē Arcadiæ:un̄ nonacrius declinatur. Hæſit:fixus eſt. Accepti ignes : amores cōcepti:Ignis enim frequenter ꝓ amore ponitur a poetis:ut nāq; ligna cōburunť igne:ſic iuuenū corda amore dn̄r ardere. Caluere:inflammati fuere. Lanam mollire:filare:ac ſubigere lanā.

Poſitas comas:diſpoſitas:ornatas. Variare : uariis coloribus ornare.Id quod laſciue uirgines maxime facere ſolēt. Sed fibula:cingulū:A parte nanq; intelligimus totū. Vitta alba : tegmē eſt capitis uitta qua mulieres continent capillos.

Alba nō uariorū coloꝶ:qualibus laſciue uirgines delectanť. Neglectos capillos:Impexos:inornatos. Coercebat : conſtringebat. Miles erat Phœbes:Dianæ quæ eadē cum luna eſſe putatur. Nec Mænaleon attigit ulla : Mænalus mōns Arcadiæ celeberrimus. Triuiæ: Dianæ : quod in triuiis coli cōſueuerit. Sed nulla potētia longa ē:Sentētia generalis :q̄ indies uerior eē probatur. Vlterius ſpacium:meridiē iam ptrāſiſſe ſignificat.Sol enim ulterius medio ſpacium cæli tunc tenere dicitur:cum maior pars diei ꝑteriuit. Quod nulla ceciderat ætas:Innuit nemus illud umbroſiſſimum opaciſſimumq; fuiſſe:ut cuius arbores nullo unq̄ tempore fuerant ceſæ. Nulla ætas:Nullius ætatis homines.

Caliſto in urſam

Nonacris

Iupiter in Dianam.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Continens.n. pro contento per metonymiam frequēter ponitur a poetis. Exuit hic.Depoſuit illic & in illo nemore pharetram.Eſt eni aduerbiū pro aduerbio poſitum. Lentoſq; retēdit arcus.Flexibiles arcus remiſit.Arcus eni niſi retendanť molles efficiunť:ut ipſe in epiſtolis inquit. Si nunquā ceſſes tendere mollis erit.Re aūt præpoſitio ſæpenumero mutat uerba cū qbus cōponiť i cōtrariā ſignificationē:ut tego retego.ſigno reſigno.tendo retēdo. Feſſam.Laſſam:& defatigatā. Hoc furtū.Hoc ſtuprū Furta nāq; etiā ſtupra dńr:qđ furti cōmittātur. Sūt oh ſūt iurgia tāti.Ac ſi diceret iurgia nequaq̄ tāti ſunt æſtimāda:ut me uoluptate huius potiēdæ uirginis priuet.Oh aūt hoc loco cōtemnētis eſt iteriectio

Furta

Protinus iduiť faciē.Iouis trāſmutationem in Dianā obiť exponit poeta. Cultū.hitū ornatū.

In qbus iugis.In qbus mōtibus. Deceſpite uirgo ſe leuat.De terra iqt Caliſto ſurgit. Ceſpes āt terra ē cū ꝓpria herba auulſa. Nec ſic a uirgine dāda.Laſciuiora nāq; erāt:q̄ ut uirgini cōueniret. Impedit amplexu:iplicat amplectendo.

Nec ſe ſine crimie ꝓdit:hoc ē::Nec ſe manifeſtat ſine ui puellæ illata. Illa qdē cōtra. Pugnat ſubaudiať.i.repugnat. Aſpiceres utinam ſaturnia.Hæc p parēthesiq; Iunoni a poeta dńr in Caliſtus defēſionē. Victor:uoti cōpos effectus. Et cōſcia ſylua:ſtupri ab Ioue illati. Vñ pedē referēs.ex qua ſilua recedēs. Ecce ſuo:hæc pticula:ecce ſubitū aliqd repētinūq; malū apud Ciceronē Virgiliūq; ſignificat:apud alios ēt bonum aliqń deſignat. Dictynna:Diana dicitur απο τωνδικτυων hoc eſt a retibus.Cuius nominis a Solino talis cā aſſignatur. Brito mare nympha cū uirginitatē ſuam Dianæ uouiſſet: ſe in mare pcipitauit:ne a Minoe Crætæ rege uiolaretur.Cū uero ob hoc ſæua peſtis Crætā inuaſiſſet:reſpōſo accepto:uirginis cadauer retibus e mari extraxerunt:eamq; Dictynnam appellauerūt:ac Dianæ ædē extruxerūt:quæ a noie uirgīs Dictynna fuit appellata. Heu q̄ difficile ē.Sententia loco accomodata. Prodere:detegere:manifeſtare. Prodi aūt proprie arcana dicuntur. Vix oculos:elegāter mores pudicæ uirginis uiolatæ effingit poeta. Mille notis:multis ſignis. Numerus eni finitus ꝓ īfinito fere a poetis uſurpatur. Orbe nono.mēſe nono. Luna eni ſingulis qbuſq; mēſibus ſuum reparat orbē. Cū dea uenatu.A uenatiōe rediēs ſubaudiať. Fraternis languida flammis.Defeſſa feruoribus ſolis ſui fratris Nam Diana:ut diximus:eadē eē cū luna:que ſolis eſt ſoror:phibetur. Verſabat:uoluebat.Attritas:ob cōtinuū fluxū. Vt loca laudauit.Poſtq̄ loca laudauit Diana quod pulchra eſſent & amœna:aquas pedibus tetigit. Tingamus:madefaciamus:lauemus. Arbiter ōis. teſtis nemo adeſt. Parrhaſis.Caliſto a Parrhaſia urbe Arcadiæ:quæ a Parrhaſo uno ex Lycaonis filius cognominata fuit:Parrhaſis uocatur.

Ecce

Quare Diana dictynna

Archedia uń Parrhaſia

Velamina ponūt:ueſtes deponūt. Vna moras q̄rit:ſola Caliſto ueſtem deponere nō curat.

Adēpta ē:ui detracta ab aliis Dianæ comitibus

Exuit hic humero pharetram:lentoſq; retendit
Arcus inq; ſolo quod texerat herba iacebat:
Et pictam poſita pharetram ceruice premebat
Iupiter ut uidit feſſam:& cuſtode uacantem,
Hoc certe furtum coniunx mea neſciet iquit
Aut ſi reſcierit:ſunt oh ſunt iurgia tanti?
Protinus induitur faciem cultumq; Dianæ.
Atq; ait:o comitum uirgo pars una mearum
In quibus es uenata iugis? de ceſpite uirgo
Se leuat:& ſalue numen me iudice dixit:
Audiat ipſe licet:maius Ioue:ridet & audit.
Et ſibi præferri ſe gaudet:& oſcula iungit
Nec moderat ſatis:nec ſic a uirgine danda.
Qua uenata foret ſylua narrare parantem
Impedit amplexu:nec ſe ſine crimine prodit.
Illa quidē cōtra:quantū modo fœmina poſſet.
Aſpiceres utinam ſaturnia:mitior eſſes.
Illa quidem pugnat:ſed quæ ſuperare puella?
Quiſue iouē poſſet? ſupū petit æthera uictor
Iupiter:huic odio nemus eſt:& conſcia ſylua
Vnde pedem referens pene ē oblita pharetrā
Tollere cum telis:& quem ſuſpenderat arcum
Ecce ſuo comita choro Dictynna per altum
Mænalon ingrediens:& cæde ſuperba ferarū
Aſpicit hanc:uiſamq; uocat:clamata refugit.
Et timuit primo ne Iupier eſſet in illa.
Sed poſtq̄ pariter Nymphas incedere uidit.
Senſit abeſſe dolos:numerūq; acceſſit ad harū
Heu q̄ difficile eſt crimen non prodere uultu.
Vix oculos attulit humo:nec ut ante ſolebat.
Iuncta deæ lateri:nec toto eſt agmine prima.
Sed ſilet:& læſi dat ſigna rubore pudoris.
Et niſi quod uirgo eſt:poterat ſentire Diana
Mille notis culpam:Nymphæ ſenſiſſe feruntur.
Orbe reſurgebant lunaria cornua nono.
Cum dea uenatu fraternis languida flammis.
Nacta nēus gelidū:de quo cū murmure labēs
Ibat:& attritas uerſabat riuus harenas.
Vt loca laudauit:ſūmas pede contigit undas.
His quoq; laudatis:pcul eſt ait arbiter omnis.
Nuda ſuperfuſis tingamus corpora lymphis
Parrhaſis erubuit:cunctæ ualamina ponunt.
Vna moras quærit:dubitāti ueſtis adēpta eſt.



Qua poſita nudo patuit cū corpore crimen
Attonitæ:manibuſq; uterum celare uolenti
I procul hinc dixit:nec ſacros pollue fontes
Cynthia:deq; ſuo iuſſit ſecedere cœtu.
Senſerat hoc olim magni matrona tonantis.
Diſtuleratq; graues in idonea tēpora pœnas.
Cā moræ nulla ē.& iam puer arcas (id ipſum
Indoluit Iuno) fuerat de pellice natus.
Quo ſimul obuertit ſæuam cū lumine mentē
Scilicet hoc etiam reſtabat adultera dixit.
Vt fœcunda fores? fieretq; iniuria partu
Nota? Iouiſq; mei teſtatum dedecus eſſet?
Haud ipune feres:adimā tibi nāq; figuram?
Qua tibi quaq; places noſtro iportūa marito.
Dixit:& arreptam prenſis a fronte capillis.
Strauit humi pronā:tēdebat brachia ſupplex.
Brachia cœperunt nigris horreſcere uillis.
Curuariq; māus:& adūcos creſcere in ungues
Officioq; pedum fūgi:laudataq; quondam
Ora Ioui lato fieri deformia rictu.
Ne ue preces animos & uerba pcātia flectāt
Poſſe loqui eripitur:uox iracunda:minaxq;
Plenaq; terroris rauco de gutture fertur.
Mēs antiqua māet:facta quoq; māſit in urſa
Aſſiduoq; ſuos gemitu teſtata dolores.
Qualeſcunq; manus ad cælū & ſidera tollit.
Ingratumq; Iouem nequeat cū dicere: ſentit.
Ah quotiens ſola non auſa quieſcere ſylua
Ante domum quōdamq; ſuis errauit in agris.
Ah quotiēs per ſaxa canū latratibus acta eſt.
Venatrixq; metu uenātum territa fugit.
Sæpe feris latuit uiſis oblita quid eſſet.
Vrſaq; conſpectos in mōtibus horruit urſos
Pertimuitq; lupos:quis pater eſſet in illis.
Ecce Lycaoniæ proles ignara parentis
Arcas adeſt terquinq; ferens natalibus annos.
Dumq; feras ſequitur: dum ſaltus eligit aptos
Nexilibuſq; plagis ſyluas Erymāthidos ambit
Incidit in matrem:quæ reſtitit Arcade uiſo.
Et cognoſcenti ſimilis fuit:ille refugit.
Immotoſq; oculos in ſe ſine fine tenentem
Neſcius extimuit:propiuſq; accedere fugit.
Vulnifico fuerat fixurus pectora telo.

Vterum.uteri tumorē.Grauida.n.erat ac partui propiqua. Cynthia.Diana a Cyntho Deli monte. Secedere.Abire & recedere. Id ipſum indoluit Iuno.Hæc parentheſis Iunonis idignationis cauſam oſtendit.Nō eni tam doluit Iuno: quod a Ioue ſtuprata foret:q̄ quod puerum peperiſſet. De pellice:Caliſtone ut latine nomen grecum declinemus. Quo ſimul obuertit.Poſt q̄ inquit conuertit & oculos & animū in Arcadē e Caliſtōe natū.excādeſcere uerbis cœpit. Quo in quem puerum. Simul.poſtquam. Scilicet hoc etiā. Affectui ſeruit & indignatiōi hoc aduerbium ſcilicet.Fere autem Iuno indignata loqui fingiť a poetis. Vt fœcūda fores.Cōcipes. Fœcundæ enim mulieres dicuntur:que cōcipiūt

Teſtatū.tanq̄ teſtimonio approbatum .Haud ipūe feres.nō abibis ipunita. Strauit.Proſtrauit ꝓiecit in terrā. Horreſcere.Horrida & aſpa fieri

Deformia.Turpia. Lato rictu.amplo oris foramie & ſpatio. Poſſe loq.facultas loquēdi. Mens antiq̄.Priſtinus aīus. Qualeſcūq; māus nā urſi ꝑoribus pedibus manuū uice fūgūť:coſq; erigūt. Ah quotiēs ſola.Priſtinā mētē Caliſtoni remāſiſſe multis colligit argumentis. Neq; eni ſe urſam eſſe putabat.Miſereť aūt calamitatis illius poeta. Sola ſylua.Deſerta & ab hoībus nō habitata. Oblita quod eſſet.Oblita ſe eē urſam.

Horruit:cū quodam horrore timuit. Quāuis pater eſſet in illis.Lycaonē eni Calliſtonis patrē in lupū fuiſſe cōuerſum in prio narrauit poeta. Ecce lycaonie proles.Arcas Iouis filius ex Calliſtone cum quindecim annoꝝ eēt : matri in urſam cōuerſæ iter uenādum obuiauit:quā qdē cū ferire uellet:matrem eē ignorās Iouis miſeratiōe ad ſidera una cū matre ſublatus Arctophylax(ut ſcribit hyginus)fuit appellatus.Inde autē polus arcticus nomē accepit.Nā αρκτοσ urſa interpretať:Id uero cū Iuno aīaduertiſſet:Tethym Oceani uxorē rogauit:ne unq̄ eas in mare deſcēdere permitteret:ac ea quidē de cauſa ſeptētriones nunq̄ occidere poſſunt.Elegāter autē Oui. filii mutationem cum matris tranſfiguratiōe cōnectit. Terquinq; ferens natalibus annos.hoc eſt. Anuos quindeci natus.Natale autem q & natalis diciť dies eſt quo qſq; naſciť.Verg. Meus eſt natalis iola. Saltus aptos.ſyluas uenationi accommodatas.ſaltus nāq; a ſaliēdo deducitur quod feræ in illo ſaltus edant. Vnde ſaltuarii ſaltuū & agroꝝ cuſtodes uocanť: Nexilibuſq; plagis retibus connexis:Multis enim nodis retia nectuntur.plaga autē prima breui rete ſignificat. Longa uero uulnus deſignat. Erymanthidos montis Erymanthi qui eſt in arcadia. Ambit. Circūdat.circuit.Et cognoſcēti ſimilis fuit.ita iqt reſtituit Caliſto.ut Arcadem filiū cognoſcere uideret. Neſcius.ignarus eē matrē. Quæ reſtitit.Stetit ut ipſum expectaret. Propiuſq; accedere fugit.Noluit.recuſauit: Vulnifico telo. Vulnus inferenti iaculo. Arguit omnipotens. arguit quidē legitur.Sed arcuit.hoc eſt uetuit & prohibuit ſenſui magis cōuenire uidetur.Vetuit nanq; iupiter ne Arcas telum dirigeret in matrē.

Saltuarii
Plaga

Arcas i ſidus

Diana
Luna
proſerpina
Dictinna
Cynthia
Latona
Phœbe
Delia

Nefaſque.hoc eſt.paricidium quod Arcas ignarus perpetraturus erat:abſtulit Plerumq; autem poete duo diuerſa uno uerbo ſignificant.Nam ſuſtulit ſignificat & in altum tulit:qua in ſignificatione ad ipſos refertur:& abſtulit & remouit:que ſignificatio nefas reſpicit. Per inania.per aerem qui in ane quoq; dicitur quod uacuus eſſe uideatur. Vicinaq; ſidera fecit.maior nanq; urſa & Arctoph lax uicina ſunt ac ꝓpinqua ſidera : que cadem eē cum plauſtro & ſeptentrionibus perihbētur.Nam Arctophylax idem eſt cum Boote:qui & urſam ſequi ac cuſtodire & plauſtrum agere uidetur. Intumuit.indignata eſt. Ad canam Tethym.Tethys cæli & ueſte filia fuiſſe dicitur uxor Oceani ac Iunonis nutrix:multorumq; deorum mater. ꝑ mari autem quemadmodum & Oceanus accipitur . Tethis uero Tethyos declinari notum eſt:Cum Thetis pro Achillis matre aliter & ſcribatur & declinet. Nā prima aſpiratur:& ſecunda i latinū habet : & Thetidis in gēitiuo facit. Quoꝶ reuerētia mouit . Oceanus & Tethys magno in honore ſunt apud omnes deos:quia antiquiſſimi ſunt. Pro me.Loco mei. Mentiar.mentiri dicar. Mea uulnera:meos dolores & cruciatus. Illic ubi circulus axem.hoc eſt.ad polum ſeptentrionalem ubi eſt ultimus ac breuiſſimus circulus.Arcticus eni & antarcticus circuli & ultimi ſunt & aliorū breuiſſimi. Eſt uero cur qs.Ironia indignationis plena: Offēſamq; tremat. Timeat me leſā.

O ego quantū egi:Ironice hæc a Iunone dicūtur.ac ſi diceret.parū ac potius nihil egi . Eſſe hominē uetui.Oſtendit Iuno ſe nocēdo prodeſſe. Sontibus.nocentibus.Vendicet antiquam faciem.Iupiter quē Iuno irata non nominat ſubaudiatur.Optat āt Iuno ut Caliſto ī humanam faciem potius uindicetur & reuocetur q̄ inter ſidera conſtituatur.Vendicare autē aſſerere eſt & reuocare.In antiquā uero faciem in ſoluta diceremus oratiōe. Phoronide.In Io Phoronei nepte : quæ cum in uaccam (ut uidimus) Iunonis metu fuiſſet cōuerſa:humanæ formæ a Ioue fuit reſtituta. Cur non expulſa ducit Iunone.Pulchra Ironia:qua id cōcedere uidemur: quod maxime nolumus:Sic Dido apud Vergiliū . I ſequere Italiā uentis.pete regna per undas. Ducit . Vxorem ſubaudiamus. Tangit.commouet. Alumnæ.Nā Iuno a Tethy fuit educata . Gurgite cæruleo:Amari nigro & profundo.Eſt.n .tapinoſis & magnæ rei humilis expoſitio.nā gurgitē qui fluuiorum eſt pro Oceano poſuit poeta . Prohibete:Arcete. Septētriōes.Maiorē Vrſam cum arctophylace: Ne puro tingatur in æquore pellex . Ne Caliſto pellex & cōcubina Iouis in purum mare deſcendens illud inqnet & fædet . Dii maris annuerant.Oceanus & Tethys nutu promiſerant ſe prohibituros ne ſeptentrionis in mare deſcendant. Ingreditur.Intrat . Liquidum aera.Tenuem ac purum.Pauonibus pictis Variis coloribus diſtiuctis.Currus autem Iunonis a pauonibus trahi putatur. Tam nuper pictis.hæc ad connexionem mutationis ſequentis apte faciendam inferunrur. Cæſo Argo.interfecto argo.cuius oculi caudæ pauonis a Iunōe fuerunt appoſiti:ut in primo narrauit poeta .

Arcuit omnipotens:pariterq; ipſoſq; nefaſq;
Suſtulit:& celeri raptos per inania uento
Impoſuit cælo:uicinaq; ſidera fecit.
Intumuit Iuno:poſtq̄ inter ſidera pellex
Fulſit:& ad canā deſcendit in æquora Tethin.
Oceanumq; ſenem:quoꝶ reuerentia mouit
Sæpe deos:cauſamq; uiæ ſcitantibus inquit.
Q uæritis æthereis quare regina deorum
Sedibus hic ad ſim:pro me tenet altera cælum
Mentiar: obſcurum niſi nox cū fecerit orbem:
Nuper honoratas ſummo:mea uulnera: cælo
Videritis ſtellas:illic ubi circulus axem
Vltimus extremū,ſpacioq; breuiſſimus, ambit
Eſt uero cur quis Iunonem ledere nolit?
Offenſamq; tremat:quæ proſum ſola nocēdo?
O ego quantū egi? q̄ uaſta potentia noſtra eſt?
Eſſe hominē uetui:facta eſt dea:ſic ego pœnas
Sontibus impono:ſic eſt mea magna poteſtas.
Vendicet antiquam faciem:uultuſq; ferinos
Detrahat:argolica qd̄ in ante phoronide fecit:
Cur non expulſa ducit Iunone:meoq;
Collocat in thalamo:ſocerūq; Lycaona ſumat.
At uos ſi læſe tangit contemptus alumnæ:
Gurgite cæruleo ſeptem prohibete triones:
Sideraq; in cælum ſtupri mercede recepta
Pellite:ne puro tingatur in æquore pellex.
Dii maris annuerant:habili Saturnia curru
Ingreditur liquidum pauonibus aera pictis:
Tam nuper pictis cæſo pauonibus Argo:
Q uā tu nuper eras:cū candidus ante fuiſſes:
Corue loquax ſubito nigrantes uerſus in alās.
Nam fuit hæc quondā niueis argentea pennis
Ales:ut æquaret totas ſine labore colūbas.

Coruus e cādido niger

Quā tu nuper eras.Coruus initio quidē fuit cādidus:ſed cū eius indicio Apollo cognouiſſet Coronida amicam cū alio quodā Iuuene rē habere:eāq; ſagittis interfeciſſet:puerūq; Aſclepiū exciſo utero extraxiſſet :pœnitētia ductus Coruū indicem ſibi aliquid præmii ſperantē:ex albo nigrum effecit. Corue loquax:Apoſtrophe ad coruum:qua ſignificat poeta illum ſuæ loquacitatis merito pœnas dediſſe. Argentea:alba ut eſt argentum . Sine labe:ſine macula. Nec ſeruaturis.alludit ad id quod Liuius in prima de cade narrat.Cum enim galli ſenones olim obſediſſent capitolium:noctuq; aſcendiſſent clangore anſeꝶ:cū canes minime ſentirēt :excitati



cuſtodes eos deturbauerunt.Quare & anſeres in magno honore habiti:& canes fuere crucifixi. Nunc eſt cōtrarius albo:niger qui color albo eſt oppoſitus. Quam lariſſæa Coronis.Duæ fuerūt Coronides:quaꝶ altera ab Apolline:altera a Neptuno fuit adamata. Lariſſæa:ex lariſſe Theſſaliæ urbe. In tota Aemonia: Theſſalia. In obſeruata:incuſtodita. Ales phœbius:coruus ab Apolline Coronidi cuſtos adhibitus Nō exorabilis index:qui nullis precibus potuit flecti:ne id quod uiderat indicaret. Tendebat iter:ibat. Garrula cornix narraturus poeta quemadmodum Coronis Phocaica in cornicē fuit mutata:eleganter(ut ſolet)fabulam fabulæ cōnectit.Cornicē aūt ipſam inducit coruū admonentem ut taceat:ac quod ſibi euenerit:quia liguam cohibere neſciuit: narrantē:Coronis enī filia fuit Coronei Phocidos regis : q̄ a Neptuno adamata:ne uiolaretur:ope Paladis in cornicem fuit cōuerſa:ac Palladis ipſius comes effecta. Cæterū cū Palladi nūciaſſet:Cecropis filias ciſtā :in qua Eriththonium ex ſemine Vulcani natū ipſa Pallas clauſerat:cōtra deæ mandatū aperuiſſe:a comitatu Mineruæ fuit repulſa . Sciteť : roget ut ſciat. Præſagia:predictiones. Quid fueri: comes nāq; fui Mineruæ. Quid ſim.nūc a comitatu Mineruæ repulſa cōtēnor. Nā tpe quodam:Vulcanus cū Palladi tanq̄ uxori ſibi ab Ioue traditæ:qua blanditiis potiri nō poterat: uim iferret:eaq; reluctareť:forte ſemē ipſius in terram cecidit:ex quo qdem & terra natus ē Eriththonius Vulcani ſine matre filius:pedes hn̄s anguios: quos ut tegeret primus currū excogitaſſe dicitur Eriththonius aūt lis terræ īterpretať.ερισ namq; lis ſiue cōtentio. Χοων terra appellať. Sine matre:nam ex ſolo Vulcani ſemine:qđ in terrā cecidit:natus eſt: Actæo:attico.nam attica ut ſcribit Pauſanias prius Actæa : ab Actæo: q primus Athenis regnaſſe ferť : Deinde attica ab Attide Cranai regis filia fuit cognomiata. Gemio de Cecrope:Cecrops iccirco geminus ac biformis diciť:qđ(ut refert Iuſtinus)matrimonium ,ac nuptias.hoc ē:maris & fœminæ cōiūctionē primus īſtituit:rex āt fuit Athenaꝶ q Actæo ſucceſſit.Vn̄ & Athenienſes Cecropidæ uocanť. Incōfeſſa . nō cōfeſſa:nō elocuta. Et legē dederat:mādauerat. Abdita:abſcōdita. Tuenť. defendunt cuſtodiūt ac ſeruāt.Pandroſos atq; Herſe : a rore hæc nomia ſumpta fuiſſe uidētur : Nam pādroſos απαν quod totū ſignificat & δροσοσ qui ē ros:cōponi uidetur.Herſe aūt ros interpretatur . Cecropis autem filiæ fuerūt(ut Pauſanias quoq; narrat)nō ſolum Ouidius : quarum fratrē fuiſſe Erichtoniū ait:qui uiuo adhuc patre uita exceſſit:Tametſi ipſum ex mortali genitum negāt cui Vulcanum terrāq; parētes aſſignāt: Ab Ouidio aūt nō nihil diſſentit Pauſanias.Narrat.n.Aglauri lucū eē Athenis:cui qdē & Herſe & Pandroſo ſororibus Mineruā Ericthoniū in ciſta depoſitū dediſſet:uetuiſſeq; ne depoſitū uiderent:Pādroſonq; in officio fuiſſe : reliquas uero duas( quoniam ciſtam reſignaſſent)uiſo Erichthonio furere cœpiſſe:& ex arce:qua maxime præceps locus erat:ſe deieciſſe. Vna Aglauros: Sola : Aglauros autē ſplēdida interp̄tari pōt.αγλαοσ nanq; ſplēdidū ſignificat. Diducit:diſſoluit ac ſepat. Apporrectūq; draconē:appoſitū draconē ſibi uidere uiſæ ſūt qa Erichthonius ſerpētinos hēbat pedes. Acta deæ refero:geſta a Cecropis filiabus Mineruæ nūcio. Et ponar poſt noctis auē. noctuā q̄ ſolū noctu uolat. Voce:lígua:loq̄citate. At puto nō ultro.Occurrit tacite obiectiōi cornix.Poſſet.n.qs dicere.iccirco fuiſti repulſa:qa Mineruæ nūq̄ fuiſti grata.Se igiť ita ſe Mineruæ placuiſſe ait: ut ſpōte fuerit ab ipa comes petita: At puto nō ultro:iterrogat:ue cū q̄dā obiectiōe legať:quā ita ſoluit:ut dicat id ex ipa Minerua q̄ri poſſe.Nā me phocaica.Phocis regio ē græciæ finitia Atticæ.un̄ phocaicus dciať.Vt ſoleo

Nec ſeruaturis uigili capitolia uoce
Cederet anſeribus: nec amāti flumina cygno
Lingua fuit damno:lingua faciente loquaci
Q ui color albus erat:nūc eſt contrarius albo.
Pulchrior in tota q̄ lariſſæa Coronis
Non fuit Aemonia:placuit tibi Delphice certe
Vel dum caſta fuit:uel in obſeruata:ſed ales
Senſit adulterium Phæbeius :utq; latentem
Detegeret culpam non exorabilis index
Ad dn̄m tendebat iter:quem garrula motis
Conſequitur pennis: ſcitetur ut omnia cornix
Auditaq; uiæ cauſa:non utile carpis
Inquit iter:ne ſperne meæ præſagia linguæ.
Q uid fuerim:quid ſimq; uide : meritūq; reqre
Inuenies nocuiſſe fidē:nam tempore quodam
Pallas Erichthonium ꝓlem ſine matre creatā
Clauſerat actæo texta de uimine ciſta.
Virginibuſq; tribus gemino de Cecrope natis
Seruandam dederat:ſed inconfeſſa quid eſſet.
Et legem dederat:ſua ne ſecreta uiderent.
Abdita fronde leui denſa ſpeculabar ab ulmo :
Q uid facerent:cōmiſſa duæ ſine fraude tuenť
Pādroſos atq; Herſe:timidaſ uocat una ſororeſ
Aglauros:nodoſq; manu diducit:& intus
Infantemq; uident :apporrectumq; draconem
Acta deæ refero:pro quo mihi gratia talis
Redditur:ut dicar tutela pulſa Mineruæ:
Et ponar poſt noctis auē:mea pœna uolucres
Admonuiſſe poteſt:ne uoce pericula quærāt.
At puto non ultro:nec quicq; tale rogantem
Me petiit:licet hoc ex ipſa Pallade quæras.
Q uāuis irata eſt:non hoc irata negabit.
Nam me phocaica clarus tellure Coroneus

Coronis in cornicem Herichthonius

Actica primus actæa

nunc Cornix facta.nam cornices lentis paſſibus gradiuntur. Spatiarer.ambularem:nã ſpatiari eſt uoluptatis cauſa ambulare. Nequicq̃ laſſor.fruſtra defatigor:neq;.enim effugere poterã. Nec contigit ullum.tetigit.cõmouit. Morta eſt pro uirgine uirgo. Pallas perpetua gaudẽs uirginitate. Tollebar extollebar leuabar. Comes inculpata.Omni culpa & crimine uacans. Quid tamen hoc prodeſt.Hæc ad commodam ſequentis fabulæ cõnexionem referuntur. Quid inquit prodeſt inculpatam ac ſine ullo crimine Mineruæ comitem fuiſſe :cum Nyctimene ob ĩceſtum cum patre admiſſum in auem noctuam conuerſa mihi preferatur.Nyctimene enim Nyctei regis Leſbia filia patris amore capta clam ſe ei pro uxore ſubiecit:propter quod in noctuam conuerſa:ſibi nefandi ſacrilegii conſcia:reliquarum auium conſpectum fugit. Per totam Leſbon.Leſbos inſula eſt Aegei a conditore denominata:unde Leſbius Leſbouſq; declinãtur. Temeraſſe:uiolaſſe: Patrium cubile.`patris lectũ

Nyctimene ĩ noctuam

A cunctis:auibus ſubaudiatur.Omnes nanq; aues noctuam preſequuntur. Reuocamina: reuocationes. Spernimus:contemnimus:non accipimus. Vanum.Nihil nociturum. Domino.Apollini. Cum iuuene Aemonio. Theſſalo. Aemonia namq; theſſalia dicta eſt ab Aemone Chlori filio.Theſſala autem patre : a quo Theſſalia fuit appellata Aemonia quoq; Vrbs ẽ Archaidæ ab Aemone Lycaonis filio denominata:ut Pauſanias ſcribit. Vidiſſe narrat.Se ut ſubintelligamus ſenſus expoſcit. Laurea: corona ex lauro confecta. Audito crimine amantis amicæ a qua ſe amari putabat. Vultuſq; :hilaritas ac lætitia uultus.Nam Vultus pro animi affectu mutatur:ut modo lætitiam: modo mœſticiam præ ſe ferat. Plectrumq; : plectrum inſtrumentum eſt quo Cithara percutitur απο Τογ πληττειν hoc eſt:a percutiendo declinatum

Aemonia

Colorq;:Nam ex rubicundo palidus eſt effectus:id quod indignantibus euenire ſolet. Tumida ab ira:ab effectu quod hominem tumeſcere cogat. Arma aſſueta : arcum & ſagittas.

Tendit:intẽdit. Indeuitato:quod nullo pacto poteſt euitari. Icta dedit gemitum.Percuſſa Coronis ingemuit. Puniceo cruore.Rubeo ſanguine. Potui pœnas tibi Phœbe dediſſe: hoc eſt:Potui abs te puniri. Duo nunc moriemur.Et ego & infans in utero conceptus. Hactenus:locuta eſt : Coronis ſuppleatur. Corpus inane animæ. Vacuum anima & mortuum. Sero : poſteaquam nullum remedium

catæ:Vergiliæ a latinis uocantur: quod ueris tẽpore oriantur. Lucida pleias. Maia pleiadum ſplendidiſſima. Leto det.interficiat.Parua motis filiæ fuere:non ex electra:ſed ex Pleione nym̃pha ſuſceptæ:unde & Pleiades ſunt nominatæ. Hæ in ſidera tranſlatæ ac in humero tauri collocat. Mercurium. Nam Mercurius Iouis fuit filius ex Maia una ex Pleiadibus:quæ ſeptem Atlã

(Nota loquor)gẽuit : fueraq; ego regia uirgo
Diuitibuſq; procis(ne me contẽne)petebar:
Forma mihi nocuit:nã cum per littora lentis
Paſſibus ut ſoleo:ſumma ſpaciarer harena :
Vidit & incaluit pelagi deus:utq; precando
Tempora cũ blandis abſumpſit inania uerbis:
Vim parat:& ſequitur:fugio: denſũq; relinquo
Littus:& in molli nequaq̃ laſſor harena.
Inde deos homineſq; uoco:nec contigit ullum
Vox mea mortalem:mota eſt ꝑ uirgine uirgo
Auxiliumq; tulit:tendebam brachia celo.
Brachia cœperunt leuibus nigreſcere pennis.
Reiicere ex humeris ueſtem molliebar : at illa
Pluma erat:inq; cutem radices fixerat imas.
Plangere nuda meis conabar pectora palmis :
Sed neq; iã palmas nec pectora nuda gerebam
Currebam:nec ut ante pedes retinebat harena
Sed ſũma tollebar humo : mox acta per auras
Euehor:& data ſum comes iculpata Mineruæ
Q uid tñ hoc prodeſt:ſi diro facta uolucris
Crimine Nyctimene noſtro ſucceſſit honori?
An quæ per totam res eſt notiſſima leſbon:
Non audita tibi eſt? patrium temeraſſe cubile
Nyctimenem:auis illa quidẽ:ſed cõſcia culpæ
Conſpectũ lucemq; fugit:tenebris pudorem
Cælat:& a cunctis expellitur æthere toto.
Talia dicenti tibi ait reuocamina coruus
Sint ꝑcor iſta malo:nos uanũ ſpnimus omen.
Nec cœptum dimittit iter:dominoq; iacentem
Cũ iuuene Aemonio uidiſſe Coronida narrat.
Laurea delapſa eſt audito crimine amantis:
Et pariter uultuſq; decorq; plectrumq; colorq;
Excidit:utq; animus tumida feruebat ab ira :
Arma aſſueta capit:flexũq; a cornibus arcũ
Tendit:& illa ſuo totiens cũ pectore iuncta
Indeuitato traiecit pectora telo.
Icta dedit gemitum:tractoq; a uulnere ferro
Candida puniceo perfudit membra cruore :
Et dixit:potui pœnas tibi Phœbe dediſſe:
Sed peperiſſe prius:duo nũc moriemur in una
Hactenus:& pariter uitam cũ ſanguine fudit.
Corpus inane animæ frigus letale ſecutũ eſt.
Pœnitet heu ſero pœnæ crudelis amantem :



poterat adhiberi. Exarſerit:ira excanduerit. Odit auem : Coruũ. Crimen coronidis:concubitum cũ Aemonio iuuene. Inaniter:Vane:fruſtra. Neq; enim cæleſtia tingi ora licet lachrymis:Parentheſis qua ſignificatur:cur lachrymas quoq; Apollo non emiſerit.Neq; enim inquit dii poſſunt flere. Haud aliter:hac ſimilitudine oſtendit q̃ grauiter gemuerit Apollo. Libratus ab aure:percutientis:geſtum enim exprimit lanii uitulos interficientis.Malleum enim auriculæ dextræ admouentes ictum uitulo infligunt. Ingratos:puellæ mortuæ nihil placentes. Iniuſtaq; buſta peregit:ingratas perfecit exequias.Nã iniuſte illam peremiſſe ſibi Apollo uidebatur.Buſtum autem proprie dicitur locus in quo cadauer eſt & combuſtum & ſepultum:quaſi bene uſtum.Buſta quoq; pro ſepulchris ponũtur. Non tulit:non eſt paſſus. Sed natũ Aeſculapium. Gemini Chironis:Chiron filius fuit Saturni ex Phylira Oceani filia:cum q̃ in equũ cõuerſus cõcubuit Chironẽq; Centaurum ſuſtulit.ꝓpter quod geminus dicitur.Nã ex parte anteriori homo ex poſteriori equus uidebat. Nõ falſæ linguæ.Veri indicii. Inter aues albas uetuit.Hoc ẽ.Coruũ ex albo nigrũ effecit. Semifer iterea Chiron ſemiferus. Diuinæ ſtirpis alũno.Aeſculapio Appollinis filio. Ecce uenit.rutilis.Ocyroe Chironis ex nympha quadam Caici fluuii filia cũ fatorum arcana referaret : Iouis ira in equam fuit conuerſa. Humeros ꝓtecta Humeros habens protectos & coopertos.eſt enĩ poetica ſinecdoche. Caici . Fluuius eſt Myſiæ Caicis per Phrygiam labens. Ocyroen .Velox fluxus ociore dicitur ωκυσ nanq; uelox ρου fluxus.Sic autem fuit appellata:quod in ripis Caici fluminis rapaciſſimi fuit nata. Fuit etiam Ocyroe nympha Oceani & Tethyos filia:ut ſcribit Heſiodus in theogonia. Canebat.Prædicebat

Aeſculapii origo

Buſtum

Ocyroe in equam

Vaticinos furores.uaticinandi ac futura prædicendi impetus. Incaluitq; deo.Spiritu diuino. Totiq; ſalutifer orbi.Aeſculapius nãq; adeo pſtans medicina fuit:ut etiam Hippolytum ab ĩferis reuocarit:propter quod ab Ioue fulmine fuit extinctus:ac poſtea deus eſt effectus. Flãma auita . Fulmine aui Iouis . Corpus exangue. Sine ſanguine.Mortuum. Et bis tua fata nouabis.Tuam uitam bis renouabis . Tu quoque Care pater . Patri quoque Chironi Ocyroe exitum prædicit Nam chiron qui non modo centauros ſed cæteros quoq; homines iuſticia dicitur ſuperaſſe:cũ Herculẽ hoſpitio ſuſcepiſſet ſagittaſque hydræ ſãguie tictas mãibus tractaret: una eaꝝ e mãibus lapſa pedẽ ipſius pcuſſit:ipſũq; tãtis doloribus affecit:ut nona die miſeratiõe deoꝝ ĩ aſtra fuerit ſublatus:ut Ouidi.ĩ faſtis refert.Nõa dies aderat cũ tu iuſtiſſime chirõ:Bis ſe

Seq; ꝙ audierit:ꝙ ſic exarſerit odit.
Odit auem :ꝑ quã crimen cauſamq; dolendi
Scire coactus erat:nec non arcumq; manũq;
Odit:cumq; manu temeraria tela ſagittas:
Collapſamq; fouet:ſeraq; ope uincere fata
Nititur:& medicas exercet inaniter artes.
Q uæ poſtq̃ fruſtra tẽptata:rogumq; parari
Vidit:& arſuros ſupremis ignibus artus:
Tum uero gemitus(neq; enim cæleſtia tingi
Ora licet lachrymis)alto de corde petitos
Edidit:haud aliter q̃ cum ſpectante iuuenca
Lactentis uituli dextra libratus ab aure
Tempora diſcuſſit claro caua malleus ictu.
Vt tamen ingratos in pectora fudit odores:
Et dedit amplexus:iniuſtaq; buſta peregit:
Non tulit in cineres labi ſua Phœbus eoſdem
Semina:ſed natum flammis uteroq; parentis
Eripuit:geminiq; tulit Chironis in antrum.
Sperantemq; ſibi non falſæ præmia linguæ
Inter aues albas uetuit conſiſtere coruum:
Semifer interea diuinæ ſtirpis alumno
Lætus erat:mixtoq; oneri gaudebat honore
Ecce uenit rutilis humeros protecta capillis
Filia Centauri:quam quondã nymphæ Caici
Fluminis in rapidi ripis enixa uocauit
Ocyroen:non hæc artes contenta paternas
Edidiciſſe fuit:fatorum arcana canebat.
Ergo ubi uaticinos concepit mente furores
Incaluitq; deo:quẽ clauſum pectore habebat:
Aſpicit infantem:totiq; ſalutifer orbi
Creſce puer dixit:tibi ſe mortalia ſæpe
Corpora debebũt:animas tibi reddere adẽptas
Fas erit:idq; ſemel diis indignantibus auſus
Poſſe dare hoc iterum flãma prohiberis auita
Eq; deo corpus fies exangue:deuſq;
Q ui mõ corpus eras:& bis tua fata nouabis
Tu quoq; care pater non iã mortalis:& æuis
Omnibus ut maneas naſcendi lege creatus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ptem ſtellis corpore cinctus eras. Diræ ſerpentis. Hydræ: quæ cum centum capita haberet: ab Hercule fuit interfecta. eius ſanguine Herculis ſagittæ tinctæ inſanabilia uulnera inferebát. Teq; ex æterno. ex immortali te mortalem dii efficient. Triplices deæ. Parcæ quæ tres dicuntur eſſe Clotho. lacheſis. & Atropos. in quarum filis uniuſcuiuſq; uita eſſe dicitur: donec fila frangantur. Reſtabat fatis aliquid. hoc eſt. de fatorum arcanis quæ referre inſtituerat Ocyroe: aliquid reſtabat dicendum. Præuertunt me. occupant & impediunt. Nam in fatis erat ut uerteretur in equam. Non fuerát artes tanti. Artes íquit uaticinandi & futura prædicendi mihi tanti faciédæ nű fuerűt: ut ira deoꝶ humaná amitteré figuram. Subduci: auferri. Impetus eſt currerere. Cupiditas eſt mihi currédi. Eſt enim figura loquendi græca. Latis campis: p ſpacioſos campos. Cognata pectora: propter patré qui centaurus erat. Tota tamen quare: Miratur Ocyroe ſe totam in equam cóuerti: cű pater Chiron utráq; gerat formá: & hoís & equi.

Et brachia mouit in herbas. Innuit brachia í pedes anteriores fuiſſe cõmutata. Coeűt: coniunguntur. Perpetuo: continuo. Nomé quoq; mõſtra dederűt. Nam ιππος hoc eſt equa fuit appellata. Flebat opéq; tuam: mutationé Batti in lapidem indicé ſuperiori fabulæ poeta annectit. Nam Apollo cű ob pulſatos interfectoſq; Cyclopas diuinitate priuatus Admeti regis Theſſaliæ arméta in paſtorali habitu paſceret: Mercurius boues quæ longius forte ꝓceſſerant furto abactas in ſilua occultauit. Battoq; cuidam equaꝶ cuſtodi: a quo uno uiſus fuerat: mádauit: né cui quá illud furtű indicaret: Quod quidé ut libentius faceret uaccá ei pulcherrimam dono dedit. Battus uero ei pollicitus eſt ſe nűq̃ alicui uaccas illas indicaturű. Mercurius uero (ut hominis experiretur fidem) ſuſcepta alia figura ad eű paulo poſt redit: rogans: an uaccas quaſdam illac tranſeuntes uidiſſet: pollicenſq; ſi indicaret ſe uaccá cum Tauro daturum. Quod cű accepiſſet Battus: ſub quo monte boues paſcerentur: indicauit quam ob perfidiam eű Mercurius in lapidem: q index dicitur: cõmutauit. Phillirius heros. Chiron Saturni & Phyllyræ nymphæ filius. Reſcíndere: mutare rumpere. Reſcindi uero proprie teſtamenta dicuntur: cum rumpuntur: atq; irrita fiunt. Iuſſa Iouis: qui Ocyron in uaccam cóuertit. Elim. Vrbs eſt Arcadiæ Elis ab Eleo Tantali filio appellata: iuxta quá Alpheus fluuius oritur: unde Eleus poſſeſſiuum deriuatur. Virgilius tertio Georgicõ. Hic uel ad Elei metas & maxía campi Sudabit ſpacia. Meſſaniaq; arua: Meſſene & regio & urbs fuit græciæ Pylo propinqua iuxta quá Amphryſius labitur. Eſt etiá Meſſene urbs Siciliæ: Vnde Meſſenius deriuatur. Illud erat tempus. Apollinis metamorphoſin in paſtorem intranſcurſu poeta deſcribit. Quo te paſtoria pellis texit. Quo ueſte paſtorali ex pellibus cõfecta indutus fuiſti. Diſpar phyſtula. Inequalis tibia ex ſeptem cannis inæqualibus confecta.

Alterius: ſiniſtræ. Nam. dextre onus erat baculus. Mulcet: ſolatur: delectat. Pylios in agros Pylos urbs eſt Meſſeniæ quæ & Coryphaſion fuit appellata. Vnde Pylius Pyleus & Pylion deriuantur. Atlantide Maia natus: Mercurius Maiæ filius. Abactas: abductas. Proprie autem abigi dicuntur armenta. Vnde & abigei dicuntur

Apollo in paſtorem

Battus in lapidem

Mercurius in hominem

Elis unde

Pylos urbs q̄ & Coryphaſios

Poſſe mori cupies: tum cum cruciabere diræ
Sanguine ſerpẽtis per ſaucia membra recepto
Teq; ex æterno patientem numina mortis
Efficient: tripliceſq; deæ tua fila reſoluent.
Reſtabat fatis aliquid: ſuſpirat ab imis.
Pectoribus lachrymæq; genis labunt͛ obortæ.
Atq; ita ꝑuertunt me inquit mea fata: uetorq;
Plura loqui: uociſq; meæ præcluditur uſus.
Non fuerant artes tanti: quæ numinis iram
Contraxere mihi: mallem neſciſſe futura.
Iam mihi ſubduci facies humana uidetur:
Iam cibus herba placet: iã latis currere campis
Impetus ẽ: inequã cognataq; pectota uertor.
Tota tñ quare? pater eſt mihi nempe biformis.
Talia dicenti pars eſt extrema querelæ
Intellecta parum: confuſaq; uerba fuerunt.
Mox nec uerba q̃dẽ: nec equæ ſonus ille uidet͛
Sed ſimulãtis equam: paruoq; in tẽpore certoſ
Edidit hinnitus: & brachia mouit in herbas.
Tum digiti coeunt: & quinos alligat ungues
Perpetuo cornu leuis ungula: creſcit & oris
Et colli ſpacium: longæ pars maxima pallæ
Cauda fit: utq; uagi crines per colla iacebant:
In dextras abiere iubas: pariterq; nouata eſt
Et uox & facies: nomẽ quoq; mõſtra dederũt.
Flebat: opemq; tuam fruſtra Phillyrius heros
Delphice poſcebat: nam nec reſcindere magni
Iuſſa Iouis poteras: nec ſi reſcindere poſſes.
Tunc aderas: Elim Meſſeniaq; arua colebas.
Illud erat tempus: quo te paſtoria pellis
Texit: onuſq; fuit baculus ſilueſtris oliuæ.
Alterius diſpar ſeptenis Phyſtula cannis.
Dũq; amor ẽ curæ: dũ te tua phyſtula mulcet:
Incuſtoditæ pylios memorantur in agros
Proceſſiſſe boues: uidet has Atlantide Maia
Natus: & arte ſua ſiluis occultat abactas.
Senſerat hoc furtum nemo: niſi notus in illo
Rure ſenex: Battum uicinia tota uocabat.



pecorum fures. Nelei. Pater Neſtoris fuit Neleus rex pyli. Eſt autem Syncreſis duarum uocalium in una: Sic Virgilius. Et furias Aiacis oilei. Seduxit. Seorſum duxit. Interdum ſignificat decepit. Neu nulla gratia. & ut aliqua gratia facto tuo referatur. Repẽdatur. referatur. Ioue natus. Mercurius iouis & maiæ filius. Et uerſa pariter cum uoce figura. hoc eſt. una cum uoce mutata figura ne agnoſceretur. Furtoq; ſilentia deme. hoc eſt: furtum indica. Atlantiades. Mercurius nepos Atlantis ex maia. Me mihi. Repetitio eiuſdem dicti irato conueniens.

Index. lapis eſt quo utimur ad aurum argentumq; ꝓbandum. Nihil merito: lapis enim nihil mali cõmiſit. Hinc ſe ſuſtulerat. Aglauri filiæ Cecropis Athenarum regis mutationem í ſaxum ſuperiori tranſformationi connectit. Mercurius enim poſt Battum in lapidẽ conuerſum forte inter uirgines Atheniẽſium ſacra mineruæ celebrantes: uidit Herſen Cecropis filiam omniű formoſiſſimam: qua cum aliter potiri nõ poſſet: Aglaurum illius ſororem rogauit: ut ſibi opẽ ferret. Ea operam ſuá pollicetur: dum ſibi pecunia tribuatur. Id cum reſciuiſſet Pallas: ob ciſtá quoq; apertam irata: in qua Erichthonium clauſerat ei inuidiam immiſit: qua impedita: cum Mercurio repugnaret: ne Herſe amara frueretur: in ſaxű ab eo fuit conuerſa. Caducifer. Mercurius caduceum ferens: eſt enim Caduceus Virga Mercurii: qua pax ſignificabatur. Vnde caduceator legatus dicitur pacem petens: ut ſcribit Pompeius Cato. Caduceatori nemo homo nocet. Munichios agros. Atticos. Munichia náq; portus ẽ Atticæ a monycho dicta. Vnde tẽplum Munichiæ Dianæ. Gratam humum Mineruæ. Periphraſis eſt Atticæ terræ: quæ Mineruæ gratiſſima eſt. Nam ut Pauſanias ait: tota urbs Athenarum & ager Mineruæ eſt Sacer. Licet enim alios quoq; deos colere inſtituerint: Palladem tamẽ uenerantur: cuius ſimulacrum: quod in arcæ eſt conſecratum: de cælo fertur cecidiſſe. Arbuſta: arbores.

Lycei. Montis Arcadiæ. Coronatis caniſtris. Canephoria ea ſacra uocata ſunt: quod in caniſtris ferentur: uirgines etiam Canephoræ dicebántur. Deus ales. Mercurius citus. Omnium náq; Planetarum uelociſſimus eſt: cellerrimeq; ſuű conficit curſum. Vt uolucris. Hac ſimilitudine Poeta oſtendit quo modo in orbem Mercurius uolaret: ut diutius aſpectu Herſes amatæ frueretur. Miluius: auis eſt rapax: quæ in gyrum uolat. Rapidiſſima. Rapaciſſima. Dum timet miniſtros exta cuſtodientes. In gyrum: in orbẽ & circuitum. Super actæas arces. Athenienſes. Acte náq; Attica dicta eſt quod fere tota ſit littoralis: ακτη náq; littus interprætatur. Inclinat curſus: conuertit uolatus. Circinat circundat. Eſt autem Circinus inſtrumentum: quo circuli apte conficiuntur. Quãto ſplendidior. Quanta pulchritudine fuerit Herſe a mercurio amata apte his comparationibus poeta oſtendit. Nõ ſecus exarſit. Non aliter amore eſt inflámatus.

Balearica funda: qua Balearium inſularű incolæ maximæ utuntur. Baleares autẽ inſulæ ſunt duæ Hiſpaniæ adiacentes: quarum incolæ optimi ſunt funditores. Plumbum: Plumbeam pilam. Incandeſcit: Igneſcit: Liqueſcit.

Index.

Aglauros in ſaxum

Munichia

Canephoria

Canephoræ

Diuitis hic ſaltus hærboſaq; paſcula Nelei
Nobiliumq; greges cuſtos ſeruabat æquarum
Hunc timuit: blandaq; manu ſeduxit: & illi
Quiſquis es hoſpes ait: ſi forte armẽta reqret
Hæc aliquis: uidiſſe nega. neu gratia facto
Nulla rependat͛: nitidam cape præmia uaccã.
Et dedit. accepta uoces has reddidit hoſpes.
Tutus eas: lapis iſte prius tua furta loquetur.
Et lapidem oſtendit. ſimulat Ioue natus abire.
Mox redit: & uerſa pariter cum uoce figura:
Ruſtice uidiſti ſi quas hoc limite dixit
Ire boues: fer opem: furtoq; ſilentia deme.
Iuncta ſuo pariter dabitur tibi fœmina tauro:
At ſenior: poſtq̃ merces geminata: ſub illis
Montibus inquit erãt: & erãt ſub mõtibus illis
Riſit Atlantiades: & me mihi perfide prodis:
Me mihi prodis ait? periuraq; pectora uertit
In durum ſilicem: quí nunc quoq; dicit͛ index:
Inq; nihil merito uetus eſt infamia ſaxo.
Hinc ſe ſuſtulerat paribus Caducifer alis.
Munichioſq; uolãs agros: gratamq; Mineruæ
Deſpiciebat humum: cultiq; arbuſta Licæi.
Illa forte die caſtæ de more puellæ
Vertice ſuppoſito feſtas in Palladis arces
Pura coronatis portabant ſacra caniſtris.
Inde reuertentes deus aſpicit ales: iterq;
Nõ agit in rectum. ſed in orbem curuat eundẽ.
Vt uolucris uiſis rapidiſſima miluius extis.
Dum timet: & denſi circunſtant ſacra miniſtri
Flectitur in gyrum: nec longius audet abire:
Spemq; ſuam motis auidis circunuolat alis.
Sic ſuper actæas agilis Cyllenius arces
Inclinat curſus: & eaſdem circinat auras.
Quanto ſplendidior q̃ cætera ſidera fulget
Lucifer: & quanto q̃ lucifer aurea phœbe:
Tanto uirginibus præſtantior omnibus Herſe
Ibat: eratq; decus pompæ comitum ſuarum
Obſtupuit forma Iouæ natus: & æthere pẽdẽs
Nõ ſecus exarſit: q̃ cum balearica plumbum
Funda iacit. uolat illud: & incandeſcit eundo:

Vertit iter. Conuertit ac mutat iter Mercurius. Cũ enim eſſet in cælum iturus in terras deſcendit. Cælo relicto. Quo iter & uolatum direxerat. Nec ſe diſſimulat. Nec ſe occultat eſſe Mercurium. Tanta eſt fiducia formæ. Acclamatio eſt cauſam continens: cur ſe non diſſimularet Mercurius: Adeo nãq; formoſus erat: ut nulla occultatione opus foret. Quæ q̃q̃ iuſta eſt. Fiducia formæ & pulchritudinis ſubaudiatur. Permulcetq; comas. Pectit capillos. Clamydẽ Collocat. Ita inquit componit clamydem ut apte ex omni parte pendeat. Clamys autem aliis ueſtibus ſuperimponebatur. Vt limbus totũq;. hoc eſt: ut limbus aureus totus appareat. Eſt enim. εμΔιαΔvo. ideſt unum ĩ duo diuiſum: quã figuram imperiti endiadin uocant. Cum endiadis: nec græca nec latina uox ſit. Vt teres: recta eſt autem: Caducei periphraſis: quo Mercurius dat ſomnos. adimitq; & lumina morte reſignat. Vt etiam Virgilius canit. Terſis plantis. Pulchris pedibus. Talaria autẽ ſunt Mercurii alata calciamenta. Pars ſecreta domus: Interiorem partem domus Cæcropis deſcribit in aqua Thalami filiarum erant. Ebore & teſtitudine. Nõ ſolum ebore: ſed etiam teſtudinum cruſtis thalami ornabantur: q̃uis teſtudo ædificium quoq; concameratum ſignificet: qua in ſignificatione ſi acc ipiamus eburneam teſtudinem intelligemus.

Teſtudo

Atlantis Pleioneſq; nepos. Mercurius. Pleione autem uxor Atlãtis fuiſſe memoratur. Vnde Pleiades fuere cognominatæ. Iupiter ipſe. Qui rex eſt & deorum & hominum. Abdita: ſecreta. Erichthonium in ciſta clauſum ut uidimus. Interea tectis excedere cogit. Interim inquit dũ aurum afferret: coegit Mercurium Aglauros excedere & exire domo. Dea bellica: Pallas quæ & Bellona dicitur. Torui luminis orbes. Toruos oculos quales iratis eſſe ſolent. Aegida concuteret. Aegis munimentum ẽ pectoris aereum habens in medio gorgonis caput: quo & Pallas & Iupiter uti ſolent. Subit. in mentem uenit.

Hanc. Aglauron. Profana manu. Impia. ſceleſta. Sine matre. Quod ut pauloãte diximus: Erichthonius ex ſolo ſemine Vulcani: quod ĩ terram cecidit: cum ui cum Pallade coire uellet natus eſt. Lemniacam ſtirpem. Erichthonium filium Vulcani: qui in Lemnum inſulã e cælo cecidit. Ingrataq; deo fore: ob petitam pecuniam:

Ingratamq; ſorori. Quia auaritia illam Mercurio proſtituebat. Protinus inuidiæ: primum inuidiæ domum deſcribit poeta. deinde inuidiã ipſam. Eſt autem inuidia dolor ex aliena proueniens fœlicitate. Differt ab inuidentia quod ea non ſolum ad eum qui inuidet: ſed etiam ad eũ cui inuidetur referri poteſt. Inuidentia uero ĩ eũ demum cadit qui inuidet. Nigro tabo. Nigra ſanie. Diptoton autem eſt nomen & duorum caſuum. Nam tabi & tabo ſolum inueniũtur. Antri. Speluncæ. Abdita: abſcondita ignaui frigoris: ab effectu quod ignauos & pigros efficiat.

Inuidia
Inuidentia
Inuidie domus
Diptoton.

Bello metuenda uirago. Periphraſis eſt palladis: quæ a latinis Bellona uocatur: quod in bello maxime ſit timenda. Neq; enim ſuccedere tectis fas habet. hoc eſt Palladi ut quæ eſt dea: non licet Inuidiæ domum ingredi. Extrema cuſpide. Vltima cuſpidis parte. Pallas nãq; haſtam geſtare memoratur.

Bellona

Et quos nõ habuit: ſub nubibus inuenit ignes
Vertit iter: cæloq; petit diuerſa relicto:
Nec ſe diſſimulat. tanta eſt fiducia formæ:
Quæ q̃q̃ iuſta eſt: cura tamen adiuuat illam.
Permulcetq; comas chlamidẽq; ut pẽdeat apte
Collocat: ut lymbus totumq; appareat aurum.
Vt teres in dextra qua ſomnos ducit & arcet
Virga ſit. ut terſis niteant talaria plantis.
Pars ſecreta domus ebore & teſtudine cultos
Tres habuit thalamos quorũ tu pãdroſe dextrũ
Aglauros læuum: medium poſſederat Herſe:
Quæ tenuit læuum: uenientẽm prima notauit
Mercurium: nomenq; dei ſcitarier auſa eſt:
Et cauſam aduentus. cui ſic reſpondit Atlantis
Pleioneſq; nepos. ego ſum qui iuſſa per auras
Verba patris porto. pater eſt mihi Iupiter ipſe.
Nec fingam cauſas. tu tantum fida ſorori
Eſſe uelis: proliſq; meæ matertera dici.
Herſe cauſa uiæ eſt. faueas oramus amanti.
Aſpicit hunc oculis iiſdem q̃bus abdita nuper
Viderat Aglauros flauæ ſecreta Mineruæ:
Proq; miniſterio magni ſibi ponderis aurum
Poſtulat. interea tectis excedere cogit.
Vertit ad hãc torui dea bellica luminis orbes:
Et tanto penitus traxit ſuſpiria motu:
Vt pariter pectus poſitumq; in pectore forti
Aegida concuteret. ſubit hanc arcana profana
Detexiſſe manu tum cum ſine matre creatam
Lemniacam ſtirpem contra data fœdera uidit.
Ingratamq; deo fore iam: ingratamq; ſorori:
Et ditẽ ſumpto: quod auara popoſcerat: auro.
Protinus inuidiæ nigro ſquallentia tabo
Tecta petit. domus eſt imis in uallibus antri
Abdita: ſole carens: non ulli peruia uento:
Triſtis: & ignaui pleniſſima frigoris: & quæ
Igne uacet ſemper: caligine ſemper abundet.
Huc ubi peruenit bello metuenda uirago:
Cõſtitit ante domũ (neq; enim ſuccedere tectis
Fas habet) & poſtes extrema cuſpide pulſat.
Concuſſæ patuere fores. uidet intus edentem

Notato in Inuidie domu: tum etiam mores ipſius: ut nec alibi Pulchrius: ut nec expreſſius: ad humanã naturamq; propius.



Vipereas carnes uitiorum alimenta ſuorum
Inuidiam: uiſaq; oculos auertit. at illa
Surgit humo pigre: ſemeſarumq; reliquit
Corpora ſerpentum: paſſuq; incedit inerti.
Vtq; deam uidit formaq; armiſq; decor
Ingemuit: uultumq; deæ ad ſuſpiria duxit.
Pallor in ore ſedet: macies in corpore toto:
Nuſq̃ recta acies: liuent rubigine dentes.
Pectora felle uirẽt: lingua eſt ſuffuſa ueneno.
Riſus abeſt: niſi quem uiſi fecere dolores.
Nec fruitur ſomno: uigilantibus excita curis.
Sed uidet ingratos: intabeſcitq; uidendo
Succeſſus hominũ: carpitq; & carpitur una
Suppliciumq; ſuũ eſt: quãuis tamẽ oderit illã:
Talibus affata eſt breuiter Tritonia dictis.
Infice tabe tua natarum Cæcropis unam.
Sic opus eſt. Aglauros ea ẽ. haud plura locuta
Fugit: & impreſſa tellurem repulit haſta.
Illa deam obliquo fugientem lumine cernens
Murmura parua dedit: ſucceſſorũq; Mineruæ
Indoluit: baculumq; capit: quem ſpinea tortũ
Vincula cingebant: ad opertaq; nubibus atris
Quacũq; ingreditur florentia proterit arua:
Exuritq; herbas: & ſumma papauera carpit.
Afflatuq; ſuo populos urbeſq; domoſq;
Polluit: & tandem Tritonida conſpicit arcem
Ingeniis opibuſq; & feſta pace uirentem.
Vixq; tenet lachrimas: quia nil lachriabile cernit.
Sed poſtq̃ thalamos intrauit Cæcrope natæ
Iuſſa facit: pectuſq; manu ferrugine tincta
Tangit: & hamatis præcordia ſentibus implet:
Inſpiratq; nocens uirus: piceumq; per oſſa
Diſſipat: & medio ſpargit pulmone uenenum.
Neue mali cauſæ ſpatium per latius errent.
Germanã ante oculos: fortunatumq; ſororis
Coniugiũ: pulchraq; deum ſub imagine ponit:
Cunctaq; magna facit: quibus irritata dolore
Cæcropis occulto mordetur: & anxia noctæ:
Anxia luce gemit: lentaq; miſerrima tabe
Liquitur: ut glacies incerto ſaucia ſole.
Feliciſq; bonis aliter non uritur Herſes.
Quam cum ſpinoſis ignis ſupponitur herbis.
Quæ neq; dãt flãmas. leniq; tepore cremant.

Vipereas carnes. Viperearũq; ſic qđ ui pariãt: ſunt appellatæ. Inuidiam. Eleganti Phantaſia Inuidiæ & corpus & figuram humanã & actiones attribuit. Ea uero omnia deſcribit quæ inuidis ineſſe ſolent. Viſaq; oculos auertit: a uiſa inquit inuidia Pallas oculos auertit ne diutius illam ſpectaret. Corpora. Carnes. Vultumq; deæ ſuſpiria duxit. Ordo eſt & ſenſus: & ad uultũ deæ ſuſpiria traxit. Cum enim uultum deæ uidiſſet hylarem: inuidia dolore affecta ſuſpirauit.

Inuidie deſcriptio

Nuſquã recta acies. Oculorum intelligatur: Inuidi nãq; non recto ſed obliquo utuntur uiſu. Liuent. liuidi & nigri ſunt. Suffuſa. Perfuſa. Infecta. Niſi quem uiſi fecere dolores: nõ ipſius ſed aliorum. Inuidi nãq; alienis & malis gaudẽt & bonis dolent. Nec fruitur ſomno: nec dormire poteſt. Excita. concita: ſtimulata. Vigilantibus curis: ab effectu curæ dicuntur uigilantes: quod hominem uigilare cogant neq; dormire patiantur. Sed uidet ingratos: non gratos ac ſibi diſplicentes. Intabeſcit. Paulatim conſumitur. Carpitq; & carpitur una. Simul ĩquit & ledit & leditur. Suppliciumq; ſuum eſt. hoc eſt: ſibiipſi: eſt ſupplicium. Inuidus enĩ ſeipſum ſemp rodit paulatimq; conſumit. Quãuis tamẽ. ordo eſt. Quãuis oderit illam: talibus tamen ẽ allocuta. Tritonia Pallas a tritonide palude: apud quã primũ apparuiſſe fingitur. Tritonia fuit cognominata. Infice tabe tua. hoc ẽ: ueneno tuo inquina ac imbue. Breuem autem iccirco Palladi attribuit orationem poeta: ut ſignificet deam inuidiæ aſpectum diutius ferre non potuiſſe.

Pallas. Tritonia minerua

Et impreſſa tellurẽ reppulit haſta. Hoc ex uulgari opinione dicitur. Neq; enim tellus cum ſit immobilis repelli poteſt: quãuis uulgo uideatur.

Obliquo lumĩe: obliq̃s oculis: qualibus ĩuidi aſpicere ſucceſſus alioꝶ ſolent. Succeſſorumq; Mineruæ indoluit. Archaiſmos eſt: hoc eſt. antiqua locutio. Nunc enim ſucceſſibus dolere dicimus. Proterit: pſternit. Ea autem deſcribit poeta: quæ inuidoꝶ oculi efficere creduntur.

Tritonida arcem. Athenarum arcem Palladi dicatam. Poſuit autem patronymicũ pro poſſeſſiuo. Ingeniis: propter multitudinem præſtantiſſimoꝶ & artificum: & oratoꝶ: & phyloſophoꝶ hoc dicit. Et feſta pace. ab effectu. Nam tẽpore pacis feſta celebrantur. Virentẽ. florentem.

Ferrugine. ferri erugo ferugo uocatur. Præcordia. Venæ ſunt cordi præiacentes: præcordia quæ curarum ſedes eſſe dicũtur. Hamatis ſentibus: recuruis ſpinis: qualis eſt hamus. Eſt autẽ nomen participio ſimile hamatus: ut galeatus.

Præcordia

Piceum. nigrum. Neue mali cauſæ: hoc eſt. Ne cauſæ doloris longius abſint: efficit ut felicitatem ſororis ſemper ante oculos cum maximo dolore & cruciatu habere uideatur. Cæcropis. Aglauros Cæcropis filia: eſt enim nomen patronymicum fœmininum. Mordetur. Cruciatur.

Liquitur. liqueſcit atq; ut nix ad ſolem conſumitur. Lenta tabe: corruptione quæ paulatim fit. Incerto ſole. debili ac parum uehementi ſole. Leni tepore. exiguo calore.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Iactare

Truncus

Iactanti.fruſtra dicenti: eſt enim iactare interdum inaniter loqui: Virgilius. Talia iactanti. Interdum oſtẽtare. Deſine dixit: me rogare ſubaudiatur. Velox Cyllenius. Mercurius a Cyllene Arcadiæ monte. Iſto pacto: ut te hinc nõ moueas niſi me repulſo. Nunq̃ aũt me hinc repellere poteris. Tu igitur hic ſemper maneas. Cælatas.ſculptas atq; pictas. Ignaua grauitate. Scite epitheto diſtinxit. Nam eſt etiã grauitas honeſta. Partes quaſcũq;: In ꝑpoſitio ſubaudiatur: ut in quaſcũq; flectitur itelligamus. Deſcribit aũt quẽadmodũ Aglauros in ſaxum fuit cõmutata ac limini ianue: ubi ſederat ita affixa: ut nũq̃ ſurgere potuerit. Illa quidẽ pugnat. Contẽdit conatur. Se attollere: ſe erigere. Recto trunco. Erecto pectore. Nam truncus ea pars corporis dicitur: quæ eſt intra collum & coxas. Riget: rigida ac dura eſt facta. Malum cancer: morbus ẽ cancer: quod græci Carcinoma uocant: paulatĩ corpus rodens. Sic letalis hyems. Mortiferũ frigus.

Reſpiramina. Pulmonis reſpiratiões. Signũ exangue. Statua ſine ſanguine & mortua. In ſtatuam nãq; lapideã Aglauros fuit cõuerſa. Sua mens ifecerat illam. Inuidoꝝ nãq; corpora ſunt nigra: quẽadmodũ & mens nigra eſſe ſolet: & nocens. Infecerat: maculauerat. Mentiſq; prophanæ: a ſacris ac religione remotæ. Tictas a Pallade terras Linquit. Periphraſis eſt athenarũ. Nam Athenæ ἀπὸ τῆς ἀθήνης. hoc eſt a Pallade dicuntur: Seuocat hunc genitor. Iupiter Europa Agenoris Phœnicũ regis filiæ amore captus Mercurio ab attica redeunti mandat: ut ſe q̃ primum in Phœniciam conferat: regiſq; armẽta ad littus appellat. Ibi nãq; cũ aliis uirginibus Europam ſpatiari uiderat. Id uero cũ effeciſſet Mercurius: omni depoſita maieſtate iupiter ĩ Taurũ ſe cõuertit: cuius dorſum poſt multas blãdicias Europa aſcẽdere auſa: in Cretã p mare ab ipſo Ioue eſt auecta. Seuocat: ſeorſũ uocat. Delabere. deorſũ labere atq; deſcẽde. De nãq; ꝑpoſitio ĩ cõpoſitione interdũ auget: ut Deamore ſyre apud Terẽtiũ. Interdũ ſignificat deorſũ: ut deuolo: demitto decurro: & ſimilia. Quæq; tuã matrẽ tellus. Periphraſis ẽ Phœniciæ: q̃ a parte ſiniſtra ſeptẽtrionẽ uerſus ſubiicitur Pleiadibus: quaꝝ una eſt Maia Mercurii mater. Suſpicit ſurſum aſpicit: Interdũ ſuſpicere mirari ſignificat. Indigene. Inde geniti ĩcole. Sidonida. Sidoniã: Patronymica nãq; forma p poſſeſſiua ac potius ꝑpria eſt uſus poeta. Nã Sidon urbs ẽ Phœniciæ. Vnde Phœnicia ipſa Sidonia uocatur. Dixit & expulſi. Mira celeritate ac dicto citius Iouis mãdata executus eſt Mercurius. Iãdudũ: qua ꝑmũ. Virgibus Tyriis. Tyrus a Tyro phœnicis filio dicta: & ĩſula & urbs ẽ Phæniciæ: Sidoni uicina. Nõ bene cõue. Nõ decet inq̃t grauẽ uiꝝ amori indulgere: quã ob cãm ſe in tauꝝ Iupiter cõuertit ut cõmodius uirgine amata potiretur. Ille pa.rect deũ. Emphaſis eſt. Plus enĩ q̃ eloq̃tur ſignificat. hoc eſt. Ille potẽtiſſimus q oĩbꝰ ꝑeſt: q oĩum ẽ caã. Triſulcis ig. fulminibꝰ quoꝝ triplex ẽ effcũs. Afflãt.n. ſcĩdũt & urũt.

Colla to.ex. Pulcherrimũ. Deſcribit tauꝝ ĩ quẽ Iupit̃ ẽ mutatus. Toris: pulpis. Ext. eminẽt. Pal.

Iupiter ĩ taurum

De ꝑpoſitio

Phænicia uñ Sydonia

Tyrus unde

Sæpe mori uoluit: nec quicq̃ tale uideret.
Sæpe uelut crimen rigido narrare parenti.
Deniq; in aduerſo uenientem limine ſedit:
Excluſura deum: cui blandimenta preceſq;
Verbaq; iactanti mitiſſima: deſine dixit:
Hinc ego me non ſum niſi te motura repulſo.
Stemus ait pacto uelox Cyllennius iſto:
Cælataſq; fores uirga patefecit. at illi
Surgere conanti partes quaſcũq; ſedendo
Flectitur: ignaua nequeunt grauitate moueri.
Illa quidem pugnat recto ſe attollere trunco:
Sed genuũ iunctura riget: friguſq; p ungues
Labitur: & pallent amiſſo ſanguinæ uenæ.
Vtq; malum late ſolet immedicabile cancer:
Serpere: & illæſas uitiatis addere partes:
Sic letalis hyems: paulatim in pectora uenit:
Vitaleſq; uias & reſpiramina clauſit.
Nec conata loqui eſt: nec ſi conata fuiſſet:
Vocis habebat iter. ſaxum iam colla tenebat.
Oraq; duruerãt: ſignumq; exangue ſedebat.
Nec lapis albus erat. ſua mens infecerat illam.
Has ubi uerborum pœnas mentiſq; prophanæ
Cedit Atlantiades: dictas a Pallade terras
Linquit: & ingreditur iactatis æthere pennis.
Seuocat hunc genitor. nec cãm faſſus amoris
Fide miniſter ait iuſſorum nate meorum:
Pelle moram: ſubitoq; celer delabere curſu:
Q uæq; tuam matrem tellus a parte ſiniſtra
Suſpicit indigenæ ſidonida nomine dicunt.
Hanc pete: quodq; ꝓcul mõtano gramie paſci
Armentum regale uides ad littora uerte.
Dixit: & expulſi iãdudum monte iuuenci
Littora iuſſa petunt: ubi magni filia regis
Ludere uirginibus tyriis comitata ſolebat.
Non bene cõueniunt: nec in una ſede morant̃
Maieſtas & amor. ſceptri grauitate relicta
Ille pater rectorq; deum: cui dextra triſulcis
Ignibus armata eſt: qui nutu concutit orbem:
Induitur faciem tauri: mixtuſq; iuuencis
Mugit. & in teneris formoſus obãbulat herbis.
Q uippe color niuis eſt: quã nec ueſtigia duri
Calcauere pedis. nec ſoluit aquaticus auſter.
Colla toris extant. harmis palearia pendent.



pelles craſſiores ab armis colloq; boum pendentes palearia dicũtur. Nec formidabile lumẽ: nec truces inquit erant oculi tauri illius. Sed quauis mitẽ. Eleganter puellæ naturã exprimit. Timidæ nãq; ſolẽt eſſe puellæ.

Et dũ ueniat: donec fruatur ſperata concubitus uoluptate. Vix ah uix cætera differt. Cum difficultate inquit concubitum differre poteſt in aliud tempus. Et nũc alludit: ad ludentem puellam ludit. Vt enim arridere eſt ad ridentem ridere: ſic alludere eſt ad ludentem ludere. Interdum alludere eſt obſcure aliquid ſignificare. Impediẽda. liganda. Falſa ueſtigia. ſimulatos pedes: non enĩ erãt tauri pedes: ſed falſi atq; ſimulati. Senſim. Paulatim. Mediiq; p æquora ponti. Aequor ab æquo deriuatũ tam de cãpo q̃ de mari dicitur. Virgilius. At prius ignotũ ferro q̃ ſcindimus æquor. Pro mari aũt ponitur æquato: quod uentis nõ ẽ cõmotũ. Pauet hæc. timet. Virginis aũt naturã expreſſit. Virgines natura ſunt timidæ. Ablata. Aſportata a Ioue in tauꝝ cõuerſo.

Alludere

Aequor

Reſpicit. Retro aſpicit. Caput.n. ad littus conuertebat. Dorſo. Tergo. Sinuantur. Flectũtur Curuãtur tumeſcũt. in ſinus. Flamine. uento.

Cornua parua quidẽ: ſed quæ cõtẽdere poſſes
Facta manu: puraq; magis perlucida gemma.
Nullæ in fronte minæ: nec formidabile lumen.
Pacem uultus habet. miratur agenore nata
Q uod tam formoſus: q; prœlia nulla minetur.
Sed quis mitem metuit contingere primo:
Mox adit: & flores ad candida porrigit ora:
Gaudet amans: & dũ ueniat ſperata uoluptas
Oſcula dat manibus: uix ah uix cætera differt.
Et nunc alludit: uiridiq; exultat in herba.
Nunc latus infuluis niueum deponit harenis.
Paulatimq; metu dempto mõ pectora præbet
Virginea palpanda manu: modo cornua ſertis
Impedienda nouis auſa eſt quoq; regia uirgo:
Neſcia quem præmeret: tergo conſidere tauri.
Tum deus a terra ſiccoq; a littore ſenſim
Falſa pedum primo ueſtigia ponit in undis.
Inde abit ulterius: mediiq; per æquora ponti
Fert prædam. pauet hæc: littuſq; ablata relictũ
Reſpicit: & dextra cornu tenet: altera dorſo
Impoſita eſt. tenues ſinuantur flamine ueſtes.

P. Ouidij Naſo. methamor. Liber tertius.

Amq; deus poſita fallacis imagine tauri
Se confeſſus erat: Dictæaq; rura tenebat.
Cum pater ignarus raptam perquirere Cadmo
Imperat: & pœnam: ſi non inuenerit: addit
Exilium: facto pius & ſceleratus eodem.
Orbe pererrato (quis enim deprendere poſſet
Furta Iouis?) profugus patriamq; irãq; parẽtis
Vitat Agenorides: Phœbiq; oracula ſupplex
Conſulit: & quæ ſit tellus habitanda requirit.
Bos tibi Phœbus ait ſolis occurret in aruis
Nullum paſſa iugum: curuiq; immunis aratri.
Hac duce carpe uias: & qua requieuerit herba
Mœnia fac condas: Bœotiaque illa uocato.

Raphaelis Regii ĩ tertium metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

Amq; deus poſita. Hũc quoq; librũ tam cõcine cũ ſupiore cõnectit poeta: ut mutationẽ dentiũ Martii ſerpẽtis ĩ uiros armatos ex priore fabula educere uideatur. Agenor nãq; Europæ pater amiſſam filiã putãs Cadmo mãdauit: ut aut eam iueniret: aut domũ nõ rediret. Cadmus uero cũ fere totũ terraꝝ orbem pagraſſet: neq; ſororẽ uſq̃ iueniret: Apollinẽ cõnſuluit ubi cõmode habitare poſſet. Cui Apollo reſpõdit: ut uaccam ſibi oblatã ſequeretur: ac ubi ea qeſceret: urbẽ ædificaret Bœotiaq; ἀπὸ τῆς βοὸς hoc eſt a boue appellaret. Cadmus igitur templo egreſſus uaccã eſt conſectatus: quæ cum feſſa ꝓcubuiſſe. locũ eſſe condẽdæ urbi ſibi aſſignatũ cognouit. Ioui igitur ſacrificaturus ad auriẽdas aquas e uicino fonte ſocios miſit. Ipſi uero a dracone correpti cũ nõ redirẽt: Cadmus ipſe ꝓfectus: & uaſtũ draconem interfecit: & palladis monitu eius dẽtes ſeminauit: ac terra obruit: ex qua ſtatim hoĩes armati ſunt nati: q ſe inuicem oẽs ꝑter qnq; interfecerunt. Fallacis tauri. Falſi & ſimulati. Se cõfeſſus erat. Se manifeſtarat Iouem eſſe. Dictæa arua. Cretẽſia. Nam dicte mons eſt Cretæ a Dicte nympha cognomĩatus. in Creta autem Iupiter regnauit. Cũ pater. Agenor Beli filius. Facto pius & ſceleratus eodem. Pius qdem quærendo filiã fuit Agenor. Sceleratus aũt filio exiliũ indicendo. Orbe pererrato. Peruagato: ẽ autem participiũ cõtra grãmaticãrõnem formaꝝ. Inſoluta nãq; oratione diceret. Poſtq̃ p totũ terraꝝ orbẽ errauit. Quis.n. deprẽdere poſſet. Parentheſis cãm continens cur Cadmus in patriam nõ redierit. Neq; enĩ Europam ſororẽ a Ioue raptã iuenire potuit. Cũ Iouis furta non poſſint ab hoĩe depꝛhendi. Vitat Agenorides. cadmus Agenoris filius. Agenor aũt fortis contumax: & ſupbus interꝑtatur. Solis. deſertis.

Immunis expers q̃ nunq̃ traxerit aratrũ. Carpe uias. uade: Perge. Bœotiaq; illa uocato. ἀπὸ τῆς βοὸς: ut paulo ante diximus. Bœotia fuit cognominata Apollinis oraculo ita mandante. Tametſi qdam: ut refert Stephanus: a bæoto Itoni filio Deucaliõis & pyrrhæ abnepote Nicocra

Bœotia uñ

Cadmus bœotie cõditor

Dicte mons unde

Agenor



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

teſ aũt a Bœóto Neptuni & Arnes filio Bœótiá denominatá uelint. Bœotón uero appellarunt paſtores: quòd í boum paternaꝝ ſtercoribus puer uolutaret: ut Euphorion ſcribit. Sed Ouidius ut dixi: coꝝ ſeqtur opinioné. q a boue Cadmi duce cognominatá uolũt. Sola uero bœotia ex oib⸗s greciæ regióibus ad tria maria uerſus diſpoſitos cultores habet. Alii náq; Peloponeſum Siculũq; & Adriacũ ſinũ reſpitiunt. Alii ad Aegyptũ Cyprũq; & alias íſulas ſunt cõuerſi. Alii Euripũ ac Macedoniæ Theſaliæq; mare ſpectát. Boetia qdé legitur: ſed cũ græci per o i & ω magon Βοιωτίαμ ſcribant: mirandũ ẽ latinoſ Bœotiá quoq; non pnũciare: cũ pſertim & ſyllabæ quantitas & carminis rõ græcoꝝ expoſcat orthographiá: qre cũ œ diphthõgo bœotiá a nobiſ quoq; contẽderim eſſe ſcribendũ. Illud obiter admonuerim eum q uulgo boetius uocat: Viꝝ oí doctrinæ genere pſtantem: Boethũ a noíe priſci phyloſophi: q auxiliator tráſferri põt eẽ appellandũ: Cadmus aũt: ut Strabo ſcribit. Arcẽ Cadmeá ædificauit cui Thebæ ab ipſius poſteris adiectæ fuerunt.

Vix bene Caſtalio Cadmus deſcenderat antro:
Incuſtoditam lente uidet ire iuuencam:
Nullum ſeruitij ſignum ceruice gerentem.
Subſequitur: preſſoque legit ueſtigia greſſu.
Auctoremque uiæ Phœbũ taciturnus adorat.
Iam uada Cephiſi panopeſque euaſerat arua:
Bos ſtetit: & tollens ſpecioſam cornibus altis
Ad cælum frontem mugitibus impulit auras.
Atq; ita reſpiciens comites ſua terga ſequentes
Procubuit. teneraq; latus ſubmiſit in herba.
Cadmus agit grates: peregrinæq; oſcula terræ
Figit: & ignotos montes agroſq; ſalutat:
Sacra Ioui facturus erat. iubet ire miniſtros:
Et petere e uiuis libandas fontibus undas.
Sylua uetus ſtabat nulla uiolata ſecuri:
Et ſpecus in medio uirgis ac uimine denſus:
Efficiẽs humilem lapidum compagibus arcũ
Vberibus fœcundus aquis. ubi cõditus antro
Martius anguis erat criſtis præſignis & auro.
Igne micãt oculi: corpus tumet omne ueneno:
Treſq; micãt linguæ. triplici ſtãt ordie dentes.
Q uem poſtq̃ Tyria lucum de gente profecti
Infauſto tetigere gradu: demiſſaq; in undas
Vrna dedit ſonitũ: longo caput extulit antro
Cæruleus ſerpens: horrendaq; ſibila miſit.
Effluxere undæ manibus: ſanguiſq; reliquit
Corpus: & attõitos ſubitus treor occupat artuſ
Ille uolubilibus ſquamoſos nexibus orbes
Torquet: & immenſo ſaltu ſinuatur in arcus.
At media plus parte leues erectus in auras
Deſpicit omne nemus: tãtoq; ẽ corpore: quãto
Si totum ſpectes: geminas qui ſeparat arctos
Nec mora phœnicas ſiue illi tela parabant.
Siue fugã: ſiue ipſe timor prohibebat utrunq;:
Occupat hos morſu longis complexibus illos
Hos necat afflatu: funeſta hos tabe ueneni.
Fecerat exiguas iam ſol altiſſimus umbras.
Q uæ mora ſit ſocijs miratur Agenore natus.
Veſtigatq; uiros. tegimen direpta leonis

Caſtalius fõs unde: Caſtalio antro. Spelũca Delphici oraculi: Caſtalius fons ẽ Parnaſi muſis ſacer a uirgie caſtalia dictus: q cũ apollinẽ ſe amantẽ fugeret: e monte cadens in fontẽ ſui nois fuit cõmutata.

Nullũ ſeruitii ſignũ. hoc eſt. q̃ nullũ iugũ paſſa erat. Seruitiũ aũt interdũ ſeruitutẽ: interdũ ſeruorum multitudinẽ ſignificat. Preſſo greſſu. repſſo & tardo: ne anteiret: ſeqtur uaccá. Legit. Tráſit. Veſtigia ſigni pedũ uaccæ. Iá uada Cephiſi. Fluuius ẽ Bœotiæ Cephiſus. Panope uñ: Panopes. arua. Panope urbs fuit Phocidis a Panopeo phoci filio appellata. Vñ panopeus triſyllabũ gẽtile nomen. Stetit. Subſtitit. Mugitibus ipu. aur. Mugitus i aerẽ emiſit. Comites. Cadmũ cum ſociis. Agit gra. apollini. Sylua ue. ſta. Erecta erat. Nulla uiolata ſecuri. Quæ nũq̃ fuerat cæſa. Humilẽ arcũ. depreſſũ. Martius ang. Marti dicatus ac bellicoſus. Criſtis & au. Criſtis aureis. Horrẽdũ aũt deſcribit dracoñẽ. Præſignis. Inſignis. notabilis.

Serpentis deſcriptio: Igne mi. oc. rubore oculi fulgẽt. Tumet. Inflatũ ẽ & repletũ. Treſq; mi. lin. Serpẽtibus lõgiſſimá ac triſulcá linguá eſſe Pli. ſcribit: eoq; tres linguas habere uidẽtur. Micant. Saliũt & celeriter mouẽtur. Stát. Horrẽt. Tyria de gẽ. pf. Cadmi ſocii q de phœnicia: ubi ẽ Tyrus uenerát. Infauſto gradu. Infelici paſſo: oẽs. n. a dracõe illo necati ſunt. Vrna. uas ẽ hauriẽdæ aq̃ accõmodatum ab urinádo dictũ: qđ i puteis ſubmergaꝛ. Ceruleus ſer. Niger & pp hoc horrẽdus. Effluxere uñma. Vrna aqs plena e manibus miniſtroꝝ timore Draconis illius excidit: ẽ eni methonimia. Cõtentũ náq; pro cõtinẽti poſitũ ẽ. Ságuiſq; religt cor. Miniſtros ex palluiſſe metu ſerpẽtis poeta ſignificat. Nexibus. nodis. Orbes: ſperas: q̃s ſerpentes cauda efficiunt. Sinuatur: contrahitur: curuatur: flectitur. Tantoq; eſt corpore. Tá magnus inqt erat ille ſerpens. quantus eſt is q inter duas urſas i cælo ſpectatur. Eſt aũt tantus ut fluuius eſſe uideatur: Vt Virgi. ſcribit. Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis. Circũ perq; duas in morẽ fluminis arctos. Arctos oceani metuẽteſ æquore tingi. Geminas arctos. Duas & ſimiles urſas. Phœnicas. Cadmi comites phœnices aq̃tũ miſſos. Eſt eni græcus accuſatiuus. Funeſta ta. ue. Mortifera ueneni corruptiõe & ſanie. Fecerat exiguas. Iam inqt meridies erat. exiguæ eni in meridiæ ſolent eſſe umbræ: quo tẽpore ſol eſt altiſſimus. Veſtigat. per ueſtigia inquirit.



Pellis erat. telum ſplendenti lancea ferro:
Et iaculum: teloq; animus preſtantior omni.
Vt nemus intrauit: lætataq; corpora uidit:
Victoremq; ſupra ſpatioſi corporis hoſtem
Triſtia ſanguinea lambentem uulnera lingua
Aut ultor ueſtræ fidiſſima corpora mortis
Aut comes inquit ero. dixit: dextraq; molarem
Suſtulit: & magnum magno conamine miſit
Illius impulſu cum turribus ardua celſis.
Mœnia mota forẽt: ſerpens ſine uulnere mãſit
Loricæq; modo ſquammis defenſus & atræ
Duricia pellis ualidos cute reppulit ictus:
At non duricia iaculum quoq; uicit eadem:
Q uod medio lentæ ſpinæ curuamine fixum
Conſtitit & totum deſcendit in ilia ferrum.
Ille dolore ferox caput in ſua terga retorſit:
Vulneraq; aſpexit: fixumq; haſtile momordit:
Idq; ubi ui multa partem labefecit in omnem:
Vix tergo eripuit: ferrum tamen oſſibus hæſit.
Tum uero poſtq̃ ſolitas acceſſit ad iras
Cauſa recẽs: plenis tumuerunt guttura uenis:
Spumaq; peſtiferos circũfluit albida rictus:
Terraq; raſa ſonat ſquãmis: quiq; halitus exit
Ore niger Stygio uitiatas inficit herbas.
Ipſe modo immenſum ſpiris faciẽtibus orbem
Cingitur. interdum longa trabe rectior extat
Impete nũc uaſto ceu cõcitus hibribus amnis
Fertur: & obſtantes perturbat pectore ſyluas
Cedit Agenorides paulum: ſpolioq; leonis
Suſtinet incurſus: inſtantiaq; ora retardat
Cuſpide prætenta. furit ille: & inania duro
Vulnera dat ferro: figitq; in acumine dentes.
Iamq; uenenifero ſanguis manare palato
Cœperat: & uirides aſpergine tinxerat herbas.
Sed leue uulnus erat: qa ſe retrahebat ab ictu:
Læſaq; colla dabat retro: plagamq; ſedere
Cedendo arcebat: nec longius ire ſinebat.
Donec Agenorides cõiectum in guttura ferrũ
Vſq; ſequens preſſit: dum retro quercus eunti
Obſtitit: & fixa eſt pariter cum robore ceruix.
Pondere ſerpentis curuata eſt arbor: & imæ
Parte flagellari gemuit ſua robora caudæ.

Lætata. leto data: extincta. Nomen eſt participio ſimile a leto quod mortem ſignificat: declinatum. Letum Spatioſi corporis: uaſtiſſimi Sanguinea lingua. Rubra & Sanguine infecta. Aut ultor: aut inquit Cadmus ueſtrá mortem ulciſcar o fidiſſimi Socii: aut una uobiſcum moriar.

Fidiſſima corpora. o fidiſſimorum ſociorum cadauera. Molatem. lapidem tam magnũ ut ex eo mola confici poſſit. Molares enim lapides dicuntur ex qbus molæ conficiuntur. Molaris Magno conamine: magno ipetu. Illius impulſu: q̃ uaſtus q̃q; dura pelle fuerit ille ſerpẽs aperte ex hac hyperbole colligitur: ſimul etiam q̃ ualidus robuſtuſq; ac pſenti aío foret Cadmus facile cognoſcitur. Qui enim molarẽ lapidem e terra tollit: tantoq; conatu iacit: ut turris concuti poſſit: is nimirum maximis uiribus eſt iudicandus. Emphaſis eſt igitur hoc loco: per quá plus intelligitur q̃ dicatur. Validos ictus: ualide & fortiter illatos.

Vicit. repulit. Tunc enim iacula uinci dicuntur cum repelluntur. Lentæ ſpinæ: flexibilis dorſi. In ilia: in inteſtina. Labefecit: labare fecit.

Ferrũ tamen oſſibus heſit: Iaculi iquit ferrum oſſibus infixum remanſit. Solitas ad iras. Ad conſuetá rabiem. Acceſſit: adiuncta fuit. Cá recens uulnus a Cadmo illatum. Peſtiferos rictus: uenenata ora. Albida: alba. Rictus: ora.

Ore ſtygio: uenenato: qualis eſt ſtyx inferorũ palus. Inficit: maculat: polluit: inquinat. Ipſe modo imenſum: interdum inquit iſperas & maximum orbem contrahitur: Interdum in longitudinem extẽditur. Eleganter autem ut omnia ſerpentis uulnerati naturam effingit poeta. Impete: pro impetu metri cauſa interdum poetæ impete utuntur. Fertur. Ruit. Perturbat. Proſternit. Spolioq; leonis. Pelle leonis. Cuſpide prætenta. Obiecto iaculi ferro. In acumine: in cuſpide. Manare: fluere Aſpergine: aſperſione ſanguinis. Dabat retro. Trahebat retro. Plagamq; ſedere: hoc eſt: cedẽdo plagam in corpus deſcendere non permittebat. Longius ire: altius deſcendere in corpus. Vſq; ſequens preſſit. Eouſq; ſequens infixit donec quercus obſtitit illi retro ſe a uulnere trahenti. Cum robore: cũ quercus ſtipite. Pondere ſerpẽtis. ex hac quoq; Emphaſi quantus fuerit ille ſerpens colligitur: cuius pondere quercus ſtipes fuerit curuatus. Gemuit. doluit. Rei autem inanimatæ ſenſum tribuit poeta Sua robora: ſuum truncum. Flagellari: percuti ac uerberari.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Spatium.Magnitudinem. Promptũ. facile. Vñ: a quo emiſſa fuerit ſubaudiatur. Et tu ſpectabere ſerpens. Nã Cadmus relicta Spynge uxore:Hermioneq; Martis & Veneris filia accepta:ab Amphione & zeto fuit expulſus regno: & cũ ad Illyrios cõfugiſſet:ad ſenectutẽq; peueniſſet ĩ ſerpentẽ dicit fuiſſe cõuerſus. Rigebant. horrebant. Ecce uiri fautrix. Repentinũ Palladis aduentũ illa particula ecce ſignificat. Motæ terræ. Aratæ.Serpentis dentes in hoĩs armatos. Mortalia ſemina: hoĩum ſemina nõ frugũ. Nã hoĩes armati ex illis dẽtibus orti finguntur. Fide maius:parẽtheſis: qua ſignificatur hoc eſſe fabuloſum.Oẽm nãq; fidẽ hoc exupat: hoĩes armatos ex draconis dentibus eſſe natos. Primaq; deſulcis.Haſtæ inquit primæ propter longitudinem e ſulcis exire uiſæ ſunt. Eſt autẽ figurata locutio atq; poetica. Si eni eſſet ꝓſa oratio : haſtæ apparuerunt diceretur. Tegmina mox capitũ: Periphraſis eſt galeaꝝ. Picto cono:criſta picta uariis pẽnarum coloribus. Exiſtũt.extant:eminent:extra terrã ſtant. Clypeata: ſcutata:nomẽ participio ſimile. Sic ubi.Pulchra ſimilitudine declarat:quo mõ paulatim uiri illi armati ſint nati.Sic inqt nati ſunt: ut uidentur ſigna & imagines ſurgere cũ aulæa parietibus affiguntur. Aulæa:ab Aula Attali regis: ubi primũ inuenta ſunt: fuere uocata. Feſtis Theatris:in qbus ludi ac dies feſti celebrãtur: Theatra aũt cũ ludi fiebant aulæis ornabantur. Dederat leto : ĩterfecerat. Subiti fratres:ſubito nati. Plangebat: percutiebat. Nã cadẽtes terrã feriũt. Sidonius hoſpes: Cadmus phœnix. Iuſſam urbẽ. Thebas Bœotias: Phœbeis ſortibus.Apollinis oraculis. Iã ſtabant Thebæ.Hæc iccirco narrantur:ut Actæonis in ceruũ trãſformatio cõcinnius cũ ſupiore fabula iungatur: Thebæ aũt fuerũt appellatæ a Thebæ ægypti urbæ ampliſſima:unde Agenorẽ Cadmi patrẽ cũ Phœnice fratre ueniſſe: atq; apud Tyrũ & Sidonẽ regnaſſe auctor eſt Euſebius.Fuit ẽt Thebæ urbs Lycie patria Andromaches Hectoris uxoris.de q̃ Oui.ipſe libro de triſtibus p̃mo:Nec cruciere minus q̃ cũ Thebana cruentũ Hectora Theſſalico uidit ab Axe trahi. Alia quoq; ẽ urbs hoc noĩe in Lucania:ut ſcri.Pli.quarto naturalis hyſto. Stabant:erectæ ex edificatæq; erãt. Soceri tibi Marſq; Venuſq;.Vxorẽ nãq; Hermionẽ duxit Cadmus Martis Veneriſq; filiã. Huc adde genus:ꝓgeniẽ. De cõiuge tanta:quanta ẽ Hermione. Tot natos nataſq;. Ex hermione qdem filias quattuor Semelẽ: Agauẽ: Autonoẽ. Ino ĩ lydoꝝ Cadmus ſuſtuliſſe memoratur: Quos uero alios filios ſuſcepit nuſq̃ memini me legiſſe. Et pignora cara nepotes. Hi fuerunt Bacchus ex ſemele & Ioue. Pentheus ex Agaue & Echione Actæon ex autonoe & ariſtæo. Learcus & Melicerta ex Ino & Athamante. Sed.ſ. ultima ſemp. ſnĩa eſt Solonis phi:qua Crœſi lydoꝝ regis diuitias ſugillauit.Cum.n.Crœſus ſe fœlicẽ eſſe iactaret:neminem ante ſupmũ diem rectæ fœlicẽ dici poſſe Solon admonuit: cuius ſnĩæ quidem Crœſus memor : cũ a Cyro pſarũ rege foret captus rogoq; impoſitus Solonẽ appellauit dicẽs:

Serpẽtis dentes ĩ homies armatos

Aulæa

Actæõ in ceruum

Dum ſpatium uictor uicti conſiderat hoſtis:
Vox ſubito audita ẽ: neq; erat cogõſcẽ prõptũ
Vnde:ſed audita ẽ.qđ Agenore nate peremptũ
Serpentem ſpectas? & tu ſpectabere ſerpens:
Ille diu pauidus pariter cum uoce colorem
Perdiderat:gelidoq; comæ terrore rigebant.
Ecce uiri fautrix ſuperas delapſa per auras
Pallas adeſt:motæq; iubet ſupponere terræ
Vipereos dentes:populi incrementa futuri.
Paret & impreſſo ſulcum patefecit aratro.
Spargit humi iuſſos mortalia ſemina dentes.
Inde (fide maius) glebæ cœpere moueri:
Primaq; de ſulcis acies apparuit haſtæ.
Tegmina mox capitum picto nutantia cono.
Mox humeri pectuſq; oneerataq; brachia telis
Exiſtunt:creſcitq; ſeges clypeata uirorum.
Sic ubi tolluntur feſtis aulæa theatris:
Surgere ſigna ſolẽt:primũq; oſtendere uultus:
Cætera paulatim:placidoq; educta tenore
Tota patẽt:imo quæ pedes in margine ponũt.
Territus hoſte nouo cadmus cape arma pabat
Ne cape de populo:quẽ terra creauerat: unus:
Exclamat:nec te ciuilibus inſere bellis.
Atq; ita terrigenis rigido de fratribus unum
Comminus enſe ferit.iaculo cadit eminus ipſe.
Hic quoq; qui dederat leto:non longius illo
Viuit:& expirat modo quas acceperat auras:
Exemploq; pari furit omnis turba:ſuoq;
Marte cadunt ſubiti p mutua uulnera fratres.
Iamq; breuis uitæ ſpatium ſortita iuuentus
Sanguineam tepido plangebat pectore matrẽ
Q uinq; ſuperſtitibus: quoꝝ fuit unus echion
Is ſua iecit humi monitu Tritonidis arma:
Fraternæq; fidem pacis petijtq;:deditq;.
Hos operis comites habuit Sidonius hoſpes.
Cum poſuit iuſſam phœbeis ſortibus urbem.
Iam ſtabãt Thebæ. poteras iam Cadme uideri
Exilio fœlix.ſoceri tibi Marſq; Venuſq;
Cõtigerant. huc adde genus de coniuge tanta:
Tot natos nataſq; & pignora cara nepotes:
Hos quoq; iã iuuenes:ſed ſcilicet ultima ſemp
Expectanda dies homini eſt:diciq; beatus
Ante obitum nemo: ſupremaq; funera debet.



o Solon Solon:ac ſi diceret:q̃ uera mihi dixiſti.Cyrus uero cũ eam accepiſſet ſnĩam:Crœſum non ſolum liberauit:ſed etiam in maxio honore habuit. Prima nepos.Actæon ariſtæi & autonoes filius uenando feſſus cũ opacum quereret locũ:forte ad fontẽ peruenit:ubi ſe Diana nuda cũ comitibus abluebat quæ irata eũ ſtatim in ceruũ mutauit:ne cui unquã ſe Dianã nudã uidiſſe iactare poſſet.hoc uero iccirco fictũ eſt qa Actæõ uenatiõi admodũ fuit deditus:totũq; patrimoniũ canes alendo cõſumpſit.Sũmam aũt fabulæ primũ deſcribit poeta:deinde diffuſius oĩa aperit. Aliena cor.ceruina. Fortunæ cri.caſu nãq; offendit Dianã. Cæde ſanguine: qđ.n.antecedit pro eo quod ſeqtur poſitũ eſt. Contraxerat. corripuerat & abbreuiauerat. Meta utraq;:oriente & occidente. Iuuenis Hyantius: Thebanus.Hyantes.n.populi ſunt Bœotiæ: q & Hyantii appellantur.Hyãtia etiã urbs ẽ Locroꝝ: unde Hyãtius deriuat̃.Qui uero a fonte q nuſq̃ iueniatur:uel ab Hya Atlãtis filio hoc nomẽ deducũt: nõ minus inepti ſunt: q̃ q id putãt eſſe aduerbiũ cõpatiuũ:ab hyãte pticipio deriuatũ. Lina ma. Retia ſunt madefacta.Eſt aũt metonymia. Lina eni ex qbus retia conficiũtur ꝓ ipſis retibus ponũtur. Fortunãq; di.ha.ſa.Proſperã ſubaudiamus.

Croceis ro.Croceo & pulchro curru.A pte nãq; totũ p ſynecdochen accipimus. Propoſitũ re. op.Cras inqt Actæon adueniẽte aurora ad uenationẽ redibimus. Diſtat idẽ.ſpatiũ ſubaudiatur. Vt ĩtelligamus ſolẽ ab utraq; terra æquali ſpatio diſtare atq; abeſſe ab oriẽte & occidẽte:p quod ſignificat meridiẽ eſſe. Vtraq; terra.oriẽtali & occidẽtali. Vaporibus:feruoribus. Siſtite op.præ. Stare facit:hoc ẽ p̃ſenti operi finẽ ĩponite. Intermit.la.Vſq; in diẽ ſequẽtẽ uenandi laborẽ deponũt. Vallis erat: Topographia ẽ & uallis deſcriptio quo ſe Diana p meridiẽ cum ſuis comitibus cõferre ſolebat. Piceis:Picea arbor ẽ montana.

Acuta cu.In acutũ tendẽte. Succĩctæ:agilis & ĩduſtriæ. Cura.amor & uoluptas:erat.n. amœniſſima uallis. Nemorale.nemoribus tectum.

Pumice ui.Naturali. Pumex aũt lapis ẽ leuis:cauernoſuſ:poliẽdis rebus accõmodatus.Vñ pumicare:qđ ẽ pumice polire declinat̃. Et le.tof. Toffus lapis ẽ cauernoſus. Duxerat.effecerat. Natiuũ:naturalẽ. Tenui unda.Exigua aq̃. Succinctus.Circũdatus. Patulos.h. patẽtes ripas: hiare eni uident̃ ripæ:ut fluuii alueũ efficiãt. Dea ſyl. Diana. Perfũdere.Madefacere. Retẽtos:remiſſos a retẽdẽdo. Altera de.altera inqt accepit pallã ueſtẽ ĩ Diana depoſitã. Vicla.Calceos & Cothurnos. Iſmenis cr.Iſmeni fluuii filia.Deſcribit ãt officia comitũ Dianæ. Quãuis er.ip.ſo.ĩſoluta oratiõe q̃uis eſſet diceret̃. Laticẽ aquã:a latẽdo ꝙ ĩ terræ uenis lateat. Nympheq;:lotrix ĩterp̃tari põt nymphe απο Του μιπτειν.hoc ẽ a lauãdo. Hyaleq;.απο Της υησ.hoc ẽ a pluuia uidetur Hyale deriuari. Rhaniſq;. Rhanis aſpſio & gutta uocat̃ απο Του ραινειν. hoc ẽ ab aſpgendo. Et pſe.Stilla minor pſecas trãſfertur. Pſecades eni minutæ dicũtur cuiuſquã rei partes. Et phiale. Phiale qdem uas ẽ hauriendis.infundendiſq; aquis accõmodatum:ſed hoc loco ꝓ nympha ponitur:quæ Dianæ corpus aqua perfundebat. Titania:Diana Cei Titani neptis:quæ eadem eſſe cũ luna putatur:quæ qdẽ ut ſol Titan; ſic Titania Titaniſq; interdum a poetis uocatur.

Ecce nepos Cadmi.Actæon. Dilata parte laborũ.dilata parte uenatiõis in diem ſequentem.

Hyantia

Pumex
Gargaphie uallis
Toffus

Pſecades

Phiale

Prima nepos inter res tot tibi Cadme ſecundas
Cauſa fuit luctus:alienaq; cornua fronti
Addita:uoſq; canes ſaciati ſanguine herili.
At bene ſi queras:fortune crimen in illo
Nõ ſcelus inueniẽs. qđ eni ſcelus error hebat?
Mons erat infectus uariarum cæde ferarum:
Iamq; dies medius rerũ contraxerat umbras:
Et ſol ex æquo meta diſtabat utraq;:
Cum iuuenis placido per deuia luſtra uagãtes
Participes operum compellat hyantius ore.
Lina madent comites:ferrumq; cruore feraꝝ:
Fortunaq; dies habuit ſatis:altera lucem
Cum croceis inuecta rotis aurora reducet:
Propoſitũ repetemus opus.nũc phœbꝯ utraq;
Diſtat idem terra:finditq; uaporibus arua.
Siſtite opus præſens:nodoſaq; tollite lina.
Iuſſa uiri faciunt: intermittuntq; laborem.
Vallis erat piceis & acuta denſa cupreſſu
Nomine Gargaphie:ſuccinctæ cura Dianæ.
Cuius in extremo eſt antrũ nemorale receſſu
Arte laboratum nulla.ſimulauerat artem
Ingenio natura ſuo.nam pumice uiuo
Et leuibus toffis natiuum duxerat arcum.
Fons ſonat a dextra tenui perlucidus unda
Margine gramineo patulos ſuccinctus hiatus.
Hic dea ſyluarum uenatu feſſa ſolebat
Virgineos artus liquido perfundere rore.
Q uo poſtq̃ ſubijt:nympharũ tradidit uni
Armigeræ iaculum:pharetraq;: arcuſq; retẽtos.
Altera depoſitæ ſubiecit brachia pallæ.
Vincla duæ pedibus demũt.nam doctior illis
Iſmenis crocale ſparſos per colla capillos
Colligit in nodum: q̃uis erat ipſa ſolutis.
Excipiunt laticem nymphæq; hyaleq; rhaniſq;
Et pſecas:& phiale: fundũtq; capacibus urnis.
Dumq; ibi perluitur ſolita Tytania lympha:
Ecce nepos Cadmi dilata parte laborum
Per nemus ignotum nõ certis paſſibus errans

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Inficere

Sic illum fata trahebát. Sic dicere ſolemus cum cauſam rei aſſignare neſcimus. Qui ſimul itrauit.Poſtq̃ ingreſſus ē. Rorátia:Madētia. Qui color infectis. Dianæ colorem candidum ſimul & rubicundum fuiſſe oſtendit. Infectis.tinctis Inficere.n.tingere eſt. unde infectores dicuntur tinctores. In latus obliquũ tñ aſtitit.hoc ē:ſe in latus cõuertit ut facilius pudenda occultaret. Oraq; retro flexit.ut Actæonē reſpiceret. Et ſic hauſit: Táta iq̃t ira & ídignatiõe Diana hauſit & accepit aquas:q̃bus Actæonē pfunderet:quanta ſagittas promptas ac paratas habere uoluiſſet: Addidit.Dixit. Nunc tibi.Ironia qua uidet̃ id pmittere diana:cuius prorſus adimit faciēdi facultatē.Illũ náq; in ceruũ cõuertit:q̃ loq nõ pót.ē aũt ordo & ſēſus.Nũc licet narres me uiſam tibi ſine uelamine.hoc ē.nudá.ſi poteris narrare. Ac ſi diceret:Nunq̃ narrare poteris. Sparſo capiti Reſpſo aq̃s. Viuacis cerui diu uiuētis.Ad quadringẽtos náq; ánnos Cerui uiuere dicunt̃. Dat ſpaciũ collo.longũ efficit collum. Cacuminat. acutas reddit.Eſt autē uerbũ a poeta fictũ. Maculoſo uellere.Vario pilo. Additus & pauor ē: ſcite.Ceruus.n.timidiſſimũ aíal eſt. Autoneus heros:actæon Autonoes filius. Nõ ſua.ſed cerui. Mēs tñ priſtina manſit. In Actæone nihil aliud hoís q̃ mēs remáſit. Pudor hoc.ne domũ redeat. Abuſus autem ē poeta horum pronominum elegantia .hoc náq; ad propinquius Illud ad longinquius ſolet referri.Primuſq; Melápus.

Canũ Actionis nomina

canes Actæonis enumerat : q̃bus etiam nomina apta uenatoris canibus impõnit.Melápus.enim dicitur quod pedes nigros haberet:μελας náq; dicitur niger.πους ποδοσ pes dicitur. Ichnobateſq; ſagax.Ichnobates dicitur per ueſtigia uadēs.ἴχνος enim dicitur ueſtigium.βαω βω.uado.Sagax odorus & acrē odorandi uim habens Gnoſius:cretenſis:gnoſos enim cretæ urbs fuit clariſſima. Spartana:laconica:cretenſes autem & Laconici canes aptiſſimi ſunt uenationibus. Páphagus.omnia comedens.Pan.n.totũ ſignificat.φαγω comedo . Dorceus acute uidēs δερκω.enim.eſt uideo. Oribaſus.montes aſcēdens.οροσ enim mons dicitur.βαινω aſcendo. Nebrophonoſq; ualens.Inulos.hoc eſt ceruorum catulos interficiens.νεβρος.enim . Inulum ſignificat.φονεω interficio. Trux theron terribilis aſpectu. Theron autem dicitur ferinus ac feras perſequens.θηρ.n.fera dicit̃. Lelape.a uelocitate atq; impetu ſic eſt appellata.Ná λελαψ λελαποσ turbinem ſignificat: Et pedibus Pterelas Altus ſiue alis impulſus Pterelas tráſferri pt.πτερον náq; ala.ελαυν ípellere ſignificat.q̃uis in exemplaribus corrupte plerelas legatur. Are.uenatio interpretatur αγρα. Hyleus.Sylueſtris. υλη nanq; ſyluam ſignificat. Nape quod in ſaltibus uerſaretur.ναπη.enim ναπησ dicitur terræ planicies. Pœmenis . paſtoralis. ποιμην nanq; paſtorē ſignificat. Harpyia .rapax & Harpyiarum ſimiles q̃ aues ſunt rapaciſſimæ. Sicyonus Ladõ. A fluuio arcadiæ nomen ſúpſit hic canis.Ná a fluibus ēt nũc canes iterdũ cognoiant̃.Sicyõus át ab urbe Pelopõeſi Sicyõe:q̃ & Mecõ & Telechinia ēt fuit dcá. Subſtricta:cõſtricta & pua

Peruenit in lucum:ſic illum fata ferebant.
Q ui ſimul intrauit rorantia fontibus antra
Sicut erant nudæ:uiſo ſua pectora nymphæ
Percuſſere uiro:ſubitiſq; ululatibus omne
Impleuere nemus:circunfuſæq; Dianam
Corporibus texere ſuis:tamen altior illis
Ipſa dea eſt:colloq; tenus ſupereminet omnes
Q ui color infectis aduerſi ſolis ab ictu
Nubibus eſſe ſolet:aut purpureæ auroræ.
Is fuit in uultu uiſæ ſine ueſte Dianæ.
Q uæ q̃q̃ comitum turba eſt ſtipata ſuarum.
In latus obliquum tamen aſtitit:oraq; retro
Flexit:& ut uellet prompta habuiſſe ſagittas.
Q uas habuit:ſic hauſit aquas:uultũq; uirilē
Perfudit:ſpargenſq; comas ultricibus undis.
Adddidit hæc cladis prænuncia uerba futuræ.
Nunc tibi me poſito uiſam uelamine narres.
Si poteris narrare licet:nec plura minata
Dat ſparſo capiti uiuacis cornua cerui.
Dat ſpaciũ collo:ſummaſq; cacuminat aures.
Cũ pedibuſq; manus:cũ longis brachia mutat
Cruribus:& uelat maculoſo uellere corpus.
Additus & pauor eſt:fugit Autoneius heros.
Et ſe tam celerem curſu miratur in ipſo.
V t uero uultus & cornua uidit in unda.
Me miſerũ dicturus erat:uox nulla ſecuta eſt.
Ingemuit:uox illa fuit:lachrymæq; per ora
Non ſua fluxerunt:mens tantũ priſtina māſit.
Q uid faciat? repetat ne domũ & regalia tecta
An lateat ſiluis:pudor hoc timore ipedit illud.
Dũ dubitat:uidere canes:primuſq; Melãpus
Ichnobateſq; ſagax latratu ſigna dederunt.
Gnoſius ichnobates:ſpartana gente Melãpus
Inde ruunt alii rapida uelocius aura
Pãphagus & Torceus & oribaſus arcades oēs
Nebrophonoſq; ualēs:& trux cũ lelape therõ
Et pedibus Pterelas:& naribus utilis agre.
Hyleuſq; ferox nuper percuſſus ab apro.
Deq; lupo concepta Nape:pecudeſq; ſecuta
Pœmenis & natis comitata Harpyia duobus.
Et ſubſtricta gerens ſicyonis ilia Ladon.



Et drómas.Currens.δρομοσ enim curſum ſignificat. Canachæ. καναχη ſtrepitum ſignificat: unde nõmē cani fuit inditum:quod eius latratu omnia reſonarent. Stícteq;.Hoc a colorum uarietate nomen ſumpſit.Ná ςικτη diſtincta uariis maculis dici poteſt απο του ςιζειν. a diſtinguendo. Tygris.Tygridi ſimilis quæ eſt fera uelociſſima. Et Alce.Similis Alcæ feræ perniciſſimæ:de qua Plinius. Septentrio fert & æquorum greges ferorum:ſicut aſinorum Aſia & Africa.Præterea alcenni proceritas aurium & ceruicis diſtinguat iumēto ſimilem: αλκη etiam robur potentiaq; dicitur. Leucon.Albus a colore.λευκοσ.n.album ſignificat. Et uillis aſbolus atris.hoc eſt.pilis nigris. Aſbolus aũt a colore eſt dictus. ασβολοσ.n.fuliginem ſignificat: co quod nigris uillis ac fuliginoſis eſſet. Lacon. a patria:quod laconicus eſſet. Aello.a procella: quod eſſet impetuoſus. Aella náq; turbinem ſignificat & procellam. Thous.uelox dicitur & impetuoſus.Tametſi Thos forſitan rectius legeretur.Sunt enim Thoes:ut ſcribit Plynius: luporum genus procerius lõgitudine: breuitate cruruum diſſimile:uelox ſaltu:uenatu uiuens:Innocuum homini. habitum nõ colorem mutat: per hyemes hyrti.æſtate nudi. Lyciſcæ:canis ex lupo nata Lyciſca dicitur : quaſi parua lupa: eſt enim diminutiuum a lupo: qui græce dicitur λυκοσ.

Thoes

Liciſca

Harpalos

Harpalos:rapax.αρπαζω náq; rapio ſignificat. Melaneus.Niger. Hirſutaq; corpore lachne:uerbum de uerbo expreſſit. Lachne enim uillorũ denſitas uocatur. Dictæo. cretenſi. Labros.hoc quoq; nomen cani conueniens eſt: uehemens enim impetuoſuſq; tráſfertur. Et Agliodos. Splendidos ac nitentes habens dentes interpratatur. αγλαοσ náq; ſplendidus. οδονοσ dens dicitur.q̃q̃ mihi potius uidetur legēdũ eſſe Agriodus:qui agreſti ac feroci dente interprætari poteſt αγριοσ náq; agreſtis feroxq; dicitur. Hylactor.Latrator.Nam υλακτω latro ſignificat. Sæpe ſecutus. Canes ſuos ſubaudiamus. Melanchætes iubam & pilos habens nigros. χαιτη namq; iuba dicitur. Theridamas. Feras domans.Nam θηρ θηροσ fera dicitur.δαμαζω domo. Oreſitrophus. In montibus nutritus. οροσ enim montem. τρεφω ſignificat nutrio. Præcipitata uia ē. præcipiti curſu pacta. Per cõpendia montis.per cõpendioſa & breuia montis itinera. Quē non tamen edere poſſit ceruus. hoc eſt:nec hoís uocē: nec cerui habet: ſed diſſimilē emittebat ſonũ: ac q̃relas. Iuga nota. cognitos ipſi montes. Circũfert tacitos: hoc ē:pro manibus & brachiis quæ in crura fuerant cõuerſa:uultus ac faciē circũferebat. At comites.actæonis ſocii. Agmen:canũ multitudinē. At nomen caput ille refert:retrahit:attollit cum reſpondere nõ poſſet. Eſt aũt parentheſis. In corpore. In carne. Roſtris.oribus. Ná roſtra pprie auiũ dicuntur:per ſimilitudinē uero etiam nauium. Falſi cerui.ficti ac ſimulati. Pharetratæ:pharetra armate. Eſt.n.nomen participio ſimile.Pharetra aũt ſagittaꝝ eſt repoſitoriũ. Rumor í ambiguo ē:Queritur inq̃t utꝝ Diana iuſte actæonē ea pœna affecerit.Ac multi q̃dē dicũt eam fuiſſe nimiũ crudelem:alii recte conſuluiſſe uirginitati ſuæ aſſerũt. Violētior.crudelior. Cás.argumēta: q̃bus utraq; pars ſuam defendat opinionem. Hæc aũt iccirco a poeta referũtur ut ſequētē fabulam:cũ ſupiore tráſformatiõe aptius cõiũgat.

Semele Bacchi mater

Et drõas:& canachæ:ſtichæq;: & tigris:& alce.
Et niueis Leucon:& uillis aſbolus atris:
Præualiduſq; Lacon: & curſu fortis Aello:
Et Thous & cyprio uelox cum fratre Lyciſce:
Et nigram medio frontē diſtinctus ab albo
Harpalos:& Melæus.hirſutaq; corpe Lachne
Et patre Dictæo ſed matre Laconide nati
Labros & Agliodos:& acutæ uocis Hylactor.
Q uoſq; referre mora ē. ea turba cupidine pde
Per rupes ſcopuloſq;:adituq; carentia ſaxa.
Q uaq; ē difficilis:quaq; ē uia nulla ſequunt̃.
Ille fugit:per quæ fuerat loca ſæpe ſecutus.
Heu famulos fugit ille ſuos.clamare libebat
Actæon ego ſum. dominũ cognoſcite ueſtrum
Verba animo deſunt. reſonat latratibus æther.
Prima Melanchætes in tergo uulnera fecit.
Proxia Theridamaſ.oreſitrophuſ hæſit i harmo
Tardius exierant.ſed per compendia montis
Præcipitata uia eſt.dominum retinentibus illis
Cætera turba coit: confertq; in corpore dentes.
Iã loca uulneribus deſunt. gemit ille: ſonumq;
Et ſi non hominis: quē non tamen edere poſſit
Ceruus:habet. mœſtiſq; replet iuga nota q̃relis
Et genibus pronis ſupplex ſimiliſq; roganti
Circumfert tacitos tanq̃ ſua brachia uultus.
At comites rapidum ſolitis hortatibus agmen
Ignari inſtigant:oculiſq; Actæona quærunt.
Et uelut abſentem certatim actæona clamant.
Ad nomen caput ille refert:& abeſſe quærũtur
Nec capere oblatæ ſegnem ſpectacula præde.
Vellet abeſſe quidē.ſed adeſt.ulletq; uidere:
Non etiam ſentire canum fera facta ſuorum.
Vndiq; circũſtant:merſiſq; i corpore roſtris
Dilacerant falſi dominum ſub imagine cerui.
Nec niſi finita per plurima uulnera uita
Ira pharetratæ fertur ſatiata Dianæ.
Rumor in ambiguo eſt.aliis uiolentior æquo
Viſa dea eſt:alii laudant:dignamq; ſeuera

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Eloquitur.uerbis exprimit. A Tyria pellice. ab Europa: quā e phœniciā Iupiter rapuit .Pellex autem proprie dicitur q̄ cum aliarum maritis rem habet. In ſocios generis.in cognatos. Subit ecce priori cauſa recens:Fabulam narrare incipit:que talis eſt.Iuno cum reſciuiſſet Semelē ex Ioue concepiſſe: eā perdere decreuit: cōuerſa igitur in Beroem Semeles ipſius nutricē ei pſuadet ne aliter Iouem in amplexus admittat q̄ ſi ſecum eo modo quo cum Iunone ſolet cōcūbere. pmittat:ut an ſit Iupiter apte cognoſcat. Quod quidem cum impetraſſet:neq; uim tantæ maieſtatis fulminūq; tolerare poſſet:extincta eſt Puer; uero nondū maturum cæſo matris utero Iupiter excepit ac fœmori ſuo inſutum(donec menſes nouem complerentur)fouit: poſtea uero Nymphis tradidit nutriendum.Vnde.& Dythyrābus fuit appellatus:quod Διαδυοθυρων : hoc ē per duas ianuas & Semeles uterum & Iouis fœmur trāſierit. Subit.ſuccedit Semelem. Cadmi filia fuit Semele & Hermiones.quæ ex Ioue Bacchum generauit. Per iurgia: p obiurgationes. Certe ſoror.Hoc ita a iunone infertur ac ſi coniunx eſſe deſierit:cū Iupiter alias amet.Sic quoq; apud Senecam ipſa loquitur.Soror Tonantis. hoc.n.ſolum mihi. Quod uix mihi contingit uni:ut de Ioue conceperim.Vulcanum enim ex Ioue ſuſcepit Iuno. Tanta ē fiducia formæ acclamatio ex maxima pueniens indignatione. Fallat eā ſaxo.efficiam inqt ut Iupiter illam decipiat. Nec ſim Saturnia.Nec merear Saturni filia uocari. Ab Ioue ſuo.ab Ioue tam ſibi caro.

Merſa.Perdita. Penetrarit. Deſcenderit. Surgit ab his.Poſt hæc dicta. Quam ſimulauit anū.Iunonis tranſfiguratione in uetulam deſcribit:Epidauria nutrix.Epidaurus urbs ē Achaiæ Aeſculapii templo nobilis. Sua inſignia.quibus ab aliis diis ſeparatur.Fulmina autem dicit Nam fulmen Iouis eſt inſigne. Cadmeida.Semelē Gadmi filiā. Ignaram.Neſciā ſe decipi a Iunone. Formarat.Informarat Inſtruxerat. Stygii torrētis.Stygis paludis. Timor deor;.Nā dii:ut inquit Vergilius:p Stygem iurare timent: ne forte peierātes diuinitate priuent̄. Opprimere.obſtruere obturare:ne petitioni finem ipo nere poſſet. Properata.celeriter plata.Et neſcit uox emiſſa reuerti: ut Horatius ait. Neq; enī nō hæc optaſſe.Hoc ē fieri non pōt:ut & Semele non petierit ea : quæ petiit : & Iupiter non promiſerit ea:quæ ſe iam præſtiturū iurauit . Præterita enī ut non fuerint:nulla ratiōe effici poteſt.

Iuno in uetulam

Virginitate uocāt:pars inuenit utraq; cauſas.
Sola Iouis coniūx nō tam culpet ne probet ne
Eloquitur.q̄ clade domus ab Agenore ductæ
Gaudet:& a Tyria collectum pellice transfert
In generis ſocios odium:ſubit ecce priori
Cauſa recens:grauidaq; dolet de ſemie magni
Eſſe Iouis Semelen:tū linguā ad iurgia ſoluit
Profici quid enim totiens per iurgia dixit?
Ipſa petenda mihi ē:ipſam ſi maxima Iuno
Rete uocor:perdam:ſi me gemmantia dextra
Sceptra tenere decet:ſi ſum regina: Iouiſq;
Et ſoror & coniūx:certe ſoror:at puto furto eſt
Contenta:& thalami breuis eſt iniuria noſtri.
Concipit:id deerat:manifeſtaq; crimina pleno
Fert utero:& mater:qd̄ uix mihi cōtigit uni.
De Ioue uult fieri:tanta eſt fiducia formæ.
Fallat eam ſaxo:nec ſim Saturnia:ſi non
Ab Ioue merſa ſuo ſtygias penetrarit ad undas
Surgit ab his ſolio:fuluaq; recondita nube
Limen adit ſemeles:nec nubes ante remouit.
Q uā ſimulauit anū:poſuitq; ad tēpora canos
Sulcauitq; cutem rugis:& curua trementi
Membra tulit greſſu:uocē quoq; fecit anilem.
Ipſaq; erat Beroe ſemeles Epidauria nutrix.
Ergo ubi captato ſermone diuq; loquendo
Ad nomen uenere Iouis:ſuſpirat:& opto
Iupiter ut ſit ait:metuo tamen omnia:multi
Nomine diuorū thalamos iniere pudicos.
Nec tamē eē iouē ſatis eſt:det pignus amoris
Si modo uerus is ē:quātuſq; & qualis ab alta
Iunone excipitur:tantus taliſq; rogato
Det tibi complexus:ſuaq; ante inſignia ſumat.
Talibus ignaram iuno Cadmeida dictis
Formarat:rogat illa iouē ſine nomine munus.
Cui deus elige ait:nullam patiere repulſam.
Q uoq; magis credas:ſtygii quoq; cōſcia ſūto
Numina torrētis:timor & deus ille deorum ē:
Læta malo nimiūq; potēs:perituraq; amantis
Obſequio ſemele:qualem ſaturnia dixit
Te ſolet amplecti. Veneris cum fœdus initis.
Da mihi te talem:uoluit deus ora loquētis
Opprimere:exierat iā uox properata ſub auras.
Ingemuit:neq; enim nō hæc optaſſe : nec ille



Qua tamen uſq; poteſt.Inqnantum inquit poteſt Iupiter ſuas uires diminuit. Centimanum Typhoea. Typhoeus(qui & Typhon dicitur)gigas fuit uiolentiſſimus centum habens manus:quem Iupiter fulmine ſtrauit: eiq; in Arimen montem impoſuit.Eſt autem triſyllabum nomen:nec unquā o & e uocales in unam ſyllabam niſi figurate iunguntur:ultima enim eſt diphthongus: non ſecunda: ut quidam putant: Id quod aperte accuſatiuus in a deſinens oſtendit.Nullū enim nomen ſecūdæ declinationis accuſatiuū in a deſinit: niſi in nominatiuo eus diphthongum habeat. Feritatis.uiolētiæ. Eſt aliud leuius fulmen.Duo inqt ſunt fulminū genera:uiolētius & minus uiolentū:quod ſecundū ſuperi uocant. Illud enim uiolentū primū uocatur. Videtur autem Ouidius ad id alludere : quod ſe fulminibus phyſici ſcribunt:ut refert Plinius in ſecūdo naturalis hyſtoriæ:Fulminū duo eſſe genera. Alia nāq; fatidica uocari quæ ex alto ſtatiſq; de cauſis & ex ſuis ueniant ſideribus.Alia uero bruta & uana:ut quæ nulla ueniāt rōne naturæ. his percuti montes: his maria: omneſq; alios irritos iactus fieri. Donis iugalibus:coniugalibus quæ pro coniunctione & coitu petierat. Impfectus infans.Qui poſtea Bacchus fuit appellatus. Fœmori.Iouis ſubaudiatur.Fœmora autem ſunt coxarum ſummitates: ubi coxæ ipſæ iunguntur.

Materna tempora.hoc eſt. menſes decem quibus in utero a matribus geſtantur infantes. Ino matertera.Ino Cadmi fuit filia ac Semeles ſoror: quæ Bacchum ex Iouis fœmore eductum clam Iunone nutriuit. Nyſeides.a Nyſa Cytheronis uertice Niſeides dicte ſūt nymphæ: quæ Bacchū nutriuerunt. Vnde Dioniſos απο τον Διοσ & niſa bacchus fuit appellatus. Quāuis Diodorus Siculus dicat a Niſa felicis arabiæ urbæ dici. Sed per quā abſurdū eſt Bacchum adhuc infantē ex Bœocia in Arabiam educandum fuiſſe tranſlatum:cum tot Nymphæ præſertim in uicinorum montium antris eſſent. Ver; ut Diodorus ipſe refert:tres fuerunt Dionyſii ac priorum geſta poſteriori qui ex Semele & Ioue fertur natus: fuerunt aſcripta.Primus nāq; fuit Indus uini multorūq; adinuentor:quibus maximæ hominum uita exculta eſt.Vnde & immortalitate fuit donatus.Secundū ferunt:ex Ioue pſerpinaq; genitū uel Cerere:ut alii ſentiunt: quem primū tradunt boues ad aratrum iunxiſſe: Propter quod ſtatuis illius cornua adiiciebantur. Tertius ex Ioue & Semele natus cui Ouidius priorum quoq; attribuit geſta:quēq; nymphis Nyſam habitantibus cōmendatum fuiſſe ait. Sunt aūt decē quoq; urbes hoc nomie appellatæ: ac Baccho omnes dicatæ:quarum prima eſt in Helicone. Secunda in Thracia Tertia ī Caria.Quarta in Arabia.Quinta ī Aegypto.Sexta in Naxo.Septima in India.Octaua in monte Caucaſo.Nona in Lybia.Decima in Euboea ubi uno die ferūt uitem & florere & uuam matureſcere. Antris ſuis:propriis ſpeluncis.Antra nāq; mōtiū pcipueq; Heliconis nymphis ſūt dicata. Dūq; ea per terras.Narraturus Tireſiæ mutationē in fœminā primū:deinde rurſus ī marē:q̄dā īterſerit qbus fabulæ elegāter cōnectūtur. Bis geniti Bacchi:pmū nāq; ex utero Semeles: deīde ex fœmore Iouis natus ē Bacchus.Vn̄ etiā Dythyrābos ē dictus:qa Διαδυοθυρων hoc ē per duas ianuas: ut diximus: exiuit : & p uterū Semeles & p fœmur Iouis. Nectare:uino ſuaui.Eſt enī nectar deor; potio ſuauiſſima. Cū uacua Iu.ocioſa & ira carēte. Docti Tyr.piti illius q̄ſtionis.Tireſias.n.Thebanus cū forte duos angues coeūtes pcuſſiſſet:ī fœminā fuit cōuerſus:ac ſeptē ānos in eo ſexu duraſſe fert̄.Rurſuſq; cū eoſdē ſerpētes uerberaſſet: ī pſtinū ſexū reuerſus ē.Quod qdē ne qs oīno fabuloſū putet:legat & Plin. ī ſeptīo natu. hyſt.& diuū Auguſt.de cōiugis ueteris ac nouæ legis q aſſerūt qbuſdā id accidiſſe.Cæter; tireſias ab Ioue Iunōeq; ɔtēdētibɔ utrius maior ī coitu uoluptas ſit maris an fœmīæ iudex electus maiorē eē fœmīæ uoluptatē affirmauit.q̄ ſnīa Iuno irata: illū obcæcauit. Iupit̄ uero p oculis adēptis ei futuror; p ſciā ɔceſſit. Mira.dictu ſbaudiat̄:ē āt parēteſis:q̄ ſignificat̄ uix id credi poſſe.

Bacchi origo

Tyreſias ī fœminam

Non iuraſſe pōt. ergo mœſtiſſimus altum
Aethera conſcendit: uultumq; ſequentia traxit
Nubila:quis nimbos immixtaq; fulgura uētis
Addidit:& tonitrus:& ineuitabile fulmen.
Q ua tū uſq; poteſt uires ſibi demere temptat
Nec quo Centimanū deiecerat igne Typhoea
Nunc armatur.eo nimium feritatis in illo eſt.
Eſt aliud leuius fulmen:cui dextra cyclopum
Sæuitiæ flammæq; minus.minus addidit iræ.
Tela ſecunda uocant ſuperi.capit illa: domūq;
Intrat agenoream. corpus mortale tumultus
Non tulit æthereos:doniſq; iugalibus arſit.
Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo
Eripitur: patrioq; tener(ſi credere dignum eſt)
Inſuitur fœmori: maternaq; tempora complet.
Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat.inde datum nymphæ nyſeidis antris
Occuluere ſuis:lactiſq; alimenta dedere:
Dumq; ea per terras fatali lege geruntur:
Tutaq; bis geniti ſunt incunabula Bacchi:
Forte Ioue memorāt diffuſum nectare curas
Se poſuiſſe graues:uacuaq; agitaſſe remiſſos
Cū Iunone iocos:& maior ueſtra profecto eſt
Q uā quæ cōtingit maribus: dixiſſe uoluptas:
Illa negat.placuit quæ ſit ſententia docti
Q uærere Tyreſiæ. Vēus huic erat utraq; nota
Nam duo magnorum uiridi coeuntia ſylua
Corpora ſerpentum baculi uiolauerat ictu:
Deq; uiro factus:mirabile:fœmina ſeptem
Egerat autumnos:octauo rurſus eoſdem

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Vt auctoris ſortem:naturā & ſexū auctoris effectoris ueſtræ plagæ. Genitiua:natiua:q̄ in natiuitate habuit Tireſias. Mas aūt natus eſt. Arbiter:iudex. Nec ꝓ materia:nec ſecūdū materiæ ac rei qualitatē. Res.n.iocoſa erat. Idóq; Iuno Tireſiæ ſniam ægre ferre nō debebat. Neq; enim licet. Parēthesis eſt.cōtinens quare Iupiter Tireſiæ oculos nō reſtituerit. Nō enim inqt licet cuiq̄ deo:alterius dei q̄libet ꝑui facta reſcindere.

Leuauit:leuē fecit. Ille per Aonias:Bœotias Aonia enī ps eſt Bœotiæ mōtana ab Aone rege cognomiata. Hæc aūt iuſeruntˀ:ut cōmodius fabulæ cōiungantur. Irreprenſa:uera quæ nihil poterant reprehēdi. Vociſq; datæ:cōceſſæ artis uaticinādi. Tēptamina:expimēta. Cerula liriope:narciſſi in florē ſui nominis mutationem referre icipit poeta. Nam Liriope nympha Oceani ac Tethyos filia a Cephiſo fluuio compreſſa Narciſſum pepit: quē Tireſias conſultus a matre:ad maturā ſenectutē peruenturꝫ:ſi ſe nō noſſet:ꝑdixit. Id uero cū ambiguū uideretˀ: exitu tandē fuit cōprobatum. Narciſſus enim omniū formoſiſſimus adoleſcens:cum omnes ſperneret amantes:ſeq; ipſe in fonte uidiſſet: ita ſui ipſius exarſit amore:ut paulatim fuerit cōſūptus. Eius uero cadauer cū nymphæ rogo īponere uellent: ip̄m in florē cōmutatū aīaduerterūt:quē a Iuuenis noie Narciſſum uocarūt. Nymphe: cū ſit noiandi caſus ſine diphthōgo ſcribatˀ. Iam tū ab infantia uſq; maximā p̄ſe ferebat pulchritudinē Narciſſus. Si ſe nō nouerit:hoc ē:ſi nūq̄ ſuā pulchritudinē cognouerit. Vana diu. Stulta & falſa. Nā quater ad quinos:hoc ē:unū & uigiti annos natus erat. Puer ꝓpter pulchritudinem

Narciſus in florem

Iuuenis:ꝓpter magnitudinē. Erat.n. magnus & formoſiſſimus:quæ qdē rara eſt felicitas. Aſpicit hūc:Fabulam interponit de Echo nympha cōpoſitam:cui primū hoc ira Iunonis euenit: ut ultima tantū de uocibus auditis referret: deinde cū a Narciſſo cuius amore ardebat:ſpreta eſſet: in lapidē ita fuit cōuerſa:ut uox ſine corpe remāſerit in mōtibus ultima uerboꝝ auditoꝝ repetēs Reſonabilis Echo.uerbū de uerbo expreſſit: Nā Echo dici pōt reſonantia:Corpus adhuc Echo. Nondū inqt corpus Echus in lapidē erat cōmutatū:Nūc enim ſola uox ſentitur. Et tñ uſum. quāuis inqt Echo nympha eēt corpore prædita: aliū tamen uſum linguæ q̄ nūc habeat: nō habebat. Nam ultimas ſolū uoces referebat. Fecerat hoc Iuno. Vnde hoc incōmodi habuerit Echo: ut nouiſſima ſolū uerba referret:exponit poeta. Iuno igitur fuit in eā uidens ſe ſæpius illius nugis deluſam eē ac īpeditam:ne Iouē cum nymphis coeuntē deprehēderet. Sub Ioue ſuo iacētes:cū Ioue marito ſuo coeuntes. Poſtq̄ Saturnia ſenſit:Quod ſubaudiatur:Sic enim in ſoluta oratione loquimur. Quod poſtea q̄ Iuno Saturturni filia ſenſit & cognouit. Req; minas firmat:re ip̄a & effectu:minas exeqtˀ. Reportat. repetit & refert: Per deuia rura:p̄ in uias ſyluas.

Echo .i. uocē

Vidit:& eſt ueſtræ ſi tanta potentia plagæ
Dixit:ut auctoris ſortem in contraria mutet:
Nūc q̄ ioq; uos feriam:pcuſſis anguibus iiſdē
Forma prior rediit: genitiuaq; uenit imago
Arbiter hic igitur ſumptus de lite iocoſa
Dicta Iouis firmat:grauius Saturnia iuſto:
Nec pro materia fertur doluiſſe:ſuiq;
Iudicis æterna damnauit lumina nocte.
At pater omnipotens (neq; enī licet irrita cuiq̄
Facta dei feciſſe deo) pro lumine adempto
Scire futura dedit:pœnamq; leuauit honore
Ille per Aonias fama celeberrimus urbes
Irreprenſa dabat populo reſponſa petenti:
Prima fidem: uociſq; datæ tēptamina ſumpſit
Cærula liriope: quā quondam flumine curuo
Implicuit:clauſæq; ſuis Cephiſus in undis
Vim tulit:enixa eſt utero pulcherrima pleno
Infantem nymphæ iam tunc qui poſſet amari.
Narciſſumq; uocat:de quo conſultus:an eſſet
Tempora maturæ uiſurus longa ſenectæ
Factidicus uates:ſi ſe non nouerit inquit.
Vana diu uiſa eſt uox auguris:exitus illam
Reſq; ꝓbat:letiq; genus nouitaſq; furoris.
Nam quater ad quinos unū Cephiſus annos
Addiderat:poteratq; puer iuueniſq; uideri.
Multi illum iuuenes:multæ cupiere puellæ.
Sed fuit in tenera tam dura ſuperbia forma:
Nulli illum iuuenes:nullæ tetigere puellæ.
Aſpicit hunc trepidos agitantē in retia ceruos
Vocalis nymphe:quæ nec reticere loquenti:
Nec prior ipſa loqui didicit reſonabilis Echo.
Corpus adhuc Echo:non uox erat:& tñ uſum
Garrula non aliū q̄ nunc habet:oris habebat:
Reddere de multis ut uerba nouiſſima poſſet
Fecerat hoc Iuno:quia cū dephēdere poſſet.
Sub Ioue ſæpe ſuo nymphas in mōte iacētes:
Illa deam longo prudens ſermone tenebat:
Dum fugerēt nymphæ:poſtq̄ Saturnia ſenſit.
Huius ait linguæ:qua ſum deluſa:poteſtas
Parua tibi dabitur:uociſq; breuiſſimus uſus.
Req; minas firmat:tamen hæc in fine loquēdi
Ingeminat uoces:auditaq; uerba reportat.
Ergo tibi Narciſſum per deuia rura uagantem



Vidit & incaluit:ſequitur ueſtigia furtim.
Quoq; magis ſequitˀ:flāma propiore caleſcit
Non aliter q̄ cum ſummis circumlita tædis
Admotas rapiunt uiuacia ſulfura flammas.
O quotiens uoluit blandis accedere dictis:
Et molles adhibere præces. natura repugnat.
Nec ſinit incipiat. ſed quod ſinit illa parata eſt
Expectare ſonos:ad quos ſua uerba remittat.
Forte puer comitum ſeductus ab agmine fido
Dixerat:hic quis adeſtˀ & adeſt rñderat echo.
Hic ſtupet:atq; aciem partes dimiſit in omnes.
Voce ueni magna clamat. uocat illa uocantē.
Reſpicit:& rurſus nullo ueniente:quid inquit
Me fugisˀ & totidem quot dixit uerba recepit
Perſtat:& alternæ deceptus imagine uocis
Huc coeamus ait:nulliq; libentius unq̄
Reſponſura ſono:coeamus rettulit echo.
Et uerbis fauet ipſa ſuis:egreſſaq; ſylua
Ibat:ut iniiceret ſperato brachia collo.
Ille fugit:fugienſq; manus cōplexibus aufert.
Ante ait emoriar:q̄ ſit tibi copia noſtri.
Rettulit illa nihil:niſi ſit tibi copia noſtri.
Spreta latet ſyluis:pudibundaq; frōdibus ora
Protegit:& ſolis ex illo uiuit in antris.
Sed tñ hæret amor: creſcitq; dolore repulſæ.
Et tenuant uigiles corpus miſerabile curæ.
Adducitq; cutem macies:& in aera ſuccus
Corporis ois abit. uox tantū atq; oſſa ſup ſunt.
Vox manet. oſſa ferunt lapidis traxiſſe figurā
Inde latet ſyluis:nulloq; in monte uidetur.
Omnibus auditur. ſonus ē qui uiuit in illa.
Sic hanc:ſic alias undis aut montibus ortas
Luſerat hic nymphas:ſic cœtus ante uiriles.
Inde manus aliquis deſpectus ad æthera tollēſ
Sic amet ipſe licet. ſic non potiatur amato.
Dixerat. aſſenſit præcibus Rhamnuſia iuſtis.
Fons erat illimis nitidis argenteius undis:
Quem neq; paſtores neq; paſtæ mōte capellæ
Contigerāt: aliud ue pecus:quē nulla uolucris
Nec fera turbarat:nec lapſus ab arbore ramus.

Incaluit. amore illius Capta fuit: Amore nāq; incaleſcere aliquem: ut inflammari & ardere dicimus. Circumlita. Circumpoſita. Eſt autē periphraſis Sulfuratorum lignorum. Viuacia ſulfura:quæ difficulter corrumpuntur. Hac autē ſimilitudine oſtenditur Echo quo propinquior Narciſſo erat:eo magis amore inflammatā eſſe.

O quotiens uoluit: Hac interiectione ſignificatur uehementia amoris quo Echo Narciſſum proſequebatur. Accedere. Adire. Blandis dictis. Verbis blandiciarum plenis:quibus amatores uti conſueuerunt. Molles præces. Ab effectu præces dicuntur molles: quod illis homines mites māſuetiq; redduntur. Natura repugnat. Neq; enim prior loqui poterat:ſic uolente Iunone:ſed ultima tm̄ uerba referebat. Nec ſinit incipiat. hoc eſt illam incipere non permittit. Seductus:ſeparatus:alias deceptus. Comitum ab agmine fido. Hypallage eſt. Ab agmine enim & turba fidorum comitum Narciſſum itelligimus receſſiſſe. Aciem:oculorū ſubaudiamus. Recepit. Accepit. Audiuit. Alternæ uocis. alternatim emiſſæ primum a Narciſſo: deide ab Echo.

Huc coeamus. Conueniamus huc in hunc locum. Sed Echo eandem quidem uocem refert: ſed non eandem ſignificationem. Coire nāq; & conuenire & concūbere ſignificat:qua in ſignificatione ab Echo fuit repetitum:ut aperte quæ ſequuntur oſtendunt. Et uerbis fauet ipſa ſuis. hoc eſt:ſua uerba re ipſa comprobat & cōfirmat. — Coire

Quā ſit tibi copia noſtri:q̄ me potiri poſſis & ī tua poteſtate habere. Protegit. Occultat. Alibi defendit. Solis in antris. deſertis ſpeluncis.

Hæret. Remanet. Tenuāt: extenuant & macilentū reddunt. Vigiles curæ. ab effectu:quod homines dormire non ſinant. Adducit. cōtrahit:diminuit. Oīs ſuccus. Totus ſanguis. Superſunt. Reſtant. Oſſa ferunt lapidis traxiſſe figuram. Ideſt. Oſſa feruntur in lapides fuiſſe conuerſa. Inde latet ſyluis:ex eo inquit tēpore quo oſſa in lapides fuerunt cōmutata: ſic latet in ſyluis Echo: ut ab omnibus quidem audiatur: ſed a nullo uideatur. Sonus ē qui uiuit in illa. Scite dixit. Nam Echo nihil aliud eſt q̄ ſonus. Luſerat:Illuſerat. Sic cœtus ante uiriles:ſic inquit ante dum eſſet puer multos uiros eius amore captos illuſerat Narciſſus. Inde. Ex illa Narciſſi ſuperbia. Aliquis deſpectus. Quidā contemptus. Sic amet ipſe licet. Vtinā inqt ipſe Narciſſus ſic amare poſſit: ut nunq̄ amato potiatur.

Rhamnuſia. Nemeſis. Rhamnuſia a Rhamnūte pago & regiōe Atticæ: ubi celeberrimo templo colebatur dicta:q̄ aduerſus ſupbos maxīe inexorabilis eſſe narratur: cuius qdē ſtatuæ capiti corona īpoſita erat: ut ſcribit Pauſanias: ī qua & cerui & fortunæ parua inſignia cōtinebantur. In manuū altera ramus fraxineus:ī dextera phiala ī qua Aethiopes efficti erant. Statua aūt illa q̄ magnitudine & pulchritudīe pfecta cū Phidiæ opibus cōtēdebat:nō minus Rhānys cēſebatˀ:q̄ Marathō ꝓlio cōtra ꝑſas cōmiſſo. Sic āt Nemeſis Rhānuſia dcā ē:ut Diana epheſia. Venus cytherea. Nemeſin uero oceāi & Tethyos filiā fuiſſe:Pauſanias ſcribit. Huius deæ ſimulacꝝ i capitolio qdē erat:ut ſcribit Pli. ꝗuis nomē latinū ñ ſit. Fōs er.il. Fōtē amœniſſimū deſcribit poeta. Illimis. Sine limo. Argē. Vt argētū nitidus & ſplēdidus.

Rhānuſia

Nemeſis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Amor

Gramen.Herba. Syluaq; ſole locũ paſſura.Sylua inqt adeo dẽſa fonti imminebat:ut ſolis radii nequaquã ad fontem penetrare poſſent. Sole nullo.Nullo ſolis calore. Et æſtu.Solis feruore. Procubuit.In faciẽ iacuit.id qd laſſi in herboſis locis facere ſolẽt.Faciẽ loci:Amœniſſimũ loci ſitũ. Sitis altera.cupiditas altera hoc ẽ amor.Nihil enĩ aliud ẽ amor q̃ cupiditas potiũdi re amata. Dũq; bibit.Que ꝓ qa accipiẽda uidetᷣ:ut expõa tur.Quia dũ bibit. Spẽ ſine corpore amat Hoc minus recte dictũ eſſe uidetᷣ. Omnis enĩ ſpes eſt ſine corpore Spes autẽ ꝓ ſpecie & umbra poſita eſſe uidetᷣ.ſed forſitan hũc locũ poeta ſi licuiſſet:erat emẽdaturus.Verum ſic quoq; defendi põt. Sperabat enĩ ſe eo potituꝶ quod tangi nõ põt. Ac ſtupet ipſe ſibi.Sua ipſi us pulchritudĩe ſtupet Narciſſus. Signũ.ſtatua Pario marmore.Paros ĩſula ẽ Aegei cãdidiſſimo marmore nobilis. Spectat hũi poſitus.Narciſſi ſingula mẽbra deſcribit:quo melius ipſius pulchritudinẽ oñdat. Ordo ẽ aũt.ſpectat lumĩa & oculos ceu geminũ ſidus:qua ſimilitudĩe pulcherrimos narciſſo oculos fuiſſe poeta demonſtrat. Impubes gẽas.Imberbes ac ſine ulla prorſus lanugĩe. Eburnea colla.cãdida ſic ut eburnea uiderentᷣ. Pariterq; accẽdit & ardet. hoc ẽ Vna & urit & uritᷣ.ꝑn hac uero deſcriptiõe ualde poeta laſciuit. Irrita oſcula.uana.Nihil enĩ ꝑ̃ter aquã tãgebat Captãtia.captare & cõprehẽdere conãtia.Neq; enĩ captabãt. Incitat.ſtimulat ad amãdũ. Credule qd fruſtra. Miſeratiõe quadã poeta motus uidetᷣ cõuertere ſermonẽ ad Narciſſum.Credulus autẽ dicitᷣ q facile nimium credit: Simulacra fugacia.Imaginẽ fugientẽ. Quod petis ẽ nuſq̃.Ac ſi diceret.nihil ẽ id quod cupis.Secũdum autẽ coꝶ loquitᷣ opinionẽ q cor porea ſolũ eſſe putãt.Quod amas:auertere:perdes.hoc ẽ.auerte a fonte uultũ tuũ quẽ amas: & ipſum ſtatĩ amittes.Eſt enĩ ĩperatiuĩ modi auertere:Admõere.n.cum uidetᷣ ut uultũ auertat: ſic que cognoſcet ſe umbrã amare repcuſſæ. Ab aq̃ remiſſæ.Nil habet iſta ſui. Iſta inqt imago quã cernis nihil habet ꝓprii ſed tota a te pẽdet. Cereris:cibi. Quietis ſomni. Opaca herba.Vmbroſa. Inexpleto lumine.Oculis qui non poterant ſatiari. Mendacem formam.Falſam adoleſcentis figuram. Ecquis Io ſyluæ. Exclamatio eſt cum interrogatione hominis uehementer affecti.Eſt autem ſola dictio ecquis & per.c.ſcribitur non per t.ut fere in exemplaribus eſt deprauatum Io uero dolentis hoc loco eſt interiectio. alibi bacchantis & gaudentis. Scitis enim parentheſis eſt qua oſtendit Narciſſus ſe merito ſyluas rogare an aliquem ſic tabeſcere uiderint. Et multis latebra opportuna fuiſtis.hoc eſt. Multis amantibus latebras præbuiſtis: ut commode ſuis amoribus frui poſſent. Opportuna.Commoda. Ecquem cum ueſtræ. Ordo eſt. Ecquem meminiſtis in longo æuo qui ſic tabuerit. & paulatim cõſumptus ſit. Tot ſæcula:Syluæ n.multa ſæcula uiuũt.Sæculũ aũt centũ annorũ ſpatium dicitur. Tabuerit.Paulatim conſumptus ſit.Tabeſcere namq; eſt paulatĩ deficere & abſumi.A tabe autẽ deriuatur quæ humorũ corruptio eſt:qua corpora ad extremã maciem deducuntur. Tantus tenet error amãtem. Acclamatio eſt qua ſe ĩ maxĩa miſeria cõſtitutũ eẽ oſtẽdit Narciſſus:cũ quẽ amat eũ inuenire nõ poſſit.

Gramen erat circa:qđ ꝓximus humor alebat:
Syluaq; ſole locum paſſura tepeſcere nullo
Hic puer & ſtudio uenandi laſſus & æſtu
Procubuit:faciemq; loci fontemq; ſecutus.
Dumq; ſitim ſedare cupit:ſitis altera creuit.
Dumq; bibit:uiſæ correptus imagine formæ
Spẽ ſiñ corꝑe amat:corpus putat eẽ qđ ũbra ẽ
Ac ſtupet ipſe ſibi:uultuq; immotus eodem
Hæret:ut e pario formatum marmore ſignum.
Spectat humi poſitus geminũ ceu lumia ſiduſ
Et dignos Baccho digitos:& Apolline crines:
Impubeſq; genas:& eburnea colla:decuſq;
Oris:& in niueo mixtum candore ruborem.
Cunctaq; miratur:quibus eſt mirabilis ipſe.
Se cupit imprudens:& q probat ipſe probatur
Dũq; petit petitur:pariterq; accendit: & ardet:
Irrita fallaci quotiens dedit oſcula fonti?
In medias quotiens uiſum captantia collum
Brachia merſit aquas:nec ſe deprehẽdit in illis.
Quid uideat neſcit:ſed quod uidet oritur illo
Atq; oculos idem qui decipit:incitat error.
Credule qd fruſtra ſimulacra fugacia captas?
Quod petis ẽ nuſq̃:qđ amas:auertere:perdes.
Iſta repercuſſæ:quã cernis:imaginis umbra eſt
Nil habet iſta ſui:tecum uenitq;:manetq;.
Tecum diſcedet:ſi tu diſcedere poſſis.
Non illum Cereris:non illum cura quietis
Abſtrahere inde põt:ſed opaca fuſus in herba
Spectat in expleto mendacem lumine formã.
Perq; oculos perit ille ſuos: paulumq; leuatus
Ad circũſtantes tendens:ſua brachia ſyluas
Ecquis Io ſyluæ crudelius inquit amauit?
(Scitis enĩ) & multis latebra opportũa fuiſtis
Ecquem:cum ueſtræ tot agantur ſæcula uitæ:
Qui ſic tabuerit longo meminiſtis in æuo?
Et placet:& uideo:ſed quod uideoq; placetq;:
Nõ tamen inuenio:tantus tenet error amantẽ.
Quoq; magis doleã:nõ nos mare ſeꝑat ingẽs:



Nec uia:nec mõtes:nec clauſis mœnia portis.
Exigua prohibemur aqua:cupit ipſe teneri.
Nã quoties liqdis porreximus oſcula lymphis
Hic toties ad me reſupino nititur ore.
Poſſe putes tãgi:nimiũ ẽ qđ amãtibus obſtat
Quiſquis es huc exi:qd me puer unice fallis?
Quoue petitus abis? certe nec forma nec ætaſ
Eſt mea quã fugias:& amarũt me quoq; niphe
Spem mihi neſcio quã uultu promittis amico.
Cũq; ego porrexi tibi brachia:porrigis ultro.
Cũ riſi:arides:lachrymas quoq; ſæpe notaui
Me lachrimãte tuas:nutu quoq; ſigna remittis
Et quantum motu formoſi ſuſpicor oris.
Verba refers aures non peruenientia noſtras.
Iſte ego ſum:ſenſi:nec me mea fallit imago.
Vror amore mei:flammas moueoq; feroq;.
Quid faciã? roget an ne rogẽ? qd deiñ negabo
Quo cupio mecũ eſt:inopem me copia fecit.
O utinam a noſtro ſecedere corpore poſſem.
Votũ ĩ amãte nouũ ẽ:uellẽ qđ amamus abeẽt
Iamq; dolor uires adimit:nec tempora uitæ
Longa meæ superãt:primoq; extinguor in euo
Nec mihi mors grauis ẽ poſitᷣo:morte dolores
Hic qui diligitur uellem diuturnior eſſet.
Nunc duo concordes anima moriemur in una
Dixit:& ad faciem rediit male ſanus eandem.
Et lachrymis turbauit aquas: obſcuraq; moto
Reddita forma lacu eſt:quã cũ uidiſſet abire
Quo refugis? remãe:nec me crudelis amãtem
Deſere clamauit:liceat quod tangere non eſt:
Aſpicere:& miſero præbere alimenta furori.
Dumq; dolet:ſummo ueſtem diduxit ab ore.
Nudaq; marmoreis ꝑcuſſit pectora palmis.
Pectora traxerunt tenuem percuſſa ruborem
Non aliter q̃ poma ſolent:quæ candida partæ.
Parte rubent:aut ut uariis ſolet uua racemis
Ducere purpureum nondum matura colorem
Quæ ſimul aſpexit liquefacta rurſus in unda.
Non tulit ulterius:ſed ut intabeſcere flauæ
Igne leui ceræ matutinæq; pruinæ
Sole tepente ſolent:ſic attenuatus amore
Liquitur:& tecto paulatim carpitur igni.
Et neq; iam color eſt mixto candore rubori.

Mœnia

Nec mœnia.Mœnia a muniẽdo dicuntur & ea ſunt proprie:quæ urbem cingunt:q̃q̃ & priuata ædificia ſignificent. Teneri. Amplecti. Reſupino ore.Surſumuerſo ore. Puer unice. Singularis.Neminem enim alium tanta pulchritudine præditum eſſe putabat. Petitus.expetitus:exoptatus. Fugias.Faſtidias.Aſperneris.rẽnuas. Feroq;. Patior & tolero. Inopem me copia fecit.Sulte dictum eſſe uidetur:oxymoron autem a græcis uocatur:quod q̃uis fatuũ uideatur:acutus tamen ineſt ſenſus. copia enim Inopem fecit Narciſſum:quia quod in ſe ipſo erat: potiri & frui non poterat. Votum nouum:cupiditas noua & inuſitata:ut quod quis amat longe abs ſe cupiat abeſſe. Superant. ſuperſunt: reſtant. Prio in æuo.In prima ætatis meæ parte. Adoleſcens enim adhuc erat Narciſſus. Diuturnior eſſet: diutius uiueret. Nunc duo concordes.unanimes. Ad eandem faciem:ad eandem imaginem. Facies enim interdum pro totius corporis forma:interdum pro imagĩe ponitur.Male ſanus: inſanus & demens. Moto lacu:turbato fonte Lacus enĩ dicitur etiam fontium receptaculum.Lacus quoq; uas eſt in quo uuæ calcantur.Tibullus.Et pleno pinguia muſta lacu. Liceat.quod tangere nõ eſt Aſpicere hoc eſt.permitte me aſpicere id quod tãgere impoſſibile eſt.Nam hoc uerbum eſt cum infinito iunctum:ſignificat poſſibile eſt. Miſero furori ab effectu miſer dicitur furor:quod miſeros homines faciat qui illo uexãtur.Miſeri autem ſunt qui amãt:ut Plautus quoq; in Aſinaria teſtatur: Diduxit.diuiſit. Ab ore ſummo.Sic quidem legitur. Sed ab ora ſũma forſitan ab Ouidio fuit Scriptum:ut a ſuperiore extremitatem ueſtẽ fuiſſe diductam ĩtelligamus.Nam ora uniuſcuiuſq; rei nõ ſolũ terraꝶ extremitas appellatᷣ. Marmoreis palmis.Manibus ut parium marmor cãdidis. Traxerũt:cõceperũt. Liquefacta in unda.In liqda aqua Nõ tulit ulterius.Dolorẽ ulterius ferre nõ potuit. Intabeſcere:paulatĩ liquæ fieri & abſumi. Matutinæ pruinæ. pruina ros eſt congelatus. Attenuatus.extenuatus: macerfactus. Liquitur:liqueſcit ac paulatim con-

Lacus Eſt

e

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſumitur. Et uires:nón ad uerbum ſubaudiatur:at intelligamus & uires non remanent. Eſt enim hypózeugma. Quáuis irata memorq;:ſe a Narciſſo fuiſſe ſpretam:eſt autem ordo. Quæ tamen indoluit ut uidit.q̃uis irata eſſet. Miſerabilis:miſerandus ac miſericordia dignus. Plangoris:percuſſionis. Locus Echo quæ in illo erat loco. Continens enim pro contento per metonymiam poſitum eſt. Summiſit:depoſuit: planxere ſorores Naiades. Fleuere Nymphæ fontium & fluminum quæ ſorores uidentur eſſe. Naiades enim fontium: ac fluuiorum Nymphæ dicuntur απο τον ρειεψ. hoc eſt a fluendo. Et ſectos fratri impoſuere capillos. Id eni in luctu mulieres facere ſolebant. Ferertrum:capulum quo cadauera efferuntur. Quaſſaſq; faces. ſciſſas:faces náq; cadaueribus p̃ferebant.

Croceũ florem:Narciſſnm florem coloribus depingit:nam croceus cũ ſit foliis candidus pingitur. Cognita res:expoſiturus quẽadmodum Tyrrheni quidam nautæ Bacchũ contẽnentes í delphinos mutati fuerunt:& alia quædá & Penthei regis Thebaꝶ impietatem & cædem narrat ut fabulæ melius coniungátur. Per Achæides urbes. Achæicas eſt enim forma patronomica:p poſſeſſiua. Achæia regio eſt Græciæ Peloponneſo cõtermina. Secũda uero huius nois ſyllaba cũ diphthõgo æ eſt ſcribenda. Echionides Pẽtheus Pentheus Echionis & Agaues fuit filius:q dum Bacchum contemneret:eiuſq; ſacra in Citherone ſpectaret a matre aliiſq; Bacchis putantibus ipſum eſſe aptum:fuit dilaceratus. Pentheus aũt απο τον πενθουσ hoc eſt a luctu fuit cognominatus. Verba præſaga. quæ futura ſignificabant. Cladem lucis ademptæ:cecitatem.

Obiicit:exprobrat. quá nõ procul auguror eẽ: hoc eſt. Quam puto atq; uaticinor prope eſſe.

Nouus liber:innuit poeta alium quoq; Bacchum ueterem & antiquum fuiſſe. Nam ut ſcribit Diodorus. Quidam unum dũtaxat: alii tres Dionyſios & Bacchos fuiſſe putarunt: ſua cuiq; geſta attribuentes. Ac primũ Indum fuiſſe aiũt: qui cum exercitu orbem peragrans:& uitem plátare:& ex uua uinum torculari exprimere:omnium primus mortales docuit:Pluraq; alia ad uſũ hominum excogitata effecerunt:ut pro deo coloretur. Secundum ex Ioue & Proſerpina: uel ut alii ſentiunt:ex Cerere genitum ferunt. qui p̃muſ boues ad arandum iũxiſſe narratur: quáobrem illius ſtatuis cornua apponebantur. Tertium ex Ioue & Semele Cadmi filia natum aiunt: q ſpecie decorus inter mulierum choreas ſumma cũ uoluptate nutritus fuit atq; educatus. Fœminarum:deide:quas Thyrſis armauit:exercitu cõgregato:orbem terrarum peragrauit:eos qui pie iuſteq; uiuerẽt:ſacra myſteriaq; docens. Feſtos p̃terea ubiq; dies publice celebrari:choreaſq; agi: & muſicam exerceri artem inſtituit: Poſtremo ſedatis iter omnes nationes urbeſq; diſcordiis belliſq; ubiq; ſublatis:pacem omnibus largitus eſt. Quoſdam uero ob ſuperbiam impietatẽq; ip̃m contẽnentes iactanteſq; Bacchas:propter incontinentiam & libidinem ab ipſo circunduci. Cerimonias uero ac myſteria ad corruptelam externarum mulierum adinuenta:merita pœna affecit:quorum in primis fuit Pẽtheus. Hæc & multo plura Diodorus de Bacho. Ouidius uero q̃ ab aliis duobus quoq; geſta fuere:baccho ſoli iouis & Semeles filio attribuere uidetur. Matris ſorores. Ino & Autonoen. Hæ náq; una cum Agaue matre Pentheum dilacerarũt. Perturbat:interpellat: Im-

Pentheus

Nec uigor:& uires & quæ mõ uiſa placebant.
Nec corpus remãet:quõdã qđ amauerat echo
Quæ tamen ut uidit:quãuis irata memorq;
Indoluit quotienſq; puer miſerabilis heu heu
Dixerat:hæc reſonis iterabat uocibusheu heu
Cumq; ſuos manibus percuſſerat ille lacertos.
Hæc quoq; reddebat ſonitũ plangoris eũdem
Vltima uox ſolitã fuit hæc ſpectantis in undã
Heu fruſtra dilecte puer:totidemq; remiſit
Verba locus:dictoq; uale:uale inquit & Echo
Ille caput uiridi feſſum ſummiſit in herba.
Lumina mors clauſit domini mirantia formam
Tum quoq; ſe:poſtq̃ eſt iſerna ſede receptus.
Inſtygia aſpectabat aqua:planxere ſorores
Naiades:& ſectos fratri impoſuere capillos.
Planxerunt Dryadeſ:plãgẽtibus aſſonat Echo
Iãq; rogũ quaſſaſq; faces pheretrũq; parabant.
Nuſq̃ corpus erat:croceum pro corpore florẽ
Inueniunt foliis medium cingentibus albis.
Cognita res uatis meritã per Achæides urbes
Attulerat famam:nomẽq; erat auguris ingens.
Spernit Echionides tamẽ hunc ex oibus unus
Contẽptor ſuperũ Pentheus:præſagaq; ridet
Verba ſenis:tenebraſq; & cladẽ lucis adempte
Obiit:ille mouens albentia tempora canis
Quam felix eſſes:ſi tu quoq; luminis huius
Orbus ait fieres:nec Bacchica ſacra uideres.
Namq; dies aderit:quã non procul augor eſſe.
Qua nouus huc ueniet proles Semeleia liber
Quem niſi tẽplorum fueris dignatus honore.
Mille lacer ſpergere locis:& ſanguine ſyluas
Fœdabis:matremq; tuam matriſq; ſorores.
Et ueniet:neq; enim dignabere numẽ honore
Meq; ſub his tenebris nimiũ uidiſſe quereris.
Talia dicentem perturbat Echione natus.



pedit:ne plura loquatur. Aguntur. peraguntur:perficiuntur. Liber adeſt. Bacchus aduenit. qui idcirco Liber dicitur:quod curis mentem liberet merum. Origa autem & Bacchi ſacra tam elegãter deſcribit:ut facile ab omnibus percipi poſſint: Feſtis ululatibus. clamoribus. Qui enim Bacchi ſacra celebrabant:in furorem acti: tympanorum tubarumq; ſtrepitu ita clamabant ut ululare uiderentur. Ignota ad ſacraq uibus alias nunquã interfuerant. Quis furor Anguigene. Hac oratione Pẽtheus conatur deterrere Thebanos a ſacrificiis Bacchi celebrandis. Idcirco autem eos & anguigenas & prolem Mauortiam uocat:quod a Draconis dentibus: qui in tutela Martis erat:originem ducant. Per quod quidem ſignificat eos nullum:cum mollibus uiris uino ac libidini deditis commertium habere debere. Attolit. Aufert. Aera ne tãtum. Aera tympana. Aere repulſa. ſæpius ferreis baculis percuſſa. Et adunco. Aut cum præpoſitio ſubaudiatur:aut pro genitiuo ablatiuus eſt poſitus.

Et magicæ fraudes. Magicæ artes dicuntur quæ carminibus ac ueneficiis mẽtes hominum peruertunt:efficiuntq; ut eſſe uideantur:quæ nõ ſunt. A magis autem:qui lingua perſarum ſapientes dicuntur:ſunt deriuatæ. Zoroaſtres uero ipſe primus Magicæ uanitatis inuentor fuiſſe dicitur. Strictis telis. Nudis enſibus. Agmina:acies:exercitus. Terruerint autem ſubaudiatꝛ eſt autem a maiori ad Minus argumentum.

Obſcœniq; greges:turpis ac libidine corrupta multitudo. Vos ne ſenes mirer: Sermonem conuertit ad ſocios Cadmi qui una cũ ipſo Phœniciam patriamq; relinquentes tandem per uaria pericula in Bœotiam peruenerunt. A Tyro:Tyros inſula eſt Phœniciæ adiacens: a Tyro Phœnicis filio dicta. Eſt ẽt Tyros Laconiæ urbs & inſula in mari rubro. Eſt præterea urbs Indiæ Tyros atq; Lydiæ. Vos ne acrior ætas. Senſus eſt:uos ne mirer o Iuuenes:quorum ætatem robuſtiorem magis decet arma q̃ Thyrſos tenere. Eſt autem ordo. Vos ne mirer o Iuuenes: quorũ acriorem ætatem propioremq; meæ decebat tenere arma. Non Thyrſos: Thyrſi haſtæ erant pampinis ornatæ quas Bacchi ſacerdotes geſtabant:Vnde ẽt Bacchus Thyrſiger uocatur. Seneca in Medea:candida Thyrſigeri p̃les: Qua ſtirpe:ac ſi diceret:originem uos ducere a Martio ſerpente mementote:qui ſolus multos interfecit:ut fontem ſuum tutaretꝛ. Ille dedit leto fortes:argumentum eſt a maiori. Eſt aũt Anthitheton: Molles enim fortibus opponunꝛ. Dedit leto interfecit. Vtinam tormenta: Inſtrumenta ſunt bellica a torquendis lapidibus aliiſq; miſſilibus dicta. Sine crimine:ſine culpa:Sorſq; q̃renda:hoc eſt. Sors noſtra lamentatione q̃dẽ digna foret:non uituperatione. Non cælanda: non occultanda p̃pter uitupatiõem: Sed madidus Myrrha crinis:hoc eſt. Sed capillus unguento delibutus. Myrrha genus ẽ aromatis:quo unguenta cõmendantur. Habitum aũt Bacchi ita deſcribit:ut molliſſimus uideatur. Et pictis ueſtibus:uerſi coloribus:uarioꝶ coloꝶ. Quẽ q̃dem ego actutum. Statim ſine ulla mora. Minatur Pentheus ſe Bacchum ita eſſe torturum:ut eum fateri ſit coacturuſ:& quem habeat uerum patrẽ & cur ea ſacra confinxerit. Commentaq; ſacra conficta:comminiſci náq; confingere eſt: unde commentum pro confictione apud Terentium. Atq; illis commentum placet. An ſatis Acriſio:exemplo probat Bacchum facile poſſe repelli. Nam Acriſius rex Argiuorum iam Baccho clauſit urbis portas: neq; illius ſacra admittere uoluit. Acriſius autem Abantis Argiuorum regis filius fuit ac pater Danaes a Ioue amatæ. Hic cũ

Dicta fides ſequitur:reſponſaq; uatis agũtur.
Liber adeſt:feſtiſq; fremunt ululatibus agri.
Turba ruit mixtæq; uiris matreſq; nuruſq;
Vulguſq; & proceres ignota ad ſacra feruntur
Quis furor Anguigene p̃les mauortia ueſtraſ
Attolit mentes? Pentheus ait:æra ne tantum
Aere repulſa ualent? & adunco tibia cornu?
Et magicæ fraudes? ut quos nõ bellicus enſis.
Non tuba terruerit:non ſtrictis agmina telis:
Fœmineæ uoces:& mota inſania uino
Obſcœniq; greges:& inania tympana uincãt?
Vos ne ſenes mirer? q longa per æquora uecti
A tyro hac profugos poſuiſtis ſede penates.
Nũc ſinitis ſine marte capi? uos ne acrior ætas
O iuuenes propiorq; meæ:quos arma tenere
Non thyrſos:galeaq; tegi:nõ fronde decebat?
Eſte precor memores qua ſitis ſtirpe creati.
Illiuſq; animos:qui multos perdidit unus.
Sumite ſerpentis:pro fontibus ille lacuq;
Interiit:at uos pro fama uincite ueſtra.
Ille dedit leto fortes:uos uincite molles.
Et patrium retinete decus:ſi fata uetabunt
Stare diu Thebas:utinam tormenta uiriq;
Mœnia dirruerent:ignis ferrũq; ſonaret.
Eſſemus miſeri ſine crimine:ſorſq; querenda
Nõ cælãda foret:lachrymæq; pudore carerent
At nũc a puero Thebæ capientꝛ inermi.
Quẽ neq; bella iuuãt:nec tela:nec uſus equo (rũ
Sed madidus myrrha crinis: molleſq; corone.
Purpureæq;:& pictis intextum ueſtibus aurũ
Quẽ quidẽ ego actutũ:mõ uos aſſiſtite:cogã
Aſſumptumq; patrem cõmentaq; ſacra fateri.
An ſatis Acriſio eſt animi contemnere uanum
Numen? & Argolicas ueniẽti claudere portas

Magicæ arteſ

Thuris

Thyrſi

Thyrſiger

Commentũ

Acriſius

a Prœto fratre regno fuiſſet pulſus:a Perſeo nepote fuit reſtitutus:a quo tamen poſtea ſpreto tanq̃ Iouis nõ eẽt filius:in ſaxum fuit conuerſus:ut in ſequenti uolumine narrat Ouidius. Aduena:Bacchũ aduenam cõtẽptus gratia appellat Pentheus.Neq; enim eũ Semeles & Iouis filiũ eẽ credit. Cũ totis Thebis:cum oĩbus Thebanis Continens enĩ pro cõtento p metonymiã ſæpenumero por tur.Eſt aũt interrogatiue cũ magna indignatiõe legendũ. Famulis hoc impat:parentheſis eſt:qua declarat poeta:q̃bus mãdauerit Pentheus:ut uictum adducerent Bacchũ. Hũc auus:Cadmus. Hũc Athamas.Aeoli filius fuit Athamas:Cadmi gener. Acrior.ꝓteruior:cõtumacior. Moderamina : ſenioꝝ admonitiones. Sic ego torrentem.pulchra ſimilitudine declarat Penthei aduerſus ſenioꝝ admonitiones proteruitatem . ut enim inquit torrentes uiolentiores fiunt ubi aliquid ipſis obiicitur : ſic Penthei furor monitis ſeniorum magis magiſq; creſcebat.Torrẽs autem dicitur fluuius qui æſtate ſiccatur. Obſtructa.oppoſita. Obice.obiectione. Sæuior . uiolentior . Ecce . cruentati redeunt . famuli ad Bacchum comprehendendum miſſi ſanguinolenti ſunt reuerſi.Quoſdam enim ex Bacchi comitibus uulnerauerant. Quærenti domino tyranno. Tyrrhena gente.Thuſca.nam Tyrrheni populi ſunt Italiæ:qui & Thuſci dñr.Et tyrrhenia q̃ Tuſcia uocaẽ. Differt:profert:ꝓtrahit:ac ꝓlõgat.Significaẽ aũt Pẽtheus maximo agitari furore:ut q ſubito de imerito ſumere ſuppliciũ uellet. Documẽta:exẽpla. Noui moris:ritus.Nã Bacchus ea tũ primum ab India cũ triũpho reuertẽs inuehebat ſacra. Frequentes:celebres & colas. Patria Mæonia eſt Lydia. Lydii nãq; duce Tyrrheno coloniã in Italiã deduxerũt. Nõ mihi q̃ duri:cur ſacra Bacchi ſit ſecutus:Acœtes exponit id qđ ultimo loco a Tyrãno fuerat rogatus. Lino:retibus q̃ ex lino cõficiunẽ.Significat aũt patrẽ ſibi fuiſſe piſcatorem . Ars illi ſua cenſus erat:hoc ẽ ñ aliis diuitiis pater meus q̃ arte cẽſebaẽ:atq; iter capite cẽſos nũerabaẽ:q nullũ ꝓrſus patrimoniũ hẽbat. Studii:artis & iſtituti. Præter aquas.in quibus piſcarer.

Et Oleniæ capellæ.Amaltheã caprã dicit:q̃ iouẽ aluiſſe ferẽ:ac ꝓpterea in cælũ ſublata iterſidera cũ geminis adiis fuit collocata:i cuius ortu & occaſu maxĩe pluuiæ ſolẽt eẽ. Olenos aũt.ut iqt Olenos
Iginus:urbs eſt Bœotiæ : ut alii Achaiæ : in qua Amalthea nutrita merito Olenia uocaẽ capella. Vñ Ouidius ipſe in Faſtoꝝ.v.Naſciẽ Oleniæ ſignũ pluuiale capellæ.Ea uero enũerat Acœtes: quoꝝ maxĩe Periti eẽ debent nauiũ gubernatores. Taygeten:una ẽ ex pleiadibus Taygeta:p quã totũ pleiadũ:quæ latine Vergiliæ dicuntur : ſidus oſtenditur.Fuit ẽt Taygeta Agenoris filia. Taygeta Taygetus
Vnde Taygetus Laconiæ mons:q & Taygeta dicitur:fuit appellatus. Hyadas:latine ſuculæ q̃dem dñr nõ απο Τωρνωρ.diem a ſuibus:ut priſci illi Romani paꝝ græci ſermonis adhuc eruditi putarunt.Sed απο Τουυειν.hoc eſt a pluẽdo hyades ſunt appellatæ:quod ortu & occaſu pluuias inducũt.Sunt aũt ſtellæ in fronte tauri collocatæ.Arcton urſam per quã ſeptentriones:q nũq̃ occidunt ſignificat. Ventorũq; domos:hoc ẽ: quattuor mundi partes. Vnde flare dicũtur uenti:orientem:occidentem:meridiem:ſeptentrionẽ Nam Eurus in oriente:Zephirus in occidente: Auſter ad meridiem:Boreas ad ſeptentrionem : domos habere in primo a poeta narranẽ. Chiæ telluris ad oras:ad littus Chii inſulæ.Eſt enim Chios clariſſima Ionum inſula:cum eiuſdem nõis urbe a Chio

Penthea terrebit cum totis aduena Thebis?
Ite citi(famulis hoc imperat)ite:ducemq;
Attrahite huc uictũ:iuſſis mora ſegnis abeſto
Hũc auus hũc athamas:hũc cætera turba ſuo
Corripiũt dictis:fruſtraq; ĩhibere laborãt. (rũ
Acrior admonitu eſt:irritaturq; retenta
Et creſcit rabies: moderaminaq; ipſa nocebant
Sic ego torrentem:qua nil obſtabat eunti.
Lenius & modico ſtrepitu decurrere uidi.
At quacũq; trabes obſtructaq; ſaxa tenebant:
Spumeus & feruens & ab obice ſæuior ibat.
Ecce cruentati redeunt:& Bacchum ubi eſſet.
Q uærenti domino:Bacchum uidiſſe negarũt.
Hũc dixere tamẽ comitẽ famulumq; ſacrorũ
Cepimus:& tradũt manibus poſt terga ligatis.
Sacra dei quondam tyrrhena gente ſecutum .
Aſpicit hũc Pẽtheus ocl'is:quos ira tremẽdos
Fecerat:& q̃q̃ uix pœnæ tempora differt.
Operiture tuaq; aliis documenta dature
Morte ait:ede tuũ nomen:nomenq; parentũ:
Et patriam:moriſq; noui cur ſacra frequentes.
Ille metu uacuus nomen mihi dixit Acœtes.
Patria mæonia eſt:humili de plebe parentes .
Non mihi quæ duri colerent pater arua iuuẽci
Lanigeroſq; greges : nõ ulla armenta reliquit .
Pauper & ipſe fuit:linoq; ſolebat & hamis
Decipere & calamo ſalientes ducere piſces.
Ars illi ſua cenſus erat:cum traderet artem.
Accipe quas habeo ſtudii ſucceſſor & hæres
Dixitq; opes:morienſq; mihi nil ille reliquit
Præter aq̃s:unũ hoc poſſũ appellare paternũ .
Mox ego:ne ſcopulis hærerem ſemp in iiſdem
Addidici regimen dextra moderante carinæ
Flectere:& Oleniæ ſidus pluuiale capellæ.
Taygeteq;:Hyadaſq; oculis:arctonq; notaui .
Ventorũq; domos:& portus puppibus aptos
Forte petens delon Chiæ telluris ad oras



oceani filio cognomina.Vel a niue:quæ χιωη græce dicitur:uel a Chione nympha.Eſt etiam urbs Cariæ Chios:& Cheroneſi:& Euboeæ.Sane ſciendum primam ſyllabam in primitiuo corripi:in deriuatiuo uero produci.

Adducor littora:eleganter nomini detracta præpoſitio uerbo eſt adiecta. Latices:recentes:recentem aquã. Inferre:in nauem. Admoneo ſocios ſubaudiamus. Vtq; putat : quia fallebatur Opheltes : ideo putaſſe eum inquit poeta.Nam fere qui putare dicuntur.decipiuntur. Titubare uidetur:uacillare mero ſomnoq; ſimulabat ſe Bacchus:ne a nautis deus eſſe cognoſceretur. Vixq; ſequi poſſe: ſubaudiatur.uix inquit uidebatur eos ſeq poſſe: qui ipſum ducebant . Gradũq;: greſſum. Nil ibi quod credi poſſet:ex cultu facie & ingreſſu coniectat Acœtes puerum illum non mortalem : ſed deum eſſe. Adſis . auxilio ſis. His quoq; des ueniam:parcas iis qui te huc tanq̃ prædam attraxerunt. Pro nobis mitte precari.Acœtis ſocii putantes ſe puerum non Bacchum cepiſſe:non modo nolunt ipſum precari : ut ſibi det ueniam : ſed Acœtis quoq; p̃ces ægre ferunt:quare Bacchum irridentes atq; contemnentes:in delphinos omnes fuerunt conuerſi . Bacchus in puerum

Antennas ſummas:antennarum ſummitates . Sunt autem antẽnæ ligna unde uela dependẽt. Antenne

Rudente:fune nautico. Relabi:deſcendere prædæ tam cæca cupido eſt: acclamatio in cæcã ſociorum auaritiam. Non tamen hanc: hypallage eſt:ut intelligamus non patiar ſacrum pondus & numen hac naue uiolari : quod certe fieret : ſi ui aueheretur . Pars hic mihi maxima iuris. Maxima inquit pars huius nauis eſt mea .

Hic in hac naue. Inq; aditu obſiſto.in ipſo inquit ĩgreſſu reſiſto ne in nauem inducatur puer. Dira pro cede:propter crudelem occiſionẽ Homicidium nãq; perpetrarat. Dum reſto:dũ reſiſto. Excuſſum:impulſum. Amens:turba

Impia turba : ſociorum. Probat factum :approbat & laudat percuſſionem & iniuriam mihi illatam. Bacchus enim fuerat:parentheſis eſt : exponens puerum illum non prædam:ſed Bacchum fuiſſe. Veluti clamore ſolutus ſit ſopor . Tanq̃ inquit ſomnus Bacchi clamore & ſtrepitu nautarum ſolutus foret: Atq; mero:hoc ẽ poſt ebrietatem. Qua ope.cuius opa. Pone metum proreus:aut eſt nomen proprium unius ex Tyrrhenis natus : aut eum ſignificat : qui prore præeſt . Siſtere : exponeris & collocaberis .

Applicor:& dextris adducor littora remis.
Doq; leues ſaltus:udæq; immittor harenæ.
Nox ubi cõſumpta ẽ:aurora rubeſcere primo
Cœperat:exurgo:laticeſq; inferre recẽtes
Admoneo:monſtroq; uiã:quæ ducit ad undas
Ipſe quid aura mihi tumulo promittat ab alto
Proſpicio:comiteſq; uoco:repetoq; carinam .
Adſumus en inquit ſocioꝝ primus Opheltes
Vtq; putat prædam deſerto nactus in agro
Virginea puerum ducit per littora forma.
Ille mero ſomnoq; grauis titubare uidetur.
Vix ſequi:ſpecto cultum faciemq; gradumq; .
Nil ibi quod credi poſſet mortale uidebam.
Et ſenſi:& dixi ſociis:quod numen in iſto
Corpore ſit dubito:ſed corpore numẽ in iſto ẽ
Q uiſquis es o faueas:noſtriſq; laboribus adſiſ
His quoq; des ueniam:pro nobis mitte p̃cari
Ditis ait:quo non alius conſcendere ſummas
Ocior antennas:prenſoq; rudente relabi.
Hoc libys:hoc flauus proræ tutela Melãthus
Hoc probat Alcimedon:& q̃ requiẽq; modũq;
Voce dabat remis animorũ hortator Epopeus
Hoc omnes alii:prædæ tam cæca cupido eſt.
Non tamen hanc ſacro uiolari põdere pinum
Perpetiar dixi:pars hic mihi maxima iuris.
Inq; aditu obſiſto:furit audaciſſimus omni
De numero Lycabas:q Tuſca pulſus ab urbe
Exilium dira pœnam pro cæde luebat.
Is mihi dum reſto:iuuenili guttura pugno
Rupit:& excuſſum miſiſſet in æquora : ſi non
Hæſiſſem:quãuis amens in fune retentus
Impia turba ꝓbat factũ:tum deniq; Bacchus
(Bacchus enim fuerat)ueluti clamore ſolutus
Sit ſopor:atq; mero redeant in pectora ſenſus
Q uid facitis? qs clamor ait? qua dicite nautæ
Huc ope perueni? quo me deferre paratis?
Pone metũ proreus:& quos cõtingere portus
Ede uelis dixit : terra ſiſtere petita.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Naxos inſula unde

Naxon ait liber: Naxos inſula eſt Aegei Cycladum clariſſima: quæ & Dionyſias dicta fuit: ut inquit Solinus: uel quod hoſpita Baccho fuerit: qui Dionyſius cognominatur: uel quod uini fertilitate alias Cycladas uincat. Vnde Virg. Bacchatamq; iugis Naxon: dicta eſt aút Naxos: ut quidam ſcribunt: a Naxo eorum duce: qui illam tenuerunt: uel a Naxo Endymionis filio. Euphorion uero παρα το μειξαι. quod eſt ſacrificare. Aſclepiades quidem narrat Naxias mulieres ex omnibus ſolas octo menſium pueros parere: uel ꝙ & Bacchus ipſe cũ octo menſium eſſet: natus fertur: uel ꝙ Iuno Baccho reconciliata hoc munere Naxias mulieres maxime Bacchi ſacris deditas ſit ꝓſecuta: uel ꝙ ibi fons eſt: ex quo certo anni tempore uinum fluit ſuauiſſimũ: cuius hauſtu partus acceleratur. Eſt etiam Naxos urbs Siciliæ: ſane inſula aliis quoq; nominibus appellatur. Nam ut ſcribit Pli. illam & Strongylẽ & Dian & Siciliam minorem & Callipolin uocitarunt. Aduertite: conuertite. Quis te furor. uexat uel ſimile uerbum ſubintelligatur. Pro ſe quiſq; timet. unuſquiſq; inquit pro ſe eſt ſollicitus: ne Naxon deuehatur. Moderamia. gubernacula. Sceleris. quia deus contra promiſſa fallebatur. Te ſcilicet. ironia qua ſignificat Ethalion ſe quoq; ſcire nauem gubernare. Scilicet. certe: ac fere ſemper illuſionem ſignificat. Verg. Scilicet hic ſuperis labor eſt. Tanq̃ modo deniq; tanq̃ nunc ſolum & non antea: cum tamen a pricipio cognouerit. Nõ hæc mihi littora nautæ. pulchra illuſio. qua ſignificat Bacchus ſe ualde timere: cum eos omnes præter unum Acœtem ſit in delphinos conuerſurus. Iam dudum flebá iam a principio querelarũ Bacchi Acœtes ĩquit lachrymas continere non poteram. Manus impia. multitudo impiorum. Præſentior: magis propitius: & qui magis præcibus ac uotis adſit. ex affectu hoc dictum eſt: unicuiq; enim deus quem colit maximus uidetur. Quam ueri maiora fide. Senſus eſt. Iuro me tibi relaturum uera q̃uis fide maiora. & quá ut credi poſſim uideátur: Stetit æquore puppis. nauis inquit immota permanſit in mari. Remorum in uerbere. in remigio perſeuerant. Velaq; diducunt. diſſoluunt uela: quando remis nihil proficiebant.

Thyrrẽi nautæ in delphinos

Gemina ope. duplici auxilio & remorum & uelorum. Diſtinguũt. uariant & pingunt. Corymbis. uuæ hederaꝝ corymbi dicũtur. Vuis racemiferis. uitibus racemos ferẽtibus. Vuas enĩ pro uitibus poſuit. Agitat. concutit. ad terrorẽ nautis incutiendum. Haſtam uelatam. Thyrſi eſt periphraſis. Thyrſus nanq; haſta eſt pampinis uelata & cooperta. Quẽ circa tigres. anaſtrophe eſt circa eni præpoſitio ante ferenda poſtponitur. tigres autẽ & lynces feræ ſunt baccho dicatæ: q̃s iccirco nautaꝝ oculis obieciſſe Bacchus ẽ uiſus: ut eaꝝ aſpectu territi in mare deſilirent. Pictaꝝ pátherarum. Fera ẽ panthera pellẽ habẽs uariis maculis diſtíctá. Exiliere uiri. extra nauem in mare intelligamus. in delphinos át fuere tranſmutati: qui omnium piſcium ſunt uelociſſimi. Lingua his eſt contra naturam aquatiliũ mobilis ꝓ uoce gemitus humano ſimilis dorſũ repádũ. Roſtrum ſimũ qua de cauſa noĩe ſimonis delectant̃. Mulcent̃ & ſono & cátu: pueroꝝ amore capiũtur: hoĩem. n. ñ expaueſcũt. Nigreſcere. qa in delphinẽ mutabat̃: delphinum uero pellis nigreſcit. Spinæ curuamĩe. dorſi in curuatione

Naxon ait Liber curſus aduertite ueſtros.
Illa mihi domus eſt: uobis erit hoſpita tellus.
Per mare fallaces perq; omnia numina iurant
Sic fore: meq; iubent pictæ dare uela carinæ.
Dextera Naxos erat: dextra mihi lintea danti.
Quid facis o demẽs? qs te furor iqt Opheltes
Pro ſe quiſq; timet: leuam pete maxima nutu
Pars mihi ſignificat: ps qd uelit: aure ſuſurrat.
Obſtupui: capiatq; aliquis moderamina dixi.
Meq; miniſterio ſceleriſq; artiſq; remoui.
Increpor a cunctis: totũq; imurmurat agmen
E quibns Ethalion te ſcilicet omnis in uno
Noſtra ſalus poſita ẽ ait: & ſubit ipſe: meũq;
Explet opus: Naxoq; petit diuerſa relicta.
Tum deus illudens tanq̃ modo deniq; fraudẽ
Senſerit: e pupi pontum proſpectat adunca.
Et flenti ſimilis: non hæc mihi littora nautæ
Promiſiſtis ait: non hæc mihi terra rogata eſt.
Quo merui pœnã facto? que gloria ueſtra eſt.
Si puerum iuuenes? ſi multi fallitis unum?
Iãdudum flebã: lachrymas manus ipia noſtras
Ridet: & impellit ꝓperantibus æquora remis.
Per tibi nunc ipſum (neq; enim præſentior illo
Eſt deus) adiuro tanto tibi uera referre
Quã ueri maiora fide: ſtetit æquore puppis
Haudaliter: q̃ ſi ſiccum nauale teneret.
Illi admirantes remorum in uerbere perſtant
Velaq; deducunt: geminaq; ope currere tẽptãt
Impediunt hederæ remos: nexuq; recuruo
Serpũt & grauidis diſtinguũt uela corymbis.
Ipſe racemiferis frontem circundatus uuis
Pampineis agitat uelatam frondibus haſtam.
Quem circa tigres: ſimulacraq; inania lyncũ.
Pictarũ iacent fera corpora pantherarum.
Exiliere uiri: ſiue hoc inſania fecit.
Siue timor: primuſq; Medon nigreſcere cœpit
Corpore depreſſo & ſpinæ curuamine flecti
Incipit: huic Lycabas in quæ miracula dixit.



Verteris: & lati rictus & panda loquendi
Maris erat: ſquamamq; cutis durata trahebat
At libys: obſtantes dũ uult obuertere remos
In ſpatium reſilire manus breue uidit: & illas
Iam non eſſe manus: iam pinnas poſſe uocari.
Alter ad intortos cupiens dare brachia funes.
Brachia nõ habuit: trũcoq; repãdus in undas
Corpore diſiluit: falcata nouiſſima cauda eſt.
Qualia dimidiæ ſinuantur cornua lunæ.
Vndiq; dant ſaltus: multaq; aſpergine rorant.
Emerguntq; iterũ: redeũtq; ſub æquora rurſus
Inq; chori ludunt ſpeciem: laſciuaq; iactant
Corpa: & acceptũ patulis mare naribus efflant
De modo uiginti (tot enim ratis illa ferebat)
Reſtabam ſolus pauidus geliduſq; trementi
Corpore: uixq; meũ firmat deus excute dicens
Corde metum: Chiamq; tene: delatus in illam
Acceſſi ſacris: Baccheiaq; ſacra frequento.
Præbuimus lõgis Pentheus ambagibus aures
Inquit: ut ira mora uires abſumere poſſet.
Præcipitẽ famuli rapite hunc: cruciataq; duris
Corpora tormentis ſtygiæ dimittite morti.
Ptotinus abſtractus ſolidis tyrrhenus acœtes
Clauditur in tectis: & dum crudelia iuſſæ
Inſtrumenta necis ferrumq; igneſq; parantur
Sponte ſua patuiſſe fores: lapſaſq; lacertis
Sponte ſua: fama eſt: nullo ſoluente catenas.
Perſtat Echionides: nec iam iubet ire: ſed ipſe
Vadit: ubi feſtus facienda ad ſacra cithæron
Cantibus & clara Bacchantum uoce ſonabat.
Vt fremit acer equus: cum bellicus ære canoro
Signa dedit tubicen: pugnæq; aſſumit amorẽ.
Penthea ſic ictus longis ululatibus æther
Mouit: & audito clamore recanduit ira.
Monte fere medio eſt cingẽtibus ultima ſiluis
Purus ab arboribus ſpectabilis undiq; cãpus.
Hic oculis illum cernentem ſacra prophanis
Prima uidet: prima eſt inſano concita curſu.
Prima ſuum miſſo uiolauit Penthea thyrſo
Mater: & o geminæ clamauit adeſte ſorores.
Ille aper: in noſtris erat qui maximus agris.
Ille mihi feriendus aper: iuit omnis in unum
Turba furẽs cũctæ coeũt: trepidũq; ſequunt̃.

Lati rictus. lata ora. Pãda naris. Sima recurua. Trahebat. paulatim ſuſcipiebat ſquamá. Obuertere: conuertere. Reſilire. retrocedere & abbreuiari. Pinnas. quæ branchiæ a græcis dicuntur: quibus piſces natant. Dare brachia ad intortos funes. brachiis & manibus funes tortos apprehẽdere. Repádus. Incuruus. Trunco corpore. brachiis mutilato. Falcata. in falcis ſimilitudinem figurata. Sinuantur. curuátur.

Multaq; aſpergine. multa reſperſione. Delphinum luſus naturamq; de ſcribit. Nam ut Plinius ait: Mira eſt inter delphinos ſocietas. Et inter ſe náq; ludunt: & minores natu ſemper aliquis grádior commitatur ut cuſtos: uiſiq; ſunt mortuum portare ne lacerarẽ a belluis. Captis deniq; quátum poſſunt opitulantur: Inq; chori ludunt ſpeciem in ſimilitudinem multitudinis hominũ ludentium Chorus enim dicitur conuentus ſaltantium & canentium απο της χαρας. hoc ẽ a gaudio: ut Plato ſcribit. Vixq; meu... firmat. cum difficultate inquit meum corpus cõfirmat Bacchus: ut tremere ceſſaret. Chiam inſulam ſubaudiamus: Eſt enim adiectiuum. Acceſſi ſacris. adiunctus ſum Bacchi ſacris. Longis ambagibus. longis nugis. Solidis in tectis: in carcere nulla ex parte peruio: ac præter q̃ per ianuá ingreſſum non habenti. Perſtat Echionides. pentheus Echionis filius. Feſtus cithæron: mons eſt ut diximus Bœotiæ Cithæron Baccho dicatus: ad faciendaq; ſacra accommodatus.

Bacchantum. Bacchi ſacra celebrãtium. Sonabat. reſonabat. ſtrepebat. Vt fremit acer equus. Pentheum equo bellicoſo ſimilem eſſe ait.

Aere canoro. periphraſis eſt tubæ. Signa. pugnandi. Ictus æther. aer impulſus & percuſſus

Longis ululatibus. magnis bacchantum clamoribus. Mouit. ad irá concitauit. Recanduit. iterum eſt íflammata. Montẽ medio. in medio Cithærone. Vltima. extremas montis partes. Purus ab arboribus. carens arboribus.

Spectabilis undiq;. qui undiq; & ex omni parte poterit ſpectari. Oculis prophanis. nõ initiatis: non ſacris. Prima eſt inſano repetitio hæc eo pertinet: ut oſtendat pentheum ita Bacchi potiſſimum a matre cœpiſſe lacerari. Mater. agaue. O geminæ ſorores. Ino & Autonoe. Adeſte. aduenite. Ille aper. Pentheus matri Bacchi furore correptæ aper eſſe uidebat̃.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Trepidum.timidum ac trepide fugientem:qui paulo ante tam ſuperbus tamq; contumax erat. Autonoe matertera.Soror nanq; Agaues erat autonoe materq; Actæonis. Vmbræ.manes Actæonis:quem a canibus dilaceratum paulo ante legimus. Illa quis Actæon neſcit.Bacchæ nanq; furore numinis correptæ omnia obliuiſcebantur:neq; ſuos ab aliis dignoſcebant. Inoo raptu.Rec ſione ab Ino facta.nã Ino alteram penthei manum abſcidit.ab Ino.n.Inous deriuatur. Deiectis membris.Reciſis membris & in terram proiectis. Vlulauit Clamorem ululatui luporũ ſimilem emiſit.eſt enim ululare luporum proprium ab eorumq; uoce uerbum eſt factum. Auulſum.Reciſum. Complexa.Tenẽs. Io comites.uox eſt bacchantium. Non citius.Pulchra ſimilitudine declarat pentheum ſũma celeritate a matre ac materteris fuiſſe dilaceratum.Quo quidem ſignificatur religionis cõtemptores ne apud ſuos quidem ita diis uolentibus tutos eſſe poſſe. Iſmenides.Thebanæ mulieres ab Iſmeno fluuio Bœotiæ cognominatæ.

Iam trepidũ:iã uerba minus uiolẽta loquentẽ.
Iam ſe damnantem:iam ſe peccaſſe fatentem.
Saucius ille tamen:fer opem matertera dixit
Autonoe:moueant animos Actæonis umbræ.
Illa quis Actæon neſcit:dextramq; precantis
Abſtulit:Inoo lacerata eſt altera raptu.
Non habet infelix quæ matri brachia tendat.
Trunca:ſed oſtẽdens deiectis uulnera mẽbris
Aſpice mater ait:uiſis ululauit Agaue.
Collaq; iactauit:crinẽq; per aera mouit.
Auulſumq; caput digitis complexa cruentis
Clamat:Io comites opus hoc uictoria noſtra ẽ
Non citius frõdes autũni frigore tactas
Iamq; male hærentes alta rapit arbore uentus
Quã ſũt mẽbra uiri mãibus direpta nefandis.
Talibus exẽplis monitæ noua ſacra frequẽtãt.
Thuraq; dant:ſanctaſq; colũt Iſmenides aras.

## P:Ouidii Naſonis metamor. Liber quartus.

a T non Alcithoe Mineias orgia cẽ
ſet
Accipienda dei:ſed adhuc temeraria Bacchum
Progeniem negat eſſe Iouis:ſociaſq; ſorores
Impietatis habet:feſtum celebrare ſacerdos
Immunes operum famulas dominaſq; ſuorum
Pectora pelle tegi:crinales ſoluere uittas.
Serta comis:mãibus frõdentes ſumere thyrſos
Iuſſerat:& ſæuam læſi fore numinis iram
Vaticinatus erat:parent matreſq;:nuruſq;.
Telaſq; & calathos infectaq; penſa reponunt.
Thuraq; dãt Bacchũq; uocãt Brõiũq; Lyæũq;
Ignigenãq;:ſatumq; iterũ:ſolumq; bimatrem.

Raphaelis Regii in quartũ metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

a T non Alcithoe.At particula eſt qua concinne liber libro connectitur: Sic Vergilius. At regina graui iamdudũ ſaucia cura.Aliæ quidem inquit omnes Thebanæ mulieres ſacra Bacchi celebrabãt Sed Alcithoe quadã ducta temeritate ea ſpernebat:Bacchumq; Iouis filium minime eſſe prædicabat.Ac quo tempore ſacra Bacchi ab aliis celebrabãtur.ipſa lanificio una cum ſororibus & ancillis operam dabat Earum uero una ad leuandum laborem reliquas hortatur: ut fabularum aliquid uiciſſim narrent. Hac autem phantaſia multas deſcribit fabulas poeta:ac Mineidas tandem in Veſpertiliones conuerſas fuiſſe narrat. Mineides in ueſpertiliões

Mineias.Minei filia.eſt.n.nomen patronymicum. Orgia dicuntur a græcis omnia ſacra q̄ diis immortalibus fiunt:quas latini cerimonias uocant:απο τησ οργησ.hoc eſt a furore: quo ſacrificantes corripiebantur.Inde κατεξοχην ſacra liberi patris orgia fuerunt appellata:in Thracia primum ab Orpheo iſtituta:a quo :ut tradit Diodorus:etiam Orpheia fuerunt cognominata.Illa primum a ſolis mulieribus mẽſtrua patiẽtibus celebrari ſtatuit: quo eas illo potiſſimum tempore a uiris ſepararet.Poſtea aliis quoq; mulieribus ut illa celebrarent fuit permiſſum. Sed adhuc:ſed etiam inquit poſt tam grauia de Pentheo ſumpta ſupplicia negat Bacchum Iouis eẽ filium. Socias impietatis:nam & ſorores ſacra Bacchi ſpernebant. Feſtum celebrare ſacerdos Aut Thireſias aut quis alius ſacerdos Bacchi. Orgia

Immunes operum:ab operationibus liberas. Baccharum autem habitus deſcribit. Nam & ferarum pellibus induebãtur: & Crinibus ſolutis coronas imponebant:& Thyrſos manibus iactabant. Calathos:ciſtas ac fuſorum lanæq; repoſitoria. Infecta penſa:lanas colo impoſitas: ſed nondum filatas.Penſum enim lana dicitur a colo pendens. Thuraq; dant:ſacrificant. Bacchumq; uocant:nomina Bacchi enumerat:quibus a Bacchis iuocabatur. Bacchus autẽ dictus eſt απο του βακχευειν.hoc eſt ab inſaniendo quod & ipſe & eius comites furere uiderentur. Bromius απο του βρεμειν:hoc eſt a fremendo.Lyæus απο του λυειν hoc eſt a ſoluendo : q; curas ſoluat uinum.Vnde etiam Liber a noſtris fuit appellatus:quod animũ a curis liberet. Ignigena:q; ex fulminis igne ge



nitus ſit.Latinum autem pro græco nomine poſuit.Pyrigenes enim græce dicitur. Satumq; iterum. bis ſatũ: primum in uentre Semeles:deide in fœmore Iouis. Bimatrem:quod duas matres habuiſſe uidetur & Semelẽ:ut diximus:& Iouis fœmur.Iccircoq; etiam Dythyrambos fuit appellatus : quod διὰ δυο θυρων.hoc eſt per duas ianuas tranſierit:& uterum Semeles & Iouis fœmur. Additur his Nyſeus.Vel a Nyſa Citheronis uertice:ubi eum a nymphis nutritum fuiſſe iam diximus:uel a Nyſa Indiæ urbe clariſſima Nyſeus Liber pater eſt appellatus:Huic uero opinioni accedere uidetur & Pomponius Mela.ſic enim in geographia ſcribit : Vrbiũ quas incolunt Indi.Sunt autem plurimæ : Nyſa & clariſſima & maxima montium Meros Ioui ſacer famam hinc præcipuam habent. In illa genitum in huius ſpecu Liberum arbitrantur eſſe nutritum:Vnde Græcis auctoribus:ut fœmori Iouis inſutum dicerent.aut materia ſuggeſſit : aut error.Hæc Mela.Ceterũ ut ſcribit Diodorus :plures fuerunt Bacchi : quorum omnium geſta in unum a poetis conferunt. Indetonſuſq; Thyoneus:Indetonſus:comatus:Sic enim pingebatur Thyoneus uero dictus ẽ Bacchus απο του θυω quod eſt ſactifico:impetum facio:occido:excito: feſtino:unde etiam Thyades Bacchæ dicuntur. Bacchi nomina

Additur his Nyſeus:indetonſuſq; Thyoneus.
Et cũ lenæo genialis conſitor uuæ.
Nycteliuſq; Eleleuſq; parẽs & Iachus & Euan
Et quæ præterea per Graias plurima gentes
Noia Liber habes:tibi enĩ incõſumpta iuuẽta.
Tu puer æternus:tu formoſiſſimus alto
Conſpiceris cælo:tibi:cum ſine cornibus aſtas.
Virgineũq; caput eſt.Oriẽs tibi uictus ad uſq;
Decolor extremo qua cingitur India Gange.
Penthea tu uenerande bipenniferũq; Lycurgũ
Sacrilegos mactas:tyrrhenaq; mittis in æquor
Corpora:tu biiugum pictis inſignia frænis

Et cum lenæco.απο του ληνου.hoc eſt a lacu torcularis Lenæus dicitur Bacchus. Genialis uuæ.Genio & uoluptati accommodatæ. Genius enim deus eſt uoluptatis:unde genialis dicitur uoluptuoſus.Vini autem inuentio:tum ꝓpter potus uoluptatem:tum quia corpus reddit ualidius:grata ſupra modum mortalibus fuiſſe perhibetur. Conſitor:primus enim uini uſum hominibus oſtendit. Nyctelius : quod noctu illius ſacra celebrarentur απο τησ νυκτοσ. hoc eſt a nocte. Eleleuſque parens: Eleleus dictus eſt Bacchus ab hac uoce ελελευ : qua procedentes ab orgia celebranda ad conferendamq; pugnam utebantur:eſt enim hortantis aduerbium. Vinum autem hortatur ac reddit hominem ad omnia aggredienda:audacem. Vnde Horatius. Quid non ebrietas deſignat:operta recludit Spes iubet eſſe ratas : ad prælia trudit inermem. Solicitis animis onus eximit:addocet artes.Fœcundi calices quem non fecere diſertum? Contracta quem non in paupertate ſolutum? Iacchus απο τησ ιακχυσ:hoc eſt clamor. Euan:Vox eſt bacchantium:qua Bacchus ipſe ſignificatur. Et quæ præterea.Aliis quoq; multis cognominibus Bacchum inuocari ait poeta.Nam Euhyrius.Bryſeus:Baſſare uſq; appellatur. Tibi enim inconſumpta iuuenta:hymnum deſcribit in Bacchum:qui in ipſius ſacris canebatur. Tu puer æternus.exponit quemadmodum iuuenta Baccho ſit inconſumpta.Nunquã enim ſeneſcit : eoq; & puer pingebatur: & nudus:quod ebrii & pueris ſimiles ſunt:& omnia reuelant. Tu formoſiſſimus alto Conſpiceris cælo. Liber pater:ut ſcribit Macrobius:ſol ab antiquis eſſe creditus eſt : quam ſententiam Virgilius quoq; georgicorum primo ſequi uidetur:cũ inquit.Vos o clariſſima mundi lumina labentem cælo quæ ducitis annum Liber & alma Ceres.Omnium uero ſiderum ſolem pulcherrimum eſſe conſtat. Tibi cum ſine cornibus aſtas Virgineum caput eſt:Cornua iccirco attribuuntur Baccho:ut ſcribit Sextus Pompeius:quod homines nimio uino truces fiant:modice uero ſumpto hylares ac manſueti:quales ſunt uirgines efficiuntur : eoq; ſine cornibus Bacchi caput uirgineum eſſe fingitur.Diodorus uero ait Cornua iccirco fuiſſe Baccho attributa:quod primus omnium boues ad iugum iunxerit:quorum opera iacta ſemina fruges emiſerunt. Oriens tibi uictus ad uſq;.Liber pater ut hiſtorici:in primiſq; Diodo.ſcribunt:primus omnium cum exercitu:in quo mulieres quoq; erant furentes:in Indiam ingreſſus fuiſſe:eamq; ſubegiſſe:ac gentem nulli unq̃ hominum obnoxiam:ac ſola quiete contẽtam:cedibus libidinibuſq; uexaſſe ac polluiſſe:Indeq; magnificentiſſimum triumphum reportaſſe fertur. Ad uſq; απαστροφη:uſq; ad eã partem: Qua decolor india.i.Nigra & mali coloris. Extremo Gange. Fluuius eſt indiæ ultimus Ganges.Vnde Gangeticus ſinus eſt cognominatus. Bipenniferumq; Lycurgum:Securem ferentem:qua uites incidebat.Nam.Lycurgus iſte rex fuit Thraciæ:qui cum incontemptum Bacchi uites ſecuri ſucciderent:ſibiipſi crura amputauit.Diodorus autem narrat Bacchum ex Aſia in Europam tranſiturum cum Lycurgo Thracum rege ſocietatem iniiſſe.Cum uero fœminas primum in Thraciam uelut ad amicos traieciſſet: mandaſſe Lycurgum ſuis militibus:ut Bacchum aggrederentur:ipſumq; ac pellices omnes obtruncarent. De his certior factus Diony.a quodam indigena Tharope nomine:cum nondum milites tranfretaſſent:amicorum ꝑſidio occulte ad exercitum rediit.Lycurgus pellices aggreſſus omnes intermiſſe dicitur.At Bacchus exercitu traiecto Thracẽ pugna ſuperatũ captũq; oculis priuauit.Illius domeſticis cruci affixis.Tharopi uero bñficii memor Thracũ imperiũ cõceſſit:ac ritũ orgia celebrandi tradidit.Fuit ẽt Lycurgus Lacedæmoniorum rex q ipſis leges condidit.Alius item fuit Nemeæ regionis rex:cuius filius ab Hipſipyle Thoantis regis filia educatus fert. Cornua Baccho

Sacrilegos:ſacrorũ tuorum uiolatores.Nã:ut refert Diodorus:Bacchus orbẽ terrarum ſacrilegis ac deorum contemptoribus purgauit. Thyrrhena corpora.Tyrrhenorum nautarum:ut in ſupiore libro poeta narrauit. Tu biiugum lyncum:biiugarum.Nã lynces Liberi patris currũ trahere dicunt.Sũt aũt feræ pellem maculis diſtinctã habentes: Vnde Virgilius. Quid lynces Bacchi Variæ. Comitatum autem Bacchi & Statius eleganter deſcri

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

bit:cum inquit:effrenæ dextra leuaq; ſequuntur Lynces:& uda mero lambunt retinacula tigres. Poſt exultantes ſpolia armentalia portant. Semineceſq; lupos:ſciſſaſq; mimallones urſas. Nec comitatus iners. Sunt illic ira: furorq;:& metus:& uirtus:& nunq̃ ſobrius ardor:Succiduiq; gradus & caſtra ſimillima regni. Curioſus cætera uideat quæ ſequuntur.

Satyri

Satyriq; ſequuntur:Satyri:ut inquit Plinius:nihil aliud hominis q̃ figuram habent. In Aethiopia naſcuntur aduncis naribus.aſpera cornibus fronte:pedes caprinos habentes. Illorum ſaltatiõe ac iocis & riſu plurimum oblectabatur Bacchus. Quiq; ſenex:Periphraſis eſt Syleni:qui Bacchi fuit pedagogus atq; educator:eiq; plurimum ad uirtutem & gloriam reſq; bellicas profuit. Silenus autem a Sileno Nyſeorum rege originem duxit: qui circa lumbos caudam habuit. Quam & poſteri eius omnes geſtaſſe feruntur. Ferula:uirgultum eſt leuiſſimum:quo ſenes inter ambulandum etiam nunc uti ſolent. Pando:curuo. Aſello nãq; uehitur Silenus Bacchum ſequens. Concauaq; æra ſonant:Cymbala ærea. Longoq; foramine buxus. Periphraſis eſt tibiæ: quæ ex buxo fieri ſolet. Solæ Mineides. Quodam furore Bacchico uidetur poeta in laudes Bacchi referendas excurriſſe. Quare nunc ad Mineidas illius cõtemptrices refert orationem. Intus:intra domum clauſæ.cum aliæ omnes ſe in citheronem contuliſſent. Intempeſtiua Minerua:lanificio tempori non conueniẽti. Eſt autem metonymia. Nam Mineruam lanificii inuentricem pro ipſo lanificio poſuit. Aut lanas ducunt: aut ſubtegmen filant inquit:aut ſtamẽ:aut texunt. Dum ceſſant aliæ:ociantur:feſta Bacchi celebrantes. Cõmenta:ficta. Leuemus: leue faciamus. Aures uacuas:ocioſas. Illa quid e multis: pulchra phantaſia:ad complures narrandas ingreditur tranſformationes poeta. Ac eas quidem: quæ a poetis attinguntur plenius: quæ uero obſcuræ ſunt minuſq; celebratæ breuiſſime percurrit: cũ earum uſus nullus ſit futurus. Dirce babylonia. Dirce quidem fere in exemplaribus legitur: egoq; hactenus ſic putaui eſſe legendum. Nunc uero & annotatiõe Hermolai Barbari uiri in primis docti.cuius morte maximam iacturam nup diſciplie omnes fecere:& quod ita in uetuſtis codicibus ſcriptum eſt:Derceti exiſtimo eſſe legendum. Nam Dercetis quæ & δερκετω Acteſia uocatur & a barbaris Atergatis:dea eſt eadem cum Rhea:quã Syri piſcium abſtinentia colũt. Vnde & nomen:ut Atheneus auctor eſt:quaſi ατεργατιδος hoc eſt Syrorum lingua ſine piſcibus. Cornutus uero ſcribit etiam columbas uetari menſis:quaſi duobus elementis naturæ maximis parci iubente numie aeri & aquæ. Diodorus autem libro tertio iuxta Aſcalonẽ inquit lacus eſt ubi templum inſignis deæ:quã Syri uocant dercetum:hoc eſt δερκετουν mulicbri facie: reliquum uero corpus figura piſcis:cuius filia Semiramis a columbis educata ſit.& ob id ſacras genti aues eas eẽ.

Dercetis ĩ piſcem
Semiramis ĩ columbam

Verum Dercetis etiam Athara Strabone uocatur:Cui quidem Venus obuia facta amorem cuiuſdam formoſi adoleſcentis ſibi ſacrificantis iniecit:ex quo quidem cum filiam dea ſuſcepiſſet:ſui erroris pudore ducta adoleſcentem ab ſe remouit. Filiam uero in loca quædam deſerta & ſaxoſa in quibus plurimæ erant columbe expoſuit. Illa uero quaſi diuino nutu ab auibus fuit enutrita. At Dea pudore doloreq; compulſa cum ſe in ſtagnum abieciſſet in piſcem fuit conuerſa. Vnde & Syri & piſcibus illius ſtagni abſtinent & templum iuxta lacum ipſum illi deæ quam Dercetem uocant facie hominis:reliquis corporis partibus piſcis ædificarunt Palæſtini autem populi ſunt Syriæ Arabiæ contermini a Paleſtina urbe regioneq; dicti. Stagnum ſanæ illud in quod ſe Dercetis abieciſſe fertur:eſt iuxta Aſcalonem Syriæ urbem:ut Diodorus ſcribit. An magis ut ſumptis Semiramis Dercetis deæ filia miro quodammodo columbis coagulato lacte e proximis paſtorum mapalibus rapto nutrita fuit: Vnde & Semiramis fuit appellata. Nam Syriorum lingua ſemiramides uocantur columbæ: quas Syri ut deas colunt. Semiramis uero poſt maxima bella confecta Babylonemq; ædificatam:cum inſidias ſibi a filio ſtrui cõperiſſet:oĩ iniuria illi remiſſa:p̃fectis oĩbus mandauit:ut filio tanq̃ regi parerẽt:e ueſtigioq; euanuit ad deos ut creditum eſt:tranſlata. Quidam fabulant̃ illam in columbam fuiſſe cõuerſam:quoꝝ opinionẽ & Oui. ſequitur. compluribus.n.colũbis domũ ingreſſis:& illam cũ reliquis auolaſſe putant. Quo factũ ẽ:ut Syrii colũbã ut deã colant:ĩmortalẽ reginam arbitrati. Impauit aũt Semiramis uniuerſæ Aſiæ p̃ter Indos:uixitq; ãnos duos & ſexa-

Colla premis lyncũ:Bacchæ Satyriq; ſequunt̃
Quiq; ſenex ferula:titubantes ebrius artus
Suſtinet:& pando non fortiter hæret aſello.
Quacũq; ingrederis clamor iuuenilis:& una
Fœmineæ uoces:impulſaq; tympana palmis
Concauaq; æra ſonat:lõgoq; foramine buxus.
Placatus mitiſq; rogant Iſmenides adſis.
Iuſſaq; ſacra colunt:ſolæ Mineides intus
Intempeſtiua turbantes feſta Minerua.
Aut ducunt lanas:aut ſtamina pollice uerſant
Aut hærent telæ:famulaſq; laboribus urgent.
Equibus una leui deducens pollice filum.
Dum ceſſant aliæ:cõmentaq; ſacra frequẽtant
Nos quoq; q̃s Pallas melior dea detinet: inqt.
Vtile opus manuũ uario ſermone leuemus.
Perq; uices aliquid:quod tẽpora longa uideri
Nõ ſinat:in mediũ uacuas referamus ad aures
Dicta probãt:primãq; iubent narrare ſorores
Illa quid e multis referat(nam plurima norat)
Cogitat:& dubia eſt de te Babylonia narret
Derceti:quam uerſa ſquãmis uelãtibus artus
Stagna Paleſtini credunt mutaſſe figura.
An magis ut ſumptis illius filia pennis



ginta cũ quadragita duobus regnaſſet. Naias an ut cãtu. Quænã hæc fuerit Nais mihi pagẽ cõptũ. Nympha quædã quæ carmibus & herbis iuuenes quoſdã ſe clamoribus infeſtãtes in mutos piſces trãſmutauit:ac tandẽ ipſa quoq; facta ẽ piſcis. An q̃ poma alba. Mori arboris ẽ p̃iphraſis. Morus.n.arbor poma primũ q̃dem alba deide nigra Pyrami ac Thiſbes ſanguie effecta ferre cœpit. Nã Pyramus iuuenis & Thiſbe puella cũ domos cõtiguas hẽrẽt ſe mutuo amare cœperũt.cũ autẽ ſe amplecti aliter nõ poſſent:egredi urbẽ ad cõſtitutũ locum decreuerũt. Quo q̃dem cũ prior p̃ueniſſet Thiſbe:leæna illac trãſeunte p̃terrefacta in antrũ uicinũ confugit. Pyramus deinde adueniens cũ uelum.quod fugiẽti Thiſbe e capite deciderat:cruẽtatũ reperiſſet: eã putans a feris fuiſſe laceratã: gladio quẽ ſecum habebat. ſub moro arbore incubuit. Cuius ſanguie q̃dem mora effecta fuere nigra:cum antea candida fuiſſent. Thiſbe autem ex antro egreſſa cum Pyramum uulnere confectũ uidiſſet:eodẽ ſe gladio confodit. Sane Pyramus non ſolum uiri eſt proprium:ſed etiam fluuii nomen qui p anguſtias Tauri montis in Cilicia defertur. Thiſbe quoq; & mulieris & urbis eſt nomen. Vñ Thiſbeus declinatur. Contiguas. ſe inuicem tangẽtes. Semiramis. Nini Aſſyriorum regis uxor fuit: magno mulier animo:quæ mortuo marito ſexũ mentita:ac ſe filium eſſe ſimulans ſucceſſit:ac ut uirum geſtorum gloria ſuperaret inter ea quæ p̃clara geſſit Babylonem urbem condidit. Cuius Mœnia ambitu trecenta ſtadia & ſexaginta complectebantur:frequẽtibus turribus ac magnis ornata:ut Diodorus ac fere hiſtorici & Græci & Latini ſcribunt. Altam urbem: ad murorum ac ædium magnificentiam reſpexit:qua facile alias urbes Babylon ſuperabat. Coctilibus muris: latericiis & coctis lapidibus cõſtructis. Prioſq; gradus. Primos amoris gradus uiſum & colloquum eſſe conſtat. Reliqui uero ſunt tactus: oſcula:concubitus. Tedæ iure: nuptiarum ac legitimo iure. Sed uetuere patres. Fatue quidẽ hoc eſſe dictum uidetur. Si enim uetuere:quo modo uetare non potuerunt? Verum acute ſimul & lepide eſt dictum. Vetuerunt enim ne nuptiarum iure coirent:prohibere autem non potuerũt: ne animis affectuq; copularẽtur. Tenui rima:ſubtili & parua ſciſſura. Duxerat: contraxerat. Id uitium nulli:illa inquit rima a nullo unq̃ fuerat animaduerſa. Notatum: animaduerſum. Eſt autem ordo. O amantes primi uidiſtis id uitium nulli notatum per longa ſæcula. Quid nõ ſentit amor. Parentheſis eſt:rationem continens cur amantes primi rimam illam notarint. Inque uices fuerat:hoc eſt:poſtq̃ uiciſſim ſuſpirauerant. Quantum erat: Ac ſi dicerent:minimum erat:ut permitteres nos toto corpore copulari.

Vel ad oſcula dãda Pateres:hoc eſt:ſaltem aperiri tm̃ deberes:ut nos inuicem oſculari poſſemus Vel:ſaltem. Sub noctem:circa noctem: adueniente nocte. Non peruenientia contra: hoc eſt:quæ ad alteram partem non perueniebant.

Nocturnos ignes ſtellas:quæ aurora aduenientẽ auferri uidentur. Pruinoſas: pruina obruta. Eſt autem pruina ros congelatus. Coiere:cõuenere. Multa prius queſti.de parentibus ſuis

Nocte ſilenti. Media quæ & intempeſta dicitur:quod illo tempore omnia ſileant aĩalia. Fallere cuſtodes:decipere ianuarum cuſtodes: qui ianitores uocantur. Foribus:domibus:a parte enim totum intelligimus. Excedere: exire.

Nais in piſcẽ
Mora ex albis nigra
Pyramus & Thiſbe

Extremos altis in turribus egerit annos.
Nais an ut cantu nimiumq; potentibus herbiſ
Verterit in tacitos iuuenilia corpora piſces.
Donec idẽ paſſa ẽ: an quæ poma alba ferebãt
Vt nunc nigra ferat contactu ſanguinis arbor
Hæc placet:hæc quoniã uulgaris fabula nõ ẽ.
Talibus orſa modis lana ſua fila ſequente.
Pyramus & Tyſbe iuuenũ pulcherrimus alter
Altera quas oriens habuit:prælata puellis.
Contiguas habuere domos: ubi dicitur altam
Coctilibus muris cinxiſſe ſemiramis urbem.
Notitiam primoſq; gradus uicinia fecit.
Tẽpore creuit amor:tædæ quoq; iure coiſſent.
Sed uetuere patres:quod non potuere uetare.
Ex æquo captis ardebant mentibus ambo.
Conſcius omnis abeſt:nutu ſigniſq; loquũtur
Quoq; magis tegit̃:tãto magis æſtuat ignis.
Fiſſus erat tenui rima:quam duxerat olim
Cum fieret paries domui cõmunis utriq;.
Id uicium nulli per ſæcula longa notatum.
(Quid nõ ſentit amor)primi uidiſtis amãtes:
Et uocis feciſtis iter:tutæq; per illud
Murmure blanditiæ minimo tranſire ſolebant
Sæpe ubi cõſtiterãt hinc Tiſbe:Pyramus illic.
Inq; uices fuerat captatus anhelitus oris.
Inuide dicebant paries quid amãtibus obſtãs?
Quãtũ erat ut ſineres toto nos corpore iũgi?
Aut hoc ſi nimiũ ẽ:uel ad oſcula dãda pateres.
Nec ſumus ingrati tibi:nos debere fatemur.
Quod datus ẽ uerbis ad amicas trãſitus aures
Talia diuerſa ne quicq̃ ſede locuti
Sub noctem dixere ualere:partiq; dedere
Oſcula quiſq; ſuæ non peruenientia contra.
Poſtera nocturnos aurora remouerat ignes.
Solq; pruinoſas radiis ſiccauerat herbas.
Ad ſolitum coire locũ:tũ murmure paruo
Multa prius queſti ſtatuunt:ut nocte ſilenti
Fallere cuſtodes:foribuſq; excedere temptent.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tecta.Domos. Spatiantibus.In magno agri ſpatio obambulãtibus.Nam ſpatiari nihil aliud eſt.ut ait Ma
crobius:q̃ in ſpatio lati itineris obambulare. Ad buſta Nini.ad ſepulchrũ Nini Aſyriorum regis.Buſtum autẽ
proprie dicitur locus.ubi cadauera comburebantur. Ardua.Alta.Morus autem arbor eſt:quæ ut ſcribit Pli.
ſerotino germinata floret:nec niſi exacto frigore germinat:ob id dicta ſapientiſſima arborum. Tarde.affectũ
exprimit amantium:quibus dies maxime longus uidetur:in cu ius noctem conuenire ſtatuerunt. Præcipitat:
aquis.In aquas oceani.ex opinione autem uulgari hæc dicuntur neq; enim ſol in aquas deſcendit. Et aquis
nox exit ab iiſdem. ubi enim ſol occidit: inde
nox uidetur oriri. Verſato.reuoluto.hoc ẽ aper
ta ianua. Adopertaq; uultum.uultum cooper
tum habens:ne cui forte obuiaret agnoſceretur.
Dictaq; ſub arbore. Conſtituta. Audacem
faciebat amor.cauſam reddit cur tá audax eſſet
puella:ut noctu ſola in agro reſideret. Venit ec
ce recenti. Ecce aduerbium ſemper fere aliquid
repẽtini inſperatiq; mali ſignificat.Vt Vergilius.
Ecce autem gemini a tenendo tranquilla per al-
ta.hoc autem & Aſconius notat:qui ait:hoc pro
prium eſſe Ciceronis:ut in rebus improuiſis hac
particula ecce utatur. Oblita rictus.hoc ẽ. ora
ſpumantia ſanguine boum infecta habẽs. De
poſitura ſitim hoc eſt:potatura in uicino fonte.
Timido pede.trepidis pedibus ac feſtinãtibus
Vt enim trepidum pro timido:Sic timidum pro
trepido eleganter ponitur. Vt lea.Poſtq̃ leæna.
Vtroque enim dicitur modo. Compeſcuit.pa
cauit. Laniauit.lacerauit. Serius egreſſus:ſe
ro tarde quidẽ ſignificat:ſed ita ut poſt amiſſam
opportunitatem aliquam fere ponitur. Ami-
ctus.uelum.Veſtem.uelum. Equibus illa.
Thiſbe quam idcirco uita digniſſimá fuiſſe ait
Pyramus:quia & promiſſis ſtetit:& longe ante ſe
ad conſtitutum locum uenit. Noſtra nocens
anima eſt.Animam pro uita ſæpenumero accipi
notũ eſt.Ego te miſeranda peremi.ſe necis Thiſ-
bes:q̃ a leæna dilaniatam putabat Pyramus cau
ſam fuiſſe profitetur. Peremi.Necaui.cum ma
ximo át affectu hæc a Pyramo referũtur. In lo
ca pẽa metus.cauſam aſſignat Pyramus cur ipſe
interficeret Thiſbem. Qui iuſſi. quia ego iuſſi
eſt enim relatiuum cám exprimens. Noſtrum
diuellite corpus.apoſtrophæ ad leones a quibus
Pyramus dilaceratam putabat Thiſbem. Sub
hac rupe.ſub hoc ſaxo in hac ſpelunca. propin-
qua enim ſpelunca erat in quam refugerat Thiſ
be. Sed timidi eſt optare necem:cum ſibi uir
fortis eam conſciſcat. Pactæ arboris. conſtitu-
tæ. Ferrum.Enſem per metonimiam.Ex ferro
nanq; enſes conficiũtur. Emicat exilit. Nõ ali-
ter q̃ cum.pulchra ſimilitudine oſtendit poeta
q̃ alte ex pyrami uulnere ſãguinis exiliret. Quá
cum uitiatio fiſtula plumbo. Fiſtula per quam
aqua deducitur ex plumbo fere fieri conſueuit:
dicta quod fiſtulæ & tibiæ ſimilis ſit. Vitiato.

Ecce

Cũq; domo exierit: urbis quoq; tecta reliquãt.
Ne ue ſit errandum lato ſpaciantibus aruo.
Conueniãt ad buſta uini:lateantq; ſub umbra
Arboris:arbor ibi niueis uberrima pomis
Ardua morus erat gelido contermina fonti.
Pacta placent:& lux tarde diſcedere uiſa
Præcipitatur aquis:& aquis nox exit ab iiſdem
Callida per tenebras uerſato cardine Tiſbe
Egreditur:fallitq; ſuos:adopertaq; uultum
Peruenit ad tumulũ:dictaq; ſub arbore ſedit
Audacem faciebat amor:uenit ecce recenti
Cæde leæna boum ſpumantes oblita rictus
Depoſitura ſitim uicini fontis in unda.
Q uã procul ad lunæ radios Babylonia Tiſbe
Vidit:& obſcurum timido pede fugit in antrũ
Dumq; fugit:tergo uelamina lapſa reliquit.
Vt lea ſæua ſitim multa compeſcuit unda.
Dum redit in ſyluas:inuentos forte ſine ipſa
Ore cruentato tenues laniauit amictus.
Serius egreſſus ueſtigia uidit in alto
Puluere certa fere:totoq; expalluit ore
Pyramus:ut uero ueſtẽ quoq; ſanguine tinctã
Repperit:una duos inquit nox pdet amantes.
E quibus illa fuit longa digniſſima uita.
Noſtra nocẽs anima ẽ:ego te miſerãda peremi
In loca plena metus:qui iuſſi:nocte uenires.
Nec prior huc ueni: noſtrum diuellite corpus
Et ſcelerata fero conſumite uiſcera morſu:
O quicũq; ſub hac habitatis rupe leones.
Sed timidi eſt optare necem:uelamina Tiſbes
Tollit:& ad pactæ ſecum fert arboris umbram
Vtq; dedit notæ lachrymas:dedit oſcula ueſti:
Accipe nũc iqt noſtri quoq; ſãguinis hauſtus
Q uoq; erat accictus:demiſit in ilia ferrum.
Nec mora:feruentimoriens e uulnere traxit:
Et iacuit reſupinus humo:cruor emicat alte
Non aliter q̃ cum uiciato fiſtula plumbo
Scinditur:& tenui ſtridente foramine longas



Eiaculatur aquas:atq; ictibus aera rumpit.
Arborei fœtus aſpergine cædis in atram
Vertuntur faciẽ:madefactaq; ſanguine radix
Purpureo tinxit pendentia mora colore.
Ecce metu nondum poſito:ne fallat amantem
Illa redit:iuuenẽq; oculis animoq; requirit.
Q uanta uitarit narrare pericula geſtit.
Vtq; locũ & uiſam cognoſcit in arbore formã.
Sic facit incertã pomi color:hæret an hæc ſit.
Dũ dubitat:tremebũda uidet pulſare cruentũ
Membra ſolum: retroq; pedẽ tulit oraq; buxo
Pallidiora gerens exhorruit æquoris inſtar.
Q đ fremit:exigua cũ ſummũ ſtringitur aura
Sed poſtq̃ remorata ſuos cognouit amores
Percutit indignos claro plangore lacertos.
Et laniata comas:amplexaq; corpus amatum.
Vulnera ſuppleuit lachrymis:fletumq; cruori
Miſcuit:& gelidis in uultibus oſcula figens
Pyrame clamauit:qui te mihi caſus ademit?
Pyrame reſponde:tua te cariſſima Tiſbe
Nominat:exaudi:uultuſq; attolle iacentes.
Ad nomen Tiſbes oculos iam morte grauatos
Pyramus erexit:uiſaq; recondidit illa
Q uæ poſtq̃ ueſtemq; ſuam cognouit: & enſe
Vidit ebur uacuũ:tua te manus iquit amorq;
Perdidit infelix:eſt & mihi fortis in unum
Hæc mãus:ẽ & amor:dabit hic i uulnera uires
Perſequar extinctum:letiq; miſerrima dicar
Cauſa comeſq; tui:quiq; a me morte reuelli
Heu ſola poteras:poteris nec morte reuelli.
His tamen amborum uerbis eſtote rogati
O multum miſeriq; mei illiuſq; parentes.
Vt quos certus amor:quos hora nouiſſima iũ
Cõponi tumulo non inuideatis eodem (xit.
At tu quæ ramis arbor miſerabile corpus
Nunc tegis unius:mox es tectura duorum.
Signa tene cædis:pulloſq; & luctibus aptos
Semp habe fœtus:gemini monumẽta cruoris
Dixit:& aptato pectus mucrone ſub imum
Incubuit ferro:quod adhuc a cæde tepebat.
Vota tamen tetigere deos:tetigere parentes.
Nam color in pomo eſt:ubi permaturuit: ater.
Q uodq; rogis ſupereſt:una requieſcit in urna

Corrupto.fracto. Eiaculatur:longe eiicit. At
q; ictibus aera rumpit:aque emiſſione aerem pe
netrat. Arborei fœtus:mora illius arboris fru-
ctus. Aſpergine cædis:ſanguinis aſperſione.
In atram faciem:in nigram figuram. Made
factaq;:quiuæ copula hoc loco pro quia eſt acci
piẽda.Cauſam enim aſſignat cur mora ex albis
purpurea fuerint effecta. Geſtit:cupit.Vtq; lo-
cum: q̃ locum inquit & uiſam arboris figuram
Thiſbe cognoſcit:tam colore mororum quæ ex
albis rubicunda fuerant effecta redditur incerta
Pomi color:fructum mori arboris color ex al
bo in rubicundum tranſmutatus. Pomum au
tem generale nomen eſt omnium fructuum:qui
cũq; in arboribus naſcuntur:ſiue molle:ſiue du-
ros cortices abeant:quanuis quidam aliter ſenti
ant. Hæret.dubitat an illa ſit arbor: ſub qua
paulo ante ſederat. Tremebunda.palpitantia.
Pulſare.percutere.Nondum enim mortuus erat
Pyramus. Retroq; pedem tulit.Retro ceſ[illegible]. Ex
horruit turbata eſt. Aequoris inſtar. Ad ſimili
tudinem maris.Inſtar autem in declinabile no-
mẽ eſt:ac interdum ad ſimilitudinem Interdum
ſignificat ad æquiparationem:q̃uis ſine p̃poſitio
ne ponatur.Vergilius.Inſtar mõtis equum diui-
na Palladis arte ædificant. Quod fremit. ſtre-
pit. Cum ſummum ſtringitur. Quando i ſup
ficie raditur ac leuiter a uento attingitur. Cla
ro plangore.Magno eiulatu. In gelidis uulti-
bus.In frigida facie Pyrami morientis. Supple
uit.Impleuit. Quis te mihi caſus ademit: Eri-
puit.Sunt autem querelæ maxime amanti cõue-
nientes. Erexit. extulit:aperuit. Recondit.
Iterum condidit:& occultauit:& clauſit. Veſtẽ
q; ſuam.Velum ſuũ:quo deceptus Pyramus ſe-
ipſum interfecerat. Ebur uacuum enſe. ideſt
Eburneam uaginam enſe carentem. Tua te
manus inquit amorq;.Teip̃m inquit ob amorẽ
quo me p̃ſequebaris iterfeciſti. In unũ.Adhoc
unũ ut me ipſa interficiá.In uulnera.ad uulnera
mihi ipſi inferẽda. Reuelli.ſeparari. Certus
amor.uerus. Non inuideatis.non prohibeatis
noſtris uotis inuidentes. Componi. condi ac
ſimul ſepeliri. Pullos.nigros. Monumenta.
Memoriam. Gemini cruoris.Sanguinis duo-
rum & Pyrami & Thyſbes. Aptato mucrone.
Appoſita cuſpide. Sub imum pectus. Ad in
fimam pectoris partem. Ferro. Enſi quo ſe-
ipſum paulo ante tranſfixerat Pyramus. Vo-
ta. Preces. Tetigere. Commouere. Per-
maturuit. perfecte maturuit. Quodq; rogis
ſupereſt. Cinis & oſſa rogis ſupereſſe ſolent.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Deſierat.loq ſubaudiat̃ & Alcithoe.Finẽ.n.ſuæ narratiõi ĩpoſuerat. Vocẽ tenuere.ſiluerũt. Leucothoe.ſoror Alcithoes.anteq̃ narret quẽadmodũ Leucothoe Orchami regis Achemeniæ & Eurymones filia in arborẽ thuris fuerit cõuerſa:expõit adulteriũ Martis cũ uenere.Sol.n.Martẽ olĩ cũ Venere coeũtẽ Vulcano eius marito indicauit:qui indignatus retibus tenuiſſimis cubile circundedit:quibus coeuntem Martem cum Venere ita implicuit:ut nullo pacto diſiungi poſſent.Patefacto deinde cubiculo omnium deorum oculis ſpectãdos ſubiecit. Quare Venus indignata Soli Leucothoes amorem imiſit:qui ut cõmodius ea potiretur:ſe in matris eurimones figuram conuertit.Cum uero Orchamus pater eam uitiatam eſſe iudicio Clyciæ ſolis amicæ cognouiſſet:ipſam defodit in terram.Sol uero amicam miſeratus:eam in thuris arborem commutauit. Hunc quoq;. Ac ſi diceret. Non ſolum mortales capiũtur amore:ſed dii quoq;:& quidẽ clariſſimi. Videt hic deus omnia primus Cauſa eſt cur ſol putetur omnium primus Martis adulterium cum Venere uidiſſe.Quare hæc particula nam ſubaudienda uidetur.

Adulterium Veneris cum Marte

Iunonigenæ ex iunõe genito.Vulcãum enim ſolum Iuno ex Ioue ſoſcepit. Furta. ſtupra & adulteria quod furtim fiant. Graciles.tenues atq; ſubtiles. Quæ lumina fallere poſſent: Quæ oculos decipere ualerent. Elimat.efficit lima. Aranea:tela aranearũ. Vtq; leues tactus. ſignificat retia ea ita mollia fuiſſe ac flexibilia ut neq; ſi tangerentur ſentiri poſſent:ac facile rebus omnibus cederẽt. Parua momẽta pua obſtacula:ut parũ reſiſtere uiderentur. Deprenſi.in re prohibita inuenti.Nam deprehendi proprie quis in re minus honeſta dicitur. Lemnius.uulcanus. Qui cum deformis natus eſſet Iunoniq; diſplicuiſſet: e cælo fuit a Ioue in lemnum inſulam precipitatus.ibiq; a Simiis:ut ſcribit Seruius:fuit nutritus.

Admiſitq; deos.aduocauit deos ad ſpectaculum Veneris: & martis qui ita ligati in lecto iacebant:ut ſe diſſoluere non poſſent. Atq; aliquis de diis.Eũ fuiſſe Mercuriũ ferũt. Cythereia:uenus a Cytheris ĩſula dicta:ad quã primũ e mari nata cõcha pueniſſe dicit̃. Memorẽ pœnã: aut hypalage ẽ memor Cythereia:aut quã in memoria hẽbat ut Vergilius.Sæue memorẽ Iunõis ob iram. Inq; uices.uiciſſim e contrario. Hyperione nate. Sol Hyperionis Titanis filius fuiſſe dicitur.

Leucothoe ĩ thuris arborẽ

Eſt autem apoſtrophe ad ſolem. Igne nouo.Amore inuſitato. Temperius.Tempeſtiuius. Modo ſerius incidis undis. Interdum inquit tardius occidis Eoo cælo.orientali.unde oritur aurora:que græce ἠὼ dicitur. Porrigis.producis. Bruinales horas.Hyemales dies qui ſolent eſſe breuiores. Vitium mentis.ægritudo ac paſſio cordis:qua fere amantes pallent. Tranſit in lumina.Pallida nanq; uidebantur.

Nec tibi quod lunæ.Cauſam eclipſis ſolis exponit.Nam tũc deficere uidetur:cum luna ei ſubiicitur.Luna uero infima planetarum. Clymene.Phethontis mater. Rhodos. inſula eſt Lyciæ adiacẽs ſoli adeo grata:ut ſemper quãuis

Deſierat:mediumq; fuit breue tẽpus: & orſa ẽ
Dicere Leucothoe:uocem tenuere ſorores.
Hunc quoq;:ſideria qui temperat omnia luce
Cepit amor ſolem:ſolis referamus amores.
Primus adulterium Veneris cũ Marte putat̃
Hic uidiſſe deus:uidet hic deus omnia primus
Indoluit facto:Iunonigenæq; Marito
Furta tori:furtiq; locum monſtrauit:at illi
Et mens:& quod opus fabrilis dextra tenebat
Excidit:extemplo graciles ex ære catenas
Retiaq; & laqueos:quæ lumina fallere poſſẽt
Elimat:non illud opus tenuiſſima uincant
Stamina:nõ ſummo quæ pendet aranea tigno
Vtq; leues tactus momẽtaq; parua ſequantur
Efficit:& lecto circundata collocat apte.
Vt uenere torum coniunx & adulter in unum
Arte uiri uincliſq; noua ratione paratis
In mediis ambo deprenſi amplexibus hærent.
Lemnius extemplo ualuas patefecit eburnas.
Admiſitq; deos:illi iacuere ligati
Turpiter:atq; aliquis de diis nõ triſtibus optat
Sic fieri turpis:ſuperi riſere:diuq;
Hæc fuit in toto notiſſima fabula cælo
Exigit indicii memorem Cythereia pœnam.
Inq; uices illum tectos qui læſit amores.
Lædit amore pari:quid nunc Hyperione nate
Forma colorq; tibi radiataq; lumina proſunt?
Nempe tuis omnes qui terras ignibus uris.
Vreris igne nouo:quiq; omnia cernere debes
Leucothoen ſpectas:& uirgine figis in una
Quos mũdo debes oculos: modo ſurgis eoo
Temperius celo:modo ſerius incidis undis.
Spectandiq; mora brumales porrigis horas
Deficis interdum:uitiumq; in lumina mentis
Tranſit:& obſcurus mortalia pectora terres.
Nec tibi quod lunæ terris propioris imago
Obſtiterit palles facit hunc amor ipſe colorem
Diligis hanc unã:nec te Clymeneq; Rhodoſq;



neboloſo aere aliqua diei hora eius radii uideãtur:ut ſcribit Plinius:Rhodos autẽ ἀπὸ τοῦ ῥόδου. hoc eſt a roſa propter pulchritudinem:ut quidam ſcribunt:fuit appellata.Nã prius & Ophiuſa & a ſerenitate Aethera a uocabatur:Diodorus uero ait Rhodon inſulam a Rhodo puella Neptuni filia ex quadam Telchinum ſorore q̃ p̃mi inſulam tenuerũt:fuiſſe appellatam.Nec tenet Aeææ.Perſa mater fuit Cyrces:quæ Aeæa ab aeaurbe Colchorum: non ut Seruius ſcribit:a uocibus eorum quos in bruta animalia conuertebat fuit appellata.Aea uero non ſolum Colchorum ẽ urbs ab Aeeta Medeæ patre ædificata: ſed alia quoq; eſt Theſſaliæ:eſt etiam Macedoniæ fons Aea:ut Stephanus ſcribit.Vnde Aeæus ææa declinatur. Clytie:nympha fuit q̃ Apollinem amauit. Graue uulnus: magnum dolorem:quia ſibi Leucothoen prælatam uidebat.

Gentis odoriferæ:odores ferentis:hoc eſt arabicæ. Formoſiſſima Eurymone:pulcherrima. Eurymone autem:ut ſcribit in theologonia Heſiodus:nympha fuit Oceãi & Thetios filia: uxorq; Orchami Achemeniorũ regis.Altera fuit Apollinis filia quæ Thalioni marito Adraſtum argiuorum regem atq; Eripylen peperit. Achæmenias: pſicas.Nam Achæmenii Perſæ & Parthi populi ſunt finitimi. A priſco Belo.a primo Belo qui Abantem genuit. Abas Acriſium.Acriſius Danaem:Dana Perſeum:Perſeus Bachæmonẽ: Bachæmon Achæmenem:a quo Achæmenia ẽ appellata.Achæmenes uero Orchamum. Axe ſub heſperio:Solis equorum paſcua deſcribit: q̃ ſunt in occidente ambroſiam ferentia:cuius paſtu ſolis equi per noctem raparantur ad diurnos labores tolerandos. Axe ſub heſperio:ſub cælo occidentali.Duo nãq; ſunt axes:ut Seruius quoq; ſcribit:qui & uertices & poli dicuntur:arcticuſ ſiue borealis qui a nobis ſemp uidetur.& antarcticus ſiue notius & auſtralis qui nunq̃ a nobis uideri poteſt.Axem ergo pro celo poſuit. Eſt aũt pprie axis:ut ſcribit Apuleius: directio quædã a polis uelut a cardinibus profecta: diuiſor & diſcriminator mundi orbem terræ in medietate cõſtituens:

Axis

ambroſia uero quæ immortalitas interpretatur:cibus eſt deorum:quo etiam equi ſolis paſci dñr.Eſt aũt herba quã diaſcorides arthemiſiã eſſe ait.

Ambroſia

Thalamos:amatos. Amicæ Leucothoes:cubiculum. Ducentem.deducentem filantem. Leuia ſtamina:mollia. Arbitrium facultatem. Et colus:inſtrumentum eſt cui appenduntur ſtamina filanda. Et fuſi:horum inuẽtor Cloſter Arachnes filius a Plinio fuiſſe narratur. Nitore:pulchritudine: ſplendore. Neq; enim moderatus.Cur inuideret Clytie cauſã aſſignat.Nimus enim erat ſolis amor in Leucothoen. Diffamatum:uulgatũ. Et ille: manu ſolẽ idicat patri Leucothoe. Crudus:crudelis.

Nec tenet Aææ genitrix pulcherrima Circes
Quæq; tuos Clytie quãuis deſpecta petebat
Concubitus:ipſoq; illo graue uulnus habebat
Tempore:Leucothoe multarum obliuia fecit:
Gentis odoriferæ quam formoſiſſima partu
Edidit Eurymone:ſed poſtq̃ filia creuit.
Quã mater cunctas:tam matrem filia uicit
Rexit Achæmenias urbes pater orcamus:iſq;
Septimus a priſco numeratur origine Belo.
Axe ſub heſperio ſunt paſcula ſolis equorum
Ambroſiam p gramine habẽt: ea feſſa diurnis
Membra miniſteriis nutrit:reparatq; labori
Dũq; ibi quadrupedes cæleſtia pabula carpũt
Noxq; uicẽ pagit:thalamos deus itrat amatos
Verſus in Eurymones faciem genitricis:& iter
Bis ſex Leucothoen famulas ad lumina cernit.
Leuia uerſato ducentem ſtamina fuſo.
Ergo ubi ceu mater caræ dedit oſcula natæ
Res ait arcana eſt:famulæ diſcedite:ne ue
Eripite arbitrium matri ſecreta loquendi.
Paruerant:thalamoq; deus ſine teſte relictus.
Ille ego ſum dixit:qui longum metior annum.
Omnia qui uideo:per quem uidet oĩa tellus.
Mũdi oculus:mihi crede places:pauet illa:metuq;
Et colus & fuſi digitis cecidere remiſſis.
Ipſe timor decuit:nec longius ille moratus
In ueram rediit ſpeciem ſolitumq; nitorem.
At uirgo quãuis inopino territa uiſu.
Victa nitore dei poſita uim paſſa querela eſt.
Inuidit Clytiæ:neq; enim moderatus in illa
Solis amor fuerat:ſtimulataq; pellicis ira
Vulgat adulterium:diffamatumq; parenti
Indicat:ille ferox immanſuetuſq; precantẽ
Tendentẽq; manus ad lumina ſolis: & ille
Vim tulit inuitæ dicentem:defodit alta
Cruduſ hũo:tumulũq; ſup grauis addit harẽæ
Diſſipat hunc radiis Hyperione natus:iterq;
Dat tibi:quo poſſis defoſſos promere uultus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Euectum.Necatum obrutum. Exangue:mortuum ſine ſanguine. Volucrũ moderator equoꝝ:Periphraſis eſt Appollinis:qui moderator & rector eſt uelociſſimorum equorum ac uolantium potius q̃ currentium :ut plene in ſecundo uidimus. Poſt phaethonteos ignes.Poſt fulmina quibus Phaethon fuit abſumptus. Gelidos artus.Mortua membra.Id enim quod ſequitur pro eo quod præcedit:& contra ſæpenumero ponitur a poetis. Reuocare.Reducere. Fatũ.fati neceſſitas. Nectare odorato.ſuauiſſimi odoris liquore.Eſt enim. Nectar deorum potio:ut iam ſæpius diximus. Tanges tamen æthera dixit. Quãuis inquit Apollo te ad uitam reuocare non poſſim:ad cælum tamen peruẽies Nam thuris fumus ad deos uſq; in cælũ peruenire credit̃. Delicuit.molle & tenerũ factũ ẽ: a deliq̃ſco p̃teritũ. Senſim paulati. Cacumie.In ſũmitate. Tumulum.harenæ aggerẽ. At clytien.Clytie nympha a ſole derelicta cum nouẽ dies ſine ullo cibo ac potu exegiſſet:tãdem deorum miſeratione in herbam heliotropium conuerſa fingitur :quæ nunc quoq; priſtini amoris memor continue folia ad ſolẽ uertit .Vnde etiã nomẽ accepit:Nam Heliotropium dicitur ſolis conuerſio.ηλιοσ namq; ſol.τροπη cõuerſio dicitur. Quãuis amor excuſare dolorem.Amore enim quo Apollinẽ proſequebatur: dolebat: Clytie ſibi aliam præferri. Dolore autem coacta indicauit patri Leucothoes cum ſole concubitum. Auctor lucis .Periphraſis eſt ſolis : qui Lucis eſt effector . Modum . finem.Tabuit ex illo.Ex eo inquit tempore quo a ſole fuit derelicta:tabeſcere cœpit Clytiæ commerciumq; aliarum nympharum fugere.Sub loue. Sub diuo. ad aerem. Nouem Luces.Nouem dies . Flectebat. Vertebat. Hæſiſſe. Affixa fuiſſe terræ ſic ut ſurgere non poſſet. Luridus . fuſcus .

Clytie in heliotropium'

Vertitur ad ſolem.ad nomẽ herbæ quæ heliotropium dicitur alludit. Suum.a ſe amatum .

Mutata.In Heliotropium herbam conuerſa .

Ceperat:occupauerat.Delectarat. Poſcitur Alcithoe.Rogatur ut aliquid fabularum narret.

Quæ radio nauicula.inſtrumentum ẽ ligneum.quo utuntur textores. Stantis telæ .pendẽtis. Idei.phrygii.Nam Ida mons eſt phrygiæ . & cretæ. Contulit.Conuertit.Has autem fabulas quæ uix unquam apud aliquem præſtãtum poetarum inueniuntur breuiter percurrit poeta:uidens illas nullo fere in uſu futuras. Tantus dolor urit amantes.Acclamatio eſt in amantum Zelotypiam. Tantus inquit dolor amantes cruciat:ut ſepænumero amatos perdant .

Nec loquor Scython quidam ex mare in fœminam mirando quodammodo fuit commutatus Id autem fieri poſſe Plynius quoque eſt auctor .

Nec tu iam poteras euectum pondere terræ.
Tollere nipha caput:corpuſq; exãgue iacebas
Nil illo fertur uolucrum moderator equorum
Poſt Phaetonteos uidiſſe dolentius ignes.
Ille quidem gelidos radiorum uiribus artus .
Si queat:in uiuum temptat reuocare colorem
Sed quoniam tantis fatum conatibus obſtat
Nectare odorato ſparſit corpuſq; locumq;
Multaq; perqueſtus:tãges tamẽ æthera dixit .
Protinus imbutum cæleſti nectare corpus
Delicuit:terrãq; ſuo madefecit odore.
Virgaq; per glebas ſenſim radicibus actis
Turrea ſurrexit:tumulumq; cacumine rupit.
At Clytien:q̃uis amor excuſare dolorem.
Iudiciumq; dolor poterat:nõ amplius auctor
Lucis adit:Veneriſq; modum ſibi fecit in illa.
Tabuit ex illo dementer amoribus uſa
Nymphaꝝ ĩpatiens:& ſub Ioue nocte dieq;
Sedit humo nuda nudis incompta capillis.
Perq; nouem luces expers undæq; cibiq;
Rore mero lachrymiſq; ſuis ieiunia pauit .
Nec ſe mouit humo tantum ſpectabat euntis
Ora dei:uultuſq; ſuos flectebat ad illum.
Membra ferũt hæſiſſe ſolo:parteq; coloris
Luridus exangues pallor conuertit in herbas
Eſt in parte rubor:uiolæq; ſimilimus ora
Flos tegit:illa ſuum:quãuis radice tenetur.
Vertitur ad ſolem:mutataq; ſeruat amorem .
Dixerat:& factum mirabile ceperat aures.
Pars fieri potuiſſe negant:pars omnia ueros
Poſſe deos memorãt:ſed nõ ẽ Bacchus in illis
Poſcitur Alcithoe:poſtq̃ ſiluere ſorores.
Quæ radio ſtantis percurrens ſtamina tæle
Vulgatos taceo dixit paſtoris amores
Daphnidis idæi:quem nymphe pellicis ira
Contulit in ſaxum:tantus dolor urit amantes
Nec loquar:ut quondam naturæ iure nouato
Ambiguus fuerit mõ uir mõ fœmina ſcython



Te quoq; nũc adamas quodã fidiſſime paruo
Celme Ioui:largoq; ſatos Curetas ab hymbri .
Et Crocon in paruos uerſum cũ Milace flores
Prætereo:dulciq; animos nouitate tenebo
Vnde ſit infamis:quare male fortibus undis
Salmacis eneruet:actoſq; remolliat artus
Diſcite:cauſa latet:uis eſt notiſſima fontis.
Mercurio puerum diua cithereide natum
Naiades idæis enutriuere ſub antris.
Cuius erat facies:in qua materq; paterq;
Cognoſci poſſent:nomen quoq; traxit ab illis.
Is tria cum primum fecit quinquennia mõtes.
Deſeruit patrios:idaq; altrice relicta
Ignotis errare locis:ignota uidere.
Flumina gaudebat ſtudio minuente laborem
Ille etiam Lycias urbes:Lyciæq; propinquos
Caras adit:uidet hic ſtagnum lucentis ad imũ
Vſq; ſolum lymphæ:non illic canna paluſtris.
Nec ſteriles ulua:nec acuta cuſpite iunci.
Perſpicuus liquor eſt:ſtagni tamẽ ultima uiuo
Ceſpite cinguntur ſemperq; uirentibus herbis
Nipha colit:ſed nec uẽatibus apta:nec arcus
Flectere quæ ſoleat:nec quæ cõtendere curſu .
Solaq; naiadum celeri non nota Dianæ.
Sæpe ſuas illi fama eſt dixiſſe ſorores.
Salmaci uel iaculũ uel pictas ſume pharetras.
Et tua cum duris uenatibus ocia miſce.
Nec iaculum ſumit:nec pictas illa pharetras
Nec ſua cum duris uenatibus ocia miſcet.
Sed modo fonte ſuo formoſas perluit artus .
Sæpe cythoriaco diducit pectine crines.
Et quid ſe deceat:ſpectatas conſulit undas.
Nunc perlucenti circundata corpus amictu
Mollibus aut foliis:aut mollibus icubat herbiſ
Sæpe legit flores:& tunc quoq; forte legebat .
Cum puerum uidit:uiſumq; optauit habere
Nec tamen ante adit:& ſi properabat adire .
Quam ſe compoſuit:q̃ circumſpexit amictus
Et finxit uultum:& meruit formoſa uideri
Tunc ſic orſa loqui:puero digniſſime credi .
Eſſe deus:ſeu tu deus es:potes eſſe cupido .
Siue es mortalis:qui te genuere beati.
Et mater felix: & fortunata profecto

Te quoq; nũc adamas . Celmus nutricius fuit Iouis:cui dum paruus erat:fuit admodũ gratus Poſteaquã uero Iupiter deoꝝ ĩperiũ eſt adeptus: ipſum in Adamantem conuertit:quia uulgaſſet Iouẽ fuiſſe mortalẽ . Largoq; ſatos curetas ab himbri:curetes populi fuere Cretæ antiq̃ſſimi: q una cũ Corybãtibus Iouẽ nutriuere .Sed cũ deinde religionẽ contẽnerent ab Ioue ipſo imbribus fuere deleti:Poſtea uero cũ nẽo deos coleret :ex fungis eoſdẽ Curetas reparauit. Et crocõ.Crocos adoleſcens fuit:quẽ Smilax uirgo cũ amaret neq; frui poſſet:ambo in flores cõuerſi fuerunt . Vnde Smilaceæ croceæq; coronæ dicunt̃ . Sane ſmilax ut ſcribit galiẽus ẽt ſiñ .s.littera iterdũ enũciat. Vnde ſi ĩfamis. Salmaciis fons eſt Cariæ: quẽ q igrediunt̃:effœmiati ac molles egrediunt̃

Celmus in adamantem

Crocos cum ſmilace in flores

Salmacis fõs

Huius autẽ rei cãm poeta refert ĩ hermaphroditi preces:q parẽtes rogauit ut quẽadmodũ ipſe ſic alii quoque fontẽ illũ ĩtrantes molleſcerẽt.Nã Hermaphroditus Mercurii ac Veneris filius fuit formoſiſſimus:q cũ ĩfontẽ Salmacidis nymphæ igreſſus foret.ita a nympha fuit colligatus:ut ex duobus corporibus unũ fieret utrũq; habens ſexum.Vnde etiã nũc Hermaphroditi utroq; præditi ſũt ſexu. Eneruet. Neruos ac uires eripiat: effœminet. Remolliat. molles ac effœmiatos efficiat. Diua cythereide.Venere. Sub idæis antris.In ſpeluncis Idæ mõtis phrygiq;. Cuius erat facies.Formoſiſſimũ fuiſſe Hermaphroditũ ſignificat:cũ ſimilẽ eũ fuiſſe parẽtibus dicat Nomẽ quoq; traxit ab illis . Nam Hermaphroditus απoτον ερπον.hoc ẽ Mercurio & αφροδιτησ Venere fuit appellatus. Studio . Cupiditate & animi ĩclinatiõe. Lycias urbes.Lycia Lydia & caria ꝓuinciæ ſunt finitimæ. Caras adit.cares populi ſũt cariæ.Eſt autẽ accuſatiuus græcus.car eni caros declinat̃ in maſculino.in fœminio aũt Caiera.Carre uero urbs ẽ Meſſopotamiæ Craſſi cæde nobilis a Carra Syriæ fluuio d̃nomiata.Videt hic ſtagnũ.Fontis ſalmacidis deſcriptio. Viuo ceſpite.naturali terra. Nympha colit.habitat Idẽ aũt cũ fonte nomẽ habet.Salmacis eni nympha ut ſcribit Sex.põpeius:Cæli & terræ filia molliſſima fert̃ fuiſſe cauſa fontis Halycarnaſi aquæ appellãdæ Salmacidis:quã q bibiſſet:uitio ĩpudicitiæ molleſceret ob eã cãm:qd eius aditus anguſtatus parietibus occaſionem largitur iuuenibus petulantibus puerorũ puellarumq; uiolãdarum:quia non patet effugium.unde Ennius. Salmacidas ſpolia ſine ſanguie & ſudore. Quod in molles atq; effœmiatos dictum corrupte legitur in primo de officiis Ciceronis: ineptequc ab iis qui in illud opus cõmẽtaria ſcripſerunt:exponitur:ut in quadã diſputatione noſtra:quæ circũfertur:copioſius diximus. Duris uenatibus .laborioſis uenationibus . Cytheriaco . pulchro qualis Venerem deceret . Aut certe Cythoriaco legendum eſt a Cythoro monte buxis abundante:ex quo ligno pulchri pectines conficiuntur .

Hermaphroditus

Perlucenti amictu.perlucida ueſte. Significat aũt hanc nymphã molliſſimã fuiſſe. Incubat. recubat iacet. Compoſuit.ornauit. Et finxit uultũ ſumpſit uultũ blandũ amantique aptum .

Si quā dignabere tæda. Siquā tuis nuptiis dignā exiſtimabis. Hic tibi ſiue aliqua ē. Si inqt ſponſam habes: mecū uelis hoc loco furtim coire. Sin uero nō habes:me uelim accipias uxorē.

Ab hiis:poſt hæc. Hic color:his ſimilitudinibus declarat: qualis eēt Hermaphroditi pueri color:poſteaq̄ audita nymphæ oratione: erubuit.

Aprica:ſoli expoſita. Arbores aūt ſoli expoſitæ rubicūda poma ferre ſolent. Aut ebori tincto. Minio ac purpureo colore picto. Aut ſub can. ru.lunæ.hoc ē lunæ eclipſim patienti. Tūc eni rubeſcere uidet̄. Cū fruſtra reſonāt:fruſtra ꝑſtrepunt:nihil eni lunæ deficiēti ꝓſunt. Quāuis uulgus putet carmina ueneficaꝝ æreoꝝ uaſoꝝ tinnitibus īpediri:ne eclipſim lunæ inducāt. Vnde Iuuenalis loquacitatem mulieꝝ carpens inquit: Vna laboranti poterit ſuccurrere lunæ. Aera: ærea uaſa. Auxiliaria: auxiliū lunæ afferentia: ne ueneficaꝝ deficiat carminibus. Sororia oſcula:caſta & pudica:qualia ſorores decent.Eſt autē adiectiuū nomē ſororius a ſorore declinatū:neq; eū ſignificat q alicuius ſororē duxit uxorē:ut qdā putant. Eburnea: candida ut ebur. Deſinis an fugio: aut deſine inqt: aut ego hinc fugiā: ac tibi ſoli iſta loca relinquā. Extimuit:ne fugeret.

Gradu uerſo:Conuerſo greſſu & paſſu. Fruticū ſylua: Frutices medii ſunt iter arbores & herbas. Vt uacuus:utpote ocioſus.Et aliis curis ſolutus. Et inobſeruatus.Nō uiſus a quoq̄ nō notatus. Alludentibus: quæ alludere ſibi blandiriq; uidebātur. Mollia uelamina. molles ueſtes ac tenues. Flagrāt quoq; lumia nymphæ: hoc eſt:oculi quoq; nymphæ Salmacidos flagrare uidētur.Nā etiā oculis ꝓdebat quāta potiūdi pueri cupiditate teneretur:id qđ amore captis fere uſu uenire ſolet. Nō aliter.Sic inqt oculi nymphæ flagrare uidētur ac ſplendere:ut ſolis radii ſereno aere [illegible] ipſis ſpeculū ponitur.Nam tunc & ſplēdidiſſimi uidētur & ignē contrahūt. Puro orbe. Nebulis carēte:& ſereno aere. Ille cauix uelox. Natantiū morē exꝓmit. Ingreſſuri eni aquas manibus cauis corpus ſibi ꝑcutiunt. Liqdis:puris.

Signa:ſtatuas. Luctātia oſcula carpit: ab illo reluctāte:ē eni hypallage. Inuita: pro illi inuito ac nolēti:altera hypallage. Nitentē cōtra:repugnantē:reluctantē. Implicat ut ſerpēs.His ſimilitudinibus oſtendit q̄ arctū ſtrictūq; teneat Salmacis Hermaphroditū. Regia ales:aqla:q̄ iccirco i Iouis tutela eē dicitur:qđ ex auibus ſola nūq̄ fulmine tangatur.Eſt aūt ſerpētibus infeſtiſſima: a qbus ſæpenumero ita implicatur: ut in terram una cū illis decidat. Spatiantes:ſpatioſe & late ſe iactantes. Polypus:piſcis eſt miræ magnitudinis multos habens pedes.Vnde etiam nomen accepit. Nā πολυσ multus. πουσποδοσ pes dicitur.Hic inſidiatur piſcatoribus: quos ſi ceperit:omnibus pedibus: quæ flagella uocat poeta: ſic ſtrigit:ut nullo pacto effugere poſſint. Eſt etiā morbus a ſimilitudine piſcis dictus nares maxie īfeſtās:de quo Horatius. Balbinū Polypus agræ.

Si qua tibi ſoror eſt: & quæ dedit ubera nutrix
Sed longe cunctis longeq; beatior illa eſt:
Si qua tibi ſponſa eſt: ſi quam dignabere tæda.
Hic tibi ſiue aliqua ē mea ſit furtiua uoluptas:
Seu nulla ē:ego ſim:thalamūq; ineamus eūdē.
Nais ab his tacuit.pueri rubor ora notauit.
Neſcit quid ſit amor.ſed & erubuiſſe decebat:
Hic color aprica pendentibus arbore pomis
Aut ebori tincto eſt: aut ſub candore rubenti
Cum fruſtra reſonant æra auxiliaria lunæ.
Poſcenti nymphæ ſine fine ſororia ſaltem
Oſcula: iamq; manus ad eburnea colla ferenti.
Deſinis an fugio tecūq; ait iſta relinquo?
Salmacis extimuit:locaq; hæc tibi libera trado
Hoſpes ait.ſimulat gradu diſcedere uerſo:
Tū quoq; reſpiciēs fructicūq; recondita ſylua.
Delituit:flexoq; genu ſummiſit.at ille
Scilicet ut uacuus & inobſeruatus in herbis
Huc it:& hinc illuc.& in alludentibus undis
Summapedum taloq; tenus ueſtigia tingit:
Nec mora.temperie blandarum captus aquaꝝ
Mollia de tenero uelamina corpore ponit.
Tum uero ſtupuit:nudæq; cupidine formæ
Salmacis exarſit.flagrāt quoq; lumia nymphæ
Non aliter q̄ cum puro nitidiſſimus orbe
Oppoſita ſpeculi refertur imagine Phœbus.
Vixq; moram patitur.uix iā ſua gaudia differt.
Iam cupit amplecti.iam ſe male cōtinet amens.
Ille cauis uelox applauſo corpore palmis
Deſilit in latices:alternaq; brachia iactans
In liquidis tranſlucet aquis: ut eburnea ſi quis.
Signa tegat claro uel candida lilia uitro.
Vicimus & meus eſt exclamat Nais: & omni.
Veſte procul iacta mediis immittitur undis:
Pugnanteq; tenet:luctantiaq; oſcula carpit
Subiectatq; manus:inuitaq; pectora tangit.
Et nunc hac iuueni.nunc circūfunditur illac.
Deniq; nitentē contra:elabitq; uolentem
Implicat ut ſerpēs: quam regia ſuſtinet ales
Sublimēq; rapit.pendens caput illa pedeſq;
Alligat:& cauda ſpatiantes implicat alas.
Vtq; ſolēt hædere longos intexere truncos.
Vt ue ſub æquoribus depreſū Polypus hoſtē



Continet ex omni demiſſis parte flagellis.
Perſtat atlantiades: ſperataq; gaudia nymphæ
Denegat:illa premit:demiſſaq; corpore toto
Sicut inhærebat:pugnes licet improbe dixit.
Non tamen effugies ita dii iubeatis:& iſtum
Nulla dies a me:nec me deducat ab iſto.
Vota ſuos habuere deos:nam mixta duorum
Corpora iunguntur:facieſq; inducitur illis
Vna:uelut ſi quis conducat cortice ramos.
Creſcendo iungi pariterq; adoleſcere cernit.
Sic ubi complexu coierunt membra tenaci.
Nec duo ſūt:ſed forma duplex:nec fœmia dici
Nec puer ut poſſit:neutrūq; & utrūq; uidetur
Ergo ubi ſe liqdas:quo uir deſcenderat: undas
Semimarem feciſſe uidet:mollitaq; in illis
Mēbra:manus tendens:ſed iam nō uoce uirili
Hermaphroditus ait:nato date mūera ueſtro
Et pater:& genitrix amborum nomen habēti.
Quiſquis in hos fontes uir uenerit:exeat inde
Semiuir:& tactis ſubito molleſcat in undis.
Motus uterq; parens nati rata uerba biformis
Fecit:& incerto fontem medicamine tinxit.
Finis erat dictis:& adhuc Mineia proles
Vrget opus:ſpernitq; deum:feſtūq; ꝓphanat
Tympana cum ſubito non apparentia raucis
Obſtupere ſonis:& adunco tibia cornu.
Tinnulaq; æra ſonāt:& olēt myrrhæq; crociq;.
Reſq; fide maior:cœpere uireſcere telæ.
Inq; hederæ faciē pendēs frondeſcere ueſtis:
Pars abit in uites:& que modo fila fuerunt
Palmite mutantur:de ſtamine pampinus exit.
Purpura fulgorem pictis accōmodat uuis:
Iamq; dies exactus erat:tempuſq; ſubibat.
Quod tu nec tenebras nec poſſes dicere lucē
Sed cum luce tamē dubiæ confinia noctis.
Tecta repente quati pingueſq; ardere uidentur
Lampades:& rutilis collucēt ignibus ædes.
Falſaq; ſæuarum ſimulacra ululare ferarum
Fumida iamdudum latitant per tecta ſorores.
Diuerſæq; locis ignes ac lumina uitant.
Dūq; petūt tenebras:paruos mēbrana ꝑ artus
Porrigitur:tenueſq; includunt brachia pennæ
Nec qua perdiderint ueterem ratione figuram.

Perſtat: in propoſito perſeuerat. Atlantiades pronepos atlantis.Nam Atlas Maiam genuit.Maia mercurium. Mercurius Hermaphroditum. Diducat.ſeparet. Suos proprios. & propitios. Conducat:couiungat. Coierunt coniuncta fuerunt. Neutrum :nec puer: nec puella. Et utrūq;:quia ſexum utrūq; habebat.

Ergo ubi.Nunc aſſignat cām:id quod in narratiōis principio pollicita eſt Alcithoe: cur Salmacidis fontem ingredientes molles effœminati que reddātur. Quo uir.In quas uir nō mollis ſed fortis:& conſtans deſcenderat:& igreſſus fuerat. Semimarem.Semiuirum & effœminatum. Mollita:mollia facta. Venerit.igreſſus fuerit. Biformis:qui & maris & fœminæ formā referebat:qualem Hermaphroditi habent. Incerto ignoto.Finis erat dictis. Alcithoe una cū ſororibus poſt finitas fabulas ira Bacchi: cuius ſacra cōtēnebant:in ueſpertiliones aues fuerunt cōuerſæ:ac eaꝝ domus incēſa. Mineia proles Minei filiæ. Vrget opus.operi inſtat. Prophanat:polluit:Prophanum ac non ſacrum efficit. Prophanū eni opponitur ſacro. Tinnula. Tinniētia ac reſonātia.Tinnire ꝓprie dicuntur æra percuſſa.Vnde etiam Tintinnabula ſūt appellata. Myrræq; croci.illis eni delibutus Bacchus ad eas fuerat ingreſſus:quāuis non uideretur.

Reſq; fide maior:hoc eſt:maior q̄ cui fides debeat adhiberi.Multas aūt in trāſcurſu metamorphoſis poeta deſcribit ſic aperte ut nulla indigeant expoſitione. Iamq; dies exactus erat. Iam inqt dies erat præteritus. Quod nec tenebras: Crepuſculi deſcriptio eſt:nam crepuſculum dubia lux dicitur. Pingues lampades:faces ex pingui & reſinam ferenti tæda confectæ. Nō aūt propter oleum pingues:Lampas enim generale eſt uocabulum omnium eorum quæ accenſa lucent. Ferarum Tygrium & Lyncum quæ feræ Bacchi currum trahere dicuntur. Membrana:cartilago quæ membrana charta eſſe uidetur. Tenueſq;:hoc eſt:brachia in alas fuere cōuerſa. Veterem figuram. Priſtinam & humanam formam. Non illas pluma leuauit. Mineides inquit plume leuauitate non fuerunt in aerem ſublatæ:ſed tranſlucentibus & cartilagineis alis.Veſpertiliones enim ſunt implumes.

Telæ in hæderam & uites

Pro corpore:pro corporis magnitudine. Seroq; tenent a ueſpere nomen:ueſpertiliones enim a ueſpere dicuntur. Tũ uero totis.Ino Bacchi nutrix ac matertera uxorq; Athamantis in odiũ Iunonis incidit:quod ubiq; Bacchi uires laudibus extollebat:cum & alũni & mariti & filiorum fœlicitate nimium ſuperba uideretur. Hanc igitur Iuno ut affligeret ad iferos deſcẽdens unã e furiis excitauit:quæ Athamãta in tantũ furorem coniecit: ut Learchum filium interſecerit.Ino autem mariti furorem fugiens e ſcopulo ſe una cum Melicerta altero filio in mare præcipitauit.Qui ueneris præcibus a Neptuno excepti:& Ino in Leucothean deã:quæ Matuta:& Melicerta in Palæmonẽ:qui latine Portunus dicitur:fuere cõmutati.

Ino

Veſpertiliõis deſcriptio

Matertera.Ino enim Semeles fuit ſoror:quæ Bacchũ tãq̃ filiũ educauit. De tot ſororibus expers. Vna doloris erat:ſola dolore carebat.aliæ nãq; ſorores filios amiſerãt. Agaue Pentheũ.Autonoe Actæonẽ: Niſi quẽ fecere ſorores.Ex iſortuniis nãq; ſororũ dolorẽ capiebat Ino:alias fœlix haberi poterat. Natis:filiis Learcho & Melicerta. Thalamo Athamantis nuptiis Athamãtis Thebanorũ principis ac Aeoli regis uentorũ filii. Sublimes aĩos.Elato ac ſuꝑbos. Alũni:Bacchi quẽ aluerat.Alũnus autẽ ſemp in paſſiua accipiť ſignificatiõe q̃uis qdam Laurentio uallæ cõtradicere pulchrũ putãtes in actiua quoq; inueniri cõtendant. Numine:diuinitate. Nõ tulit:tolerare nõ potuit. Et ſecũ:locuta ẽ ſubaudiatur. De pellice natus:Bacchus Semeles filius. Mæonios nautas.Thyrrenos qui a Mæonia erant oriundi. Vertere.cõuertere in Delphinos:ut paulo ante uidimus.

Ino in deam

Et laceranda:Pentheũ ſignificat qui(ut uidimus)ſub apri forma a matre materteriſq; fuit dillaceratus. Triplices:tres. Nouis alis:quæ antea nunq̃ uiſæ fuerunt:Nã ex ſola cartilagine ac membrana cõſtant. Pentheia cæde:Pẽthei occiſione.Eſt aũt poſſeſſiuũ triſyllabũ:cuius penultima apud græcos cũ ει diphthongo ſcribitur:q̃ qdem uel in e uel in i lõgã a nobis cõuerti ſolet: q̃uis antiqui eadẽ ει diphthongo uterentur.Cur nõ ſtimuletur.In furorem agatur.Ino ſororum exẽplo. Eſt uia decliuis.uiã quæ ducit ad inferos primũ deſcribit.Deinde ipſas ſedes infernas

Via ad iferos

Nubila:umbroſa:obſcura: Funeſta taxo.Ferali ac peſtifera.Nam Taxus arbor ẽ maxime uenenoſa. Vñ toxica fuere denomiata:ut Pli.ſcribit. Ducit ad infernas deeſt.quæ: Sic Virgilius Vrbs ãtiqua fuit Tyrii tenuere coloni:deeſt quã

Inferorũ urbis deſcriptio

Styx iners:immobilis.Paludeſ eni quæ nõ mouentur:& nebulas:& tetrũ emittunt odorẽ. Simulacraq; fũcta ſepulchris :hoc ẽ:animæ quarũ corpora ſepulchra ſortita ſunt.Nam quarũ cadauera inſepulta iacerent:iis tranſire ſtygem paludem nõ dabatur:ſecũdũ priſcorũ opinionẽ. Sẽta:ſenticoſa:ſpinoſa.Sentes enim ſpinæ dicũtur.

Stygiam urbẽ.infernam. Fera regia. Crudelis aula Nigri ditis:Plutonis. Mille capax:magnitudinem urbis infernæ ſignificat. Nec ulli exiguus populo eſt:ulli multitudini quantalibet ſit.Animæ nãq; locum non occupant cum ſint incorporeæ. Parſq; forum celebrant:Id ſequitur quod inquit in ſexto Virg. nam unuſquiſq; apud inferos iiſdem ſtudiis delectať: quibus dũ uiueret tenebatur.Nonnulli ergo apud inferos ſũt cauſidici:alii aulici:alii artifices:alii in carcere detinenť. Imi tyrãni.inferni regis Plutonis.

Scire ſinunt tenebræ.non illas pluma leuauit
Suſtinuere tamẽ ſe perlucentibus alis:
Conatæq; loqui minimam pro corpore uocem
Emittunt:peraguntq; leues ſtridore querelas
Tectaq; non ſyluas celebrant:lucemq; peroſæ
Nocte uolant:ſeroq; tenent a ueſpere nomen.
Tum uero totis Bacchi memorabile Thebis
Numen erat:magnaſq; noui matertera uires.
Narrat ubiq; dei:deq; tot ſororibus expers
Vna doloris erat:niſi quem fecere ſorores.
Aſpicit hãc natis thalamoq; athamãtis habẽtẽ
Sublimes animos:& alũni numine Iuno.
Non tulit:& ſecum.potuit de pellice natus
Vertere Mæonios:pelagoq; imergere nautas?
Et laceranda ſuæ nati dare uiſcera matri:
Et triplices operire nouis Mineidas alis.
Nil poterit Iuno.niſi multos flere dolores?
Idq; mihi ſatis eſt.hæc una potentia noſtra eſt.
Ipſe docet quid agam.fas ẽ & ab hoſte doceri.
Quidq; furor ualeat Pentheia cæde ſatiſq;
Ac ſuper oſtendit:cur non ſtimuletur:eatq;.
Per cognata ſuis exempla furoribus Ino?
Eſt uia decliuis funeſta nubila taxo:
Ducit ad infernas per multa ſilentia ſedes.
Styx nebulas exhalat iners: umbræq; recentes
Deſcendũt illac:ſimulacraq; functa ſepulchris
Pallor hiemſq; tenent late loca ſenta:nouiq;
Qua ſit iter manes ſtygiã qđ ducat ad urbẽ
Ignorant ubi ſit nigri fera regia ditis.
Mille capax aditus:& apertas undiq; portas
Vrbs habet:utq; fretum de tota flumina terra
Sic omnes animas locus accipit ille:nec ulli.
Exiguus populo eſt:turbamue accedere ſentit.
Errant exãgues ſine corpore & oſſibus umbræ
Parſq; forum celebrant:pars imi tecta tyrãni.
Pars aliquas artes antiquæ imitamina uitæ
Exercent:aliam partem ſua pœna coercet.
Suſtinet ire illuc cæleſti ſede relicta



Tantũ odiis.Parentheſis eſt:acclamationẽ cõtinens:Adeo iquit Iuno ab ira odioq; uexabatur. Simul.poſtq̃. Cerberus:Canis eſt triceps inferorũ cuſtos.Sorores nocte genitas.Furias. Eumenides nãq; noctis & Achærontis filiæ fuiſſe dicũtur. Sunt aũt tres.Tiſiphone:Alecto:& Megæra. Graue & implacabile numẽ. Moleſtũ & qđ nullis ꝑcibus placari põt. Adamante:adamas adeo durus eſt lapis:ut nulla alia re q̃ hircino ſanguine frãgi poſſit.Sedes ſcelera uocatur:Sceleratorũ ſedes uocatur carcer: in quo ex iis q plectebãtur nõ nullos enumerat. Viſcera præbebat. Titius laniãda.Titius Terræ fuiſſe filius dicitur adeo magnus: ut nouẽ iugera ſuo corpore occuparet.Hic cũ Latonæ uim inferre uellet:Sagittis Apollinis ad iferos detruſus:ea pœna fuit dãnatus ut uultures cor eius nunq̃ exedere ceſſent.

Tibi tantale nullæ:Tãtalus Iouis ex Plote nympha filius cũ Iouis arcana hoĩbus ꝑdidiſſet:filiũq; Pelopen diis hoſpitio ſuſceptis comedẽdũ appoſuiſſet:alias eſſe carnes mentitus: ad iferos detruſus ea pœna plectitur: ut neq; bibere aqs etiã labia tangentibus: neq; quicq̃ cõmedere poſſit: quãuis illius capiti arbor imineat pomis onuſta. Hac aũt pœna auari oẽs affici uidentur:q partis pecuniis per auaritiã uti nõ poſſunt. Aut urges Siſyphæ.Siſyphus Aeoli fuit filius:.qui cũ Iſthmũ Latrociniis iſeſtaret: a Theſeo iterfectus ea pœna apud inferos dãnatus eſt:ut ex ima ualle ſaxũ admontis uerticẽ nunquã urgere deſiſtat: niſi cũ in uallem deſcendit ad ſaxum delapſum iterũ in montis cacumen ĩpellendũ. Hoc aũt figmẽto denotantur ambitioſi:qui quãuis ſæpius in Petẽdis magiſtratibus repulſam ferant:ab ambiendo tamen nunq̃ deſiſtunt. Voluitur Ixion.Is Iunonẽ de ſtupro iterpellare auſus rotæ apud inferos ita fuit alligatus: ut ſemper uoluatur. Belides.Beli neptes.Nam Belus duos habuit filios Danaũ. & Aegyptum: pro quo imperiti ſcribũt ægiſthum. Is qnquaginta Danai filias totidẽ ſuis filiis deſponſauit. Sed Danaus cũ Apollinis oraculo didiciſſet:ſe quãdoq; ab uno filiorũ Aegypti ſibi genero occiſum iri:filiabus mandauit:ut prima nocte quæq; ſuũ:maritos occiderẽt.Quæ qdem oẽs præter unã Hypermeſtrã natu minorẽ: quæ lino ſpõſo pepercit:a quo poſtea Danaus fuit interfectus: patri ſunt obſecutæ. Quare ea pœna apud inferos ſunt dãnatæ: ut cribris aquã haurire nũq̃ deſiſtant. Letũ. mortẽ a lendo: quod non ẽ in uſu:qđ mors oĩa deleat. Patruelibus. Ex duobus fratribus nati patrueles dicuntur. Et ante omnes Ixiona. Quia ab eo affecta iniuria fuerat cũ de ſtupro fuit iterpellata. Rurſus ab illo:poſt illum. Cur hic e fratribus.Nã Siſichus & Athamas fratres fuere filiiq; Aeoli. Cũ coniuge.Cũ uxore ſua Ino. Spreuit.Contempſit. Et expõit cãs:odii: quo ꝓſequitur Athamãtem. Quidq; uelit.exponit quid uelit furias facere. Staret. erecta foret.Sed euerteretur. Et i facinus:In ſcelus. Traherent Athamanta furores. hoc eſt.Vt Athamas furioſus effectus aliqđ mali perpetraret. Imperium: promiſſa.Decorum ſeruat poeta.Nam iratorum confuſa ſemper eſt oratio. Tiſiphone.una eſt ex tribus iferni furiis quæ homicidas maxime punit: unde etiam nomẽ accepit: nam τίω eſt punio. φοροσ cædes dicitur. Obſtantes colubros: ſerpentes os impedientes ne loqui poſſet.Furiæ nãq; ſerpentes pro crinibus habere finguntur. Longis ambagibus.Longis uerborum circuitionibus:Longa oratione. Roratis:inſperſis. Luſtrauit:purgauit ab inferorum contactu. Thaumantias Iris.Thaumantis filia. Importuna. Moleſta. Fluido cruore:corrupto ſanguine.Tiſiphones autem apparatum habitumq; perſpicue deſcribit.

(Tantum odiis iræq; dabat) Saturnia Iuno.
Quo ſimul itrauit:ſacroq; a corpore preſſum
Intremuit limen:tria Cerberus extulit ora:
Et tres latratus ſimul edidit.illa ſorores
Nocte uocat gẽitas graue & i placabile numẽ.
Carceris ante fores clauſas adamãte ſedebant:
Deq; ſuis atros pectebant crinibus angues:
Quã ſimul agnorunt inter caliginis umbras:
Surrexere deæ.ſedes ſcelerata uocatur.
Viſcera præbebat Tytius lanianda:nouemq;
Iugeribus diſtractus erat.tibi Tantale nullæ
Deꝑhendũtur aquæ: q̃q; iminet effugit arbor:
Aut petis:aut urges ruiturum Siſyphe ſaxum:
Voluitur Ixion:& ſe ſequiturq; fugitq;.
Moliriq; ſuis letum patruelibus auſæ
Aſſidue repetunt:quas ꝑdũt:Belides undas:
Quos omnes facie poſtq̃ Saturnia torua
Vidit:& ante omnes Ixiona:rurſus ab illo
Siſyphon aſpiciens:cur hic e fratribus inquit
Perpetuas patitur pœnas? Athamãta ſuperbũ
Regia diues habet: qui me cũ coniuge ſemper
Spreuit? & exponit cauſas odiiq; uiæq;:
Quidq; uelit.qđ uellet erat:ne regia Cadmi
Staret:& i facinus traherẽt Athamãta furores
Imperiũ.promiſſa:præces confundit in unum:
Sollicitatq; deas:ſic hæc Iunone locuta
Tiſiphone canos ut erat turbata capillos
Mouit:& obſtantes reiecit ab ore colubros:
Atq; ita:non lõgis opus eſt ambagibus inquit.
Facta puta quæcũq; iubes. inamabile regnum
Deſere: teq; refer cæli melioris ad auras.
Læta redit Iuno:quã cælum intrare parantem
Roratis luſtrauit aquis Thaumantias Iris.
Nec mora Tiſiphone madefactã ſanguie ſumit
Importuna facem:fluidoq; cruore rubentem



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Luctus comitatur. Scite hi comites attribuun
tur Tiſiphone furiæ. nam & luctus & pauoris &
inſaniæ cauſa eſſe mortalibus Tiſiphone uidet.
Limine. Athamantis. Poſtes Aeolii. Inuæ
Athamantis Aeolii nepotis. Pallorq; fores infe
cit acernas. Aduētu inquit Tiſiphones fores acer
næ pallidæ fuerunt effectæ. Ex quo maxima uis
ueneni furiæ illius ſignificatur. Fores acernas.
ex acere confectas: Acer nanq; arbor eſt operum
elegantia & ſubtilitate citro ſecunda: ut Plinius
ſcribit. Plura eius ſunt genera: quæ qui uidere cu
pit: ex Plinii ſextodecimo uolumine. repetat licet
Solque locum fugit. Aduentu Tiſiphones ſol
quoq; fugatus eſt. Infelix. infelices faciens. Sic
Vergilius Sis fœlix noſtrumq; leues quecunq; la
borem. Saniemq; uomunt. Venenum ex ore e
mittunt. Linguiſq; coruſcant. Linguas uibrāt.
Eſt enim trifida & longiſſima ſerpētibus lingua:
quam tanta celeritate mouent: ut tres habere lin
guas uideātur. Graues animos. difficiles. anxios
Vulnera. Morſus. Diros ictus. graues affe-
ctus & perturbationes. Ictus autem proprie ſcor-
pionum dicuntur: quanuis & ſerpentum. Et
uirus Echidnæ. Hidræ ſerpentis. Echidna uero
latine uipera dicitur. Erroreſq; uagos. Errandi
uagandiq; cupiditatem. Proprio autem epitheto
uagos errores poeta uocauit. Cicuta. herba eſt
præſentiſſimi ueneni. Furiale. In furorē agens
Mouit. in furorem commouit. Ignes: uenti
& facis agitatione cōmotos. Cōſequitur igni-
bus. aſſequitur ſic ut continenter igneus orbis ui
deretur. Sic uictrix. uoti compos. Sumptum
q; recingitur anguem. Serpētem quo cincta erat
Tiſiphone reſoluit. Furibundus. Furioſus.
Io comites: uox eſt & bacchantium & furen-
tium. Rotat. Circumducit. Rigido. ſaxo. Du
ro & aſpero. Diſcutit. Diſiicit. illidit. Diſtringit
quatiendo. Infantia ora. īfantis caput. Spar
ſi ueneni. a Tiſiphone. Exululat: clamores hor
rendos emittit. Male ſana. Inſana & furioſa.
Euoe Bacche. uox eſt bacchantium. Sonat.
Clamat. Hos uſus. Hanc utilitatem ut furi-
as & inſanias. Imminet. Promontorium deſcri
bit unde ſe Ino cum Melicerta filio precipitauit.

Induitur pallam: tortoq; incingitur angue:
Egrediturq; domo: luctus comitatur euntem.
Et pauor: & terror: trepidoq; inſania uultu.
Limine conſtiterat poſtes tremuiſſe feruntur
Aeolii: pallorq; fores infecit acernas.
Solq; locum fugit: monſtris exterrita coniunx
Territus eſt athamas: tectoq; exire parabant.
Obſtitit infelix: aditumq; obſedit Erynnis.
Nexaq; uipereis diſtendens brachia nodis
Cæſariem excuſſit: motæ ſonuere colubræ.
Parſq; iacens humeris: pars circū pectora lapſe
Sibila dāt: ſaniēq; uomūt: linguiſq; coruſcant.
Inde duos mediis abrupit crinibus angues.
Peſtiferaq; manu raptos immiſit: at illi
Inooſq; ſinus: athamanteoſq; pererrant
Inſpirantq; graues animos nec uulnera mēbris
Vlla ferunt: mens eſt quæ diros ſentiat ictus.
Attulerat ſecum liquidi quoq; mōſtra ueneni
Oris Cerberei ſpumas: & uirus Echidnæ.
Erroreſq; uagos: cæcæq; obliuia mentis.
Et ſcelus: & lachrymas: rabiēq;: & cedis amorē
Omnia trita ſimul: quæ ſanguine mixta recenti
Coxerat ære cauo uiridi uerſata cicuta.
Dumq; pauet illi: uertit furiale uenenum
Pectus in amborū: præcordiaq; intima mouit
Tum face iactata per eundem ſæpius orbem.
Conſequitur motos uelociter ignibus ignes.
Sic uictrix iuſſiq; potens ad inania magni
Regna redit Ditis: ſumptūq; recingit anguem
Protinus Aeolides media furibundus in aula
Clamat Io comites his retia tendite ſiluis.
Hic modo cum gemina uiſa ē mihi ꝓle leæna
Vtq; feræ ſequitur ueſtigia coniugis amens
Deq; ſinu matris ridentem: & parua Learchū
Brachia tendentem rapit: & bis terq; per auras.
More rotat fundæ: rigidoq; infantia ſaxo.
Diſcutit ora ferox: tum deniq; concita mater
Seu dolor hoc fecit: ſeu ſparſi cauſa ueneni
Exululat: ſparſiſq; fugit male ſana capillis.
Teq; ferens paruū nudis melicerta lacertis
Euoe Bacche ſonat: Bacchi ſub nomine Iuno
Riſit: & hos uſus præſtet tibi dixit alūnus.
Imminet æquoribus ſcopulus pars ima cauat



Fluctibus: & tectas defēdit ab hibribus undas
Sūma riget: frontēq; in apertū porrigit æquor
Occupat hunc (uires inſania fecerat) Ino:
Seq; ſuper pontum nullo tardata timore
Mittit: onuſq; ſuum. percuſſa recāduit unda
At Venus immeritæ neptis miſerata labores.
Sic patruo blandita ſuo eſt. o numen aquarum
Proxima cui cælo ceſſit neptune poteſtas
Magna quidem poſco. ſed tu miſerere meorū
Iactari quos cernis in Ionio immenſo:
Et diis adde tuis. aliqua & mihi gratia ponto ē
Si tamen in medio quondam concreta ꝓfundo
Spuma fui: gratū q; manet mihi nomē ab illa
Annuit oranti Neptunus: & abſtulit illis
Quod mortale fuit: maieſtatemq; uerendam.
Impoſuit: nomēq; ſimul faciemq; nouauit
Leucotheaq; deum cū matre Palæmona dixit
Sidoniæ comites quantum ualuere ſecutæ
Signa pedum primo uidere nouiſſima ſaxo
Nec dubium de morte ratæ Cadmeida palmis
Deplanxere domum ſciſſis cum ueſte capillis
Vtq; parum iuſtæ nimiumq; in pellice ſæuæ
Inuidiam fecere deæ. conuitia Iuno
Non tulit: & faciam uos ipſas maxima dixit
Sæuitiæ monumēta meæ. res dicta ſecuta eſt.
Nam quæ præcipue fuerat pia: perſequar inqt
Infreta reginam: ſaltumq; datura moueri.
Haud uſq̃ potuit: ſcopuloq; affixa cohæſit.
Altera dum ſolito temptat plangore ferire
Pectora: temptatos ſentit riguiſſe lacertos
Illa manus: ut forte retenderat in maris undas
Saxea facta manus in eaſdem porrigit undas
Huius ut arreptum laniabat uertice crinem
Duratos ſubito digitos in crine uideres.
Quo quæq; in geſtu deprenſa eſt: hæſit in illo
Pars uolucres facte q̃ nūc quoq; gurgite i illo
Aequora diſtringunt ſummis Cadmeides alis
Neſcit agenorides natam paruumq; nepotem
Aequoris eſſe deos. luctu ſerieque malorum
Victus & oſtentis: quæ plurima uiderat exit
Conditor urbæ ſua: tāq̃ fortuna locorum
Nō ſua ſe præmeret: longiſque erroribus actus
Contigit Illyricos profuga cum coniuge fines.

Summa riget: aſpera & inculta eſt. In apertū
æquor. In latum mare. Occupat: celeriter aſcē
dit. Vires inſania fecerat. Parentheſis: qua res
ueriſimilis efficitur. Onuſq; ſuum: Melicertam
filiū quē fugiens ſecū aſportauerat. Recanduit.
Candida & alba facta eſt ꝓpter ſpumā: quā con-
citatū mare emittere ſolet. Tametſi candere pro-
prie dicatur ferrum ignitum. Neptis. Inus quæ
Hermiones filiæ Veneris filia fuit. Suo patruo.
Neptuno qui frater eſt Iouis: cuius tertia Venus
eſſe filia dicitur. Quattuor enim Veneres fuiſſe
Cicero in libris de natura deorum ſcribit: quarū
primam quæ magna Venus appellatur: Cæli ac
diei filiam fuiſſe: Secundā ex maris ſpuma natā:
Tertiā Iouis & Diones filiā. Quartā Syrii & Cy-
prie. Proxima. Nā Ioui cælū in mundi diuiſiōe:
Neptuno terra cū mari cōtigit. In Ionio imēſo.
Ioniū mare eſt Græciā alluens. Eſt aūt ſpōdaicus
uerſus neq; ullius uocalis admittit colliſionem.
Tuis marinis. Aliqua etiam mihi: hoc eſt. Ego
quoq; aliquid gratiæ ī mari habere debeo: cum ī
mari ex ſpuma ſim nata: Indeq; appellata. Obi
ter aūt: Ouidius aliam quoq; tranſformationem
exponit. Nam ſecunda Venus: ut diximus: ex ma
ris ſpuma ac ſanguine cæli teſticulorū procreata
fingitur. Saturnus enī Cælo patri iratus falce ui-
rilia abſcidiſſe: eaq; in mare ꝓieciſſe narratur: ex
quorū ſanguine & maris ſpuma Venus concreta
eſſe peribetur. Vnde etiā Aphrodite. αποτησα-
φρον. hoc eſt a ſpuma uocatur. Nomēq; ſimul
faciemq; uocauit. hoc ē. Figuram & nomē Inus
Melicertæ cōmutauit. Nā Ino Leucothea græce:
latinæ Matuta fuit appellata. Melicerta uero a
græcis Palæmon: a noſtris Portunus fuit nuncu-
patus. Sidoniæ comites. Matronæ Thebāe Ino
fugientē ſecutæ: cū ex ueſtigiis percepiſſent eam
ſe in mare ꝑcipitaſſe: Iunoni īuidiā facere cœpe-
runt. Quare Iuno irata: eas partim ī ſaxa: partim
in aues cōmutauit. Primo ſaxo: in prima ꝓmō-
torii parte. Nec dubiū de mortæ ratæ. Nam eā
mortuam cū filio putauerunt. Cadmeida: cad-
meiā: patronymicum pro poſſeſſiuo. Deplan-
xere: defleuere palmis pectora plāgentes atq; per
cutientes. Conuicia: contumelias. Monumē-
ta: Memoriā. Solito plangore: cōſueta ꝑcuſſio-
ne. Riguiſſe: duros factos eſſe. Heſit: permā-
ſit. Quæ nunc quoq; gurgite in illo. Tapinoſis
eſt: gurgitem enim pro ſinu maris poſuit poeta:
gurgites enim fluminum ꝓprie dicuntur. Diſti
gunt: radunt: leuiter attingūt. Cadmeides. The
banæ mulieres a cadmo duce ſic dictæ. Neſcit
agenorides: cadmus uariis ſuorū infortuniis ue-
xatus Thebas una cū Hermione Vxore dereliqt
Seq; in illiricū contulit: ubi cum Vxore in ſerpen
tem fuit cōuerſus. Quod quidē iccirco fingitur:
qa cadmus cū iā eſſet ſenex: ab Amphione & ze-
tho regno pulſus ad Illyrios ſe contulit: ut Palæ-
phatus ſcribit: ubi una cum Hermione uxore mi
ſerrimam exegit uitam. Serieq; malorum: con-
tinuatione infortuniorum. Et oſtentis. mōſtris.
Premeret. uexaret. Contingit Illyricos fines.
In Illyrium peruenit. Eſt autem Illyrium regio
Epiro finitima ab Illyrio Polyphemi filio cogno

Veneris ori-
go

Comites ius
in lapides &
aues

Cadmus cū
uxore in ſer-
pentes

Illyriū unde



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

minata:ut ſcribit Appianus. Graues.Pleni.one rati. Dum prima retractant. Commemorant ſuæ domus primordia. Releguntq; ſuos ſermone labores.colligunt:in memoriam reducunt.

Num ſacer ille:dubitat Cadmus an ille ſerpẽs quem ad fontem interfecit:alicui deorum fuerit conſecratus:qui ſibi malorũ cauſa fuerit. Quẽ ſi cura deum uindicat.hoc eſt. Pro cuius cede ſi dii uindictam de me ſumunt:utinam ego quoque ſerpens efficiar:ut ab iſtis liberer malis.elegáter autem dicimus uindico inimicos & patris cædem:pro eo quod eſt punio inimicos & pro cæde patris uindictam ſumo. Tam certa ira. ut me nunquam malis uexare ſint ceſſaturi. Porrigar.producar:prolonger. Commixtaque in unum.confuſa in unum. Tenuantur. tenuia ac ſubtilia efficiuntur. Tereti. oblongo atque rotundo. Tendit.extendit ad uxorem In partes eſt fiſſa duas.Serpentes bifidam ſiue: ut Plinius ait:triſulcam uident̃ habere linguam. Nec uerba loquenti ſufficiunt.Nec partes inquit linguæ ſubminiſtrant uerba cadmo loqui uolenti. Sufficere nanq; hoc loco eſt tranſitiuũ:& ſubminiſtrare ſignificat. Aliquos q̃ſtus.aliquas querelas. Qua in ſignificatione citra diphthongũ ſcribitur.Quæſtus enim cum diphthongo turpe ſignificat lucrum. Sibilat.ſibilare uerbum eſt facticium a uocis ſono declinatum.Natura autem ſerpentes ſibilant. Et dum loquor omnia. Ordo eſt & ſenſus.Et ubi ſunt omnia membra: dum loquor.Miratur enim Hermione quod nihil membrorum Cadmi uidebat. Aderant comites:parentheſis:qua ſignificantur comites ſaltem interfuiſſe illi tranſformationi. Criſtati draconis. Criſtas in capite habentis. Draco autem απο του δερκεσθαι hoc eſt a uidendo declinatur.Eſt enim acutiſſimi uiſus. Iunctoq; uolumine.Iuncta reuolutione. Appoſiti:iuxta poſiti ac uicini. Sed tamen ambobus.Hæc iccirco a poeta narrantur:ut concinne quas expoſiturus eſt transfigurationes cum prioribus connectantur.Nam Acriſius rex Argiuorum & orgia Bacchi ſpernebat:& Perſeum ſibi nepotem Iouis eẽ filium non credebat.Sic igitur ad Perſei geſta enarranda deſcendit poeta. Nepos:Bacchus q ex India deuicta glorioſiſſimũ reportauerat triũphũ. Debellata.Bello deuicta. Achæia: Græcia:Nam Achæia pars eſt græciæ.Vnde Achæi ꝑ Græcis accipiuntur.Sane achæia cum diphthõgo a Græcis ſcribitur.Sic autem eſſe ſcribendũ. achæi inde ducti facile oſtendunt. Poſitis templis:ædificatis. Solus Abantiades.Acriſius ut ĩ libro temporum ſcribit Euſebius: Abantis argiuorum Regis fuit filius:paterq; Danaes: ex qua Perſeum Iupiter ſuſcepit.Is a Prœto fratre pulſus regno a Perſeo Nepote fuit reſtitutus:a quo tandem propter ingratitudinem in ſaxum fuit conuerſus. Abantiades: abantis filius.Abátes quoq; populi ſunt Eubocæ:a quibus etiam Abantis fuit appellata:ſiue ab Abante Argei filio uel Neptuni & Arethuſæ. Ab origine eadem.Quia & ipſe ab Ioue originem ducebat. Nam Belus Iouis fuit filius.Is uero pater fuit Abantis:cuius filium Acriſium fuiſſe diximus.

Quæſtus.

Achæia

Abantes. Abantis cubœa unde dicta.

Iamq; malis anniſq; graues dũ prima retractãt
Facta domus releguntq; ſuos ſermone labores
Num ſacer ille mei traiectus cuſpide ſerpens.
Cadmus ait fuerat:tum cum ſidone profectus
Vipereos ſparſi per humũ noua ſemia dentes:
Q uem ſi cura deum tam certa uindicat ira.
Ipſe precor ſerpens in longam porrigar aluum.
Dixit:& ut ſerpens in longam tenditur aluum
Durataeq; cuti ſquamas increſcere ſentit.
Nigraq; cæruleis uariari corpora guttis.
In pectus cadit pronus:cõmixtaq; in unum
Paulatim tereti tenuantur acumine crura.
Brachia iam reſtant quæ reſtãt brachia tendit:
Et lachrymis ꝑ adhuc humana fluẽtibus ora
Accede o coniunx:accede miſerrima dixit.
Dũq; aliquid ſupereſt de me:me tãge: manũq;
Accipe:dũ mãus ẽ:dũ nõ totũ occupat anguis
Ille quidem uult plura loqui:ſed lingua repẽte
In partes eſt fiſſa duas:nec uerba loquenti
Sufficiũt:quotiẽſq; aliquos parat edere q̃ſtus:
Sibilat:hanc illi uocem natura reliquit.
Nuda manu feriẽs exclamat pectora coniunx.
Cadme mane:teq; his infelix exue monſtris.
Cadme qd h'?ubi pes?:ubi ſt̃ hũeriq; manuſq;
Et color & facies?:& dũ loquor omnia ?cur nõ
Me quoq; cæleſtes in eundem uertitis anguẽ?
Dixerat:ille ſuæ lambebat coniugis ora.
Inq; ſinus caros(ueluti cognoſceret)ibat.
Et dabat amplexus aſſuetaq; colla petebat.
Q uiſqs adeſt(aderãt comites)terret̃:at illis
Lubrica perlucent criſtati colla draconis
Et ſubito duo ſunt:iunctoq; uolumine ſerpũt.
Donec in appoſiti nemoris ſubire latebras.
Nũc quoq; nec fugiũt hoiem:nec uulnere ledũt
Q uidq; prius fuerit placidi meminere dracões.
Sed tamen ambobus uerſæ ſolatia formæ
Magna nepos dederat:quẽ debellata colebat
India:quem poſitis celebrabat achæia templis.
Solus abantiades ab origine cretus eadem
Acriſius ſupereſt:qui mœnibus arceat urbis
Argolicæ:contraq; deum ferat arma genuſq;

Neq; enim Iouis eſſe putabat



Perſea:filium ſubintelligamus uel genus.Perſeus autem Iouis ex Danae Acriſi fuit filius. Is cum adoleuiſſet: ut ſcribit Ioánes grãmaticus palladis:ut alii:polydectis regis Seriphi iuſſu ad Gorgones debellandas eſt profectus: Aegide a pallade ipſa ac talaribus enſeq; falcato a mercurio acceptis.Meduſæ igitur caput amputatũ cũ in Græciá referret:ab Atlante Mauritaniæ rege ab hoſpitio repulſus:Gorgonis capite oſtenſo ipſum in montẽ eiuſdem nominis cõmutauit.Andromedá deinde uirginẽ Cephei regis ac Caſſiepiæ filiá mõſtro marino crimine matris obiectam ea conditione liberauit:ut ſibi uxor traderetur.Sed cum iam nuptias celebraret: ac phineus cephei frater:cui Andromeda anteq̃ obiiceretur monſtro: fuerat deſponſata:ſibi eam ui auferre conaretur: & multos ex illius ſociis ĩterfecit:& Gorgonis capite oſtenſo phineum ipſum cũ reliqs in ſaxa cõuertit:ac demũ in Græciam reuerſus prœtũ acriſii fratrem: q regno auum expulerat: in lapidem tranſformauit: acriſiumq; auum in regnũ reduxit:ac polydectem Seriphi Regem una cũ multis aliis in ſaxa cõuertit. Ipſe uero in orientem profectus perſiam: perſaſq; de nomine ſuo appellauit. Tandem inde reuerſus cum acriſium auum in ſe ingratũ in lapidem cõmutaſſet: ipſe cũ Andromeda uxore ac Cepheo ſocero:& caſſiepia ſocru in cælũ fuit tranſlatus:atq; inter ſidera collocatus. Quẽ pluuio Danae cõceperat auro:Danae Acriſii filia quæ in turri ita cõcluſa erat a patre: qui acceperat ſe Nepotis manibus ꝑiturũ: ut nullus uir ad eam accedere poſſet: a Ioue in auri guttas tranſformato fuit cõpreſſa.Quod cũ reſciuiſſet Acriſius: ægre ferens illá in arca impoſitam in mare proiici iuſſit. Ea uero arca a Dicte piſcatore Seriphio: ut Strabo narrat. ad polydectem Seriphi regẽ fuit delata: q quáuis Danaen cogere non potuerit ut ſibi nuberet: perſeũ tamẽ infantem educauit. Pluuio auro. Ná Iupiter ĩ auri guttas conuerſus in Danaes gremiũ pluiſſe fingitur. Tãta eſt ꝑſentia ueri:acclamatio hæc interpoſita ſignificat maximam eſſe ueritatis potentiam. Præſentia:potentia. Pœnitet Quia in ſaxum fuit cõmutatus. Impoſitus iam tum cælo eſt alter.Bacchus in numerũ deorũ relatus. Viperei monſtri ſpoliũ.Capitis.Meduſæ ẽ periphraſis.Nam phorcus ex cetho coniuge tres ſuſtulit filias eximia pulchritudine. Euryalian:Stheno: & Meduſam:& ut nõnulli uolũt Scyllam: quas põponius Mela ſcribit Gorgadas íſulas Aethiopici maris tenuiſſe.Vñ Gorgões uidẽtur appellatæ:q̃ unicũ habuiſſe oculũ fingunt̃.Quo cũ libuiſſet:ſingule uterẽtur.Harũ natu maxía fuit Meduſa:q̃ cum quadá die ſola ĩ littore uagaret̃:a Neptuno ita fuit adamata:ut eá uel in tẽplo palladis:quo cõfugerat:uiolarit. Quare pallas ídignata: & crines eius qbus maxíe Neptuno placuerat:ĩ angues cõuertit:& effecit:ut quoſcũq; aſpexiſſet:ĩ lapides cõmutarẽtur.Hác uero pſeus:ut iá diximus: ope palladis a qua ſcutũ chriſtallinũ: & Mercurii a quo talaria & falcatũ enſẽ accepat:ĩteremit.Quod qdẽ iccirco fictũ uidetur:qđ pſeus illius ſupatæ opibus ꝑclara multa geſſit. Ná atlátẽ Mauritaniæ Regẽ & Africá & totá Græciam parteq; aſiæ ſubegit. Memorabile:memoratu dignũ. Aera carpebat tenerũ:hoc ẽ.ꝑ aera penetratu facilẽ uolabat. Cũq; ſup Libycas:guttas ſanguis ex Meduſæ capite cadentes in terrá Libyam uarios in ſerpẽtes cõuerſas fuiſſe narrat poeta.Quod ideo fictũ uidetur:qa Libya ſerpẽtibus uenenoſis abũdat. Gorgonei capitis. Meduſæi.Gorgones eni:ut diximus:tres fuere ſorores:quarũ Meduſa natu maxima a pſeo capite fuit ꝑuata. Colubris.ſerpentibus. Inde per immẽſum:ꝑ infinitũ ac inane:qui eſt aer.

Seductas.ſeparatas. Deſpectat:dehorſum ſpectat. Totũq; ſupuolat orbẽ:hoc ẽ: ſupra totum terrarũ orbẽ fertur. Gelidas arctos.Gelidos ſeptẽtriones:ad quos nunq̃ ſol accedit. Iamq; cadẽte die:occidẽte ſole. Credere: cõmittere. In Heſpio orbe.In occidẽtali orbis parte.Ná heſperus ſtella eſt quæ ueſperi in occidẽte apparet.Vnde heſperius orbis:& Hiſpania interdũ Heſperia uocatur:Sic aũt cõcinne ĩgreditur transformat onẽ Atlantis regis Mauritaniæ potẽtiſſimi in montẽ:ad quẽ cũ perueniſſet Perſeus:rogauit ut ſe hoſpitio ſuſciperet: donec illuceſceret dies.Cæterũ Atlas oraculo admonitus:ut ſibi a Iouis filiis caueret:ne regno ab aliquo eorũ priuaretur:illum ſuperbe admodũ repulit.Quare Perſeus indignatus capite.Meduſæ reuelato eũ in montem tranſformauit: qui cælũ ſuſtinere dicitur.Quod iccirco fictũ eſſe uidetur:quod Perſeus ſuperatæ Meduſæ opibus fretus Atlantis regnũ inuaſit:eumq; in mõtes fugere coegit.Cælũ aũt humeris ſuſtinere fingitur Atlas: tum quod: ut ſcribit Pli. Primus oíum Aſtrologiam inuenit:tum quod mons ipſe ita eſt altus ut cælũ cõtingere uideatur.Sane apud antiquos Atlantes uocabãtur ſtatuæ:quæ colũnas humeris ſuſtinebãt. Ignes auroræ.Lumía auroræ: q̃ ſemp an-

Guttæ ſáguinis Meduſæ ĩ ſerpentes

Atlas ĩ mõtẽ

Atlantes

Nõ putat eſſe deũ.neq; eni Iouis eſſe putabat.
Perſea:quem pluuio Danae conceperat auro.
Mox tamen Acriſium(tanta ẽ præſentia ueri)
Tam uiolaſſe deum:q̃ non agnoſſe nepotem
Pœnitet.impoſitus iam cælo eſt alter:& alter.
Viperei referens ſpolium memorabile monſtri
Aera carpebat tenerum ſtridentibus alis.
Cũq; ſuper lybicas uictor penderet harenas
Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ.
Q uas humus exceptas uarios aiauit ĩ angues
Vnde frequens illa eſt infeſtaq; terra colubris
Inde per immenſum uentis diſcordibus actus
Nunc huc nunc illuc exemplo nubis aquoſæ
Fertur:& ex alto ſeductas æthere longe
Deſpectat terras:totumq; ſuperuolat orbem.
Ter gelidas arctos:ter canchri brachia uidit.
Sæpe ſub occaſus:ſæpe eſt ablatus in ortus.
Iamq; cadente die ueritus ſe credere nocti
Conſtitit heſperio regis Atlantis in orbe.
Exiguamq; petit requiem:dum lucifer ignes
Euocet auroræ.curſus aurora diurnos.
Hic hominũ cunctis ingenti corpore præſtans

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Iapetionides Atlas fuit.ultima tellus
Rege ſub hoc & pontus erat:qui ſolis anhelis.
Aequora ſubdit equis:& feſſos excipit axes.
Mille greges illi:totidemq; armenta per herbas
Errabant:& humum uicinia nulla premebat.
Arboreæ frondes auro radiante nitentes
Ex auro ramos:ex auro poma ferebant.
Hoſpes ait Perſeus illi:ſeu gloria tangit.
Te generis magni:generis mihi Iupiter auctor
Siue es mirator rerum:mirabere noſtras.
Hoſpitiū requiemq; peto. memor ille uetuſtæ.
Sortis erat.dederat themis hāc Parnaſia ſortē
Tempus atla ueniet:tua quo ſpoliabitur auro
Arbor:& hūc ꝑdæ titulū Ioue natus habebit
Id metuens ſolidis pomaria clauſerat Atlas
Montibus: & uaſto dederat ſeruanda draconi:
Arcebatq; ſuis externos finibus omnes.
Huic quoq; uade procul:ne longe gloria rerū
Quas mentiris ait. longe tibi Iupiter abſit.
Vimq; minis addit: manibuſq; expellere tēptat
Cunctantem : & placidis miſcentē fortia dictis
Viribus & inferior(quis enim par eſſet atlātis
Viribꝰ?)at quoniā parui tibi gloria noſtra eſt.
Accipe munus ait: leuaq; a parte Meduſæ
Ipſe retrouerſus ſquallentia protulit ora.
Quātus erat mōs fcūs atlas.nā barba comæq;
In ſiluas abeūt:iuga ſunt humeriq; manuſq;
Quod caput ante fuit:ſūmo ē i mōte cacumē.
Oſſa lapis fiunt. tum partes altus in omnes
Creuit in immenſum. ſic dij ſtatuiſtis:& omne.
Cum tot ſideribus cælum requieuit in illo.
Clauſerat Hippotades æterno carcere uentos:
Admonitorq; operū cælo clariſſimus alto
Lucifer ortus erat.pennis ligat ille reſumptis
Parte ab utraq; pedes:teloq; accingitur unco
Et liquidum motis talaribus aera findit.
Gentibus innumeris circūq; infraq; relictis
Aethiopū populos Cepheiaq; conſpicit arua.
Illic immeritam maternæ pendere linguæ
Andromedā pœnas iniuſtus iuſſerat Hāmon.
Quam ſimul ad duras religata brachia cautes
Vidit abantiades:niſi q; leuis aura capillos
Mouerat:& tepido manabant lumina fletu:
Marmoreū ratus eēt opus. trahit inſcius ignes
Et ſtupet:& uiſæ correptus imagine formæ.
Pene ſuas quatere eſt oblitus in aere pēnas.
Vt ſtetit.o dixit non iſtis digna catenis:
Sed quibus inter ſe cupidi iunguntur amātes:
Pande requirenti nomen terræq; tuumq;:
Et cur uincla geras.primo ſilet illa:nec audet.
Appellare uirum uirgo:manibuſq; modeſtos.
Celaſſet uultus:ſi non religata fuiſſet.
Lumina:qđ potuit.lachrymis ipleuit obortis.
Sæpius inſtanti:ſua ne delicta fateri
Nolle uideretur:nomen terræq; ſuumq;:
Quantaq; maternæ fuerit fiducia formæ
Indicat:& nōdum memoratis omnibus unda
Inſonuit:ueniēſq; immenſo bellua ponto.
Eminet:& latum ſub pectore poſſidet æquor.
Conclamat uirgo.genitor lugubris & una
Mater adeſt:ambo miſeri:ſed iuſtius illa.
Nec ſecum auxilium ſed dignos tēpore fletus
Plangoreq; ferūt uinctoq; in corpore adhærēt
Tum ſic hoſpes ait.lachrymarū longa manere
Tēpora uoſ poterūt:ad opē breuis ora ferēda ē
Hanc ego ſi peterem perſeus Ioue natus & illa
Quā clauſam impleuit fœcundo Iupiter auro
Gorgonis anguicomæ Perſeus ſupator: & alis
Aethereas auſus iactatis ire per auras:
Præferrer cunctis certe gener.addere tantis.
Dotibus & meritū: faueāt modo numia: tēpto
Vt mea ſit ſeruata mea uirtute paciſcor.
Accipiunt legem. quis enim dubitaret? & orāt
Promittunq; ſuper regnum dotale parentes.
Ecce uelut nauis præfixo concita roſtro
Sulcat aquas iuuenū ſudantibus acta lacertis:
Sic fera dimotis impulſu pectoris undis
Tantū aberat ſcopulis: quantū balearica torto
Funda poteſt plumbo medii tranſmittere cæli:
Cum ſubito iuuenis pedibus tellure repulſa
Arduus in nubes abijt:& in æquore ſummo
Vmbra uiri uiſa eſt.uiſam fera ſæuit in umbrā.
Vtq; Iouis præpes uacuo cū uidit in aruo

te ſolem fertur. Iapetionides Atlas fuit. Atlas Iapeti gigantis & Libyæ nymphæ filius fuit : q̄q̄ de matre parū inter ſcriptores cōuenit. Alii nāq; Clymenes:alii Aſiæ fuiſſe filium ferunt.Nos uero Plinium ſeqmur:qui cum Libyæ filium ſcribit fuiſſe:uerū alii quoq; fuerunt clari Atlantes:quorum unus in arcadia regnauit: alter in Etruria.

Atlantes

Vltima tellus. Mauritania cum reliquo occidente. Qui ſolis anhelis:feſſis ac defatigatis. Eq nāq; ſolis ab oceano Atlantico excipi uidentur. Vicinia nulla:nulli uicini inquit quicq̄ agrorū habebant quod exararent.Omnia nāq; ab atlante poſſidebantur:per quod ſignificatur fuiſſe locupletiſſimus. Vetuſtæ ſortis:antiqui oraculi.

Themis parnaſia .Quæ in monte Parnaſo tēplum habet:ut in primo uidimus. Hūc titulum: hanc gloriam. Titulus autem a tutando dicitur: quod ſua cuiq; geſta operaq; tituli tueantur.

Pomaria.Hortos arboribus cōſitos.Quāq̄ pomaria proprie ſint pomorum repoſitoria. Poma autem hæc ab Herculæ & ipſo Iouis filio ablata fuiſſe notiſſimum eſt. Ne longæ gloria rerum: Recede inquit procul a noſtro regno:ne a nobis oppreſſus indicio ſis & gloriam rerū falſam eſſe: & a Iouis genere longe abeſſe. Par eſſet.Sufficere poſſet:ut enim omnium maximus ita ualētiſſimus erat. At quoniā parui:at quoniam inquit noſtram gloriam paruifacis : accipe munus tibi conueniens. Ipſe retrouerſus. Caute ne & ipſe in ſaxum conuerteretur. Sic dii ſtatuiſtis: uoluiſtis.Cuius autem rei rationē aſſignare non poſſumus:ad deorum potentiā referre ſolemus.

Andromeda ceto expoſita

Clauſerat Hippotades. Aeolus Hippotæ nepos.Nam Aeolus Iouis fuit filius ex Aceſta Hippotæ Troiani filia.Is iccirco rex uentorū eſſe phibetur:quod ut ſcribit Varro: cum apud nouē Siciliæ inſulas Italiæ ꝓpinquas Iliacis temporibus regnaret: ex conſurgentibus nebulis ita futuros uentos prædicebat:ut in ſua poteſtate eos a rudibus habere crederetur.Plinius autem ipſum uentorum rationem inueniſſe ſcribit. Pennis reſumptis.Talaribus:quæ per noctem depoſuerat:iterū aſſumptis. Telo unco: Enſe falcato. Cepheia arua.Cephei regna.Cepheus enim:ut ex ſententia Euripidis ſcribit Iginus: Phœnicis fuit filius rex quæ Aethiopum & Caſſiepeiæ maritus:ac andromedæ pater : qui Andromedam filiam propter uxoris ſuperbiam monſtro marino obiicere fuerat coactus.Cū enim Caſſiepeia mater ſe Nereidibus pulchriorem eſſe iactaret:præcibus ipſarum motus Neptunus belluam marinam immiſit: quæ Aethiopiam uaſtaret. Quare conſultus Iupiter Hammon: qua ratione Nereides placari poſſent: reſpondit Cephei Caſſiepeiæq; progeniem monſtro eſſe obiiciendam: Andromedam igitur cum ad ſcopulum religatam Perſeus uidiſſet: ea conditione ſe illam liberaturum pactus ē: ut ſibi uxor permitteretur. Cæterum phineus Cephei frater:cui antequā mōſtro exponeretur:Andromeda fuerat deſponſata cum ui eam Perſeo eripere conaretur: multis interfectis reliquos in ſe ruentes Perſeus ipſe Meduſæ capite detecto in lapides commutauit. Maternæ linguæ. Nam Caſſiepeia de pulchritudine cum Nereidibus contendere fuerat auſa. Iniuſtus Hammon. Iniquus Iupiter in ea ſententia ferenda. Neq; enim iuſtum eſt:ut filii pro parentibus pœnas pendant. Hāmon autem harenarius interꝑtatur.Nam in Libyæ harenis templo celeberrimo ſub imagine Arietis Iupiter colebatur. Quāq̄ ſcribat Diodorus ex quorundam ſententia.Hammonem Libye regem fuiſſe Vxoremq; cepiſſe Rheam cæli filiā: Saturni aliorūq; Titanum ſororem. Trahit inſcius ignes.hoc ē: Ignarus quænam eſſet: amore ipſius capitur .

Quatere:mouere: concutere. Appellare uirum:Loqui cum uiro. Virgo. Cauſa eſt:cur uirum alloqui non auderet. Virgo nāq; erat. Genitor lugubris.Pullis ueſtibus idutus. Vinctoq; in corpore adherent.hoc eſt.Ligatam Andromedam complectuntur. Manere expectare. Ad opem ferendam: ad auxilium Andromedæ ferēdum. Hāc ego ſi peterē. Merito Perſeus dotes ſuas apud ignotos exponit: quo facilius id quod cupit:accipiat. Paciſcor.In pactionē deduco.

Accipiunt legem:conditionem:quam ipſis tulerat Perſeus:ut ſua eſſet: ſi ipſam ſua uirtute ſeruaſſet. Acta impulſa.Hac autem ſimilitudine & magnitudo & ipetus belluæ illius marinæ declaratur. Iuuenum ſudantibus lacertis:hypallage eſt.Nam ſudantium iuuenum lacertis impelluntur triremes. Quantū Balearica torto.Tantum inquit bellua diſtabat a ſcopulis: quantum ſpatii pila plumbea funda emiſſa pertrāſire poſſet. Medii celi:medii aeris. Pedibus tellure repulſa: geſtum exprimit eius qui ſe e terra i aerem tollere uelit.Sic paulo ante de Pallade dixit:& impreſſa tellurem reppulit haſta. Arduus:altus.

Vtq; Iouis ꝑpes:pulchra ſimilitudie poeta oſtēdit: quanta agilitate mōſtrum illud marinū Perſeus oppreſſerit. Præpes:ales:eſt autem aquilæ periphraſis: quæ ſerpentibus maxime infeſta eſt. Præpetes uero maiores dicuntur aues: quarū ex uolatu auguria colliguntur.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Liuentia.pallentia. Occupat:corripit. Miſſo:emiſſo:effecto. Per inane: per aerem: quod inane dicitur:quia uacuus eſſe uidetur. Fremẽtis:ore ſtrepentis & furentis belluæ. Inachides. Perſeus Argiuus. Inachidæ: nãq; Argiui dicuntur ab Inacho:qui primus apud Argos regnauit: ac fluuium Achaiæ Inachũ a ſuo nomine appellauit. Curuo tenus hamo. uſq; ad capulũ: cui ferrum recuruum ſolet apponi. Circũſona. circum latrans. Ille:perſeus. Super obſita. Deſuper tecta: atq; cooperta conchis:& oſtreorum teſtis. Balenarum enim tergoribus cõchæ oſtreaq; adhærere ſolent. Falcato enſe: recuruo ac falci ſimili. Eſt enim nomẽ participio ſimile falcatus.

Bellua puniceo.Quanta fuerit hæc bellua:facile ex fluctibꝰ quos ore euomebat:colligere poſſumus. Maduere graues aſpergine pẽnæ: hoc eſt.pẽnæ alaꝶ Perſei & madide & graues reſperſiõe fluctuũ quos euomebat bellua: ſunt effectæ.

Bibuli

Nec bibulis: ſiccis ac multũ humoris & aquæ attrahentibus.Bibuli nãq; dicũtur: qui multũ ac potius nimium bibunt. Vltra:ulterius. Credere:confidere. Stantibus: aquis quieſcẽte mari. Extat:eminet: extra ſtat: & apparet: unde ẽt extare libri dicuntur qui inueniũtur. Nixus eo: Cum inqt in uertice illius ſcopuli pedes firmaſſet:ſæpius ilia belluæ enſe tranſegit. Littora cũ plauſu clamor:hoc eſt plauſus & clamor. Eſt aũt figurata oratio. Superas deorum domos:periphraſis eſt cæli. Hac autem hyperbole magnitudo clamoris plauſuſq; ſignificatur. Caſſiepe: q̄ & Caſſiepeia dicitur. Huius ſane nominis tertia ſyllaba apud Græcos e littera ſcribitur: quamuis apud latinos o uocalẽ minus recte habeat. Quæ autem de Andromedæ uinculis dicta ſunt apud Ioppen paleſtinæ urbem geſta eſſe ferũtur. Mollit humum foliis:narraturus quẽadmodum uirgæ in mari naſcentes in coralia fuerunt conuerſæ: inquit eas a Perſeo Meduſæ capiti ſubiectas induruiſſe:lapidiſq; figuram contraxiſſe:qđ quidem Nereides admiratæ multa & ipſæ uirgulta capiti Meduſæ ſubiecerunt:atq; in mare diſiecerunt:quæ quãdiu aqua teguntur mollia ſunt:extracta ad aerem ſtatim rigeſcunt. Phorcynidos Meduſæ. Phorci filiæ: ut diximus. Phorcus ſane apud Græcos Phorcys phorcyos & phorcynos declinatur. Vnde Phorcynis patronymicum fœmininũ eſt deriuatum. Nouũ rigorem:Inuſitatam duriciẽ. Antea nãq; ſub aqua mollis erat. At pelagi nymphæ.Nereides. Temptant:experiuntur. Et idem contingere:gaudent:hoc eſt:lætantur cum uidẽt uirgulta in lapidis modum dura fieri. Diis tribus ille focos: perſeus ob mõſtrum illud marinum debellatum diis gratias agere ac ſacrificare decreuit. Ac primum tres aras tribus diis:Mineruæ: Mercurio ac Ioui ex ceſpitibus in littore extruxit:deinde uaccam Mineruæ: uitulũ Mercurio:Thaurũ Ioui imolauit. Alipedi.Mercurio alas in pedibus habenti: ut qui & uelociſſimus ſit planetaꝶ: & cũ talaribus alatis pingatur.

Caſſiepeia.

Virgulta in coralia

Præbentem Phœbo liuentia terga draconem:
Occupat aduerſum:neu ſæua retorqueat ora:
Squamigeris auidos figit ceruicibus ungues.
Sic celeri miſſo præceps per inane uolatu
Terga feræ preſſit:dextroq; fremẽtis in harmo
Inachides ferrum curuo tenus abdidit hamo.
Vulnere læſa graui modo ſe ſublimis in auras
Attollit:modo ſubit aquas:modo more ferocis
Verſat apri:quẽ turba canũ circũſona terret.
Ille auidos morſus uelocibus effugit alis:
Q uæq; patẽt nũc terga cauis ſup obſita ↄchis.
Nunc laterũ coſtas:nũc qua tenuiſſima cauda
Deſinit in piſcem:falcato uulnerat enſe.
Bellua puniceo mixtos cum ſanguine fluctus
Ore uomit.maduere graues aſpergine pennæ
Nec bibulis ultra Perſeus talaribus auſus
Credere cõſpexit ſcopulũ:qui uertice ſummo
Stãtibus extat aquis operitur ab æquore moto
Nixus eo rupiſq; tenens iuga prima ſiniſtra
Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.
Littora cum plauſus clamor ſuperaſq; deorum
Impleuere domos. gaudent: generũq; ſalutant
Auxiliumq; domus ſeruatoremq; fatentur
Caſſiepe Cepheuſq; pater.reſoluta catenis
Incedit uirgo preciumq; & cauſa laboris.
Ipſe manus hauſta uictrices abluit unda.
Anguiferum caput dura ne lædat harena:
Mollit humũ folijs:nataſq; ſub æquore uirgas
Sternit: & imponit phorcynidos ora Meduſæ.
Virga recens bibulaq; etiã nunc uiua medulla
Vim rapuit monſtri:tactuq; induruit huius
Percepit nouum ramis & fronde rigorem.
At pelagi nymphæ factum mirabile temptant
Pluribus in uirgis:& idem contingere gaudent
Seminaq; ex illis ut erant iactata per undas:
Nunc quoq; coralijs eadem natura remanſit
Duriciam tacto capiant ut ab aere:quodq;
Vimen in æquore erat:fiat ſuper æquora ſaxũ.
Dijs tribus ille focos totidem de ceſpite ponit.
Læuum Mercurio: dextrum tibi bellica uirgo.
Ara Iouis media eſt. mactatur uacca Mineruæ
Alipedi uitulus.taurus tibi ſumme deorum:
Protinus Andromeden & tanti præmia facti



Indotata rapit.tædas Hymenæus amorq;
Præcipiunt.largis ſatiantur odoribus ignes:
Sertaq; dependent tectis:& ubiq; lyræq;
Tibiaq; & cantus:animi fœlicia læti
Argumenta ſonant.reſeratis aurea ualuis
Atria tota patent:pulchroq; inſtructa paratu
Cepheni proceres ineunt conuiuia regis.
Poſtq̃ epulis functi:generoſi munere Bacchi
Diffudere animos:cultuſq; genuſq; locorum
Q uærit Abantiades:quærẽti protinus unus
Narrat Lyncides moreſq; habitumq; uirorum:
Q uæ ſimul edocuit.nunc o fortiſſime dixit
Fare precor Perſeu quanta uirtute quibuſq;
Artibus abſtuleris crinita draconibus ora.
Narrat Abantiades:gelido ſub Atlante iacentẽ
Eſſe locum:ſolidæ tutum munimine molis
Cuius in introitu geminas habitaſſe ſorores.
Phorcydas unius ſortitas luminis uſum.
Id ſe ſollerti:furtim dum traditur:aſtu
Suppoſita cœpiſſe manu:pq; abdita longe
Deuiaq;:& ſyluis horrentia ſaxa fragoſis
Gorgoneas tetigiſſe domos:paſſimq; p agros
Perq; uias uidiſſe hominũ ſimulacra ferarum
In ſilicem ex ipſis uiſa conuerſa Meduſa.
Se tamen horrendæ clypei:quẽ leua gerebat:
Aere repercuſſo formam:aſpexiſſe Meduſæ.
Dũq; grauis ſomnus colubros ipſamq; tenebat:
Eripuiſſe caput collo:penniſq; fugacem
Pegaſon & fratrem matris de ſanguine natos.
Addidit & longi non falſa pericula curſus.
Q uæ freta:quas terras ſub ſe uidiſſet ab alto:
Et que iactatis tetigiſſet ſidera pennis.
Ante expectatum tacuit.tamen excipit unus
Ex numero procerum:quærens cur una ſororꝫ
Geſſerit alternis immixtos crinibus angues.
Hoſpes ait:quoniam ſcitaris digna relatu:
Accipe quæſiti cauſam.clariſſima forma
Multorumq; fuit ſpes inuidioſa procorum
Illa:nec in tota conſpectior ulla capillis
Pars fuit:inueni qui ſe uidiſſe referrent.
Hanc pelagi rector templo uitiaſſe Mineruæ
Dicitur.auerſa eſt:& caſtos ægide uultus
Nata Iouis texit.ne ue hoc impune fuiſſet:

Indotata.ualde dotata.In nãq; præpoſitio ui interdum habet intentiuam. Andromedam.n. accepit Perſeus cum Aethiopiæ regno dote.

Andromedæ nuptiæ

Tædas Hymenæus amorq; præcipiũt. Amor inquit & Hymenæus nuptias Perſeo ſuadent. A parte nãq; totum intelligimus.Faces enim quæ fere ex tædis conficiuntur nouis nuptiis ad maritos ſe conferentibus præferebantur. Quare & nuptiarum apparatum deſcribit:& quæcunq; in nuptiis fieri conſueuere.Hymeneum autem deum fuiſſe:qui in celebrandis nuptiis inuocabatur:nemo eſt fere qui ignoret. Præcipiũt: ſuadent atq; imperant. Largis odoribus: copioſis thuribus:ac aliis ut ita dicam: odoramentis.

Sertaq;:coronæ a ſerendis floribus appellatæ

Argumenta:ſigna:indicia. Reſeratis ualuis apertis foribus. Diffudere:exhilarauere:lætificauere:uinum enim generoſum animi uires excitat corq; lætum reddit. Abſtuleris:recideris.

Crinita draconibus:ora:hoc eſt:caput Meduſæ pro crinibus habens dracones atq; ſerpentes.

Meduſæ cedes

Locum iacentem:planum & ſpacioſum campum. Solidæ molis.ſolidi muri atq; circuitus.

Geminas ſorores.non duas ſed ſimiles. Tres enim fuerunt:ut diximus. Phorcidas. Phorci filias:quæ & Phorcinides dicuntur: ut paulo añ diximus. Vnius luminis: ſolius oculi. Id ſe ſolerti.Narrat inquit ſe illud unum lumen quida aſtutia rapuiſſe:dum per uices ab altera alteri traderetur. Fragoſis:fragore ac ſtrepitu reſonantibus. Ex ipſis hominibus & feris.Se tamẽ horrendæ. Tacite reſpondet obiectioni:poſſet enim quis dicere.Qua rõne tu o Perſeu uiſa Meduſa in lapidem non fuiſti conuerſus. Quod inquit per clypeum criſtallinum illam dormientẽ aſpexi atq; obtruncaui.Se autem eſt legendum: non ſed:ut fere in exemplaribus eſt deprauatũ. Aere repercuſſo.per æs clypei tranſlucidum.

Eripuiſſe:truncaſſe:recidiſſe. Penniſq; fugacem Pegaſon & fratrem. Pegaſus equus alatus & Chryſaor enſem aureum in manu tenens finguntur ex collo Meduſæ reciſo capite ſtatim exiliſſe. Chryſaora ergo fratrẽ Pegaſi uocat poeta:quãuis in exemplaribus fratres plurali numero corrupte legatur. Longi curſus:ſpacioſi uolatus. Ab alto:ab aere. Pennis:alis: quæ ex pennis conſtant. Ante expectatum tacuit.narrationi anteq̃ putaretur:finem impoſuit:per qđ ſignificatur gratiſſimã oĩbus cõuiuis fuiſſe Perſei orationẽ. Cur una ſororũ: cur Meduſa ſola ex Gorgonibus imixtos capillis habuerit ſerpentes. Scitaris rogas:ut ſcias. Cõſpectior: pulchrior. Capillos.n.pulcherrimos habuit. Inueni q ſe uidiſſe referrẽt:hoc eſt: audiui hoc ex iis q aiebãt ſe Meduſã uidiſſe. Auerſa ẽ.ſe auertit pallas:ne uideret Neptunũ cũ Meduſa coeuntẽ.

Meduſæ capilli in ſerpẽtes

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

alii turpes hydros. In tetros ſerpentes. Hydri autem aquarum Serpentes dicuntur αποτου υλατοσ. hoc eſt ab aqua. Nunc quoq;. Pallas inquit ad terrendos hoſtium animos caput Meduſæ cum ſerpentibus in ægida ſuū tranſtulit.

Raphaelis regii in quintum metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

Tumult9 magni d'ſcriptio Phinei cum Perſeo certamen

d Vmq; ea cephenum. Ita hunc librum cum ſuperiore poeta cōnectit: ut res e re naſci narratioq; continuari uideatur. Primum autem tumultum iniquiſſime a Phineo Cephei fratre: cui Andromeda prius q̄ belluæ obiiceretur deſpōſata fuerat: excitatum deſcribit: deinde eius cum ſociis in lapides mutationem: Cepheni autem a Cepheo rege populi Illi fuerunt denominati. Danaeius heros. Perſeus Danaes filius. Eſt autem poſſeſſiuum nomen quinq; ſyllabaꝝ: nunc quatuor: ut quidam legunt. Nec coniugalia feſta: nuptialia. Non erat inqt clamor nuptiis conueniens: ſed bello & pugnæ. Aſſimilare: comparare ac ſimilia putare. Sane ſimilare dicimus & aſſimilare: non autem ſimulare: ut q dam indocti præcipiunt. Exaſperat: aſperū & tempeſtuoſum reddit. Auctor: excitator. En ait en adſum. En aduerbium fere affectui & indignationi ſeruit: quæ ex illa reduplicatione magis magiſq; declaratur. Pennæ. Alata talaria.

Falſum autum. Simulatum: non uerum. Conanti mittere. uolenti Phineo iacere haſtam in Perſeum. In facinus: in ſcelus. Seruatæ. Andromedæ. Rependis: remuneraris. Hac dote: ut illum interficias: qui Andromedam monſtro marino obiectam ſeruauit. Iuſtū autem gratumq; uirum Cepheū fuiſſe poeta oñdit. Sed graue Nereidum numen: graue potens. Nereides autem nymphæ ſunt marinæ: quibus ſe pulchriorem Caſſiepeia eſſe iactarat. Earum uero precib9 fatigatus Neptunus cetos immiſit: quo Cephenorum agros uaſtante conſultus Hammon reſpondit Caſſiepeiæ prolem monſtro eſſe obiiciendam. Sed corniger Hammon. Iuppiter Hammon ſub forma arietis cornuti colebatur. Viſceribus meis: mea filia quæ ex meis uiſceribus: atq; carnibus concepta eſt. Leuabere: leuior fias: a dolore ſubintelligatur. Scilicet haud ſatis. Ironia qua Phineo iſultat frater Cepheus. Cum eni & patruus & ſponſus eſſet Andromedæ aliquid certe auxilii afferre debebat. Cum uero nihil prorſus tulerit: impudentiſſime eam repetit: quā tutari non eſt auſus. Affixa. alligata. Vna enim cū Andromeda regna quoq; dotalia alligata uidebantur. Petiſſes: petere acceptumq; ire debuiſſes. Nunc ſine: nunc inquit permitte eum qui meruit: Pactuſq; eſt illam habere. Per quem non orba ſenectus: hoc eſt: per quem ego iam ſenex liberis non careo: unica namq; filia illi erat Andromeda. Hæc ſenectus: hæc mea ſenectus. Manu autem cum hæc diceret: canos tangens Phineo idicauit. Et uoce: & uerbis. Certæ morti: ſi quidem Andromeda proculdubio mortua fuiſſet: niſi a Perſeo e faucibus belluæ illius marinæ erepta eſſet. Ille nihil contra: reſpondit ſubintelligatur.

Gorgoneum crinem turpes mutauit i hydros:
Nūc quoq; ut attōitos formidie terreat hoſtes
Pectore in aduerſo quos fecit ſuſtinet angues.

## Pu. Oui. Naſonis metamor. Liber quintus.

d Vmq; ea Cephenū medio Danaeius heros
Agmine cōmemorat: fremitu regalia turbæ
Atria complentur: nec coniugalia feſta
Qui canat: ē clamor: ſed q fera nunciet arma.
Inq; repentinos conuiuia uerſa tumultus
Aſſimulare freto poſſis: quod ſæua quietum
Ventorum rabies motis exaſperat undis.
Primus in his Phineus belli temerarius auctor
Fraxineam quatiens æratæ cuſpidis haſtam:
En ait en adſum præreptæ coniugis ultor.
Nec mihi te pennæ nec falſum uerſus in aurū
Iuppiter eripiet. conanti mittere Cepheus
Quid facis exclamat: quæ te germane furentē
Mens agit i facinus? meritis ne hec gratia tātis
Redditur hac uitam ſeruate dote rependis?
Quā tibi nō Perſeus: uerū ſi quæris: ademit:
Sed graue Nereidū numē. ſed corniger Hāmō
Sed quæ uiſceribus ueniebat bellua ponti
Exaturanda meis. illo tibi tempore rapta eſt:
Quo peritura fuit. niſi ſi crudelis id ipſum
Exigis ut pereat: luctuq; leuabere noſtro.
Scilicet haud ſatis eſt: ꝙ te ſpectāte reuincta ē
Et nullam ꝙ opem patruus ſponſuſue tuliſti.
Inſuper a quoq̄ ꝙ ſit ſeruata dolebis?
Præmiaq; eripies? quæ ſi tibi magna uidentur:
Ex illis ſcopulis: ubi erant affixa: petiſſes.
Nūc ſine q petiit ꝑ quē hæc nō orba ſenectus
Ferre: quod & meritis & uoce eſt pactus: eūq;
Non tibi: ſed certæ prælatum intellige morti.
Ille nihil contra: ſed & hunc & Perſea uultu



Ignorat: dubitat. Cuntatuſq; breui. Parumper remoratus. Nequicq̄: fruſtra. Strat's. lectis: in quibus priſci diſcūbebant. Remiſſo: reiecto. Eandem naq; haſtam in Phineum Perſeus reiecit. Et indignū: & copula affectui ſeruit. Indignatur eni poeta: qđ ara in qua dii iuſtiſſimi coluntur: ſcelerato atq; nephario homūtioni profuerit. Nō irrita: non uana ut q̄ Rhœtū unū ex Phinei ſociis interemerit. Calcitrat: calcibus terram percutit. Hoſpitiiq; deos: Ioue hoſpitalē: de quo Virgi. Iupiter. Hoſpitibus nā te dare iura loquuntur. Hoſpites aūt nefas ē uiolari. Eo priſci hoſpitibus ſalē in primis apponebāt: quē cū una guſtaſſent: ita unius mentis & amicitiæ eos debere eſſe cenſebant ut ſal in unā naturā ex terra & aqua congelatur. Bellica pallas adeſt: auxilio eſt. Quo naq; pacto unus Perſeus tot in ſe ruentibus uiris ſine palladis auxilio reſiſtere potuiſſet. Datq; animos: audacem reddit. Erat indus Atys. Ad differētiam Phrigii a Cybele matre deorū adamati eleganter indus eſt appoſitus. Fuit ēt alius Atys Crœſilidoꝝ regis filius. Lemniace: nympha fuit Gangis indiæ fluui filia: ui[illegible]t aūt eſſe palus iuxta Gangem. λιμνη naq; paludē ſignificat. Limbus: faſcia. Obibat: circumibat.

Aurata monilia: aurata pro aureis poſuit. Monilia naq; colli ornamenta aurea eſſe ſolent: hoc eſt ex auro ſolo conſtantia non aurata & auro ſolū ornata. Myrrha: Vnguēto cui Myrrha quoq; adhibetur. Crinale: ornamentum eſt criniū: unde etiam eſt denominatū. Ille quidē iaculo: ſignificat eū & iaculandi & ſagittandi fuiſſe imprimis peritū. Quāuis diſtantia: lōge poſita ac remota. Sed tendere doctior arcus. Locutio ē Græca Latine enim doctior tendendi diceretur.

Monile

Crinale

Lenta cornua: flexibilia arcus cornua. In media ara: quæ Himæneo nuptiarum deo extructa erat. Perculit: percuſſit. Et fractis cōfundit in oſſibus ora. Sic qdem legitur: ſed forſitan minus recte. Ablatiuus enim ille fractis oſſibus modū ſignificat: cui in ꝑpoſitio apponi non ſolet. Quare mihi illa: & copula ac in ꝑpoſitio utraq; i alterius locū transferēda uidetur: ut legamus: ifractis confundit & oſſibus ora: hoc ē: ualde ac penitus fractis oſſibus faciē ita cōfudit: ut nō agnoſceretur.

Iactantem: Nā oſtentantē. Sed concutientem: id qđ facere ex uulnere morictes ſolent. Fœdatos: Deturpatos. Aſſirius: ſirius. Nā aſſiria prouincia eſt eadem cum ſiria. Exhalantem. Ex ore emittentem. Vitam: aīam. Sub acerbo uulnere: Propter acerbum & aſpeꝝ uulnus. Deplorauit: Defleuit. Ille. Atys. Tetenderat: Neruo intenderat: ut in Perſeū ſagittam emitteret. Arripit Celeriter rapit. Et mecū tibi ſint certamina: hoc eſt. Et mecū in certamen deſcende. Nec lōgū: Nec diu. Fato: morte. Quo: ex quo fato. Emicuit: exiliuit: euolauit. Penetrabile telum: periphraſis eſt ſagitte quæ facile penetrat. Vitatū: Declinatū: nā Perſeus ſagittā a Lycaba miſſā uitauit. Sinus ac plicas multas habente. Vertit in hunc harpē: Harpe enſis eſt Mercurii falcatus: ut diximus: quo Perſeus Meduſæ caput amputauit.

Harpe

Alterno ſpectans: petat hunc ignorat: an illum:
Contatuſq; breui contortam uiribus haſtam:
Quantas ira dabat: nequicq̄ in Perſea miſit
Et ſtetit illa toro. ſtratis tum deniq; Perſeus
Exiliit: teloq; ferox inimica remiſſo
Pectora rupiſſet: niſi poſt altaria phineus
Iſſet. & indignum ſcelerato profuit ara.
Fronte tamen Rhœti non irrita cuſpis adhæſit.
Qui poſtq̄ cecidit: ferrūq; ex oſſe reuulſum eſt
Calcitrat: & poſitas aſpergit ſanguine menſas
Tum uero indomitas ardeſcit uulgus in iras.
Tælaq; coniiciunt: & ſunt qui Cephea dicant
Cum genero debere mori. ſed limine tecti
Exierat Cepheus teſtatus iuſq; fidemq;
Hoſpitiiq; deos: ea ſe prohibente moueri.
Bellica pallas adeſt: & protegit ægide fratrem:
Datq; animos. erat Idus Atis: quē flumie gāge
Edita lemniace uitreis peperiſſe ſub undis
Creditur: egregius forma: q̄ diuite cultu
Augebat bis adhuc octenis integer annis.
Indutus tyriā clamidē: quam limbus obibat
Aureus ornabant aurata monilia collum:
Et madidos myrrha curuum crinale capillos.
Ille quidem iaculo q̄uis diſtantia miſſo
Figere doctus erat: ſed tendere doctior arcus.
Tū quoq; lenta manu flectentē cornua pſeus
Stipite qui media poſitus fumabat in ara:
Perculit: in fractis confundit & oſſibus ora.
Hunc ubi fœdatos iactantem ſanguine uultus
Aſſyrius uidit Lycabas iunctiſſimus illi
Et comes: & ueri non diſſimulator amoris.
Poſtq̄ exhalantē ſub acerbo uulnere uitam
Deplorauit Atyn: quos ille tetēderat: arcus
Arripit: & mecum tibi ſint certamina dixit.
Nec longum pueri fato lætabere: quo plus
Inuidiæ q̄ laudis habes. hæc omnia nondum
Dixerat. emicuit neruo penetrabile telum:
Vitatumq; tamen ſinuoſa ueſte pepēdit.
Vertit in hunc arpē ſpectatam cæde Meduſæ
Acriſioniades: adigitq; in pectus. at ille

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Iam moriens oculis ſub nocte natantibus atra
Circunſpexit Atyn.ſeque acclinauit ad illum:
Et tulit ad manes iunctæ ſolatia mortis.
Ecce Suenites genitus Methione Phorbas:
Et libys Amphimedon auidi cōmittere pugnā
Sanguine:quo late tellus madefacta tepebat:
Conciderant lapſi:ſurgentibus obſtitit enſis
Alterius coſtis.iugulo Phorbantis adactus.
At non actoriden erithum:cui lata bipennis
Telū erat:admoto Perſeus petit enſe:ſed altis
Extantem ſignis:multæq; in pondere maſſæ
Ingentem manibus tollit cratera duabus:
Infligit uiro.rutilum uomit ille cruorem.
Et reſupinus humū moribundo uertice pulſat
Inde Semiramio Polydæmona ſanguie cretū:
Caucaſeūq; abarim: Spercheſiadenq; Lycetū:
Intōſumq; comas elycen:Phlegiāq; Clitumq;
Sternit:& extructos moriētū calcat aceruos
Nec phineus auſus concurrere cōminus hoſti
Intorquet iaculum : quod detulit error in idam
Expertem fruſtra belli:& neutra arma ſecutum
Ille tuens oculis immitem Phinea toruis
Q ñ qdē in partes ait abſtrahor:accipe Phineu
Q uē feciſti hoſtē: pēſaq; hoc uulnere uulnus
Iamq; remiſſurus tractum de corpore tælum:
Sanguine defecto cecidit collapſus in artus.
Hic quoq; Cephenū poſt regē primus Odites
Enſe iacet Clymēi.Protenora pcutit Hypſeus.
Hypſea Lincedes.fuit & grandeuus in illis
Emathion æqui cultor timiduſq; deorum:
Q ui quoniā prohibent anni bellare loquendo
Pugnat:& inceſſit:ſcelerataq; deuouet arma.
Huic Cromis amplexo tremulis altaria palmis
Decutit enſe caput:quod protinus incidit aræ
Atq; ibi ſemianimis uerba execrantia lingua
Edidit:& medios animam expirauit in ignes.
Hinc gemini fratres ,pteaſq; & cæſtibꝰ Hāmō
Inuicti:uinci ſi poſſent cæſtibus enſes:
Phineia cæcidere manu: Cereriſque ſacerdos
Alphitus albenti uelatus tempora uitta.
Tu quoq; Iapetide nō hos adhibēdus ad uſus
Sed q pacis opus citharam cū uoce moueres:
Iuſſus eras celebrare dapes feſtumque canēdo

Natantibus. errantibus in humore ac lachrymis. Ad manes:ad inferos. Ecce ſuenites: ab oppido Aethiopiæ Suenio Suenites nomen gentile deducitur. Eleganter autem & patriam & genus iſtius Phorbantis deſcribit poeta:ne qs phorbanta Priami filium illi pugnæ interfuiſſe putet. Hi autem omnes quos hoc loco poeta enumerat obſcuri ſunt: nec a quoq̃ alio ſcriptore: quod ſciā:celebrantur. Auidi cōmittere pugnam.Cupidi pugnandi. Eſt enim figura loquēdi Græca.

Surgentibus.Surgere uolentibus. Adactus. infixus. Enſis harpe : quo illos Perſeus tranſiixit. Actoriden Erithū.actoris filium. Sed altis extantem ſignis. Eminentem cælatura atq; magnitudine ac pondere craterem deſcribit. Altis ſignis:alte eminentibus ſignis & cælaturis. Multæq; in pondere maſſæ:hoc eſt:magni ponderis. Crater autem uas eſt menſarium miſcendo cum aqua uino accōmodatum. Infligit.incutit:immittit. Rutilum cruorem. Rubicūdum ſanguinem. Moribundo uertice:pro ipſe moribūdus capite percutit terram. Eſt enim hypallage.

Semiramis

Semiramio ſanguine.Regio:Semiramis nāq; regina fuit quæ condidit Babylonem: Vt copioſe in ſuperiore ſcripſimus libro. Caucaſeum. a Caucaſo Scythiæ monte. Spcheſiaden.Spcheſii cuiuſdam filium. Expertem fruſtra belli. fruſtra ſe a bello & pugna abſtinentem.Interfectus nāq; fuit.

Factiones

In partes:in factiones:partes enim in plurali ſolum factiones ſignificant: unde Ciceronē partes Pompei dicimus ſecutum. Penſaq;:pondera. Hoc uulnere:quod tibi ſum illaturus.

Vulnus:quod tu mihi intuliſti. Cephenum poſt regem.Poſt Cepheum regem Andromedæ partem.Lyncides.Lyncei filius. Et inceſſit.Irritat:prouocat. Deuouet.execratur. Scelerata arma.In perſeum ſcelerate ac nepharie ſumpta.

Decutit.Deiicit:Detruncat. Incit aræ:Cecidit in aram. In medios ignes. Qui in ara fuerant excitati. Cæſtibus inuicti:inſuperabiles.

Cæſtus

Cæſtus autem arma ſunt pugilum. Velatus tēpora. Velata & tecta tempora habens. Iapetide.Lapeti filius. Ad hos uſus: bellicos. Citharīſtæ namq; & Lyriſtæ a pugnis ſunt alieni.

Moueres: pulſares.



Q uem ,pcul aſtantem plectrūq; ibelle tenētē
Petalus irridens ſtygiis cane cætera dixit
Manibus:& leuo mucronem tempore fixit.
Concidit:& digitis morientibus ille retentat
Fila liræ:caſuq; fuit miſerabile carmen.
Nec ſinit hūc īpune ferus cecidiſſe Lycornas.
Raptaq; de dextro robuſta repagula poſte
Oſſibus illiſit mediæ ceruicis:at ille
Procubuit terræ mactati more iuuenci.
Demere temptabat leui quoq; robora poſtis
Cinypheus Pelates:temptanti dextera fixa eſt
Cuſpide marmaridæ coriti:lignoq; cohæſit.
Hærenti latus hauſit Abas:nec corruit ille.
Sed retinente manu moriens de poſte pepēdit
Sternitur & Menelaus Perſeia caſtra ſecutus.
Et naſomoniaci Dorilas ditiſſimus agri.
Diues agri Dorilas:quo non poſſederat alter
Latius:aut totidem tollebat farris aceruos.
Huius in obliquo miſſum ſtetit inguie ferrum
Letifer ille locus:quem poſtq̄ uulneris auctor
Singultātem animam & uerſantē lumia uidit
Bactreus alconeus:hoc qđ p̄mis inqt habeto
De tot terræ agris:corpuſq; exangue reliquit.
Torquet in hūc haſtā calido de uulnere raptā
Vltro abantiades:media quæ nare recepta
Ceruice exacta eſt:in parteſq; eminet ambas.
Dūq; manū fortuna iuuat:clitiūq; Danūq;
Matre ſatos una diuerſo uulnere fudit.
Nam clitii per utrūq; graui librata lacerto
Fraxius acta femur:iaculū dāus ore momordit
Occidit & celodon Mindeſius:occidit aſtreus
Matre Palæſtina & dubio genitore creatus.
Echionq; ſagax quondam uentura uidere.
Nunc aut deceptus falſa:regiſq; Thoactes
Armiger:& cæſo genitore infamis Agyrtes.
Plus tñ exhauſto ſupereſt:nāq; omnibus unū
Opprimere ē animus:cōiurata undiq; pugnāt
Agmina ,p cauſa meritū impugnāte fidemq;.
Hac ,p parte ſocer fruſtra pius & noua cōiunx
Tum genitrice fauent:ululatuq; oia complent
Sed ſonus armoꝶ ſuperat:gemituſq; cadentū:
Pollutoſq; ſimul multo Bellona penates
Sanguine perfundit:renouataq; prælia miſcet:

Plectrum.in ſtrumentum eſt quo Lyra pulſat απο Του πλητ Τειυ.hoc eſt a percutiendo dictum. Imbelle.Imbellibus ac mollibus aptum — Plectrum

Styx

Stygiis manibus.Inferis.Styx enim palus eſt inferorum notiſſima.Manes autem inferorum animæ dicuntur. Leuo tempore.Siniſtra capitis parte. Caſuq; fuit miſerabile carmen.Forte inquit lyra emiſit carmen triſte & morienti conueniens.

Repagu la

Repagula dicuntur aſſeres qui clauſis hoſtiis opponuntur. Illiſit.inflixit. Procubuit.in caput in terram cecidit. Cynipheus pelates.Garamanticus.

Cinyps

Cinyps enim:ut ſcribit Herodotus fluuius eſt Garamantum :qui inter duas ſyrtes in mare libycum labitur. Vnde Cinyphei tertio Georgicorū libro apud Vergilium dicuntur hirci.Nec minus interea barbas incanaq; mēta Cincyphei tondent hirci ſetaſq; comantes.

Leui poſtis.Siniſtri. Cohæſit.Affixa fuit.

Nasamones

Latus hauſit:percuſſit: Et Naſamoniaci:Naſamones populi ſunt libyæ iuxta ſyrtes : naufragis:ut ſcribit Plinius:admodum infeſti. Latius Latiores campos. Singultantem.per ſingultus animam emittentem.

Bactra
Bacteria

Bactreus Alconeus.Bactra nomine tantum plurali urbs eſt . unde etiā Bactriana regio Indiæ contermina fuit appellata. Vltor abantiades.Perſeus: Ceruice exacta eſt.per ceruicem eiecta . In partes ambas.

Et anteriorem & poſteriorem. Librata . Vibrata. Fraxinus.Haſta fraxinea.eſt enim metonymia. Acta.Miſſa. Iaculum danus ore momordit.Hoc eſt iaculum in os Dani fuit coniectum.

Myndeſos
Myndones

Occidit & Celedon Myndeſius . Myndeſos urbs eſt Syriæ:& Myndones populi ſunt libyæ. Matre palæſtina.Regio ē Syriæ Palæſtina cōtermia Iudeæ:a Palæſtina urbe dicta. Sagax uidere.Sciens præuidere atq; prænuntiare futura.Augur nanq; erat.Eſt autem græca locutio.

Sagax uidere Aue falſa.Falſo augurio . Futuram nanq; mortem preuidere neſciuit.Sic Vergilius.Sed nō augurio potuit depellere peſtem .

Plus tamen exhauſto ſupereſt . Plus inquit eo quod factum eſt:ſupereſt conficiundum.Exhaurire nanq; interdum conficere ſignificat.ut Vergilius.Quæ bella exhauſta canebat. Nanq; omnibus unū Omnibus īquit animus ē unū Perſeū opprimēdi. Pro cauſa meritum impugnante . hoc eſt.p Phineo:qui & meritū Perſei:q Andromedam ſeruauerat:& fidē ipſi a rege datam ipugnabat. Hac pro parte.Pro fide autē ac merito & iuſta cauſa pauci admodū ſtabant. Pollutos.Violatos:īfectos. Bellona.Pallas dea belli.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

Circũeunt unum.Circundant Perſeum ſolum.Hic autem maxima Perſei uirtus declaratur: qui ſolus tantæ multitudini totq; telis reſiſtere potuerit. Præter utrunq; latus.Iuxta utrunq; latus & dextrum & ſiniſtrum:propeq; & oculos & aures. Applicat hic humeros.Tunc inquit Perſeus humeros magne columnæ appoſuit: ut a tergo tutus in ſeuientes hoſtes repellere poſſent. Chaonius Molpheus.Epirota.Chaonia nanq; pars eſt Epiria. Chaonæ troiano:ut Carmine Vergiliano etiam pueris notum eſt: appellata. Chaoniaq;: omnem troiá a Chaone dixit. Nabathæus:Nabathæa regio eſt phœnicis Arabiæ:unde Nabatheus nomen gentile deriuat: ut latius in primo diximus. Tigris ut auditis.

Hac ſimilitudine poeta oſtendit Perſeum addubitaſſe utrum prius percuteret:cum ambo inſtarent:alter a dextra alter a ſiniſtra Molpheum an Ethemonem. Diuerſa ualle. in diuerſa uallis parte. Vtro.in utram partem. Summouit.repulit. Traiecti.Transfixi. Contentuſq; fuga eſt.Satis perſeo fuit Molpheum fugaſſe.Ab altera nanq; parte Ethemon inſtabat:neq; perſeo interficiédi Molphei tp̃s dabat. Nõ circũſpectis. uiribus.Hypallage é:ip̃e.n.nõ circũſpectus.h̃ é:imprudẽs ac temerarius.Circũſpectus.n.cũ nomẽ é prudens qui omnia circũſpicit dicitur. Exactũ eiectum. Valentes cauſas.Potentes. Cylleni de harpe.procyllenia.patronimicum pro poſſeſſiuo eſt poſitum Cyllenius autem mercurius dicitur a Cyllene Arcadiæ monte:ubi ex Maia natus eſſe fingitur.Vergilius in octauo.Vobis Mercurius pater eſt:quem cádida Maia Cyllenæ gelido conceptum uertice fudit. Verum ubi uirtutem.Poſteaq̃ inquit Perſeus ſenſit uirtutem ſibi ingenitam a multitudine ſuperari: cum amicos admonuiſſet:ut oculos auerterẽt: Gorgonis caput hoſtibus apuit:quo uiſo illi eueſtigio in lapides fuere conuerſi. Eſt aurem ordo.Verum. Perſeus dixit.Ego petam & ſumam auxilium ab hoſte & meduſæ capite:quoniam uos ipſi ſic cogitis hoc eſt me ad hoc compellitis. Vbi & poſtq̃ uidit uirtutem ſuccumbere turbæ hoc eſt a multitudine ſuperari. Miracula.Monſtra. Diriguit.Rigida & dura facta eſt. In hoc ſignum hæſit.hoc eſt.Theſſalus in ſtatuam marmoream ita eſt cõuerſus:ut iaculum emittere uelle uideatur. Signum de marmore.Statua marmorea.

Cepheni in pallade certamen

Heſit.ſtetit. Septemplice.Nilo.Nilus fluuius eſt Aegypti clariſſimus qui ſeptem hoſtiis in mare exit.unde Vergilius quarto Georgicorum: Diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora:Vſq; coloratis amnis deuectus ab Indis. Celauerat ſculpſerat:ornauerat. Primordia.principia. Noſtræ gentis.noſtri generis. Ad tacitas umbras. Ad animas uoce carentes & mutas. Cecidiſſe.interfectum fuiſſe. A tanto uiro.Tam generoſo. Suppreſſa: cohibita atq; coercita.

Adapertaq; uelle. Cum enim Perſeum alloqueretur Nileus in ſtatuã lapideam:quæ loqui uelle uidetur:fuit tranſmutatus. Nec ſunt ea peruia uerbis.Neque eni uerba egredi poſſunt.

Circumeunt unum Phineus & mille ſecuti
Phinea:tæla uolant hyberna grandine plura
Præter utrũq; latus:præterq; & lumẽ:& aures
Applicat hic humeros ad magnæ ſaxa colũnæ
Tutaq; terga gerẽs:aduerſaq; in agmia uerſus
Suſtinet inſtantes:inſtabat parte ſiniſtra
Chaõius Molpheus:dextra Nabathæus Ethemon.
Tigris ut auditis diuerſa ualle duorꝝ
Extimulata fame mugitibus armentorum
Neſcit utro potius ruat:& ruere ardet utroq;
Sic dubius Perſeus:dextra leua ne feratur.
Molphea traiecti ſummouit uulnere cruris.
Cõtentuſq; fuga ẽ:neq; eni dat tẽpus Ethemõ
Sed furit:& cupiens alto dare uulnera collo
Non circunſpectus exactum uiribus enſem
Fregit:& extrema percuſſæ parte columnæ
Lamina diſſiluit:dominiq; in gutture fixa eſt.
Non tamen ad letum cauſas ſatis illa ualentes
Plaga dedit trepidum Perſeus & inertia fruſtra
Brachia tendentem Cyllenide confodit harpe.
Verum ubi uirtutem turbæ ſuccũbere uidit:
Auxilium Perſeus:quoniam ſic cogitis ipſi:
Dixit:ab hoſte petam.uultus auertite ueſtros
Si quis amicus adeſt.& gorgonis extulit ora.
Quære alium:tua quẽ moueãt miracula dixit.
Theſſalus:utq; manu iaculum letale parabat
Mittere:in hoc hæſit ſignũ de marmore geſtu
Proximus huic amphix animi plẽiſſima magni
Pectora lyncidæ gladio petit:inq; petendo
Dextera diriguit:nec citra mota nec ultra eſt.
At Nileus qui ſe genitum ſeptemplice Nilo
Ementitus erat:clypeo quoq; flumina ſeptem
Argento partim.partim celauerat auro:
Aſpice ait Perſeu noſtræ primordia gentis.
Magna feres tacitas ſolatia mortis ad umbras
A tanto cecidiſſe uiro.pars ultima uocis
In medio ſuppreſſa ſono eſt:adapertaq; uelle
Ora loqui credas:nec ſunt ea peruia uerbis.



Increpat hos:uitioq; animi non uiribus inquit
Gorgoneis torpetis erix: incurrite mecum.
Et ꝓſternite hũi iuuenẽ magica arma mouẽtẽ
Incurſurus erat:tenuit ueſtigia tellus.
Immotuſq; ſilet:armataq; manſit imago.
Hi tamen ex merito pœnas ſubiere:ſed unus
Miles erat Perſei:ꝓ quo dũ pugnat Acõteus
Gorgone conſpecta ſaxo concreuit oborto
Quem ratus Aſtiages etiam nũc uiuere: lõgo
Enſe ferit:ſonuit tinnitibus enſis acutis.
Dum ſtupet aſtyages:naturam traxit eandem:
Marmoreoq; manet uultus mirantis in ore.
Nomina longa mora ẽ media de plebe uirorũ
Dicere:bis centum reſtabant corpora pugnæ
Gorgone bis centum riguerunt corpora uiſa.
Pœnitet iniuſti tunc deniq; Phinea belli.
Sed qd agat? ſimulacra uidet diuerſa figuris
Agnoſcitq; ſuos:& nomine quẽq; uocatum
Poſcit opem:credẽſq; parum ſibi ꝓxima tãgit
Corpa:marmor erãt:auertit:atq; ita ſupplex
Confeſſaſq; manus obliquaq; brachia tendens
Vincis ait Perſeu:remoue tua monſtra: tuæq;
Saxificos uultus:quæcũq; ea:tolle Meduſæ.
Tolle præcor:nõ nos odium regniq; cupido
Compulit ad bellũ:ꝓ cõiuge mouimus arma.
Cauſa fuit melior meritis tua:tempore noſtra.
Non ceſſiſſe piget:nil o fortiſſime præter
Hanc animam concede mihi:tua cetera ſunto
Talia dicenti:neq; eum quem uoce rogabat.
Reſpicere audẽti:quod ait timidiſſime Phineu
Et poſſum tribuiſſe:& magnũ ẽ munus inerti
(Pone metum)tribuã:nullo uiolabere ferro.
Quin ẽt manſura dabo monumenta ꝑ æuum
Inq; domo ſoceri ſemper ſpectabere noſtri.
Vt mea ſe ſponſi ſoletur imagine coniunx
Dixit:& in partẽ Phorcinida tranſtulit illam.
Ad quam ſe trepido Phineus obuerterat ore.
Tunc quoq; conanti ſua flectere lumia ceruix
Diriguit:ſaxoq; oculorum induruit humor.
Sed tñ os timidũ:ultuſq; in marmore ſupplex:
Summiſſæq; manus:facieſq; obnoxia manſit.
Victor Abantiades patrios cũ coniuge muros
Intrat:& immeriti uindex ultorq; parentis.

Vitio animi.quia puſillanimes eſtis. Nõ uiribus gorgoneis. Non uiribus capitis Meduſæ Gorgonis. Torpetis.pigri & immobiles eſtis.

Magica arma.magicos cantus:incantamenta atq; ueneficia. Incurſurus erat.Impetum facturus in Perſeum. Veſtigia.pedes. Immotus. immobilis:Nam in ſtatuam lapideam fuerat cõuerſus. Pœnas ſubiere.Paſſi ſunt. Oborto ſaxo repente orto. Tinnitibus acutis.uocibus & ſonis acutis.Tinnire autem uerbum eſt facticium a ſono quem percuſſa æra emittere ſolent.

Tinnire

Naturam traxit eandem.Nam & ipſe in ſtatuam marmoream fuit conuerſus. Riguerũt.Rigida & dura & ſaxea facta fuerunt. Tunc deniq;.poſteaq̃ ipſius ſocii in marmoreas ſtatuas fuere tranſmutati. Marmor erant.Marmoreæ erát ſtatuæ. Auertitur.a Perſei conſpectu oculos auertit. Cõfeſſaſque manus manus iunctas:quales qui ſe uicti fatentur tendere ſolent. Vincis. Victor es.hoc eſt.fateor te eſſe uictorem:me autem uictum. Saxificos uultus. Ora in ſaxa homines transfigurantia. Quæcunq; ea.ſit ſubaudiatur Ignorat autem Phineus quænam fuerit Meduſa. Pro coniuge:pro uxore pugnauimus.Quæ quidem cum honeſta ſit cauſa: ſe dignum uenia eſſe phineus innuit. Si nanq; odio regniue cupiditate arma ſumpſiſſet in perſeum: indignus uenia foret. Tempore noſtra. nam Andromeda anteq̃ ceto obiiceretur: ut diximus phineo fuerat deſponſata. Non ceſſiſſe piget. Me inquit Phineus pœnitet tibi Andromedam nõ reliquiſſe.Cedere autem uerbum eſt de iure ſumptum:quod quidem eleganter cum datiuo ablatiuoq; conſtruitur:ut cedo tibi mea ſponſa.

Phyneus in ſaxum

Cedere

Inerti.Imbelli:ignauo. Monumenta.ſigna.

Phorcynida.Meduſam phorci filiam. Trepido ore.timido uultu. Obuerterat.conuerterat. Sua flectere lumina.Suos oculos cõuertere ne Meduſæ caput uideret. Induruit ſaxo.In ſaxum tranſmutatus:durus eſt factus. Facies obnoxia.ſubiectæ ſimilis. Victor Abantiades:perſeus uotorum compos cum Argos in patriam rediiſſet:prœtum a quo Acriſius auus regno fuerat priuatus oſtenſo Meduſæ capite in lapidem conuertit. Auoq; licet in merito.quod ipſum cum Danae matre arcæ impoſitum in mare proieciſſet:regnum reſtituit. Cum cõiuge.Andromeda. Immeriti parentis.ꝑ auo parẽtem poſuit:q male & de filia Danae & de pſeo nepote tũc meritus fuit:cũ eos arcæ ĩpoſitos mari commiſiſ.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Prœtus in ſtatuam

Aggreditur prœtum:prœtus Abantis regis Argiuorum fuit filius atq; Acriſii frater:cuius filias in uaccas fuiſſe conuerſas in fabulis traditur. Fratre fugato:expulſo Acriſio. Acriſioneas arces. Acriſii regnum. Male: inique ac iniuſte. Te tamen o paruæ. Hac apoſtrophe poeta polydectẽ Seriphi regem in odium inuidiãq; adducit:qui neq; perſei uirtute:neq; laboribus quos perpeſſus eſt:neq; periculis quibus ſe expoſuerat:ab ira odioq; deduci remoueriq; poterat. Polydectes autem Magnetis fuit filius rexq; iſulæ Seriphi:ut diximus. Is perſei ab ſe educati ferocius ingenium ueritus ſub prætextu gloriæ immortalis adipiſcendæ cum ad expeditionem contra Meduſam ſuſcipiendam hortatus eſt:putans ipſum in ea expeditione periturum:cum uero eũ non incolumen modo ſed uictorẽ quoq; rediiſſe uidiſſet:cœpit iuuenis gloriæ detrahere.minimeq; Meduſam ab ipſo fuiſſe obtruncatam iactare. Quare indignatus perſeus:ut quod aſſerebat:uerum eſſe probaret:illi caput Meduſæ oſtẽdit:quo uiſo polydectes in lapidem ſcribitur fuiſſe cõmutatus. Te tamen o paruæ. Quãuis inquit tot miranda geſſerit perſeus:totq; in lapideſ conuerterit:tu tamen odium mollire nedum deponere non potes. Seriphi:inſula ẽ una ex ſporadibus Seriphus. Vnde Seriphius nomen gẽtile deriuatur. Detrectas:diminutas. Arguis: arguere uis & probare. Parcite luminibus: nolite reſpicere:hæc iis ait qui cum polydecte aderãt admonet enim ut oculos auertant:ne & ipſi in lapides mutentur. Quãq; Strabo ſcribat uniuerſos Seriphios una cum polydecte in lapides fuiſſe conuerſos:idq; in ultionem matris a perſeo factũ: quia illis adiutoribus Seriphi rex polydectes nuptiis inuitum adegiſſet. Adeo autem lapidoſam eſſe Seriphum:ut qui conuiciantur: id inſpecta obueniſſe Gorgone cauſentur. Parcere autẽ oculis dicitur:qui illos continet clauſos. Hactenus aurigenæ. Nullam quidem hoc loco poeta exponit transformationem. Sed rem ſane admirandã deſcribit:quo concinnius muſarum in aues trãſformationem ſubnectat. Narrat enim quẽadmodum pegaſum equus alatus:quẽ pauloante diximus una cum Chryſaore e ſanguine colli Meduſæ exiliiſſe ad Heliconẽ Bœotiæ montẽ peruenit:ubi cũ terram pedis ungula percuſſiſſet : illico fons:qui ἱπποκρήνη hoc eſt caballinus ẽ appellatus:exortus fuiſſe memoratur. Ad eum igiṫ uidendum relicto perſeo pallas profecta eſt:quæ a muſis accepta q̃ promptiſſime ad ipm̃ fuit deducta. Dextra Cypro Gyaroq; relictis : Cypro quidem legitur. Sed cũ hæc inſula longe a Gyaro diſtet:utpote q̃ ſit in mari pãphylio:cũ Gyaron eẽ in ægeo cõſtet.minus huic loco cõuenire uideṫ. Forſitan aũt ꝑ Cypro legendũ eſt ſcyro. Nã ſcyros inſula eſt una ex cycladibus Gyaro ꝓpinqua:quæ & ipſa una eſt ex cycladibus:in qua mures ferꝛ rodere dñr. Inde Gyareus nomẽ gẽtile tryſillabũ declinatur. Mendũ eſt apud Pliniũ:ubi legitur. Scyros a Naxo quatuordecim milia paſſuũ Homeri ſepulchro ueneranda. Cum non Scyros. Sed Ios ex ſnĩa etiam Strabonis legendum ſit. Virgineum:helicona. Virginibus muſis nymphiſq; dicatum. Doctas ſorores:periphraſis eſt muſaꝝ. Nam muſæ Iouis & Mnemoſynes filiæ ſunt:quæ παρὰ τοῦ μῶσθαι hoc eſt ab inq̃rendo dñr:ut inq̄t Diodorus:quod ea inq̃rant hoĩeſq; doceant quæ ab indoctis ignorantur. & quod querendo ſcĩa pariatur. Nouem aũt fuiſſe muſas iam fere ĩter oẽs conſtat:& ſi q̃dam tres tm̃ eſſe contendãt. Quibus nomina a ꝓprio cuiq; munere indita fuerũt. Clio ἀπὸ τοῦ κλέους hoc eſt a gloria:que ex poetarum laudibus oritur dicta eſt. Euterpe ἀπὸ τοῦ εὐτερπέος hoc ẽ a iocando propter uoluptatem quæ ab audientibus ex honeſti perceptiõe ſentitur. Thalia ἀπὸ τοῦ θάλλειν hoc eſt a uirendo:quod in longum tempus Poetarum gloria uireſcat. Melpomene ἀπὸ τοῦ μέλπεσθαι hoc eſt a modulando:quod melodiam audiẽtes maxime demulceantur. Terpſicore ἀπὸ τοῦ τέρπειν:hoc eſt a delectãdo:quod doctrina hominum animi maximopere delectantur. Erato ἀπὸ τοῦ ἐρᾶν hoc eſt ab amando : quod docti homines ab omnibus amentur. Polymnia quod cantus ſuauitate poetas reddit gloria immortales. Vrania ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ:hoc eſt a cælo:quod uiri eruditi ad cælum gloria tollantur. Calliope ἀπὸ τῆς καλῆς ὀπὸς hoc eſt a bona uoce quod cantus ſuauitate alias antecedens magni ab audiẽtibus æſtimeṅt. Meduſæi præpetis.uolucris & alati equi. Vidi ipſum materno ſanguine naſci:ipſum pegaſum. Aderat enim perſeo pallas:cum Meduſam obtruncauit. Excipit Vraniæ:Vna eſt ex nouem muſis quæ cæleſtis interp̃tari poteſt

Polydectes in ſtatuam

Scyros inſula

Aggreditur Prœtum:nã fratre ꝑ arma fugato
Acriſioneas prœtus poſſederat arces.
Sed nec ope armoꝝ:nec quã male ceperat arce
Torua colubriferi ſuperauit lumina monſtri.
Te tamẽ o paruæ rector Polidecte Seriphi:
Nec iuuenis uirtus per tot ſpectata labores.
Nec mala molierant:ſed inexorabile durus
Exerces odium:nec iniqua finis in ira eſt.
Detrectas etiam laudem:fictamq; Meduſæ
Arguis eſſe necem:dabimus tibi pignora ueri.
Parcite luminibus:Perſeus ait oraq; regis
Ore Meduſeo ſilicem ſine ſanguine fecit.
Hactenus aurigenæ comitem Tritonia fratri
Sed dedit:inde caua circũdata nube Seriphon
Deſerit a dextra cypro Gyaroq; relictis.
Q uaq; ſup pontũ uia uiſa breuiſſima : thebas
Virgineumq; Helicona petit:quo mõte potita
Conſtitit:& doctas ſic eſt affata ſorores.
Fama noui fontis noſtras peruenit ad aures.
Dura Meduſei quem præpetis ungula rupit.
Is mihi cauſa uiæ:uolui mirabile factum
Cernere:uidi ipſum materno ſanguine naſci.
Excipit Vraniæ:quæcũq; eſt cauſa uidendi
Has tibi diua domos animo gratiſſima noſtro



οὐρανὸς.enim unde uenit cælum ſignificat. Pedis ictibus.percuſſione pedis. Hæc autem narrantur ut fabulam ſequentem apte connectat cum ſuperioribus. Felices ſtudiiq; lociq;.cauſa ſubaudienda uidetur:ut intelligamus cauſa ſtudii ac loci muſas felices eſſe. Mæonidas.Muſas. Mæonides autem non a Mæonis filiabus deuictis:ut quidam ſomniarum:ſed a Mæonia dicuntur:ut Aonides ab Aonia. Pierides a pieria. Theſpiades a Theſpiis fuerunt denominatæ. Quãq; Myonides prima per y græcam uocalem forſitan rectius ſcriberentur. Nã Myonia urbs eſt phocidis:de qua pauſanias in primo mentionem facit. Opera ad maiora.ad bellica geſta : quæ quidem ſtudiis diſciplinarum ſunt maiora.

Sed uetitum eſt adeo ſceleri nihil. omnia inquit ſcelerati audent:neq; ſibi quicq̃ prohibitum eſſe putant. Adeo.certe. Omnia terrent uirgineas mentes. Sententia eſt generalis. uirgines enim natura ſunt timidæ. Diruſq; ante ora Pyreneus uertitur.uerſari uidetur Pyreneus autem ut hinc colligere poſſumus:Thrax fuit Tyrãnus qui Daulida phocidis urbẽ occupauit:ubi cum quodam die pluuioſo muſas ad Parnaſum euntes uidiſſet:ut tecta ſua ſubirent:dum pluuia ceſſaret:inuitauit. Cum uero iam imber ceſſaſſet: muſæq; diſcedere uellent:Pyreneus impius clauſis foribus illis uim inferre parabat. Sed muſæ in aues conuerſæ euolauerunt:quas cum perſequi Pyreneus uellet:ex arce ſe præcipitem iaciens caput terræ illiſit ſicq; expirauit. pyreneus ſane nomen eſt triſyllabum:non:ut quidam putant:quadriſyllabum:niſi pro monte accipiatur:quo Gallia ab hiſpania diſterminatur. Tunc.enim penultima cum æ diphthongo ſcribitur Daulia rura. Daulios agros. Daulida autem quæ & Daulis dicitur:urbs eſt Phocilis a Daulide nympha : ut ſcribit Pauſanias appellata. Phocis autem regio eſt:in qua eſt Parnaſus. unde phocenſes dicuntur. Phocæa uero urbs eſt Ioniæ a Phocis : q̃ multæ conditores eius ſecutæ fuiſſe dicũtur:appellata. Euiſdem nominis urbs eſt Cariæ. Annuimus.conſenſimus:morem geſſimus. Victo aquilonibus auſtro. Auſter qui & notus dicitur: pluuias ac nubes Aquilo uero ſerẽitatem affert.

Impetus ire fuit.uoluntas abeundi nobis fuit Eſt autem locutio græca a latinis frequẽter poetis uſurpata. Vecors.ſtultus corde priuatus.

Muſa loquebatur Eleganti phantaſia multas deſcribit metamorphoſeis poeta. Muſa nanque fingitur Palladi referre certamen ſuum cum Pieri filiabus:quo quidem in certamine:& transformationes deorum in uaria animalia tempore belli gigantei a Pieri filiabus canuntur: & pœna Typhoei gigãtis:& Proſerpinæ raptus & Cyanes in fontem mutatio. multaq; alia contra a muſis cantantur. Pierus igitur ex Anippe uxore nouẽ ſuſtulit filias:quarum pulchritudine ac uocalitate mater ſuperba muſas in certamen prouocare eſt auſa. Eas uero nympharum iudicio uictas: muſæ indignatæ:uocalitate erepta:in raucas picas conuerterunt. Minime uero illi ſunt audiendi:qui muſas Pierides a deuictis pieri filiabus denominatas fuiſſe putant cum a pieria:ut ait ſtrabo dicantur. Voxq; ſalutantum chære enim quo uerbo græci ſalutãt.exprimere uideṅt picæ.

Sua fata querẽtes. De ſua fortuna cõquerẽtes.

Pyreneus Meduſſæ in aues

Vera tamen fama eſt:& Pegaſus huius origo
Fontis:& ad latices deduxit Pallada ſacros:
Q uæ mirata diu factas pedis ictibus undas
Siluarum lucos circũſpicit antiquarum:
Antraq; & inumeris diſtictas floribus hærbas
Feliceſq; uocat pariter ſtudiiq;:lociq;
Mœonidas:quam ſic affata eſt una ſororum.
Oniſi te uirtus opera ad maiora tuliſſet:
In partem uentura chori Tritonia noſtri:
Vera refers:meritoq; probas artemq;:locumq;:
Et gratam ſortẽ:tutæ modo ſimus:habemus.
Sed uetitum eſt adeo ſceleri nihil omnia terrẽt
Virgineas mentes:diruſq; ante ora Pyreneus
Vertitur:& nondum me tota mente recepi.
Daulia trahicio phoceaq; milite rura
Ceperat ille ferox iniuſtaq; regna tenebat:
Templa petebamus Parnaſia:uidit euntes:
Noſtraq; fallaci ueneratus numina uultu
Mæonides(cognorat enim)conſiſtite dixit.
Ne dubitare ꝑcor tecto graue ſiduſ & hymbrẽ
(Hymber erat)uitare meo:ſubiere minores
Sæpe caſas ſuperi:dictis & tempore motæ
Annuimuſq; uiro:primaſq; intrauimus ædes.
Deſierãt hymbres:uictoq; aqlonibus auſtro
Fuſca repurgato fugiebant nubila cælo.
Impetus ire fuit:claudit ſua tecta Pyreneus:
Vimq; parat:quã nos ſumptis effugimus alis.
Ipſe ſecuturo ſimilis ſtetit arduus arce.
Q uaq; uia eſt uobis:erit & mihi dixit eadem.
Seq; iacit uecors e ſummo culmine turris.
Et cadit in uultus:diſcuſſiſq; oſſibus oris
Tundit humũ moriẽs ſcelerato ſanguie tincta
Muſa loquebatur:pennæ ſonuere per auras:
Voxq; ſalutantum ramis ueniebat ab altis
Suſpicit:& linguæ quærit tam certa loquentes
Vnde ſonẽt:hominẽq; putat Ioue nata locutũ
Ales erat:numeroq; nouem ſua fata querentes
Inſtiterant ramis imita ntes omnia picæ.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Pellæis in aruis. Theſſalicis agris.pella nanq; urbs eſt Macedoniæ Alexandri Magni natiuitate nobilis.Vnde Iuuenalis.Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis. Pæonis Anippe mater fuit.pæonia pars ē Macedoniæ montana:quæ emathia quoq; dicitur.patronymicum autem poſuit loco gentilis. Lucinam Iuno Lucina que a parturientibus mulieribus inuocabatur:a luce eſt appellata:q in lucem educere infantes ſoſpites credebatur.

Perq; tot Aemonias.Aemonia eadem eſt cum Theſſalia ab Aemone rege dicta.Aemon autē filius fuit Chlori filii pelaſgi.pater autē fuit Theſſali a quo Theſſalia fuit cognominata. Achaidas.Achaicas.Græcas. Theſpiadeſ.certate deæ.Muſæ·Theſpiades dictæ ſūt: non a Teſpia earum matre ac Mæonis uxore.ut quidam ex ſuo commodo fingunt: Sed a Theſpiis urbe Bœotiæ ubi maxime colebantur. cui opinioni accedere Ouidius uidetur. cum deas Theſpiades eas uocet.Cum quodam.n.contemptu ſic eas pieri filiæ appellāt:ac ſi dicerent Theſpienſium deæ:ii aliorum Fonte Meduſæo.periphraſis eſt Hippocrenes fontis muſis dicati.

Hyantes

Et hyantea Aganippe.Bœotia.Nam hyantes populi ſūt Bœotiæ.Aganippe uero fons ē Bœotiæ muſis ſacer. Ad pæonas niuoſos. Montanos.pæones nanq; populi ſūt Macedoniæ montani. Dirimant certamina nymphæ.Diiudicēt inquit utre noſtrum melius cecinerint. Dirimi autem proprie dicuntur bella atq; lites: cum ſedantur. Per flumina:per ſtygem paludem.Factaq; de uiuo.Hoc de iure ſumptum uidetur iudices enim ſententiam laturi ſedere iubentur.

Gigantómachia

Tunc ſine ſorte prior.Stoliditatem ſimul & temeritatem filiarum pieri notat muſa:quarū una anteq̄ ſorte decerneretur:utre deberent cantum inchoare:bellum giganteū canere cœpit. Emiſſumq; typhoea: Typhoeus qui & Typhon dicitur titani & terre fuit filius tanta audacia ut Iouem in pugnam prouocare ſit auſus.Quare Iupiter illum fulmine ſtrauit trinaciæq; inſulæ ſubiecit.Sane Tiphoeus ita triſyllabum eſt:ut nō o & e:ſed e & u in diphtongum copulentur. Quidam enim de orthographia ſcribentes cum œ diphthongo hoc nomen ſcribendum ſtulte præcipiunt. Donec feſſos Aegyptia tellus.Ceperit Gigātes Titanorum filii: ut in primo quoq; diximus Typhoeo duce impetum in deos fecerunt. ac eos in Aegyptum uſq; fugere coegerunt: ubi ſe Typhoei metu in uaria animalia:ut perſpicue deſcribit Ouidius:conuerterunt.inde factum ē: ut egyptii multa animalia pro diis colāt. In quorum ſtultitiam Iuuenalis eam ſcripſit Satyram: cuius eſt initium. Quis neſcit uoluſi Bithynice qualia demēs Aegyptus portenta colat. Duxq; græcis.Periphraſis ē arietis.Nā Iupiter ſe in arietem cōmutauit:cuius rei argumentum ē: quod Iupiter Hāmon in lybia ſub figura arietis colit.

Iupiter ī arietem

Fele ſoror Phœbi:Diana ſoror eſt Apollinis: quæ ſe in felem domeſticū animal muribus auibuſq; maxime infeſtum conuertit. Cyllenius ibidis alis.Ibis auis Ciconiæ ſimilis Aegypti peculiaris immunda:ut quæ roſtro anum purget.

Poſcimur Aonides.Nos inquit muſæ ad cantandum inuitamur.Significat autem ſe & prudētes & modeſtas eſſe:quæ niſi rogatæ non ſurrexerint ad cantandum:id quod impudētes Pieri filiæ fecerunt:quæ ne iacta quidē ſorte canere cœperunt.Aonides uero muſæ dicuntur ab Aonia Bœotiæ pte mōtana. Leui umbra:ſuaui ac iocunda. Dedimus:ſummā certaminis uni:hoc

Miranti ſic orſa deæ dea:nuper & ictæ.
Auxerunt uolucrum uictæ certamine turbam.
Pierus has genuit pellæis diues in aruis.
Pæonis Anippe mater fuit:illa potentem
Lucinam nouies:nouies paritura uocauit.
Intumuit numero ſtolidarum turba ſororum.
Perq; tot Aemonias & per tot Achaidas urbes
Huc uenit:& tali cōmittit prœlia uoce.
Deſinite indoctum uana dulcedine uulgus.
Fallere:nobiſcum ſi qua eſt fiducia uobis
Teſpiades certate deæ:nec uoce:nec arte
Vincemur: totidemq; ſumus uel cedite uictæ
Fonte Meduſæo & Hyantea Aganippe.
Vel nos Aemathiis ad pœonas uſq; niuoſos
Cedemus ſiluis:dirimant certamine nymphæ.
Turpe quidē contēdere erat:ſed cedere uſum
Turpius:electæ iurant per flumina nymphæ.
Factaq; de uiuo preſſere ſedilia ſaxo.
Tunc ſine ſorte prior:quæ ſe certare ꝓfeſſa eſt:
Bella canit ſuperū:falſoq; in honore gigantes
Ponit:& extenuat magnorum facta deorum:
Emiſſumq; ima de ſede Typhoea terræ
Cælitibus feciſſe metum:cunctoſq; dediſſe
Terga fugæ:donec feſſos Aegyptia tellus
Ceperit:& ſeptem diſcretus in hoſtia Nilus.
Huc quoq; terrigenā ueniſſe Typhoea narrat:
Et ſe mentitis ſuperos celaſſe figuris.
Duxq; gregis dixit fit Iupiter: unde recuruis
Nūc quoq; formatus Libys ē cū cornibus Hā(mō.
Delius in coruo:ꝓles Semeleia capro.
Fele ſoror Phœbi:niuea Saturnia uacca.
Piſce Venus latuit:Cyllenius ibidis alis.
Hactenus ad citharam uocalia mouerat ora.
Poſcimur Aonides:ſed forſitan ocia non ſunt.
Nec noſtris præbere uacat tibi cantibus aures
Ne dubita:ueſtrūq; mihi refer ordine carmen
Pallas ait:nemoriſq; leui conſedit in umbra
Muſa refert:dedimus ſummā certaminis uni.



eſt. Totum certamen uni ex ſororibus cōmiſimus. Calliope una eſt ex muſis:cui a pulchritudine ac bonitate uocis nomen inditum eſt.Nam. καλλοσ.pulchritudo.οψποσ uox dicitur.morem autem Citharedorum expreſſit:qui citharæ chordas anteq̄ uerum incipiant cantum:temptare ſolent.Chordæ autem proprie dicuntur muſicorum inſtrumentorum. Neruis:chordis. Prima ceres.A laudibus Cereris carmen ſuum Calliope auſpicatur.Ceres autem Saturni & Opis filia fuiſſe dicitur:quæ omniū prima agrorum cultum ac frumenta hominibus monſtrauit.legeſq; adinuenit:quibus homines ciuiliter uiuere cœperunt. Veſta giganteis. Thyphoeo Giganti fulmine percuſſo Iupiter Siciliam inſulam ſuperiniecit:ne quādo reſurgens cælo deos pellere temptaret. Trinacris.Sicilia quidem trinacris a poeta:ſed ab aliis trinacria frequentius dicitur:quod tria ακρα habeat & promontoria pelorum.Lilybæū & pachynū. Magnis molibus. montibus:ponderibus. Auſonio peloro. Italo quippe qui & ad Italiam uergat: & ab ea mille & quingentis paſſibus diſtet. Dictus eſt autem pelorus a peloro claſſis Hannibalis gubernatore quem interfectum Hannibal cum crederet ſe in inſidias adductum ibi ſepeliendum curauit.

Cereris laudes

Leua pachyne tibi. Apoſtrophe ad mo[n]tem. qua maxime oratio exornatur. Pachynus uero Siciliæ eſt promontorium in Græciam uergens.

Proſerpinæ raptus

Lilybæo crura premuntur.Lilybeus quoq; Siciliæ eſt promontorium Aphricam reſpiciens.

Degrauat Aetna caput.Deprimit. Aetna uero mons eſt Siciliæ altiſſimus: cuius uertex fere ſemper flammas eiectat. eſt etiam urbs Aetna a Hierone rege ædificata. Vnde Aetnæi dicuntur

Sæpe remoliri.Sæpe īquit temptat montes excutere.quo tempore maximi fiunt terremotus:p qd quidē ſignificatur uaſtum Typhoei & robur & corpus. Remolire:demoliri:decutere.ꝓpoſitionē poſuit pro præpoſitione. Rex ſilentū.pluto.Manes ſilentes dicuntur:quod mortuis nulla uox ſit. Solū.animarum & inferni. Ambibat. circuibat. Fundamina.Fundamenta. Poſtquam exploratum ſatis eſt.Satis compertum eſt. Hæc autem narrantur:ut commodius fabula fabulæ cōnectatur. Labare.uacillare. Videt hunc Ericyna uagantem.Ericyna Romanis Siculiſq; Venus dicitur ab Eryce Veneris ipſius ac Butæ filio:qui cum in Sicilia regnaret:ac plurimum corporis uiribus polleret: hoſpites ut ſecū cæſtibus decertarent prouocabat.Is extructo matri Veneri templo:que Ericyna fuit appellata: cū Hercule congreſſus:ab eo fuit īterfectus. In uertice autem montis qui ab ipſo Eryx cognominatur:dicit fuiſſe tumulatus Narraturus uero poeta Cyanes nymphæ tranſformationem in ſtagnum:prius Proſerpinæ raptum elegantiſſime deſcribit.Cum enim Pluto deus inferorum in Sicilia uagaretur:ſagitta a cupidine rogatu Veneris percuſſus uiſa Proſerpina Cereris filia ita exarſit:ut eā raptam ſtatim currui ſuo imponeret: atq; aſportaret.Cum uero a Cyane nympha retineretur:ipſe adaperta terra ad inferos cum amica deuectus eſt.Cyane autem eo dolore fuit affecta:ut paulatim in fontem fuerit commutata.

Monte ſuo.Eryce ſibi dicato. Natū uolucrē filiū alatū.hoc ē cupidinē. Arma manuſq; meæ Eadem ferme oratione Venus apud Vergilium cupidinem filium alloquitur. Natæ meæ uires. mea magna potētia ſolus. Inq; dei pectus. In aīum Plutonis. Molire.præpara. Triplices regni.qd in tres diuiſum ē partes:quaꝝ ſuprema hoc eſt cælū optigit Ioui:media hoc eſt terra cum mari Neptūo:Infima ac ultia

Surgit:& immenſos hedera collecta capillos
Calliope querulas prætemptat pollice chordas
Atq; hæc percuſſis ſubiungit carmina neruis:
Prima Ceres unco glebam dimouit aratro.
Prima dedit fruges alimētaq; mitia terris.
Prima dedit leges:Cereris ſunt omnia munus:
Illa canenda mihi ē:utinā modo dicere poſſem
Carmina digna dea:certe eſt dea carmina digna
Vaſta giganteis iniecta eſt inſula membris
Trinacris:& magnis ſubiectū molibus urget
Aethereas auſum ſperare typhoea ſedes
Nititur ille quidem:temptat reſurgere ſæpe
Dextra ſed Auſonio māus eſt ſubiecta Peloro
Leua Pachyne tibi:Lilybæo crura premuntur.
Degrauat Aetna caput:ſub q̄ reſupinus harēaſ
Eiectat:flammāq; fero uomit ore Typhoeus
Sæpe remolliri luctatur pondera terræ.
Oppidaq; & magnos deuoluere corpe mōtes.
Inde tremit tellus:& rex pauet ipſe ſilentum.
Ne pateat:lateq; ſolum retegatur hyatu:
Immiſſuſq; dies trepidantes terreat umbras
Hanc metuens cladē tenebroſa ſede tyrānus
Exierat:curruq; atrorum uectus equorum
Ambibat Siculæ cautus fundamina terræ.
Poſtq̄ exploratum ſatis eſt loca nulla labare
Depoſitoq; metu uidet hunc Erycina uagantē
Mōte ſuo reſidens:natūq; amplexa uolucrem
Arma manuſq; meæ:mea nate potentia dixit:
Illa quibus ſuperas omnes:cape tela Cupido
Inq; dei pectus celeres molire ſagittas:
Cui triplicis ceſſit fortuna nouiſſima regni.
Tu ſuperos:ipſumq; Iouem:tu numina ponti
Victa domas:ipſumq; regit qui numina terræ
Tartara quid ceſſant? cur nō matriſq; tuumq;



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA

hoc eſt.inferi Plutoni. Profers.producis.amplificas. Agitur pars tertia mundi.hoc eſt.De tertiæ partis mundi imperio contenditur paruq; abeſt quin ea a nobis amittatur. Et tamen in cælo quoq;. Non ſolum inquit inferos patimur ab amore liberos eſſe:uerum ſuperorum quoq; quidam nos ſpernũt:noſtraq; patientia fruuntur. Pallada nonne uides.A quibus potiſſimum ſpernatur Venus exponit.Pallas enim ac Diana perpetuam uouerant uirginitatem. Cereris quoq; filia.pſerpina que Iouis & Cereris fuit filia. Patruo.Plutoni q Iouis frater proſerpinam ſibi uxorem copulauit. Nec que magis audiat arcum.hoc ẽ.Nec que facilius ab arcu emittatur.Illæ nanq; ſagittæ arcui audire & obtemperare dicuntur:que facile ab arcu emittuntur.

Hamata arundine:ſagitta ferro armata & hamo:que quidem e corpore difficulter extrahi poteſt.Eſt autem hamatus nomen participio ſimile ut galeatus. Ditem plutonem: qui a græcis πλουτοσ dicitur. Haud procul Aetneis. Lacum nomine pguſam deſcribit:iuxta quem proſerpina cum ſibi æqualibus puellis flores colligens a plutone illac curru tranſeunte rapta fuit.

Pergusa lacus

Aetnæis mœnibus Aetna urbe.Eſt nanq; Aetna & urbs Siciliæ & mons.ut diximus. Phœbeos ignes.Solis feruores. Puellari ſtudio.puellæ conuenienti. Vſq; ad eo properatus amor. Acclamatione hac ſignificatur q̃ uehemens ad amandum ſagitta cupidinis effectus fuerit pluto. Ab ora ſumma.a ſupremo limbo. Hæc quoq; iactura:quia amiſerat flores. Excutit.cõcutit. Obſcura ferrugine.Ferrugineo colore:q fuſcus eſt ac ferreo ſimilis. Stagna palicorum. palici:ut Aeſchylus ſcribit:Iouis & Thaleæ nymphæ Vulcano genitæ filii fuerunt.ut uero alii in primiſq; ſilenus ſcriptor Græcus Vulcani ex Aetna Oceani filia.Dicti ſunt autẽ palici απο του παλιν ικεσθαι.hoc eſt ab iterum ueniendo in uitam cum mortui iam eſſent. Nam cum Thalea nympha a Ioue fuiſſet compreſſa:Iunonis timore optauit:ut ſibi terra dehiſceret: Quod qdẽ ubi factum eſt maturi partus tempus aduenit. Ex terra igitur adaperta:duo ſimul infantes exiliuere:qui Palici ſunt appellati.Non autem paliſci ut putat Tortellius:qui in hoc quoq; fœde nimium fallitur. Nã paliſcos απο του παλιν quod eſt iterum & hiſcere uerbo latino ſcribit componi eoq; ſecundæ ſyllabæ.s.litteram præcipit aſcribendam:cum & nomen græcum proculdubio ſit:nec ſi illo modo componeretur: Græci unq̃ huiuſmodi uerbo uterentur. Iuxta Palicos autẽ fons eſt Palicine:qui aq̃ in altum ſex cubita ciaculari dicit:quæ in eundẽ fontem iterũ reuertat. Ius quoq; iurandũ ibi ſanctum fuiſſe ſcribunt. Quæ enim qs iuraſſet ea in tabella ſcripta in aq̃ pijciebant:ac ſi quidẽ uera fuiſſent:tabella fluitabat.Si quis uero peieraſſet:tabella ſubmergabatur:nec uſq̃ apparebat.In periurio uero deprehenſus cõburebatur. Fruentia:Innuit poeta ibi eſſe fontes calidarũ aquarũ. Et qua Bacchiadæ hoc eſt originẽ a Bacchia ducentes. Bacchias.n. Dionyſii filius Corinthum habitauit.Ab eo aũt genus ducẽtes:ut ſcribit Strabo & expoſitor αργοναυτικων:Apollini generoſiſſimi Corinthiorũ habebantur:Cæterũ expulſi Corintho ppter Actæonis mortẽ dicuntur fuiſſe. Meliſſus enim pater cũ uidiſſet filiũ a Bacchiadis dilaceratum: Iãq; Iſthmia forẽt celebranda:aſtans altari multa in corinthios eſt imprecatus:niſi filii cedẽ uindicarent.cũq; ea dixiſſet:ſe precipitẽ ex alto dedit.Quare Corinthii ne inultã eam cedem reliquerent:oraculoq;

Palici

Palicine fons

Cacchias

Imperium profers:agitur pars tertia mundi.
Et tamen in cælo quoq; iam patientia noſtra ẽ
Spernimur:ac mecũ uires minuunt amoris.
Pallada nonne uides iaculatricemq; Dianam
Abſceſſiſſe mihi:Cereris quoq; filia uirgo:
Si patiemur erit:nam ſpes affectat eaſdem.
At tu pro ſocio:ſi qua eſt ea gratia:regno:
Iunge deã patruo:dixit Venus:ille pharetram
Soluit:& arbitrio matris de mille ſagittis
Vnam ſepoſuit:ſed qua nec acutior ulla:
Nec minus icerta:nec quæ magis audiat arcũ.
Oppoſitoq; genu curuauit flexile cornu:
Inq; cor hamata percuſſit harundine Ditem
Haud pcul Aetnæis lacus ẽ a mœnibus altus
Nomine Perguſa:non illo plura Cayſter
Carmina cignorum labentibus audit in undis.
Silua coronat aquas cingẽs latus omne:ſuiſq;
Frondibus ut uelo Phœbeos ſũmouet ignes.
Frigora dãt rami:uarios humus humida flores
Perpetetuum uer eſt:quo dũ Proſerpina luco
Ludit:& aut uiolas:aut candida lilia carpit:
Dumq; puellari ſtudio calathoſq; ſinumq;
Implet:æquales certat ſuperare legendo:
Pene ſimul uiſa eſt:dilectaq;:raptaq; Diti.
Vſq; adeo ẽ ppatus amor:dea territa mœſto
Et matrem & comites:ſed matrem ſæpius ore
Clamat:& ut ſumma ueſtem laniarat ab ora:
Collecti flores tunicis cecidere remiſſis.
Tantaq; ſimplicitas puerilibus affuit annis.
Hæc quoq; uirgineũ mouit iactura dolorem:
Raptor agit currus:& noie quẽq; uocando
Exortatur equos:quorum per colla iubaſq;
Excutit obſcura tinctas ferrugine habenas:
Perq; lacus altos & olentia ſulfure fertur
Stagna palicorum rupta feruentia terra:
Et qua bacchiadæ bimari gens orta Corintho



Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.
Eſt medium Cyanes & Piſææ Arethuſæ:
Qđ coit anguſtis incluſum cornibus æquor.
Hic fuit:a cuius ſtagnum quoq; nomine dictũ
Inter Sicelidas Cyane celeberrima nymphas:
Gurgite quæ medio ſumma tenus extitit aluo:
Agnouitq; deam:nec longius ibitis inquit.
Non potes iuuitæ Cereris gener eſſe:roganda.
Non rapienda fuit:quod ſi cõponere magnis
Parua mihi fas eſt:& me dilexit Anapis.
Exorata tamen:nec ut hæc exterrita nupſi.
Dixit:& in partes diuerſas brachia tendens.
Obſtitit:haud ultra tenuit Saturnius iram:
Terribileſq; hortatus equos in gurgitis ima
Contortum ualido ſceptrum regale lacerto
Condidit:icta uiam tellus in tartara fecit.
Et pronos currus medio cratere recepit.
At Cyane raptamq; deam contemptaq; fontis
Iura ſui mœrens inconſolabile uulnus
Mente gerit tacita:lachrymiſq; abſumitur oĩs
Et quarũ fuerat magnũ modo numen: in illas
Extenuatur aquas:molliri membra uideres.
Oſſa pati flexus:ungues poſuiſſe rigorem.
Primaq; de tota tenuiſſima quæq; liqueſcunt
Cærulei crines digitiq; & crura pedeſq;.
Nã breuis in gelidas mẽbris exilibus undas
Tranſitus ẽ:poſt hæc humeri:tergũq;: latuſq;:
Pectoraq;:in tenues abeunt euanida riuos.
Deniq; pro uiuo uiciatas ſanguine uenas
Lympha ſubit:reſtatq; nihil qđ prẽdere poſſis
Interea pauidæ nequicq̃ filia matri
Omnibus eſt terris:omni quæſita profundo.
Illam non udis ueniens aurora capillis:
Ceſſante uidit:non heſperus:illa duabus
Flãmiferas pinus manibus ſuccẽdit ab Aetna:
Perq; pruinoſas tulit irrequieta tenebras.
Rurſus ubi alma dies hebetaret ſidera: natam
Solis ab occaſu:ſolis quærebat ad ortus.
Feſſa labore ſitim conceperat:oraq; nulli
Colluerant fontes:contectam ſtramine uidit
Forte caſam:paruaſq; fores pulſauit:at inde
Prodit anus:diuãq; uidet:lymphãq; roganti
Dulce dedit teſta quod coxerat ante polenta.

id iubenti optemperarent:bacchiadas expulerũt Cerſicrates aũt unus Bacchiadũ Cercyran ædificauit cũ illinc Colchos eieciſſet. Videtur aũt poeta inuere Drepanũ a bacchiadis ædificatum:qq̃ & Cercyra Drepane fuerit appellata quod ut Timæus inqt: Δρεπανον:hoc ẽ falx illic abſcõdita eſt qua Cronus Vrani hoc eſt cæli pudenda: aut Iupiter Croni reciderit. Bimari Coritho. Corithus iccirco bimaris appellatur:quod in Iſthmo Penoloponneſi ædificata ab altera parte Aegeũ mare:Ab altera Ioniũ ſpectet. Inter inæquales portus:alter nãq; maior eſſe:alter minor perhibetur. Poſuerũt mœnia.urbem Drepanũ ædificarunt. Eſt mediũ Cyanes locum deſcribit: ubi Cyane nympaha Plutonem ihibere uoluit:ne pſerpinam aſportaret:Cæterũ a Plutone contẽpta dolore in fontem ſui nominis fuit conuerſa:qui Anapi fluuio cõmixtus iuxta Ortygiam inſulã i mare labit. Et piſeæ Arethuſæ.Arethuſa fons ẽ Siciliæ iuxta Syracuſas urbem:quã iccirco Piſæã poeta uocat:quod ut diximus credit eſſe Alpheus.q fluuius iuxta Piſam Olimpiæ urbẽ labens: abſorbet a terra:ac ſubter mare fluens in Siciliã uſq; Arethuſam efferre dicitur. Cõponere: cõparare. Anapis qui & Anapus dicitur fluuius ẽ Siciliæ:q iccirco Cyanen amare fingitur:quod iuncti in mare defluunt. Saturnius:Pluto Saturni filius. Condidit:Iecit tantis uiribus ut totum ſceptrum occultaret. Icta uiam telus. Nã ſceptro pcuſſa ita hiauit ut facile Plutõis currus illac ad inferos pertranſierit. Medio cratere:in mediã uoraginẽ:Nã crater nõ ſolũ uas dicit: ſed ad eius ſimilitudinẽ hiatus quoq; terræ unde flãma præſertim egrediatur:crater appellatur:unde Empedoclẽ ſe in Aetnæ Craterẽ precipitaſſe legimus. Inconſolabile uulnus.Maximũ dolorem qui nullã conſolationem admittere poſſet. Oĩs Tota. Oſſa pati flexus:oſſa fieri flexbilia. Exilibus:tenuibus:ac paruis. Euanida: euaneſcẽtia:reſoluta. Reſtatq; nihil quod prendere poſſit.Nihil inquit duri de Cyanes corpore fuit relictũ:quod quiſq̃ manibus præhendere poſſit. Interea pauidæ. Ceres pſerpinam filiam quærens cum defeſſa ſiti laboraret:quandã rogauit anũ: ut ſibi aquam ad os colluendum exhiberet. Ea cum muſtum polenta cõmixtum a uetula traditum bibere cœpiſſet: puer audacior & ridere & Cererem Gulæ deditam eſſe iactare auſus eſt. Quare indignata Ceres in faciem impudentis pueri muſtum ſimul & polentam expuit: eũq; in ſtellionem animal uariis maculis infectum commutauit. Vdis Capillis:humidis: propter rorẽ autem nocturnum aurora humidos capillos fingitur habere. Ab Aetna:ab Aetnæ incendio.

Hebetarat.Obſcurarat. Flammiferas:pinus faces q̃ ex pinu optimæ conficiunt. Ab Aetna. ſumpta ſubaudiamus. Stramine:palea. Dulce dedit.Non mulſum:qđ eſt ditiorũ: ſed muſtũ quo ruſtici quoq; nõ carẽt puto accipiẽdũ. Teſta:terreo uaſe:p qđ ſignificat poeta uetulã eam inopẽ admodũ fuiſſe. Polenta: cũ præpoſitio

Anapis & Anapus

Crater

Puer impudens in Stellionem

Polenta

ſubiuntelligitur:Polenta uero cibus eſt Græcis olim tam familiaris q̄ puls Romanis : uterq; ue- ro cibus eſt quo ruſtici p̄cipueq; montani utunt̄

Duri oris:impudentis.Illi enim duri eſſe oris dicuntur qui ſunt impudentes. Auidam.gulo ſam. Epota parte.Epotus modo actiuam:Mo- do paſſiuam habet ſignificationem:ut hoc loco Sic Iuuenalis.Epotaq; flumina medo Pranden- te. Combibit os maculas:cōtrahit. Aptumq; colori nomen habet.Stellio uocat̄ quod paruis ſtellis inſignitus eſſe uideatur.Eſt aūt paruū ani mal quod:ut inqt Plinius:rore tantū uiuit. A ſtellione uero ſtellionatus crimen a iureconſul- tis deduci uidet̄:ut enim ſtelliones Varii ſunt & uerſicolores:ita impoſtores atq; deceptoreſ:ut ui lia uideantur p̄cioſa:arte quadam ac ſimulatiōe mendaciiſq; efficiunt. Stellatus corpora. Stel- latum habēs corpus & guttis infectum:quæ ſtel læ uideant̄. Quærenti defuit orbis:nam cum totū perluſtraſſet Ceres terraꝝ orbem:ubi quære ret filiam nihil ei loci reſtabat:quare in Siciliam eſt reuerſa. Sicaniam.Siciliam a ſicano fluuio appellatam. Perſephones zoná:Proſerpinæ ci- gulū.Quam enim latini p̄ſerpinam: Græci per- ſephonē uocant. Parili leto:ſimili ac pari mor te. Aruaq; iuſſit fallare depoſitum:hoc eſt:ar- uis mandauit:ne ſibi credita ſemina redderent. Depoſitū aūt dicitur quicquid apud aliquem cu ſtodiæ gratia collocat̄.Eſt uero figurata ac poe- tica locutio Fallere depoſitum:p̄ eo quod ē fal- lere hoies:non reddēdo ſemina credita atq; de- poſita. Sparſa iacet:diſp̄ſa marceſcit ac nullo ē in honore:nullumq; fructum homibus præbet.

Stellio qđ ſit

Stellionatus

Depuſitum

Segetes:frumēta ſeminata.Eleganter autē ea omnia enumerat qbus ſegetes corrumpuntur.

Lolium

Lolium tribuliq; fatigant.Loliū ac tribuli her bæ ſunt ſegetibus infeſtæ. Fatigant:laborioſio res efficiunt. Triticeas meſſes.Triticum. Meſ- ſis autem proprie dicitur tempus metendi & col ligendi frumenti. Et inexpugnabile gramē. ído mabile quod nulla rōne ita domari poteſt:ut nō renaſcatur:gramen aūt ſpēs eſt herbæ fere ubiq; naſcentis:q̄uis ſimpliciter pro herba frequenter gramen accipiatur. Eleis undis :per ſubterra- neas cauernas ab Elide Olympiæ urbe uenienti bus.Tres aūt ſunt urbes hoc noie:una in Aegy- pto ab Eleo Tantali filio cognoiata:altera in Ar chadia.Tertia in Hiſpania.unde Eleus poſſeſſi- uum modo triſyllabū:modo Elieus quadriſylla- bum:modo Elieius quinq; ſyllabū declinatur.

Vrbes tres nō mine Elis

Arethuſa

Alpheus.Arethuſa:quæ Alphei Elidis fluuii fi- lia eſſe uidetur.Nam Arethuſa:ut pauloante di- ximus:eadē cum Alpheo eſſe putatur. Quæ eni apud Piſam in Alpheum proiiciuntur : ut ſcribit Plinius:eadem in Sicilia ab Arethuſa eiiciuntur unde fabulæ datus ē locus:Alpheum Elidis flu- uium Arethuſæ nymphæ amore captum eam ī Siciliam uſq; fuiſſe perſecutum. Rorantes co- mas.Stillantes capillos. Immenſos ſiſte labo- res:hoc eſt:immenſis deſiſte laboribus filiæ quæ rendæ.Eſt autem tranſitiuum ſ ſto:quod ſignifi cat firmo ac ſtare facio. Violenta:indignata.

Patuit:Se aperuit:ut Plutoni una cū rapta Pro-

Dum bibit illa datum:duri puer oris & audax
Conſtitit ante deam:riſit auidamq; uocauit.
Offenſa ē:neq; adhuc epota parte loquentem
Cum liquido mixta perfudit diua polenta.
Combibit os maculas:& q̄ mō brachia geſſit
Crura gerit:cauda ē mutatis addita membris.
Inq; breuem formā:ne ſit uis magna nocēdi:
Contrahit̄:paruaq; minor menſura lacerta eſt.
Mirantē flentemq; & tangere mōſtra pauentē
Fugit anum:latebraſq; petit:aptumq; colori
Nomen habet uariis ſtellatus corpora guttis:
Q uas dea per terras:& quas errauerit undas
Dicere longa mora eſt:quærenti defuit orbis.
Sicaniam repetit:dumq; omnia luſtrat eundo
Venit & ad Cyanen:ea ni mutata fuiſſet:
Omnia narraſſet:ſed & os & lingua uolenti
Dicere non aderant:nec qua loqueret̄ habebat
Signa tamē manifeſta dedit:notamq; parenti
Illo forte loco delapſam in gurgite ſacro
Perſephones zonā ſummis oſtendit in undis.
Q uā ſimul agnouit:tanq̄ dum deniq; raptam
Sciſſet inornatos laniauit diua capillos.
Et repetita ſuis percuſſit pectora palmis.
Neſcit adhuc ubi ſit:terras tñ increpat omnis.
Ingrataſq; uocat:nec frugum munere dignas
Trinacriam ante alias : in qua ueſtigia damni
Repperit:ergo illic ſæua uertentia glebas
Fregit aratra manu:pariliq; irata colonos.
Ruricolaſq; boues leto dedit:aruaq; iuſſit
Fallere depoſitum:uitiataq; ſemina fecit.
Fertilitas terræ latum uulgata per orbem
Sparſa iacet:primis ſegetes moriunt̄ in herbis.
Et mō ſol nimius:nimius mō corripit hymber
Sideraq;:& uenti nocent:auidæq; uolucres
Semina iacta legunt:loliū tribuliq; fatigant
Triticeas meſſes:& inexpugnabile gramen.
Tum caput Eleis Alpheias extulit undis:
Roranteſq; comas a frōte remouit ad aures
Atq; ait:o toto quæſitæ uirginis orbe
Et frugum genitrix immenſos ſiſte labores.
Ne ue tibi fidæ uiolenta iraſcere terræ.
Terra nihil meruit:patuitq; inuita rapinæ
Nec ſum pro patria ſupplex:huc hoſpita ueni
Piſa mihi patria ē:& ab Helide ducimus ortus
Sicaniam peregrina colo:ſed gratior omni
Hæc mihi terra ſola ē:hos nūc arethuſa pēates
Hanc habeo ſedem:quā tu mitiſſima ſerua.
Mota loco cur ſim tātiq; per æquoris undas
Aduehar Ortygiā:ueniet narratibus hora
Tempeſtiua meis:cum tu curaq; leuata
Et uultus melioris eris:mihi peruia tellus
Præbet iter:ſubterq; imas ablata cauernas
Hic caput attollo:deſuetaq; ſidera cerno.
Ergo dum ſtygio ſub terris gurgite labor:
Viſa tua eſt oculis illic Proſerpina noſtris.
Illa quidē triſtis:neq; adhuc interrita uultu.
Sed regina tamen:ſed opaci maxima mundi.
Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.
Mater ad auditas ſtupuit ceu ſaxea uoces.
Attonitæq; diu ſimilis fuit:utq; dolore
Pulſa graui grauis eſt amentia : curribus auras
Exit in æthereas:ibi toto nubila uultu
Ante Iouem ſparſis ſtetit inuidioſa capillis.
Proq; meo ueni ſupplex tibi Iupiter inquit
Sanguine:proq; tuo:ſi nulla eſt gratia matris.
Nata patrem moueat:neu ſit tibi cura p̄camur
Vilior illius:quod noſtro eſt edita partu.
En quæſita diu tandem mihi nata reperta eſt.
Si reperire uocas amittere certius:ut ſi
Scire ubi ſit reperire uocas:qđ rapta feremus
Dūmodo reddat eā: neq; eni p̄done marito
Filia digna tua eſt:ſi iam mea filia non eſt.
Iupiter excepit:cōmune eſt pignus onuſq;
Nata mihi tecum:ſed ſi modo nomina rebus
Addere uera placet:non hoc iniuria factum:
Verū amor ē:neq; erit nobis gener ille pudori
Tu mō diua uelis:ut deſint cætera:quantū eſt
Eſſe Iouis fratrem? quid q; nō cætera deſunt?
Nec cedit niſi forte mihi:ſed tanta cupido
Si tibi diſſidii eſt:repetet Proſerpina cælum.
Lege tamen certa:ſi nullos contigit illic
Ore cibos:nam ſic parcarū fœdere cautum eſt
Dixerat:ac Cereri certum eſt educere natam.
Non ita fata ſinunt:quoniam ieiunia uirgo
Soluerat:& cultis dum ſimplex errat in hortis
Puniceum curua decerpſerat arbore pomum

ſerpina ad inferos properanti aditum præberet.

Pyſa

Piſa mihi patria eſt:Piſa Archadiæ oppidum iuxta quod Alpheus fluuius labitur unde Piſæ- us deriuatur. Piſæ uero piſarum numero tantū plurali urbs eſt Etruriæ clariſſima:unde Piſanus

Mota loco curſim.Arethuſa uenatrix fuit nym pha Dianæ comes:quæ cum forte ſe in Alpheo fluuio lauaret:ita Alpheum in ſui amorem pelle xit:ut ipſam retinere conatus ſit.Sed cū in Siciliá uſq; fugientem Alpheus ſecurus eſſet : implora- to Dianæ auxilio in fontem ſui nominis fingit̄ fuiſſe conuerſa.Quod iccirco:ut diximus : fictū eſt:quod quæ iaciuntur in Alpheum purgamen ta:eiici ab Arethuſa in Sicilia fere eſt obſeruatū. Sunt autem multe Arethuſæ & urbes & fontes. Nam & Syriæ & Eubœæ urbs ē Arethuſa:& Itha cæ fons:Quáq̄ non ignobiles grammatici Græ- ci ſcribant omnem fontem Arethuſam poſſe uo cari απο τοῦ αρεθειν:hoc eſt ab irrigando. Ad uehar Ortygiam.Ortygia duarum inſularū ē nomen:quarum altera eſt in Aegeo:quæ & De- los dicitur.Altera Siciliæ adiacet de qua Virgili- us libro æneidos.iii. Sicano p̄tenta ſinu iacet inſula contra Plēmyrium undoſum:nomen di- xere priores Ortygiam. Alpheum fama eſt huc Elidis amnem. Occultas egiſſe uias ſubter mare qui nunc Ore. Arethuſa tuo Siculis cōfunditur undis. Leuata:liberata. Cura:dolore & ſolli cidine. Opaci mundi.Vmbroſi inferni. Pol lens matrona:potens uxor. Dolore pulſa gra- ui:percuſſa:affecta magno dolore. Nubila.tri ſtis:mœſta. Inuidioſa:inuidiam Ioui factura. Nata patrem moueat.Proſerpina enim Iouis ex Cerere filia fuit.Conatur autem Ceres Ioui per- ſuadere ne patiatur filiam a Plutone detineri.

Arethuſa nomē duarum urbium & fōtium

Ortygia duarum inſularū nomen

Si reperire uocas:ac ſi diceret:hoc eſſe potius amittere q̄ reperire. Quod rapta:feremus:hoc eſt.Quod ſit rapta æquo anio tollerabimus : dū modo eam Pluto nobis reddat. Neq; eni præ- done marito.Prædones proprie dicuntur:qui in mari latrocinantur qui a Græcis piratæ uocant̄.

Tu modo diua uelis.Illum nobis eſſe generū.

Vt deſint cætera:ut fingamus omnia alia Plu tonide. Nec cedit:niſi forte mihi.Nec Pluto i- quit potentia a quoq̄ ſuperatur præterq̄ a me ſo lo qui mundi partem meliorem q̄ ipſe ſortitus ſū Nam mihi cælum inferi illi in mundi diuiſione optigerunt. Diſſidii.Separationis ac repudii.

Cælum:aerem. Si nullos contigit illic Ore cibos:hoc eſt.Si nihil apud iferos comedit. Qui eni ibi aliquid guſtaſſet:ei illinc redditus nō dat̄

Certū ē:decretū eſt. Ieiunia ſoluerat:aliqd co- mederat. Siplex.reꝝ ípita. Puniceū pomū :ma lū granatū. Curua arbore:dep̄ſſa pomoꝝ multi

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Aſcalaphus in bubonem

tudine:preſſerat ore ſuo. Comederat:Aſchalaphus:ut hoc loco narrat Ouidius:Achærontis ex Orphne nympha fuit filius.q cum teſtatus eſſet proſerpinam in Plutonis hortis ſeptem grana mali punici comediſſe:ab ipſa indignata in bubonẽ peſſimi ominis auem fuit cõmutatus. Aduernales:infernales. Furuis antris:nigris ſpeluncis. Regina Herebi:proſerpina inferoꝝ regina.Eſt.n.Herebus inferni pars. Prophanũ:execrandũ. Phlegethontide lympha.Phlegethõtis aqua. Eſt enim phlegethon unus ex inferoꝝ fluuiis ἀπὸ τοῦ φλεγέθειν: hoc eſt:ab ardendo cognominatus.Forma autem patronymica pro poſſeſſiua eſt poſita. Ille ſibi ablatus:hoc eſt: ſua figura ac forma ſpoliatus. Amicitur:ueſtitur:cooperitur. Inq; caput creſcit.Illi in caput creſcere dicuntur:quorum caput q̃ reliqua membra grandius efficitur. Longoſq; reflectitur ungues Sinechdoche poetica. Si enim eſſet ſoluta oratio longi ungues reflectũtur:diceremus: hoc eſt:reflexi & adunci fiunt. Fœda: turpis aſpectu. Ignauus bubo:uilis ac imbellis.Bubo autem nomen eſt ficticium a uoce auis ipſius dictum. Hic tamen indicio.Fabulam fabulæ:ut ſolet:eleganter annectit poeta. Nam ſirenes tres fuiſſe dicuntur Acheloi fluuii: & Calliopes muſæ filiæ:ac proſerpinæ comites fidiſſimæ: quam quidem cum & ipſe per totũ orbem terraꝝ quæſiſſent:nec uſq̃ in terris eam repperirent:deos rogarunt:ut alatæ efficerentur:quo cõmodius etiã in aquis proſerpinam inquirere poſſent. Quare

Sirenes in aues

ita in aues fuere conuerſæ:ut facies tamen uirginea uoxq; humana illis remanerent.Hæ infreto Siculo habitantes tam ſuauiter canebãt:ut nautas illac tranſeuntes:aut ad ſe pellicerent:aut ſopitos ſpoliarent atq; ſubmergerent.Quare Vlyſſes illac tranſiturus admonitus a Circe:& ſocioꝝ aures cera opturauit:& ſe ad triremis malũ alligari iuſſit.Illæ uero idignatæ ſe in mare p̄cipitarũt.Eaꝝ aũt prima Parthenepo:altera Leucoſia: tertia Ligia fuit appellata. Acheloides: Acheloi filiæ:Achelous uero Calidõiæ fluuius ẽ oceani:ut in theogonia ſcribit Heſiodus:& Tethyos filius.Hic ꝑ Dianira cũ Hercule acriter pugnãs tandem fuit ſuperatus.Acheolus quidẽ:ut refert Macrobius:apud priſcos aqua dicebatur: unde Virg.libro Georgicorum primo Poculaq; inuentus Acheloia miſcuit uuis. An quia cum legeret:an particula eſt interrogatiua:qua eleganter utimur in ſoluendis quæſtionibus:ꝑ qua impiti aut coniunctionem reponunt. Alarum remiſ. alarum remigio & agitatiõe. Faciles:benignos: utpote qui nobis ea quæ optabatis: conceſſerũt.

At medius fratriſq; ſui.Iupiter inquit medius inter Plutonem fratrem & Cererem ſororem: ne eorum alteri diſpliceret:ex æquo annum diuiſit: ut ſex quidem menſes proſerpina cum matre:totidem que cum marito foret. Ex æquo diuidit in duas equales partes diſtribuit. Duorum regnorum & inferi & ſuperi.Quãdiu.n.eſt cũ matre ꝓſerpina apud ſupos:q̃diu cũ Plutone apud inferos regnare dicit̃. Vertitur:conuertitur ac mutat̃. Facies:figura.Læta deæ frons ẽ.Et Cereris:& ꝓſerpinæ lætam eẽ frontem accipe poſſumus.Ambæ nãq; e mœſtis ac triſtibus lætæ atq; hylares ſũt effectæ.De ꝓſerpina tñ p̄cipue eẽ itelligẽdã q̃ ſubiicit̃:ſimilitudo apte oñdit. Victis e nubibus ex diſſolutis nebulis atq; depulſis. Tũc n.nubes a ſole uici dñr:cũ reſoluunt̃:atq; expellũtur. Exigit:expoſcit.cõcine aũt igredit̃ poeta ad

Arethuſa in fontem

exponẽdã metamorphoſin Arethuſæ nymphæ in eiuſdẽ nõis fõtẽ.Arethuſa nãq; ut ipſa Cereris filiæ recupatiõe

Sumptaq; pallenti ſeptem de cortice grana
Preſſerat ore ſuo:ſoluſq; ex omnibus illud
Aſcalaphus uidit:quẽ quõdã.dicitur Orphne
Inter auernales haud ignotiſſima nymphas
Ex Acheronte ſuo furuis peperiſſe ſub antris.
Vidit & indicio reditum crudelis ademit.
Ingemuit regina herebi: teſtemq; prophanum
Fecit auẽ:ſparſũq; caput Phlegethõtide lipha
In roſtrum:& plumas:& grãdia lumina uertit.
Ille ſibi ablatus fuluis amicitur in alis
Inq; caput creſcit:lõgoſq; reflectitur ungues.
Vixq; mouet natas per inertia brachia pennas
Fœdaq; fit uolucris uenturi nuncia luctus
Ignauus bubo:dirum mortalibus omen.
Hic tamen indicio pœnam linguaq; uideri
Commeruiſſe poteſt:uobis Acheolides unde
Plũma pedeſq; auiũq; cũ uirginis ora geratis?
An quia cum legeret flores Proſerpina uernos
In comitum numero mixtæ Sirenes eratis?
Quam poſtq̃ toto fruſtra quæſitis in orbe:
Protinus ut ueſtram ſentirent æquora curam
Poſſe ſuper fluctus alarum inſiſtere remis.
Optaſtis facileſq; deos habuiſtis:& artus
Vidiſtis ueſtros ſubitis flaueſcere pennis.
Ne tamẽ ille canor mulcendas natus ad aures
Tantaq; dos oris linguæ deperderet uſum.
Virginei uultus & uox humana remanſit.
At medius fratriſq; ſui mœſtæq; ſororis
Iupiter ex æquo uoluentem diuidit annum.
Nunc dea regnorum numen cõmunem duoꝝ
Cũ matre eſt totidem:totidẽ cũ cõiuge mẽſes.
Vertitur extemplo facies & mentis & oris.
Nã mõ que poterat Diti quoq; mœſta uideri
Læta deæ frons eſt:ut ſol qui tectus aquoſis
Nubibus ante fuit:uictis e nubibus exit.
Exigit alma Ceres nata ſecura recepta.



Quæ tibi cã fuge? cur ſis arethuſa ſacer fons?
Conticuere unde:quarum dea ſuſtulit alto
Fonte caput:uirideſq; manu ſiccata capillos
Fluminis alphei uetereſq; narrauit amores.
Pars ego nympharũ:quæ ſũt in achaide: dixit
Vna fui:nec me ſtudioſius altera ſaltus
Legit:nec me ſtudioſius altera caſſes.
Sed q̄uis formæ nunq̃ mihi fama petita eſt.
Quãuis fortis eram:formoſæ nomen habebã.
Nec mea facies nimium laudata iuuabat.
Quaq; aliæ gaudere ſolent:ego ruſtica dote:
Corporis eripui:crimenq; placere putaui.
Laſſa reuertebar:memini:ſtymphalide ſilua.
Aeſtus erat:magnuſq; labor geminauerat æſtũ
Inuenio ſine uortice aquas:ſiñ murmure cũtes
Perſpicuas ad humũ: ꝑ quas numerabilis alte
Calculus omnis erat:quas tu uix ire putares:
Cana ſalicta dabant nutritaq; populus unda
Sponte ſua natas ripis decliuibus umbras.
Acceſſi:primumq; pedis ueſtigia tinxi.
Poplite deinde tenus:neq; eo contẽta recingor
Molliaq; impono ſalici uelamina curuæ.
Nudaq; mergor aq̄s:quas dum ferioq; trahoq;
Mille modis labens:excuſſaq; brachia iacto:
Neſcio quod medio ſenſi ſub gurgite murmur
Territaq; inſiſto propiori margine fontis.
Quo ꝓperas arethuſa? ſuis alpheus ab undis
Quo properas? iterũ rauco mihi dixerat ore.
Sicut eram fugio ſine ueſtibus altera ueſtes
Ripa meas habuit:tanto magis inſtat:& ardet
Et quia nuda fui:ſum uiſa paratior illi.
Sic ego currebam:ſic me ferus ille premebat:
Vt fugere accipitrẽ pẽna trepidante columbæ
Vt ſolet accipiter trepidas urgere columbas.
Vſq; ſub Orchomenon ſophidaq; Cyllenẽq;
Mænalioſq; ſinus:gelidũq; erimãthon:& elim
Currere ſuſtinui:nec me uelocior ille.
Sed tolerare diu curſus ego uiribus impar
Non poteram:longi patiens erat ille laboris.
Per tamẽ & campos & opertos arbore montes
Saxa quoq; & rupes & qua uia nulla cucurri
Sol erat a tergo:uidi præcedere longam

lætæ rogatu narrat:nĩpha fuit Græca Dianæ comes:q̃ æſtu defatigata depoſitis ueſtibus nuda i Alpheum fluuioꝝ limpidiſſimum cum deſcẽdiſſet:forte in Alphei fluminis ipſius dei amorem icidit.Cũ igitur Alpheus nudam eam perſequeretur:iãq; aſſecuturus foret:Dianam ipſa rogauit ut ſibi opem ferret.Diana uero eam curſu laſſam ita nube texit:ut Alpheus quidem ea potiri non potuerit.Sed cum eam ob nimium ſudorẽ in aquam eſſe conuerſam animaduertiſſet:& ipſe humana depoſita figura eam uſq; in Ortigiã inſulam Siciliæ adiacentem per ſubterraneas cauernas eſt perſecutus. Secura:ſine cura ac ſollicitudine. Sacer fons.omnes nymphis ſacri eẽ dicuntur. Fluminis Elei:periphraſis eſt Alphei

In Achaide:in Achaia. Legit:pertranſiuit.

Saltus:ſiluas in quibus feræ ſaliunt. Poſuit caſſes:tetendit retia: ꝑ quæ ſignificat ſe uenatricem fuiſſe. Iuuabat: delectabat. Quaq; aliæ gaudere ſolent.Pulchritudinis inquit aliæ nymphæ ſolent gaudere.me pudebat: alicuiq; placere crimine ac flagitium eſſe putabam. Stymphalide ſilua:Stymphalis urbs eſt Archadiæ & ſilua & fons.Vnde Stymphalius poſſeſſiuũ & ſtymphalis deducuntur. Sine uortice: ſine aquarũ uertigine:uortex dicitur aqua in ſe cõtorta. Per ſpicuas ad humũ:claras ac limpidas uſq; ad harenam. Calculus:lapillus. Numerabilis erat: poterat numerari propter aquæ perſpicuitatem. Stympahlis Vortex

Poplite deide tenus:hoc eſt:uſq; ad genu. Eſt enim poples genu pars poſterior. Labens: natans. Mille modis:uariis modis.Numerus eni finitus pro infinito ſæpe a poetis ponitur. Excuſſa:concuſſa:geſtum autem exprimit natantium:qui & cõcutere:& iactare brachia ſolẽt. Propiori margine:propinquiori ripa. Margo enim dicitur uniuſcuiuſq; rei extremitas. Rauco ore: rauca uoce:quale murmur ſolet eſſe fluentium aquarum. Altera ueſtes:cauſa eſt cur ſine ueſtibus fugeret.In altera nãq; ripa fuerant relictæ.

Et quia nuda fui:hoc laſciuius q̃ heroico carmini conueniat dictum eſſe uidetur. Paratior ad uim patiendã. Premebat:urgebat. Vt fugere accipitrẽ:ſolẽt ſubintelligat̃:ẽ.n.hypozeugma. Vſq; ſub Orchomenõ: Varia enũerat loca: ad q̃ fugiẽs pueñit Arethuſa.Orchomenos aũt urbs eſt Bœotiæ fonte muſis dicato nobiliſſima. Sophidaq;:ſic quidẽ corrupte in exemplaribns legitur. Orchomenos

Pſophida nãq; ab Ouidio ſcriptum fuiſſe facile contẽderim.Eſt.n.Pſophis uariaꝝ urbiũ nomen Pſophis

Nã & Archadiæ urbs ẽ a Pſophide Lycaonis:uel ut alii uolũt:Erycis filia denoĩata:& Acarnaniæ. Achaiæ: Vnde Pſophidius deducit̃.Eſt & Lybiæ urbs Pſophis:unde Pſophites nomẽ patriũ more gentis declinat̃. Arx quoq; zacynthioꝝ Pſophis uocabat̃:ut Pauſanias ait. Cyllenen aũt & Mænalon & Erimanthõ Archadiæ eſſe mõtes iã ſæpius diximus.Elim uero eiuſdẽ Archadiæ urbẽ ab Eleo Tãtali filio appellatã. Sol erat a tergo. exponit Arethuſa:qũo cognouerit ſibi Alpheum iminere ac ꝓpinquũ eẽ.Sol inq̄t poſt terga erat: eoq; añ me umbras iaciebat. Niſi ſi timor illa uidebat.Niſi forte inq̄t pterrita mihi eã umbram uidere uidebar.Notãdũ aũt.ſi cõiũctionẽ iterdũ cũ niſi elegãter

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

copulari:q̃uis ſenſui neceſſaria non uideatur.

Videbat:uidere faciebat .timore nanq; oculi ſæpenumero decipiuntur. Ingens anhelitus. maximus ſpiritus: Feſſa labore fugæ .defatigata inquit fugiendi labore:Dianam rogaui ut mihi opitularetur. Deprendimur.comprehendimur.deprehendi.n.proprie dicũtur qui mali aliquid committunt. Armiger Armigeræ tuæ.ꝓprie dixit nam armigeri nõ omnes milites dicũtur:ut uulgus putat:ſed qui principibus arma gerũt impugnaq; ſubminiſtrant. Ferre.ferendos. uerbum enim pro participio poſitum ẽ.Sic Verg.Magnũ dat ferre talentum. Me ſuper iniecit.αμαςοφη prepoſitio enim quæ preponi debet:poſtpoſita ẽ

Luſtrat.circunit. Me inquit nube coopertam alpheus querens circũit. Ignarus.ubi eſſem.

An ne ꝙ agnæ. An & ne interdum quidem a poetis copulantur:ſed frequentius ſeperatim ponuntur. Qui uepre latens.occultus in ſpinis. uepres nanque ſpinæ dicuntur.Non tamen abſcedit.alpheus. Occupat obſeſſos.pulchra phãtaſia.fingit poeta arethuſam in aquam fuiſſe cõuerſam . Qui enim plus equo ſudat : facile in aquam uidetur reſolui. In latices : in aquas.

Poſito ore.depoſita figura ac forma uirili.

Delia.Diana una cum Apolline in inſula Delo nata. Cæcis cauernis.occultis terræ foraminibus.Hoc autem idcirco fingitur: quia alpheum per ſubterraneas uias:ut diximus:ad Ortygiam Ortygia & Delos unde uſq; iſulam:ubi Arethuſa uocatur:peruenire fuit obſeruatum. Aduehor Ortygiam .Ortygia & Delos dicitur quod in ea primum ortyges fuerint uiſæ:& inſula Sicilia adiacens . Cognomine diuæ. Dianæ:nam & Delia & ortygia ab eadem inſula Diana cognominatur. Hac Arethuſa tenus.hactenus inquit Arethuſa fuit locuta. Lyncus ĩ ferã Lyncĩ ãt Scythiæ regis metamorphoſin in lynca feram eleganter cum ſuperiore fabula connectit poeta Ceres.enim.receptæ filia Arethuſaq; audita Athenas aduolauit.currũq; a draconibus alatis uectum Triptolemo donauit:quo frumenti uſum & agriculturam mortales doceret.Is igitur cum ad Scythiam uſq; perueniſſet :a lynco Scytharũ Rege hoſpitio ſuſceptus paulum abfuit quin interficeretur.nam lyncus cum aduentus cãm percepiſſet:Triptolemi gloriæ inuidẽs eũ ſomno oppreſſum aggreſſus ẽ.Qua re Ceres ĩdignata Lincũ ĩ lyncẽ ferã cõmutauit. Dea fertilis.ceres dea fertilitatis. In urbẽ Tritonida:piphraſis ẽ Athenaꝝ:quæ ab Athẽa.hoc ẽ pallade:quæ & Tritonia & Tritonis dicit̃:fuit cognoĩata. Rudi humo.ĩcultæ terræ. Scythicas oras.ad ſeptentrionẽ.Scythæ nãq; populi ſunt ad ſeptẽtrionẽ:quos uulgus Tartaros uocat.Qua uẽiat. per que loca & quo modo. Peruius æther.penetrabilis aer.

Ante pedes umbram:niſi ſi timor illa uidebat.
Sed certe ſonituq; pedum terrebat:& ingens
Crinales uitas afflabat anhelitus oris.
Feſſa labore fugæ fer opẽ:deprendimur: inquã
Armigeræ Diana tuæ:cui ſæpe dediſti
Ferre tuos arcus:incluſaq; tela pharetra.
Mota dea eſt:ſparſiſq; ferens e nubibus unam
Me ſuper iniecit:luſtrat caligine tectam
Amnis:& ignarus circum caua nubila quærit.
Biſq; locum:quo medea texerat: inſcius ambit
Et bis io arethuſa:Io arethuſa uocauit.
Q uid mihi tũc aĩ miſeræ fuit:an ne ꝙ agnæ.
Si qua lupos audit circũ ſtabula alta fremẽtes
A ut lepori? qui uepre latens hoſtilia cernit
Ora canũ? nullos audet dare corpore motus?
Non tamen abſcedit:neq; eni ueſtigia cernit
Longius ulla pedum:ſeruat nubemq; locũq;.
Occupat obſeſſos ſudor mihi frigidus artus:
Cæruleæq; cadunt toto de corpore guttæ.
Q uaq; pedẽ moui:manat locus:eq; capillis
Ros cadit:& citius q̃ nũc tibi fata renarro.
In latices mutor:ſed enim cognoſcit amatas
Amnis aquas:poſitoq; uiri quod ſũpſerat ore
Vertitur in ꝓprias:ut ſe mihi miſceat:undas.
Delia rupit humũ:cæciſq; ego merſa cauernis
Aduehor ortygiam : quæ me cognomine diue
Grata mihi ſuperas eduxit prima ſub auras.
Hac arethuſa tenus:gemĩos dea fertil' angues
Curribus admouit:freniſq; coercuit ora.
Et medium cæli terræq; per aera uecta eſt.
Atq; leuem currum Tritonida miſit in urbem
Triptolemo:partim rudi data ſemina iuſſit
Spargere humo:ꝑtim poſt tꝑa lõga recultæ
Iam ſuper Europen ſublimis & aſida terram
V ectus erat iuuẽis:ſcythiacaſq; aduertit' oras.
Rex tibi Lyncus erat:regis ſubit ille penates.
Q ua ueniat:cauſamq; uiæ nomẽq; rogatus
Et patriam:patria eſt claræ mihi dixit Athenæ:
Triptolemus nomẽ ueni:nec pupe per undas.
Nec pede ꝑ terras:patuit mihi peruius æther.
Dona fero Cereris:latos quæ ſparſa per agros
Frugiferas meſſes:alimentaq; mitia reddant.
Barbarus inuidit:tantiq; ut muneris auctor



Ferro enſe per metonymiam:ferrum enim ex quo conficitur enſis:pro ipſo ponitur enſe. Figere: transfigere. Vrbis athenarũ uaria nomina Lynca:accuſatiuus eſt Græcus.Lynx autem fera eſt maculoſa Baccho dicata. Moſopium iuuenẽ.Atheníenſem.Attica enim etiam Moſopia a Moſopo rege fuit appellata.Nam ut Strabo refert:Athenarum urbis uariã nomina fuerunt.Nam ab Actæone Acticam:ab Atthide Cranai filia Atthidem:& Atthicam:a quo & inquilini Cranai uocantur.Mopſopiam a Mopſopo:Ioniam a filio Xuthi Ione:Poſidoniam ſiue Neptuniam a Poſidonæ ſiue Neptuno.Athenas ab Athena ideſt Minerua denominatas fuiſſe aiũt. Sacros iugales.dracones eidem iugo ſubiectos. pierides in picas Finierat doctos. Pieri filiæ nympharum ſententia a Calliope muſarum præſtantiſſima ſuperatæ cœperunt:& nymphas:& muſas ipſas conuitiis inſectari:quã rem quidẽ ægre ferentes muſæ eas in picas conuerterunt:q̃ ingenitam retinuiſſe uidentur loquacitatẽ. Deas Helicona colentes.Muſas Heliconem habitãtes. Concordi ſono.una omnium ſententia.

Maledicta:conuitia :contumelias. Et nõ eſt patientia libera nobis:hoc eſt:quoniam has contumelias pati non poſſumus. Ibimus in pœnas:uos pœnis ac ſuppliciis afficiemus. Ridẽt Anipedes.Anipes filiæ:patronymica nãq; eſt forma. Spernunt : contemnunt. Intentare : in nos frequenter intendere:quod minantes facere ſolent. Cõcreſcere:coaleſcere. Accedere.adiici:adiungii Plangere dumq; uolunt:dum inqt pectora ſua manibus plangere uellent:in aera ſeuatæ pendere cœperunt. Nemorum conuitia quæ in nemoribus conuitia iactare non deſiſtũt

Facundia priſca:loquacitas priſtina. Studiumq; immane:maxima cupiditas.

Ipſe ſit:hoſpitio recidit:ſomnoq; grauatum
Aggreditur ferro:conantem figere pectus
Lynca ceres fecit:rurſuſq; per aera iuſſit
Moſopium iuuenem ſacros agitare iugales.
Finierat doctos e nobis maxima cantus.
At nymphæ uiciſſe deas Helicona colentes
Concordi dixere ſono conuitia uictæ
Cum facerent:quoniam dixi certamine uobis
Suppliciũ meruiſſe paꝝ eſt:maledictaq; culpe
Additis:& non eſt patientia libera nobis.
Ibimus in pœnas:& qua uocat ira ſequemur
Rident Anipedes:ſpernuntq; minantia uerba
Conatæq; loqui:& magno clamore proteruas
Intentare manus:pennas exire per ungues
Aſpexere ſuos:operiri:& brachia plumis.
Alteraq; alterius rigido concreſcere roſtro
Ora uidet:uolucreſq; nouas accedere ſiluis
Plangere dumq; uolũt:ꝑ brachia mota leuatæ
Aere pendebant nemorum conuitia picæ.
Nũc quoq; in altibus facundia priſca remãſit.
Raucaq; garrulitas:ſtudiũq; immane loquẽdi.

## P.Ouidii Naſonis metamor.Liber ſextus.

P Ræbuerat dictis Tritonia talibus aures:
Carminaq; aonidum iuſtamq; ꝓbauerat iram.
Tum ſecum:laudare paꝝ eſt:laudemur & ipſæ
Numina nec ſperni ſine pœna noſtra ſinamus
Mæoniæq; animum fatis intendit arachnes.
Q uam ſibi lanificæ non cedere laudibus artis
Audierat:non illa loco nec origine gentis
Clara:ſed arte fuit pat' huic colophõius idmõ

Raphaelis Regii in ſextum metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

P Ræbuerat dictis . Certamina muſarũ cum Pieri filiabus cum Pallas audiſſet:forte ei in mentem uenit:qua pœna & ipſa Arachnen lydiam puellam quæ ſe Palladæ ipſa lanificii peritiorem eſſe contendebat:afficere deberet.Sic autem & librum libro:& fabulam fabulæ eleganter cõnectit. Tritonia:Pallas a Tritonide palude Libiæ ubi primum in uirgiali habitu apparuit:ut Herodotus in quarto narrat.Tritonia fuit cognomĩata.Vnde aiunt Palladem Neptuni & Tritonidis paludis fuiſſe filiam:eam autem neſcio quid a patre reprehenſam donaſſe ſe Ioui:ac Iouem ſibi filiã aſciuiſſe:Virgines uero illius palludis accolas anniuerſario Mineruæ feſto in honorẽ ipſius deæ indigenæ bifariam diuiſas lapidibus fuſtibuſq; inter ſe præliari dicentes ſe morem patrium ſeruare ei quã nos Mineruam appellamus. Aonidum:muſarum. Probauerat.laudauerat. Tũ ſecũ:dixit aut locuta eſt ſubaudiatur. Laudare paꝝ eſt:nõ ſatis eſt inqt alios laudare:niſi & nos laudemur. Mæoniæ:Lydiæ a Mæone Rege.

Arachnes:Arachne lydia fuit puella lanificii peritiſſima:quæ cũ ſe palladi anteferret : cãq; in certamẽ ꝓuocare auſa eẽt.ab ipſa qdem in Vetulam conuerſa admonet : ut ab incœpto deſiſtat: ac temeritatis ſuæ ueniã a dea ſuppliciter petat. Cæteꝝ arachne ea admõitiõe ĩſolẽrior facta:nul Arachnes cũ pallade certamen lo pacto Mineruæ cedere aĩum ĩduxit.Quare Dea ĩdignata depoſita uetulæ forma:& ĩ certamẽ deſcẽdit:& arachnen ſupatã in araneã cõmutauit:quæ ꝓſtinæ artis nõ ĩmemor tenuiſſimas telas nũq̃ cõtexere deſiſtit.Hoc uero ĩ deſcribẽdo certamĩe poeta multas exponit trãſformatiões.Nã utraq; telã quã cõficit:uariis imaginibus diſtĩguit: Colophon q̃s apte poeta d̃ſcribit. Lãificæ artis:lãificii. Colophõius idmõ.Colophõ lydiæ urbs ẽ Apollinis oraculo clara.

Phocaico bibulas tingebat murice lanas.
Occiderat mater:ſed & hæc de plebe ſuoq;
Aequa uiro fuerat:Lydias tamen illa per urbes
Q uæſierat ſtudio nomē memorabile : quãuis
Orta domo parua paruis habitabat Hypepis.
Huius ut aſpicerent opus admirabile ſæpe
Deſeruere ſui nymphæ uineta Tymoli.
Deſeruere ſuas nymphæ pactolides undas.
Nec factas ſolum ueſtes ſpectare iuuabat.
Tunc quoq; cū fierent:tãtus decor affuit arti.
Siue rudem primos lanã glomerabat in orbes
Seu digitis ſubigebat opus:repetit atque lōgo
Vellere mollibat nebulas æquantia tractu.
Siue leui teretem uerſabat pollice fuſum.
Seu pingebat acu:ſcires a Pallade doctam.
Q uod tn̄ ipſa negat:tantaq; offenſa magiſtra
Certet ait mecum:nihil eſt quod uicta recuſem
Pallas anum ſimulat falſoſq; in tempora canos
Addit:& īfirmos baculo quoq; ſuſtinet artus
Tunc ſic orſa loqui:non omnia grandior ætas
Q uæ fugiamus habet:ſeris uenit uſus ab ānis
Conſilium ne ſperne meum:tibi fama petatur
Inter mortales faciendæ maxima telæ.
Cede deæ:ueniamq; tuis temeraria dictis
Supplice uoce roga:ueniam dabit illa roganti.
Aſpicit hanc toruis:inceptaq; fila relinquit.
Vixq; manus retinens:cōfeſſaq; uultibus iram
Talibus obſcuram re ſecuta eſt Pallada dictis.
Mentis inops longaq; uenis confecta ſenecta.
Et nimium uixiſſe diu nocet:audiat iſtas.
Si qua tibi nurus eſt:ſi qua eſt tibi filia uoces.
Conſilii ſatis eſt in me mihi:ne ue monendo
Profeciſſe putes:eadem eſt ſententia nobis.
Cur non ipſa uenit: cur hæc certamina uitat?
Tunc dea uenit ait:formamq; remouit anilem
Palladaq; exhibuit:uenerant numia nymphæ
Mygdonideſq; nurus:ſola eſt interrita uirgo.
Sed tamen erubuit:ſubituſq; inuita notauit
Ora rubor:rurſuſq; euanuit:ut ſolet aer
Purpureus fieri:cum primum aurora mouet.
Et breue poſt tempus cãdeſcere ſolis ab ortu.
Perſtat in incœpto:ſtolideq; cupidine palmæ.
In ſua fata ruit:neq; enim Ioue nata recuſat.

Murex — Phocaico murice.Phocaica purpura . Eſt eni murex piſcis ex cuius ſanguine purpureus conficitur color. Phocæa — Phocæa autē & Ioniæ & Cariæ urbs eſt a Phocis:quæ Ionicæ conditores ſecutæ dicūtur:appellata.Vnde ſoluta diphthongo Phocaicus declinatur. Aequa .par & æqualis . Paruis Hypæpis.Hypæpa lydiæ urbs eſt monti adiacens. Vnde etiam nomen fuit inditum : quaſi υποαίμοσ.hoc eſt.ſub cacumine & uertice Ea dono Veneris pulcherrimas mulieres dicitur ferre. Tymoli.T molus qui & Tymolus dicitur : mons eſt Lydiæ uitibus conſitus . Pactolides . Pactoli Lydiæ fluuii harenis aureis clariſſimi filiæ. Tantus decor.Acclamatio eſt admirationē artis ſignificãs. Subigebat domabat. Mollibat mollia reddebat. Longo tractu.longa ꝓductione.Lanæ enim illæ ſic protrahebantur: ut nebulæ uideri poſſent. Seu uerſabat.uoluebat hoc eſt.filabat. Scires.ſcire poſſes . Offenſa Pallas in anū — indignata: Tanta magiſtra quanta eſt Pallas .

Nihil eſt quod uicta recuſem.nulla eſt inquit pœna:quam ego uicta recuſare uelim. Falſos. ſimulatos: Infirmos artus:membra:quæ infirma eſſe fingebat. Vſus.peritia rerum.Recte autem ſenilem commendat ætatem : ut maior ſibi fides adhibeatur. Cede deæ.ne contendas cū dea.Vixq; manus retinens.a uerberãda dea ſubintelligatur. Confeſſa irã.Præ ſe ferens & oſtēdens indignationem· Vultibus.uultus mutationibus. Obſcuram Pallada.ſub figura anus latētem. Re ſecuta eſt.proſecuta eſt ac reſpondit. Mentis inops.ſtolida ac demens. Cōfecta.exhauſta euacuata omnibus & animi & corporis uiribus. Et nimium uixiſſe diu nocet. Eam ſignificat delirare . Palladaq; exibuit.pre ſe tulit:ac oſtendit ſe palladem eſſe. Mygdonideſq; nurus .Mygdonia Macedoniæ pars eſt : & Phrygiæ a Mygdone cognomiata.e Phrygia uero multæ conuenerãt mulieres:ut Arachnes opera ſpectarent. Inuita ora.nolebat enim Arachne pudens uideri. Euanuit.abiit. Cum primum aurora mouet:quãdo primū aurora īcipit oriri. Candeſcere .candidus fieri . Perſtat in incœpto.pſeuerat in īcœpta ptinacia:ut cū Pallade cōtēdat Stolidæ palmæ.ipſa ſtolida.ē.n .hypallage. In ſua fata.i finē ſibi fatoꝝ lege ſtatutū



Sub tegmen.ideſt quod ſtamini inſeritur:quod etiã trama uocatur. Gracili ſtamine:tenui ſubtili. Secernit. ſeparat. Radiis acutis:radius inſtrumentū eſt:quo textores ſubtegmen inſerunt ſtamini.Elegãter aūt oia deſcribit poeta quæcūq; in cōficienda tela fieri ſolent. Expediunt:aptant:accōmodant. Cinctæq; ad pectora ueſtes: morē textricū exprimit:ad pectus.n.uſq; ueſtes ſubducūt. Studio:uincendi cupiditate. Illic & tyrium:purpura inquit tyria nobiliſſima intexitur.Nã tyrus phœniciæ inſula eſt:a Tyro Phœnicis filio appellata: ubi olim ꝓcioſiſſima purpura fiebat. Et tenues umbræ:ex uariis coloribus umbræ cōficiuntur:quo imagines extare uideantur:quod in pinguēdo difficillimū eſſe putatur.

Nec monet ulterius:nec iam certamina differt.
Haud mora. cōſiſtunt diuerſis partibus ambe
Et gracili geminas intendunt ſtamine telas.
Tela iugo iuncta eſt. ſtamen ſecernit harundo.
Inſeritur medium radiis ſubtegmen acutis:
Q uod digiti expediunt:atq; iter ſtamia ductū
Percuſſo feriunt inſecti pectine dentes.
Vtraq; feſtinat:cinctæq; ad pectora ueſtes:
Brachia docta mouent ſtudio fallente laborē.
Illic & tyrium quæ purpura ſenſit ahenum
Texitur:& tenues parui diſcriminis umbræ:
Q ualis ab imbre ſolet pcuſſus ſolibus arcus
Inficere ingenti longum curuamine cælum:
In quo diuerſi niteant cum mille colores:
Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit:
Vſq; adeo qđ tãgit idē eſt:tn̄ ultima diſtant.
Illic & lentum filis immittitur aurum.
Et uetus in tela deducitur argumentum.
Cecropia pallas ſcopulum Mauortis in arce
Pingit:& antiquam de terræ nomine litem.
Bis ſex cæleſtes medio Ioue ſedibus altis
Auguſta grauitate ſedent.ſua quéq; deorum
Inſcribit facies.Iouis eſt regalis imago.
Stare deum pelagi:longoq; ferire tridente
Aſpera ſaxa facit:medioq; e uulnere ſaxi
Exiluiſſe ferum:quo pignore uindicet urbem.
At ſibi dat clypeum: dat acutæ cuſpidis haſtã.
Dat galeam capiti.defenditur ægide pectus.
Percuſſamq; ſua ſimulat de cuſpide terram
Edere cum baccis fœtum canentis oliuæ.
Mirariq; deos.operis uictoria finis.
Vt tamen exemplis intelligat æmula laudis.
Q uod præciū ſperet pro tam furialibus auſis
Q uattuor i partes certamia quattuor addit.
Clara colore ſuo breuibus diſtincta ſigillis.
Threiciã rhodopē hēt ãgulus unus: & hæmū
Nūc gelidos mōtes:mortalia corpora quondã

Ab impre.poſt pluuiã.hac aūt ſimilitudīe oſtēditur q̃ uariis tellæ illæ coloribus diſtinctæ forēt.

Solibus:ſolis radiis. Arcus:iris. Longū cælū: longã aeris partē. Tranſitus:unius inqt coloris ad aliū tranſitus oculos decipit:quia cum ſint diuerſi:iidē tamen eſſe uidentur. Vſq; adeo.quod tãgit idē eſt: in tn̄ inqt is q alii cōiungitur color ſimilis ei ē:ut idē eſſe uideatur:cū tn̄ diſtet & differat.Eſt aūt acclamatio artificis cōtinens admirationē. Lentū auꝝ.flexibile. Vetus argumentum:antiqua fabula. Deducitur.effingitur:proprie aūt deduci & fila & carmina dicūtur & qcqūid in longū ꝓtrahitur. Cecropia arce. Athenienſi:a cecrope Athenaꝝ rege. Scopulum Mauortis.Ariopagū dicit:q martis uilla interꝑtatur. αρειοσ nãq; martius. παγοσ uilla dicitur. Eſt aūt Athenis ꝓmontoriū iccirco a Marte cognominatū:quod Halirrhothiū Neptuni filiū eo i loco īterfecit pp Alcippen eius filiã:ut Philocorus ſcribit ī ſecūdo de attica libro. Telã aūt paliadis ꝑmū deſcribit poeta ī cuius initio & Ariopagus erat depictus: & dii iudices erant effícti:q ſententiis ſuis deciderent: Vtrū Pallas an Neptunus urbi illic cōditæ nomē īponere deberet.De hoc enī contēdebatur. Dii aūt ſic ſtatuerūt:ut q rē humano generi cōmodiorē inueniſſet: is urbi nomen īponeret.Cū igitur Neptunus tridente pcuſſiſſet terrã:equus exiliuit Pallas uero haſtæ cuſpide terra pcuſſa oliuã in lucē eduxit:q̃ mortalibus commodior iudicata palladē uictricē effecit. Palladis tela — Auguſta grauitate.ſacra maieſtate:auguſtū enim dicitur augurio cōſecratū. Sua quéq; deoꝝ inſcribit facies.hoc ē:unuſquiſq; ꝓpria effingitur figura.

Stare deū pelagi:neptunū inqt ſtantē pingit.

Feꝝ: equū. Vindicet:ſuã ac ꝓpriam eſſe affirmet. At ſibi dat clypeū.Pallas ita ſeipſam in tela effingit:ut & Clypeo:& haſta: & galea armata uideatur:Sic enī Mineruæ ſimulacrū Athenis erat effigiatū:ut Pauſanias ſcribit. Aegide.ægis munimentū eſt pectoris Mineruæ cū capite Meduſæ:quo in bello potiſſimū utitur. Edere:emittere Cū baccis: baccæ fructus ꝓpriæ dicūtur oliuæ & ſimiliū arboꝝ:q & exigui ſunt: & rari: ac a ſe inuicē ſepati naſcūtur. Canētis:q̃ cana ac ſub alba uidetur. Eã aūt oliuã q̃ ex ictu haſtæ palladi uictoriã pepit arſiſſe aiunt: ut Pauſanias narrat:cū Medoꝝ incēdio athenæ cōflagrarunt:exuſtãq; eodē die in duoꝝ cubitoꝝ ꝓceritatē germinaſſe. Vt tn̄ exēplis: quãuis inqt uictoria Palladis operi finem īpoſuerit:adiecit tn̄ in q̄ttuor telæ angulis exēpla quorūdam in deos impioꝝ: ex qbus facile cognoſcere poſſet Arachne:quã pœnã & ipſa expectare deberet. Breuibus ſigillis: paruis ſignis. Threiciã Rhodopen. Hæmus ut hinc colligere poſſumus: Rex fuit Thraciæ potētiſſimus:qui Rhodopen duxit uxorē:qui in tantã arrogantiam elati ſunt:ut Hæmus ſe eſſe Iouē:Rhodope uero



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Iunonem predicārent:ac ut deos adorari iuberent:qua inſolentia Iupiter indignatus in montes eos cōmutauit.
Sūmoꝝ deoꝝ.Iouis & Iunonis. Altera pygmææ:in ſecūdo inquit telæ angulo depicta erat mutatio pigmææ mulieris in gruem:ꝙ ſe ut pulchriorem Iunoni anteferre auſa foret. Fatū miſerabile:ſortem miſerabilem. Pygmææ matris:Pygmææ mulieris:pygmæi nāq; ſunt populi:ut ſcribit Pli.montana Indiæ incolētes:quoꝝ longiſſimi:pedes duos non excedunt.Hi aſſiduum cū gruibus bellū gerere dicūtur. Suis pygmæis: a qbus ipſa originē ducebat. Pinxit & Antigonē:Antigone Laomedontis filia fuit formoſiſſima: quæ cū ſe Iunone pulchriorē eſſe iactaret:ab ea in ciconiā fuit cōuerſa:ad quod alludere uidetur Virgilius in ꝓmo æneí.cū inquit. Spretæq; iniuria formæ. Qui ſupeſt ſolus Cynarā. Cynara aſſyrioꝝ rex filias habuit pulcherrimas:q̄ ſe Iunoni ꝓferre auſæ fuerūt:quare īdignata Iuno eas ī gradus templi ſui cōmutauit:ac patrem gradus ipſos ꝓ filiaꝝ corporibus amplectētem itidē in ſaxū cōmutauit. Orbū: liberis priuatū. Iacens:adhærens. Pacalibus:paciferis ac pacem ſignificantibus. Modus finis. Sua arbore:oliua. Mæonis eluſam : fabulas in Arachnes tela depictas exequitur poeta celebres qdem ac nondū expoſitas copioſius:ignobiles uero ac minus celebratas paucis attingēs. Mæonis Arachne:Mæonia ſiue Lidia.Europæ uero raptus in ſecūdo uolumīe fuit a poeta pleniſſime expoſitus. Iupiter aūt iccirco in tauꝝ conuerſus Europā rapuiſſe fingit:qđ nauis q̄ ē ī cretā uecta picto tauro fuit inſignita. Timidas recōdere plantas:hypallage poeta familiaris.Europa.n.timida uidebať retrahere pedes ab aq̄ tactu. Fecit & aſteriē: Aſterie fuit Cei Titanis:filia:ac Latōæ ſoror: quā Iupiter tā ardenť amauit: ut eā in coturnicē uerſam ꝑ aqlā rapuiſſe dicatur. Fecit olorinis:Iupiter Ledæ amore captus in cygnū mutatus ea potitus eſt:q̄ ouū dicitur pepiſſe: ex quo Caſtor Pollux & Helena orti eſſe finguntur. Olorinis:cygneis:nā olor ē:quē Græci ac iam latini quoq; cygnū appellant. Addidit ut ſa.cæ.im.pul.Iupiter in ſatyꝝ cōuerſus Antiopā Nyctei regis filiā compreſſit:q̄ geminos Amphionē & Zethū fingiť pepiſſe. Amphitriō fu. Iupiť Alcmenæ amore captus:in amphitrionē illius maritū cōuerſus cū ea cōcubuit.Herculēq; ex eo cōcubitu ſuſcepit. Amphitrion aūt Alcæi Thebani filius fuit: q alcmenā Electriōis filiā uxorē duxit. Tyrinthia alcmena:a Tyrinthe urbæ dicta.nā Tyrius urbs ē peloponēſi: a Tirinthe Halo filia: q̄ Amphitriōis fuit ſoror:Vñ ēt Hercules Tirinthius appellatur. Aureus ut Da.Danae Acriſi argiuoꝝ regis filia a Ioue ī aureas guttas mutato cōpreſſa ꝑſeū genuiſſe ī q̄rto narratur. Hoc aūt fingitur: qđ Danaen uiolaturus Iupiť aureos nūmos largiter in ſinū eius īfudit.Hæc:ut ſcri.Lactantius: merces ſtupri fuit. Aeſopida Iu.ig.Aeginā Aſopi filiā:nā Iupiť ī ignē cōuerſus Aeginā aſopi fluuii filiā cōpreſſit exq; ea æacū ſuſcepit. Mēnoſynē pa.Iupiť in paſtorem cōuerſus Mnemoſinē nymphā rapuit:ex qua nouē muſæ natæ fuiſſe dicūtur. Interꝑtatur aūt Mnemoſine memoria:uñ & ſapiæ mať eſſe mōſtratur. Varius Deo.ſer.Delos nympha a Ioue in ſerpētē cōuerſa fuit uitiata. Te quoq; mu.Neptuni uarias deſcribit trāſfiguratiōes:nā modo in iuuencū:mō in Enipeū fluuiū:mō ī arietē:mō in equū:modo ī delphinē cōuerſus fuiſſe narratur. Aeolia.æoli filia.Quæ uero hæc æolia uirgo fuerit:nō memini me legiſſe. Enipeus:fluuius ē Theſſaliæ Enipeus:ī quē mutatus Neptunus Tyro Salmonei filiā circa fluuiū ſpatiantē rapuit:ex eaq; ſuſcepit Peleā & Neleū. Gignis & al.Neptunus in eūdē fluuiū cōuerſus: Iphimediam Aloei uxorē cōpreſſit:ex qua nati ſūt Othus & Ephialtes:q aloidæ a poetis uocanť.Virg.ī ſexto.Hic & aloidas gemios immania uidi Corpora:q manibus magnū reſcindere cælū aggreſſi:ſupiſq; Iouē detrudere regnis.
Aries bi.fal.Neptunus ī arietē tranſfiguratus Biſalpidē uitiauit:'de q̄ nil memini me alibi legiſſe. Et te fla.co. Neptunus ī equū mutatus cū Cerere & Meduſa cōcubuit. Frugū mi.ma.periphraſis ē Cereris. Crinita col.pro

Rhodope & hemus ī mōtes
Pygmea in gruem
Antigone in ciconiam
Cynaræ filiæ in ſaxa
Arachnes tela
Varie Iouis metamor.
Variæ Neptuni metamorphoſeis

Numina ſummoꝝ ſibi qui tribuere deorum.
Altera pigmeæ fatum miſerabile matris
Pars habet. hanc Iuno iuſſit certamine uictam
Eſſe gruem:populiſq; ſuis indicere bellum.
Pinxit & antigonē auſam contēdere quondā
Cum magni conſorte Iouis:quam regia Iuno
In uolucrem uertit:nec profuit Ilion illi
Laomedonue pater:ſumptis qn cādida pēnis
Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro.
Qui ſupeſt ſolus Cynarā habet angulus orbū
Iſq; gradus templi natarum membra ſuarum
Amplectens: ſaxoq; iacens lachrymare uideť.
Circuit extremas oleis pacalibus oras.
Is modus ē: operiſq; ſua facit arbore finem.
Mæonis eluſam deſignat imagine tauri
Europam.uerum taurum freta uera putares
Ipſa uidebatur terras ſpectare relictas:
Et comites clamare ſuas:tactumq; uereri
Aſſilientis aquæ:timidaſq; recondere plantas:
Fecit & aſterien aquila luctante teneri.
Fecit olorinis ledam recubare ſub alis.
Addidit ut ſatyri celatus imagine pulchra
Iupiter implerit gemino Nycteida fœtu
Amphitryon fuerit cum te tirinthia cepit.
Aureus ut Danaen.aſopida luſerit ignis.
Memnoſynē paſtor: uariuſq; Deolida ſerpens.
Te quoq; mutatum toruo Neptune iuuenco
Virgine in æolia poſuit.tu uiſus enipeus
Ginis & aloidas.aries Biſalpida fallis.
Et te flaua comas frugum mitiſſima mater
Senſit equum.te ſenſit equum crinita colubris



Mater equi uolucris. ſenſit delphina Melātho
Omnibus his faciemq; ſuam faciemq; locorū
Reddidit.eſt illic agreſtis imagine phœbus.
Vtq; modo accipitris pennas:mō terga leonis
Geſſerit.ut paſtor Macareida luſerit Iſſen.
Liber ut erigonen falſa deceperit uua.
Vt ſaturnus equo geminum Chirona crearit.
Vltima pars telæ tenui circundata limbo
Nexilibus flores hederis habet intertextos
Non illud Pallas.non illud carpere liuor
Poſſit opus.doluit ſucceſſu flaua uirago.
Et rupit pictas cæleſtia crimina ueſtes.
Vtq; cythoriaco radium de monte tenebat:
Ter quater Idmoniæ frōtem ꝑcuſſit Arachnes
Non tulit infelix:laqueoq; animoſa ligauit
Guttura.pendentem pallas miſerata leuauit.
Atq; ita.uiue qdem.pēde tamē improba: dixit:
Lexq; eadem pœnæ:ne ſis ſecura futuri:
Dicta tuo generi ſeriſq; nepotibus eſto.
Poſtea diſcedens ſuccis hecateidos herbæ
Sparſit:& extemplo triſti medicamine tactæ
Defluxere comæ:cum quis & naris & aures.
Fitq; caput minimū:totoq; eſt corpore parua
In latere exiles digiti pro cruribus hærent.
Cætera uenter habet.de quo tamē illa remittit
Stamen:& antiquas exercet aranea telas.
Lydia tota fremit.phrygiæq; ꝑ oppida facti
Rumor it & magnū ſermōibus occupat orbē.
Ante ſuos Niobe thalamos cognouerat illam
Tūc cum Mæoniam uirgo ſipylumq; colebat.
Nec tamē admōita ē pœna popularis arachneſ
Cedere cælitibus uerbiſq; minoribus uti.
Multa dabant aīos.ſed eni nec coniugis arces
Nec genus amborum magniq; potentia regni
Sic placuere illi:quāuis ea cuncta placerent:
Vt ſua progenies.& feliciſſima matrum
Dicta foret Niobe:ſi non ſibi uiſa fuiſſet.
Nam ſata tireſia uenturi præſcia manto
Per medias fuerat diuino concita motu
Vaticinata uias.Iſmenides ite frequentes:

crinibus colubros ac ſerpentes habens. Mater equi uolucris. Meduſa mater pegaſi equi alati.
Senſit delphina Melātho:protei uatis filia fuit Melantho:q̄ cum in delphine equitantem uidiſſet Neptunus: ī delphinem mutatus in amorem ſuum pellexit. Eſt illic agreſtis imagīe phœbus Apollo diuinitate priuatus propter īterfectos cyclopas Admeti regis Theſſaliæ armenta pauiſſe fingitur. Vtq; modo accipitris pennas. Apollo interdum in accipitrem: interdum in leonem ſe cōmutaſſe:in arachnes tela uidebatur. Macareida iſſen.Macarei filiam: q̄ Apollo in paſtorali habitu uitiauit. Liber ut erigonen. erigone Icari filia a Baccho in uuam conuerſo fuit compreſſa:hæc ob pietatem: qua ī patrem a ruſticis interemptum uſa eſt: in cælum trāſlata uirginis ſignū conſtituit. Vt ſaturnus equo:ſaturnus cū phyllira Oceani filia concūbens: ueritus ne Opis uxoris aduentu depræhēderetur: in equum ſe commutauit:ſicq; Cētaurum genuit Chironem.Vnde Virgilius libro Georgicorum tertio. Talis & ipſe iubam ceruice effudit equina.Coniugis aduentu pernix ſaturnus:& altū Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto. Tenui limbo.ſubtilia faſcia. Flaua uirago: pallas formoſa. Cæleſtia crimina:deorum flagitia: hoc autē prætextu pallas ueſtes illas merito dilaceraſſe uidetur. De monte cytoriaco: Cytorus mons ē paphlagoniæ buxis abundans. q̄q̄ Cytheriaco corrupte fere legatur. Ter quater:ſæpius. Idmoniæ:Idmonis filiæ. poſſeſſiuum enim pro patronymico eſt poſitum. Lexq; eodem pœnæ. Eadem inquit pœna etiam poſteri tui afficiantur. Dicta eſto: ſit ſtatuta. Hecateidos herbæ: ab Hecate Medeæ matre inuentæ:quæ prima uenenoſas herbas inueniſſe narratur:illiſq; Perſeum patrem peremiſſe.Hecate etiam proſerpina dicitur & luna & diana:quænam uero Hecates ſit herba: non memini me legiſſe. Cæterum ueneficiis apta eſſe uidetur. Triſti.noxio. Exiles:tenues:ſubtiles. Lydia tota fremit: hæc ideo a poeta inferuntur: ut cōmodius Niobes mutationem in ſaxum cū ſuperiore fabula coniungat.Niobe nāq; Tantali filia cum ex Amphione marito ſeptem filios: ac totidem filias genuiſſet:ſe potius q̄ Latonam uenerandam eſſe contendebat:prohibebatq; ne quis in ſuo regno Latonæ ſacrificare auderet. Quare indignata Latona apollinem ac Dianam rogauit:ne ſe tanta iniuria affici paterentur. Sumptis igitur arcubus & ſagittis ad unum omnes : primum Niobes filios interemerunt:quod quidem Amphion cū ferre non poſſet:ſeipſum interfecit: Niobe uero morte filiorum indignata: cum diis male dixiſſet: & filias ſagittis confectas uidit : & ipſa in ſaxum:ꝙ etiam nunc lachrimare uidetur: fuit cōmutata. Sipilumq; colebat: Sipilus urbs eſt phrigiæ:Vnde originem Niobe traxit. Popularis:nō plebeiæ: ſed quæ de illius populo fuerat. Minoribus: humanioribus. Multa dabant animos: multa inquit illam reddebant ſuperbam. Nec coniugis arces.Amphion maritus Niobes rex thebarum fuit:cuius urbis muros arceſq; ædificaſſe fertur. Manto: filia fuit Tireſiæ uatis paternæ artis peritiſſima:a qua Mantua urbs fuit appellata. Iſmenides:Thebanæ mulieres:ab Iſmeno fluuio dictæ.

Apollinis metamor.
Bachus ī uuā
Saturnus in equum
Niobe ī marmor.
Arachne in araneam



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Latonigenis duobus: apollini & Dianæ. Lauroq; innectite crinem : caput lauro coronate.

Ore meo latona iubet:ac ſi diceret:ore meo latona loquitur:hocq; uobis mandat. Alta: elata. Quis furor auditos: oratio idignationis plena Niobe decenter attribuitur: ut quæ adeo erat felicitate elata:ut ſe Latonæ auderet præferre.

Auditos celeſtes : auditos deos. Viſis diis: quos quotidie uidetis. Certior enim aure arbiter eſt oculus: nimium autem ſuperbe ſe quoq; deā eſſe:ac maritum deum Niobe ait. Mihi Tantalus auctor:pater.Niobe enim Tantali filia fuit.

Pleiadum ſoror eſt genitrix mea.Niobes mater Taygeta fuit una ex pleiadibus atlantis filiabus.

Iupiter alter auus:paternus:nam Tantalus Iouis fuit filius. Socero illo:Ioue:Amphion enim Iouis fuit filius ex Antiopa. Fidibuſq; mei commiſſa mariti.Amphiō tantū muſica ualuiſſe narratur & cythara: ut & arbores & ſaxa illum ſequerentur:quibus maxie thebas amplificauit. Cōmiſſa:compoſita:conſtructa. Aduerti: conuerti. Accedit eodem: ad idem adiungitur. Genitam titanida Cæo. Latonā: latona filia fuit Cæi Gigantis:quæ a Ioue compreſſa: Apollinem ſimul & Dianam concepit:quod quidē adeo ægre tuliſſe Iuno dicitur: ut Pythonem immiſerit ſerpentem:qui eam per totum terrarum orbem inſectaretur:nec uſq̄ parere permitteret. Fugiens igitur latona ab Aſterie ſorore:q̄ & ipſa a Ioue amata primum in ortyga: hoc eſt in coturnicem:deinde in ſcopulum mobilem atq; inſtabilem fuit cōuerſa:ſuſcepta ſtatim Apollinem ſimul & Dianam peperit:qui & pythonem ſerpentem ſagittis confixerunt:& inſulam in qua nati erant:immobilem reddiderunt:quæ quidē poſtea Delos fuit appellata:quod cum diu ſub aquis latuiſſet:tandem apparuiſſet ſeq; oſtēdiſſet. ΔΗΛΟΣ náq; manifeſtus interprætatur Titonida: neptem titanum:a quibus gigantes originem traxere. Maxima quondam exiguam:antitheton:hoc eſt cōtrarium.Maxima enim exiguæ opponitur:ira autem Iunonis nuſq̄ in tota terra locum inuenit latona:ubi parere poſſet. Dea ueſtra: cum quodam contemptu hæc a Niobe dicuntur. Exul erat mundi:a toto exulabat mundo. Inſtabilēq; locum Delos dedit. Delos: ut dixi: quæ & Ortygia fuit appellara:iccirco inſtabilis fuiſſe dicitur: quod crebro terremotibus quateretur:donec oraculo admoniti illic cadauera deſierunt ſepelire.

Ite ſacris:diſcedite a ſacris execrandis.ut Virgilius.Auri ſacra fames. Infecta: non facta: non finita. Quodq; licet: quod poſſunt etiam Niobe prohibente.

Et date Latonæ latoni geniſq; duobus
Cum prece thura pia:lauroq; inectite crinem.
Ore meo Latona iubet.paretur.& omnes
Thebaides iuſſis ſua tempora frōdibus ornāt:
Thuraq; dant ſanctis & uerba ꝓcantia flāmis.
Ecce uenit comitum Niobe celeberrima turba
Veſtibus intexto phrygijs ſpectabilis auro:
Et quātum ira ſinit:formoſa: mouenſq; decoro
Cū capite imiſſos humerū per utrūq; capillos:
Cōſtitit:utq; oculos circūtulit alta ſuperbos.
Q uis furor auditos inquit præponere uiſis
Cæleſtes? aut cur colitur Latona per aras?
Numē adhuc ſine thure meū ē.mihi tātaluſ au
Cui licuit ſoli ſuperoꝝ tāgere mēſas. (ctor:
Pleiadū ſoror eſt genitrix mea. maximus Atlas
Eſt auus: æthereum qui fert ceruicibus axem
Iupiter alter auus.ſocero quoq; glorior illo.
Me gentes metuūt phrygiæ.me regia Cadmi
Sub domina eſt:fidibuſq; mei cōmiſſa mariti
Mœnia cum populis a me uiroq; reguntur.
In quācūq; domus aduerti lumina partem:
Immēſæ ſpectantur opes:accedit eodem
Digna dea facies.huc natas adijce ſeptem.
Et totidem iuuenes:& mox generoſq; nuruſq;.
Q uærite nūc habeat quā noſtra ſupbia cām
Q uoq; modo audetis genitam titanida Cæo
Latonā præferre mihi? cui maxima quondam
Exiguam ſedem parituræ terra negauit?
Nec cælo:nec hūo:nec aqs dea ueſtra recepta ē
Exul erat mūdi: donec miſerata uagantem
Hoſpita tu terris erras.ego dixit in undis:
Inſtabilemq; locum Delos dedit.illa duorum
Facta parens:uteri pars hæc ē ſeptima noſtri.
Sū felix. quis enim neget hoc? felixq; manebo.
Hoc quoq; quis dubitat? tutā me copia fecit
Maior ſum q̄ cui poſſit fortuna nocere.
Multaq; ut eripiat: multo mihi plura relinquet
Exceſſere metum mea iam bona.fingite demi
Huic aliquid populo natorum poſſe meorum
Nō tamen ad numerū redigar ſpoliata duorū.
Ite ſacris propere ſacris:laurumq; capillis
Ponite.deponunt:& ſacra infecta relinquunt:
Q uodq; licet:tacito uenerāt murmure numē



Latonæ. turba quantum diſtabat ab orba:
Indignata dea eſt:ſummoq; i uertice Cynthi
Talibus eſt dictis gemina cum prole locuta.
En ego ueſtra parens:uobis animoſa creatis:
Et niſi Iunoni nulli ceſſura dearum:
An dea ſim dubitor: perq; omnia ſæcula cultis
Arceor:o nati niſi uos ſuccurritis:aris.
Nec dolor hic ſolus. diro conuitia facto
Tantalis adiecit: uoſq; eſt poſtponere natis
Auſa ſuis:& me quod in ipſam recidet orbam
Dixit: & exhibuit linguam ſcelerata paternam.
Deiectura preces erat his Latona relatis.
Deſine phœbus ait. pœnæ mora lōga q̄rela eſt
Dixit idem Phoebe: celeriq; per aera lapſu
Contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem:
Planus erat lateq; patens prope mœnia cāpus
Aſſiduis pulſatus equis:ubi turba rotarum
Duraq; mollierat ſubiectas ungula glebas.
Pars ibi de ſeptem genitis Amphione fortes
Conſcendunt in equos: tyrioq; rubentia ſucco
Terga ꝑmūt.auro grauidis moderant̄ habenis
Equibus Iſmenos: qui matri ſarcina quondam
Prima ſuæ fuerat.dum certum flectit in orbem
Q uadrupedis curſu ſpumātiaq; ora coercet:
Hei mihi conclamat:medioq; in pectore fixa
Tela gerit:frenīſq; manu moriente remiſſis
In latus a dextro paulatim defluit harmo.
Proximus audito ſonitu per inane pharetræ
Fræna dabat Sipylus:ueluti cū preſcius ibres
Nube fugit uiſa:pendentiaq; undiq; rector
Carbaſa deducit:nequa leuis effluat aura.
Fræna tamen dantem non euitabile telum
Conſequitur: ſummaq; tremens ceruice ſagitta
Hæſit: & extabat nudum de gutture ferrum.
Ille ut erat pronus per crura admiſſa iubaſq;
Voluitur: & calido tellurem ſanguine fœdat.
Phædimus infelix:& auiti nominis hæres
Tantalus:ut ſolito finem impoſuere labori:
Tranſierant ad opus nitidæ iuuenile palæſtræ.
Et iam contulerant arcto luctantia nexu
Pectora pectoribus:cum tento cōcita neruo:
Sicut erant iuncti: traiecit utrūq; ſagitta.
Ingemuere ſimul.ſimul incuruata dolore

Turba quantum diſtabat ab orba.Latona inquit.tam eſt indignata turba filiorum Niobes: q̄ ipſa ab orbitate aberat:per quod ſignificatur uehementer indignatam fuiſſe. Cynthi:Cynthus mons ē Deli. Vnde & apollo cynthius & Diana cynthia uocantur. En ego ueſtra parens: hac oratione Latona Apollinem ſimul & Dianā incēdit ad ulciſcēdam iniuriam a Niobe acceptam.

Animoſa : magnanima ac ſuperba. An dea ſim dubitor: licētia poetica dubitor in paſſiua & uoce & ſignificatione poeta finxit:cū dubito uerbum ſit abſolutum. Cultis aris:exornatis altaribus. Tantalis. Tantali filia:cum quodam autem contemptu Tantalida nioben latona appellat:ac ſi diceret:filia tantali:qui propter impietatem in deos detruſus ad inferos maximis afficitur pœnis. Linguam paternā:linguam inquit tantali patris præ ſe tulit:qui deorum arcana uulgauit. Deiectura preces: cum hæc inquit latona rettuliſſet:preces adiectura erat. Phœbe.Diana quæ eadem eſſe cum luna dicitur. Cadmeida arcem.Thebas a Cadmo extructas. Planus erat: topographia: hoc eſt loci deſcriptio in quo Niobes filii & equos agitare: & ſe conſueuerant exercere. Tyrio ſucco:purpura tyria: ſignificat autem ephippia purpurea fuiſſe. Auro grauidis:grauibus auro & ornatis atq; auratis. Equibus Iſmenos : maximus natorum Amphionis & Niobes Iſmenos fuit ab Iſmeno Bœotiæ fluuio appellatus. Prima ſarcina:primum uteri onus Nam primogenitus erat. Quadrupedis:equi.

Defluit.decidit. Per inane:per aerem. Sipylus:a Sipylo urbæ cognominatus: cum ſagittæ ſtridorem audiſſet:fugere cœpit.Cæteꝝ apollinis ſagittam uitare non potuit. Frena dabat: equum currere permittebat. Præſcius. præcognoſcens futuram tempeſtatem. Summa ceruice:in colli ſummitate. Extabat:eminebat:extra ſtabat:p quod ſignificat collū ſagitta fuiſſe trāſfixum. Per crura admiſſa: propinqua equo aſtricta. Fœdat:maculat:inficit:deturpat. Solito labori. conſuetæ equorum agitationi. Nitidæ paleſtræ: ſplendidæ propter oleum quo ſe luctaturi ungebant. Et iam contulerant.iam inquit luctari cœperant. Arcto nexu.ſtricto amplexu:
Cōcita ſagitta:emiſſa:ipulſa. Traiecit:trāſfixit.



Niobes filii

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Lumina uerſarunt: oculos uoluerunt: ut ſolēt morientes. Exhalarunt: expirauerunt. Laniataq; pectora plangens. hoc eſt: lanians & percutiens pectora ſua ob mortem fratrum. Alleuet: extollat. Præcordia:inteſtina: quæ cordi prætēduntur. In hamis: in hamato ſpiculo. Fatifero.Mortifero. Cūq; anima:eorum uidetur hoc loco poeta ſequi opinionem:qui ſanguinem animæ ſedem eſſe aiunt. Intonſum Damaſitona. comatum. Afficit:conficit:inrerficit. Internodia polpes.Internodium ſpatium dicitur iter duos nodos ſitum: poples autē poſterior genu pars eſt. Exitiabile:peſtiferum: quod etiam exitiale dicitur. Pennis tenus: uſq; ad pennas. Tenus autem poſtponitur quidem ac fere ſi plurali numero coniungitur cū genitiuo copulatur: ut Virgilius.Et cruruum tenuſa mēto palearia pēdēt. Cum ſingulari autem iuncta ablatiuū expoſcit: ut capulo tenus abdidit enſem. Terebrata aura:perforato aere. Motus erat arcitenens.Apollo inquit præcibus Ilionei ultimi Niobes filii motus eſt:uerum iam ſagittam miſerat irreuocabilem. Certam fecere:admonuere: quod in ſoluta oratione certiorem facere dicimus. Mirantē potuiſſe. deos ſubintelligamus tot filios ſuos interficere. Tantum iuris: tantum poteſtatis.

Amphionis mors

Adacto ferro:impulſo gladio. Amphion enim de filiorū morte certior factus doloris impatiens ſeipſum interfecit. Cum luce:cum uita. Heu quantum Niobe. miſeretur poeta. Niobes: quæ pauloante ſuperbiſſima:nunc abiectiſſima filiorum morte uidetur eſſe facta. Diſtabat.differebat. Latois aris:a Latonæ altaribus:nā Latous a græco nominatiuo. ΛΗΤω deriuatur. Reſupina:ſuperba:elata. Inuidioſa:ī ſe inuidiam concitans. Vel hoſti.etiam inimicis:nō ſolum amicis. Gelidis:mortuis. Liuentia:pallentia ob nimiam indignationem. Paſcere crudelis.Niobe morte filiorum in furorem acta Latonæ inuidiā facit. Miſere felici. antitheton eleganter maxime reddens orationem: hæc autem iccirco Niobe furioſa iactat: ꝙ ſeptem ei filiæ ſupererant.

Atris pullis: nigris.

Membra ſolo poſuere.ſimul ſuprema iacentes
Lumina uerſarunt.animam ſimul exhalarunt:
Aſpicit Alphenor:laniataq; pectora plangens
Euolat ut gelidos complexibus alleuet artus:
Inq; pio cadit officio.nam Delius illi
Intima fatifero rupit præcordia ferro.
Q uod ſimul eductū ē.pars ē pulmōis ī hamis
Eruta:cumq; anima cruor eſt effuſus in auras
At non intonſum ſimplex damaſitona uulnus
Afficit.ictus erat qua crus eſſe incipit:& qua
Mollia nodoſus facit internodia poples.
Dumq; manu tentat trahere exitiabile telum:
Altera per iugulū pennis tenus acta ſagitta eſt.
Expulit hanc ſanguis: ſeq; eiaculatus in altum
Emicat:& longe terebrata proſilit aura.
Vltimus Ilioneus non profectura precando
Brachia ſuſtulerat.diiq; o cōmuniter omnes
Dixerat.ignarus non omnes eſſe rogandos:
Parcite motus erat. cum iam reuocabile telum
Non fuit.arcitenens.minimo tamen occidit ille
Vulnere:non alte percuſſo corde ſagitta.
Fama mali populiq; dolor lachrymæq; ſuorum
Tam ſubitæ matrem certam fecere ruinæ.
Mirantem potuiſſe:iraſcentemq; quod auſi
Hoc eſſent ſuperi:quod tantum iuris haberent
Nam pater Amphion ferro per pectus adacto
Finierat moriens pariter cum luce dolorem.
Heu quātū hæc Niobe:niobe diſtabat ab illa:
Q uæ modo latois populū ſummouerat aris:
Et mediam tulerat greſſus reſupina per urbem
Inuidioſa ſuis:at nunc miſeranda uel hoſti
Corporibus gelidis incūbit:& ordine nullo
Oſcula diſpenſat natos ſupræma per omnes.
A quibus ad cælum liuentia brachia tollens:
Paſcere crudelis noſtro Latona dolore:
Paſcere:ait:ſatiaq; meo tua pectora luctu:
Corq; ferum ſatia.dixit.per funera ſeptem
Efferor.exulta:uictrixq; inimica triumpha.
Cur autem uictrix? miſeræ mihi plura ſup ſunt:
Q uam tibi felici.poſt tot quoq; funera uinco.
Dixerat:& ſonuit contento neruus ab arcu:
Q ui præter Nioben unam conterruit omnes:
Illa malo eſt audax. ſtabant cum ueſtibus atris



Ante toros fratrum demiſſo crine ſorores.
Equibus una trahens hærentia uiſcere tela:
Impoſito fratri moribunda relanguit ore.
Altera ſolari miſeram conata parentem
Conticuit ſubito:duplicataq; uulnere cæco eſt:
Oraq; compreſſit:niſi poſtq̄ ſpiritus ibat.
Hæc fruſtra fugiens collabitur.illa ſorori
Immoritur:latet hæc:illam trepidare uideres.
Sexq; datis leto:diuerſaq; uulnera paſſis:
Vltima reſtabat:quam toto corpore mater
Tota ueſte tegens unam minimamq; relinq;
De multis:minimāq; poſco clamauit:& unam
Dūq; rogat:ꝑ qua rogat occidit.orba reſedit
Exanimes inter natos nataſq; uirumq;:
Diriguitq; malis nullos mouet aura capillos.
In uultu color eſt ſine ſanguine.lumina mœſtis
Stant immota genis.nihil eſt in imagine uiuū
Ipſa quoq; interius cum duro lingua palato
Congelat: & uenæ deſiſtunt poſſe moueri.
Nec flecti ceruix.nec brachia reddere geſtus
Nec pes ire poteſt.itra quoq; uiſcera ſaxū eſt.
Flet tamen:& ualidi circūdata turbine uenti
In patriam rapta eſt: ubi fixa acumine montis
Liquitur:& lachrymis ēt nūc marmora manāt.
Tunc uero cuncti manifeſtam numinis iram
Fœmina uirq; timent.cultoq; impenſiuſ omnes
Magna gemilliparæ uenerant numina diuæ.
Vtq; fit a facto propiore priora renarrant.
E quibus unus ait:lyciæ quoq; fœrtilis agris
Non impune deam ueteres ſpreuere coloni.
Res obſcura quidem eſt ignobilitate uirorum
Mira tamen.uidi præſens ſtagnumq; locumq;
Prodigio notum.nam me iam grandior æuo
Impatienſq; uiæ genitor deducere lectos
Iuſſerat inde boues:gentiſq; illius eunti
Ipſe ducē dederat:cū quo dum paſcua luſtro
Ecce lacu medio ſacrorum nigra fauilla
Ara uetus ſtabat tremulis circūdata cannis.
Reſtitit & paruo faueas mihi murmure dixit
Dux meus:& ſimili faueas mihi murmure dixi
Naiadum fauni ne foret tamen ara rogabam:
Indigenæue dei:cum talia rettulit hoſpes.
Non hac o iuuenis montanū numen in ara ē.

Ante toros: ante lectulos fratrum : in quibus erant compoſiti:ut efferentur. De miſſo crine: diſſolutis capillis. Viſcere:in uiſceribus. Impoſito ore fratri:ſignificat eam inter oſculandū fratrem periſſe. Duplicata:implicata: impedita.

Vulnere cæco.occulto quod non apparebat.

Oraq; compreſſit:os clauſit. Niſi poſtq̄ ſpiritus ibat.hoc eſt:niſi dum ſpiritum emittebat: tūc enim os non compreſſerat:ſed apertum tenebat.

Illa ſorori immoritur:inhærens ſubaudiatur.

Sexq; leto datis:ſex interfectis. Occidit:mortua eſt. Orba reſedit:filiis omnibus priuata id quod ipſa pauloante obiecerat Latonæ. Exanimes inter natos.inter filios mortuos. Diriguit: rigida ac dura eſt facta. Malis:infortuniis:ac liberorum acerbiſſima morte. Nullos mouet aura capillos:iam enim in ſaxum fuerat cōmutata.

Mœſtis genis:genæ & mœroris & læticiæ ſunt indices. Cōgelat:frigida & dura fit. Intra quoq; uiſcera ſaxum ē: etiam inteſtina inqt ſaxea fuerunt effecta. Flet tamen : quāuis Niobe in ſaxū fuerit tranſformata :flere tamē uidetur. Turbine. ualidi uenti:impetu uehementis uenti. Eſt enim turbo uentus cū fragore uiolentus proxima q̄q; proſternens. Turbo In patriam rapta eſt: hoc eſt:Sipylum delata eſt : ubi etiam nunc flere uidetur: q̄d iccirco fingitur:quia Sipylenum marmor ſudare perhibetur. Liquitur:liqueſcit. Manāt lachrymis:emittunt lachrymas. Tūc uero cuncti:narraturus poeta quo modo Latona a quibuſdam Lyciæ ruſticis bibere prohibita: eos in ranas conuerterit:more ſuo quædam interſerit: quibus cōmodius fabulæ iungantur. Gem lliparæ diuæ: latonæ quæ gemellos peperit Apollinem & Dianam. Lyciæ quoq; fertilis agris. Latona cum Apollinem Dianamq; peperiſſet: iram Iunonis fugiens in Lyciam uſq; una cum infantibus peruenit:ubi feſſa ſitiq; confecta cum bibere e quodam lacu uellet: a ruſticis q̄buſdā pedibus aquā proculcātibus prohibita fuit:qua iniuria dea indignata eos omnes in ranas conuertit.Lycia aūt Lycii ruſtici i ranas eſt Aſiæ regio finitima lydiæ. Spreuere.cōtempſerunt. Non impune:nō ſine ſupplicio: ſed cū maxima pœna: nam in ranas omnes fuerūt conuerſi. Ignobilitate uirorum: ruſtici nāq; erant uiliſſimi. Prodigio:miraculo. Luſtro.circūeo ad eligendos boues. Sacrorum fauilla: ſacrificiorum cinere. Stabat; erecta erat. Reſtitit: ſubſtitit : ex priſcorum autem conſuetudine nos quoq; face la prætereuntes deos rogamus:ut nobis ſint adiumento. Montanum numen:qualis eſt Faunus.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Regia cõiunx. Iuno regis deorum hominũq; uxor: nã Iuno: ut diximus: cũ reſciuiſſet Latonam ex Ioue concepiſſe: illam per totũ terrarum orbẽ exagitauit: ſic ut nuſq̃ conſiſtere poſſet. Orbem interdixit: cum interdico uerbũ datiuo & ablatiuo iungatur: orbe mihi legendum uidetur: non orbem: ut eſt fere in exemplaribus deprauatum. Vt enim aqua & igni interdixiſſe alicui populũ Ro. dicimus: ſic orbe Iunonem latonæ interdixiſſe poeta eleganter dixit. Erratica delos: quã errate inſtabilemq; eſſe iccirco poetæ finxerunt: qa crebro terræmotu uexabatur: donec ex oraculo Apollinis: ut ſcripſi: deſtiterunt illic cadauera ſepelire. Leuis: cauſa eſt: iccirco enim nabat: quia leuis erat. Nabat: fluitabat: nare enim ꝓprie dicuntur animata: fluitare inanimata. Cum palladis arbore: cum oliua. Edidit: emiſit: peperit.

Inuita nouerca: contra uoluntatem Iunonis: quæ nouerca eſſe uidebatur Apollinis & Dianæ cum Iouis ſit uxor. Puerpera: mulier a partu recens puerpera dicitur. Iamq; chimæriferæ: chimæra mons lyciæ carminibus poetarum notiſſimus. Fingitur autem a poetis fera eſſe pedes habẽs ſerpentinos: capræ uentrem: caput leonis: flãmas uomens: eo ꝙ ad montis radices ſint ſerpentes: ſi medio capræ: Leones ad uerticem: qui Aetne modo ardere dicitur. Sane Chimeram græci capram uocant. Chimæriferæ: chimæras ferentis & capras. Ab æſtu ſidereo: a calore ſolis. Legebant: colligebant. Cum iuncis: iuncus herba eſt paluſtris ſine nodo. Gratãq; paludibus uluam: ulua herba eſt in paludibus naſcens. Vnde etiam paludibus grata ab Oui. perhibetur.

Vlua

Poſitoq; genu: elegãter geſtum exprimit de lacu aquam haurire uolentis. Vſus cõmunis aquarum iure gentiũ aquæ omnibus hominibus ſunt cõmunes. Ad publica munera. publica ſunt q̃ nullius quidem ſunt: ſed oĩum. Vixq; eſt uia uocis. Vix emittere uocem poteſt. Hauſtus aquæ: potus aquæ mihi loco nectaris ac ſuauiſſimus erit. Simul uitam dederitis in undis. poſtq̃ mihi uitam aquis iſtaurauerĩtis: uidetur eſſe hemeſtichion ennii poetæ: unde & dederitis uerbi penultima eſt producta. Tendunt. porrigunt. Hi tamen orantem: pulchre ruſticorum ſeruat decorum: qui rogati contumacius ſuperbi uſq; ſe gerunt. Perſtant: perſeuerant & inſtant. Conuitia: contumelias. Mouere: commouerunt. Saltu maligno: hypallage eſt: ipſi nãq; maligni intelliguntur. Diſtulit ira ſitim. hoc eſt ira fuit cauſa differendæ ac prolongandæ ſitis. Filia cæi: latona. Vltra: ulterius. Minora dea: humiliora: q̃ ut deæ conuenientia ſint. Aeternum: ſemper & in æternum: nomen pro aduerbio poſitum. Et modo tota: eleganter ranaꝝ & naturã & corpus deſcribit poeta. Sũmo gurgites: i ſũmitate gurgitis & ſtagni. Turpes linguas: contumelioſas.

Illa ſuam uocat hanc: cui quondã regia coniũx
Orbe interdixit: quam uix erratica Delos
Errantem accepit. tũc cum leuis inſula nabat.
Illic incũbens cum Palladis arbore palmæ:
Edidit inuita geminos Latona nouerca.
Hinc quoq; Iunonem fugiſſe puerpera fertur
Inq; ſuo portaſſe ſinu duo numina natos.
Iamq; chimæriferæ: cum ſol grauis ureret arua:
Finibus in lyciæ longo dea feſſa labore
Sidereo ſiccata ſitim collegit ab æſtu.
Vberaq; ebiberant auidi lactentia nati.
Forte lacum mediocris aquæ proſpexit in imis
Vallibus. agreſtes illic fruticoſa legebant
Vimia cum iuncis. gratamq; paludibus uluã.
Acceſſit: poſitoq; genu Titania terram
Preſſit: ut hauriret gelidos potura liquores
Ruſtica turba uetat. dea ſic affata uetantes.
Quid ꝓhibetis aquas? uſus cõmunis aqrũ ẽ.
Nec ſolem proprium natura: nec aera fecit:
Nec tenues undas. ad publica munera ueni.
Quæ tñ: ut detis: ſupplex peto. nõ ego noſtros
Abluere hic artus: laſſataq; membra parabam
Sed releuare ſitim. caret os humore loquentis
Et fauces arent: uixq; eſt uia uocis in illis:
Hauſtus aquæ mihi nectar erit: uitãq; fatebor
Accepiſſe. ſimul uitam dederitis in undis.
Hi quoq; uos moueãt: q noſtro brachia tẽdũt
Parua ſinu. & caſu tendebant brachia nati.
Quẽ nõ blãda deæ potuiſſent uerba mouere?
Hi tamen orantem perſtãt prohibere: minaſq;
Ni procul abſcedat: conuitiaq; inſuper addũt.
Nec ſatis eſt. ipſos etiam pedibuſq; manuq;
Turbauere lacus: imoq; e gurgite mollem
Huc illuc limum ſaltu mouere maligno.
Diſtulit ira ſitim. neq; enim iam filia Cæi
Supplicat indignis. nec dicere ſuſtinet ultra:
Verba mĩora dea: tollenſq; ad ſidera palmas
Aeternum ſtagno: dixit: uiuatis in iſto.
Eueniunt optata deæ. iuuat eſſe ſub undis.
Et modo tota caua ſũmergere mẽbra palude.
Nũc ꝓferre caput ſũmo modo gurgite nare.
Sæpe ſuper ripam ſtagni conſiſtere. ſæpe
In gelidos reſilire lacus. ſed nunc quoq; turpes



Patulos rictus. hiãtia ora. Colla ĩtercepta. de medio reciſa. nã ranæ collo carẽt. Spina uiret. tergum uiride ẽ. Sic ubi neſcio qs. ignobilẽ hac locutione eũ fuiſſe ſignificat q ſupiorẽ retulit fabulã. Exitiũ ſatyri. calamitoſum exitũ. Marſias aũt ſatyrus fuit tibias inflandi adeo ꝑitus: ut cũ Apolline certare ſit auſus: quẽ ſupatũ ĩdignatus Apollo pelle atq; cute ꝑuauit. Ex eius uero corpore tantus defluxit ſanguis: ut a terra exceptus in fluuiũ fuerit cõmutatus: q a ſatyri noĩe Marſias fuit appellatus. ẽ ãt phrygiæ fluuius in mæandrũ labẽs. Latous Apollo. Latonæ filius. Tritoniaca arundĩe. tibia ex arundĩe Tritoniaca cõfecta. ẽ. n. metonymia. Tritonis autẽ palus ẽ libyæ: iuxta quã pallas in uirginali habitu appuiſſe fert. Vñ & tritonia uocat. Quid me mihi detrahis. cur mihi meam pellẽ deripis. Ah non ẽ tanti: ut ego hac pœna affici debeã. Micant pulpitant. Fibras. Fibræ uenulæ ſunt mĩores Armẽta bucera. hoc eſt boues ualde cornutos. Bou nanq; particula ẽ ĩtentiua. κερασ autẽ dicit cornu. Cõcepit. excepit. Ripis decliuibus. ꝓnis atq; inclinatis. Liquidiſſimus. puriſſimus. limpidiſſimus. Talibus exemplis. hæc ad cõcinnam fabulaꝝ cõnexionẽ a poeta narrant. Mater in ĩuidia ẽ. Niobes enĩ ſupbia cauſa fuit mortis liberoꝝ. Fleſſe pelops: merito: cũ Niobes frater eſſet: pelops enĩ Tãtali fuit filius: quẽ coctũ pater diis epulandũ: ut an oĩa ſcirẽt: experiret: cũ appoſuiſſet oẽs qdẽ præter unam Cererẽ ab eo abſtinuerunt. collectiſq; in unũ Pelopis mẽbris euocata a mercurio anima eius ab inferis priſtinæ ipſum uitæ reſtituerunt. Sed cum ei ſiniſtrũ deeſſe humerum animaduertiſſent: eburneum affixerunt ſicq; Pelous uitæ integer fuit reſtitutus. Tantalus uero ad ĩferos detruſus: ſiti in aqs ac fame in ſũma pomorum copia laborat. Suas ueſtes: purpureas ac ſibi conuenientes. illis enĩ depoſitis lugubres ac pullas ſumpſit. Corporeus. ex carne nam corpus proprie uiuentium. caro mortuoꝝ dicit a cadẽdo deducta: ut iam ſæpius diximus.

Cæſa membra. trucidata. Qui locus ẽ iuguli. periphraſis eſt humeri: nam ẽ medius ĩter iugulum & brachii ſummitatẽ. In uſum. in locũ & officium. partis nõ comparẽtis: humeri nõ inuẽti

Finitimi proceres coeunt: conueniunt: congregantur. Hæc autem idcirco narrãtur: ut quas metamorphoſis eſt. deſcripturus: commodius cum prioribus connectantur. Nam Tereus Rex Thracum cum Athenas obſidione liberaſſet accepta in uxorem progne Pandionis regis filia in Thraciam redit. ubi cum iam filium ſuſcepiſſet: rogatus ab uxore: ut aut ſe Athenas deduceret: aut ſaltem ad ſe Philomelam ſororem accerſeret: profectus ipſe Philomelam quidem a patre accepit: ſed cum in Thraciam perueniſſet: non ſolum ei uim intulit: ſed linguam etiam: ne uulgare ſcelus poſſet: amputauit: ac ſuis ſtabulis mancipauit. Cæterum Philomela tanta crudelitate ſtimulata totum infortunium ſuum in uelo deſcriptum ſorori ĩdicauit. Progne uero furiis accenſa Bacchi ſacra ſe celebrare ſimulans una cum Bacchis ad ſororem uẽit: eamque ſecũ Pampinis tectam in urbẽ adduxit: in cubiculoq; ſuo occultauit. Perfectis uero Bacchi ſacrificiis Progne Itym cõem filium ĩteremit: cuius carnes coctas patri appoſuit comedendas. Cũ uero Thereus Itym filiũ intercœnãdũ frequenter uocaret: Philomela e cubiculo exiliẽs caput filii ac pedes in Tereũ cõiecit: Qui ſtricto enſe cũ ambas pſeq̃-

Litibus exercent linguas: pulſoq; pudore.
Quãuis ſint ſub aq̃: ſub aq̃ maledicere tẽptãt
Vox quoq; iã rauca ẽ: inflataq; colla tumeſcũt
Ipſaq; dilatant patulos conuicia rictus.
Terga caput tangunt colla intercepta uident.
Spina uiret: uenter pars maxia corporis albet
Limoſoq; nouæ ſaliunt in gurgite ranæ:
Sic ubi neſcio quis lycia de gente uirorum
Rettulit: exitium ſatyri reminiſcitur alter:
Quem tritoniaca latous harundine uictum
Affecit pœna: quid me mihi detrahis inquit?
Ah piget: ah nõ eſt: clamabat: tibia tanti.
Clamanti cutis eſt ſummos direpta per artus.
Ne quicq; niſi uulnus erat: cruor undiq; manat
Detectiq; patent nerui: trepidæq; ſine ulla
Pelle micant uenæ: ſalientia uiſcera poſſes
Et perlucentes numerare in pectore fibras.
Illum ruricolæ ſiluarum numina fauni
Et ſatyri fratres: & tunc quoq; clarus olympus
Et nymphæ flerunt: & quiſquis montibus illis
Lanigeroſq; greges: armentaq; bucera pauit.
Fertilis immaduit: madefactaq; terra caducas
Concepit lachrymas: ac uenis præbibit imis.
Quas ubi fecit aquas: uacuas emiſit in auras.
Inde petens rapidum ripis decliuibus æquor.
Marſia nomẽ hẽt phrygiæ liqdiſſimus amnis.
Talibus exemplis redit ad præſentia dictis
Vulgus: & extinctũ cũ ſtirpe amphiona luget
Mater in inuidia eſt: hãc tũc quoq; dicit unus
Fleſſe pelops: humeroq; ſuas a pectore poſtq̃
Deduxit ueſtes: ebur oſtẽdiſſe ſiniſtro.
Cõcolor huic humerus naſcẽdi tẽpore dextro
Corporeuſq; fuit: manibus mox cæſa paternis
Membra ferunt iunxiſſe deos: aliiſq; repertis
Qui locus eſt iuguli medius: ſummiq; lacerti
Defuit: impoſitum eſt nõ comparẽtis in uſum
Partis ebur: factoq; pelops fuit integer illo.
Finitimi proceres coeunt: urbeſq; propinquæ

Marſias in flumine

Eberneus pelopis hũerus

Orauere ſuos ire ad ſolatia reges:
Argoſq;:& ſparte:pelopeiadeſq; Mycænæ:
Et nondum toruæ Calydon inuiſa Dianæ:
Orchomenoſq; ferax: & nobilis ære corynthos
Meſſeneq; ferox:Patræq; humileſq; Cleonæ:
Et nelea pylos:nec adhuc pytthia Troezen:
Quæq; urbes aliæ bimari claudũť ab iſthmo:
Exteriuſq; ſitæ bimari ſpectantur ab iſthmo.
Credere quis poſſet? ſolæ ceſſaſtis Athenæ.
Obſtitit officio bellum:ſubiectaq; ponto
Barbara Cæcropios terrebant agmina muros.
Threicius Tereus hæc auxiliaribus armis
Fuderat:& clarum uincendo nomen habebat
Quem ſibi pandion opibus uiribuſq; potentẽ
Et genus a magno ducentem forte Gradiuo
Connubio Prognes iunxit.non pronuba Iuno:
Non Hymeneus adeſt illi:non gratia lecto.
Eumenides tenuere faces de funere raptas.
Eumenides ſtrauere torum:tectoq; prophanus
Incubuit bubo:thalamiq; in culmine ſedit.
Hæc aue coniuncti Progne Thereuſq;:parẽtes
Hac aue ſunt facti.gratata eſt ſcilicet illis
Thracia:diiſq; ipſi grates egere:diemq;
Quoq; data eſt claro Pandione nata tyranno
Quoq; erat ortus Itys feſtũ iuſſere uocari.
Vſq; adeo latet utilitas.iam tempora Titan
Quinq; per autumnos repetitis duxerat annis
Cum blandita uiro Progne.ſi gratia dixit
Vlla mea eſt:uel me uiſendam mitte ſorori:
Vel ſoror huc ueniat:rediturã tempore paruo
Promittes ſocero.magni mihi muneris inſtar

retur:ipſe quidem in upupam:Itys in phaſianum:progne in hirundinem:Philomela in luſciniam: conuerſi fuiſſe narrantur. Orauere ire:poetica eſt locutio:nam orauere ut irent:in ſoluta oratione diceremus. Ad ſolatia: ad conſolationem Pelopis:cuius ſoror Niobe cũ omnibus liberis fuerat extincta. Argoſq;. agros urbs eſt clariſ

Argos uariis nomibus cognominata

ſima pelopõneſi:quæ uariis nominibus eſt cognominata.Nam & urbs Phoronica & Aegialea appellatur & Argos hippoboton & Hippium:quod Neptuni equis paſcua ſuppeditauit.Dipſion quoq; propter aquarum penuriam.Ab argo autem cõditore uidetur eſſe dictũ:ut ſcribit Stephanus Græcus:auctor in opere:quod de urbibus compoſuit.Vndecim uero urbes hoc nomine appellantur. Eſt enim Argos quod Amphilochicõ dicitur in Theſſalia:in Cilicia:quæ nunc Argiopolis appellatur.In Niſyro inſula: una ex cycladibus:iuxta Trœzena:in Macedonia ĩ ſcytia quod argos oreſticum uocatur:in caria.Argos phæacũ

Argos quid. Sparta unde:

Argos argolicũ:ac fere oĩs maritima planicies argos uocatur. Et ſparte: Regio Laconica ſparta fuit appellata:a Spartis Cadmi: hoc eſt a ſeminatis:a Cadmo q eam tenuiſſe a Timagora ſcribũtur.

Mycenæ uñ:

Pelopeiadeſq; Mycenæ. Mycenæ urbs eſt Pelopõneſi:a Mycænæo Spartonis phoronei fratris filio denominatæ quas pelops auxiſſe fertur. Vnde & pelopeiadas eas uocat poeta. Et nõdum.

Calydon uñ:

Calidon urbs eſt Aetoliæ.A calidone Endimionis filio cognominata. Nondũ inuiſa: nõdum odio habita. Nondum enim Oeneus Calydoniæ rex in ſe Dianam concitarat. Nam cum diis omnibus aliis ſacrificaſſet: Diana irata aprũ imiſit:qui totam Calidoniá deuaſtauit. Orchomenoſq; ferax:fertilis. Orchomenos urbs ẽ Bœotiæ. Et nobilis ære corinthus: clara æreis uaſis: quæ corinthia uocantur.

Meſſene

Meſſeneq; ferox.Meſſene & urbs & regio eſt Pelopõneſi. Altera ẽ in Sicilia: unde Meſſenius poſſeſſiuum declinatur.

Pateræq;:corrupte triſillabũ legitur. Patræ náq; biſillabum urbs eſt Achaiæ:de qua hoc loco ſentit Oui

Cleonæ

Humileſq; Cleonæ:urbs ẽ arcadiæ parua. Et Nelea pylos.urbs eſt in Meſſenia:in qua regnauit Neleus Neſtoris pater. Nec adhuc pittheia Troezen.

Troezen uariis nomibus appellata

Troezen urbs eſt peloponneſi: a Troezene Pelopis filio: quæ uariis nominibus ẽ appellata:ná & aphrodiſias & Saronia & poſidonias & Appollonias & antanis fuit cognominata.Eam uero pittheiam nõdum fuiſſe ait: quod Pittheus æthræ matris Theſei pater nondũ ibi regnauerat. Ab iſthmo bimari. Iſthmus breuis dicitur terra inter duo maria cõſtituta.Iſthmus uero pelopõneſi & Aegeo mari & Ionio:alluitur.Intra iſthmum aũt ſunt pelopõneſi urbes:extra uero achaiæ. Credere quis poſſit.Hæc interrogatio eo ſpectat:ut ſignificet Athenienſes & humaniſſimos & officioſos maxime fuiſſe. Subiecta ponto:adiecta mari euxino.Reges enim aſiæ bellum athenienſibus indixerant. Threicius Tereus: Thracius. Tereus autem filius fuit martis: ac Thraciæ Rex:ut diximus. Fuderat:fregerat: in fugam conuerterat. A magno Gradiuo: a magno marte.Gradiuus enim Mars a latinis dictus eſt:quod gradatim in bellum eatur. Non pronuba Iuno.nubẽtibus fæliciter puellis Iuno pro nuba præeſſe creditur.Hinc autem facile colligitur quale futurum ſit Terei & prognes coniugium. Prophanus bubo: execrandus: eſt namq; auis peſſimi ominis bubo. Hac aue:hoc augurio. Gratata: gratulata. Diiſq; ipſi. Tereus & progne:gratias diis egerunt. Quaq; data eſt: quo legendum eſſe facile ex eo quod infertur adiectiuo colligi poteſt. Vſq; adeo latet utilitas. Acclamatio in hominum inſcitiam loco maxime conueniens. Iam tempora Titan. hoc eſt: iam quinq; tranſierant anni. Si gratia ulla mea eſt: Si quid apud te poſſum. Magni muneris inſtar: æquiparationem magni muneris: nam inſtat modo ad ſimilitudinem:modo ad æquiparationem ſignificat: nec recipit præpoſitionem: eſtq; indeclinabile nomen.



Germanam uidiſſe dabis:iubet ille carinas
Infreta deduci:ueloq; & remige portus
Cecropios intrat:pyræeaq; littora tangit.
Vt primum ſoceri data copia:dextera dextræ
Iungitur:infauſto committitur omine ſermo.
Cæperat aduentus cauſas mandata referre
Coniugis:& celeres miſſæ ſpondere recurſus.
Ecce uenit diues magno philomela paratu.
Diuitior forma:quales uidere ſolemus.
Naiadas & dryadas mediis incedere ſiluis
Si modo des illis cultus:ſimileſq; paratus.
Non ſecus exarſit conſpecta uirgine Tereus
Quam ſi quis canis ignem ſupponat ariſtis:
Aut frondẽ poſitaſq; cremet fœnilibus herbas
Digna quidem facies:ſed & hũc innata libido
Extimulat:pronumq; genus regionibus illis
In uenerem:& flagrat uitio:gẽtiſq; ſuoq;.
Impetus eſt illi comitum corrumpere curam:
Nutriciſq; fidem:nec non ingentibus ipſam
Solicitare datis:totumq; impendere regnum
Aut rapere:& ſæuo raptam defendere bello
Et nihil eſt:quod non effreno captus amore
Auſit:nec cupiunt incluſas pectora flãmas.
Iãq; moras malefert:cupidoq; reuertitur ore
Mandata ad Prognes:& agit ſua uota ſub illa.
Facundum faciebat amor:quotienſq; rogabat
Vlterius iuſto:prognen ita uelle ferebat.
Addidit & lachrymas:tanq̃ mãdaſſet & illas.
Proh ſuperi:quantum mortalia pectora cæcæ
Noctis habent? ipſo ſceleris molimine Tereus
Creditur eſſe pius:laudemq; a crimine ſumit.
Quid? q; idẽ philõela cupit? patrioſq; lacertis
Blanda tenens humeros:ut eat uiſura ſororem
Perq; ſuam contraq; ſuam petit illa ſalutem.
Spectat eã Tereus:præcõ trectatq; uidendo.
Oſculaq;:& collo circundata brachia cernens
Omnia pro ſtimulis:facibuſq;:ciboq; furoris
Accipit:& quotiens amplectitur illa parentem
Eſſe parens uellet:neq; enim minns ĩpius eſſet
Vicitur amborũ genitor pce:gaudet:agitq;
Illa patris grates:& ſucceſſiſſe duabus
Id putat infelix:quod erat lugubre duabus.
Iam labor exiguus phœbo reſtabat:equiq;

Cæcropios portus.athenienſes. Pyreæaq; littora tangit. Attica.nam pyreæus promontorium ẽ Atticæ:ut ſcribit Ptolemeus. Vnde athenarum portus pyreæus fuit appellatus. Vt primum ſoceri data copia.Cum primum inquit Tereus ad Pandionem ſocerum fuit admiſſus: & dextram dextræ iunxit:& Prognes mandata referre cœpit

Recurſus celeres.ueloces reditus. Miſſæ.Philomelæ.quæ quidem nondum fuerat miſſa Sed ſi miſſa fuiſſet:celerem pollicebatur. Tereus reditum. Magno paratu.ornatu. Forma pulchritudie. Naiadas & Dryadas.nymphas.que formoſiſſimæ eſſe uidentur. Non ſecus. quanto philomelæ amore Tereus fuerit inflammatus aperte his ſimilitudinibus declaratur. Canis ariſtis.flauis: Cremet.comburat. Fœnilibus.fœnilia fœni dicuntur repoſitoria. Digna quidẽ facies:facies inquit philomelæ digna quidẽ erat amari cum ab aliis omnibus:tum uero a Tereo: qui maxime ingenita libidine in mulieres ſtimulabatur Prognunq; genus. Thraces enim maxime in uenerem ſunt proni. Et nihil eſt quod non effreno captus amore Auſit.Sentẽtia eſt generalis:q̃uis ad Tereum proprie referri uideatur

Effreno amore.ab effectu:quod effrenatos ac diſſolutos homines reddat. Nec capiunt.iam enim Terei amor in philomelam detegebať.Et agit ſua uota ſub illa.ſub ſimulatione inquit Prognes uoluntatis ſua uota peragere conatur Tereus. Vlterius iuſto.ultra q̃ honeſtũ foret. Proh ſuperi.exclamatio in hominum cæcitatem.

Quantum mortalia pectora cæcæ Noctis habẽt:in quanta rerũ omnium inſcitia hominũ animi uerſantur. Ipſo molimine. ipſa præparatione.Cõtra ſuam ſalutem:quia a Tereo nõ ſolum ſtuprata.ſed etiam lingua fuit priuata. Præcõ trectatq; uidẽdo.hoc eſt. ante oculis q̃ manibus ſibi eá contrectare uideť. Neq; enim minus impius eſſet.Ná etiá ſi pater eẽt cum filia rem haberet. Amborum prece. Terei & philomelæ.

Succeſſiſſe.feliciter eueniſſe: Duabus.ſibi & Progne ſorori. Lugubre.triſte & luctus cauſa.

Iam labor exiguus Phœbo.ſignificat finem diei adueniſſe:Equiq; pulſabant. equi inquit ſolis iam peruenerant in occidentalem cæli partem.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Odryſæ At rex orthyſius.ſic quidẽ fere legitur.ſed odryſius per d legendum eſt:nam odryſæ populi ſunt Thraciæ & odryſa urbs eorum:quæ & odryſia dicitur.Vnde odryſius deriuatur.Eleganter autem amantum cogitatiões deſcribit poeta. Aeſtuat: ardet:hæc autem particula tamen eſt ſubaudienda. Cura remouente ſoporem amore ſomnũ repellente. Lux erat:dies aduenerat. Generi euntis:recedere cupientis Terei. Quoniam pia cauſa coegit:pium nãq; eſt ſororem ſorori mittere uidendam. Tueatis:defendas atq; cuſtodias.

Mihi ſolicito.Anxio filiæ abſentia. Lenimen: ſolamen. Satis eſt procul eſſe ſororem: ſatis eſt inquit quod progne longe a me abeſt. Mandabat:mandata dabat. Dextras.utraſq;.& Terei & prognes. Natãq;:nepotẽq;:& prognen:& Itym.

Pro ſe nomie ſuo:& ſuis uerbis. Memori ore: memores ipſi: eſt enim hypallage. Supremũq;: & ultimo loco inqt: uix potuit dicere uale. Pleno ſingultibus ore: geſtum exprimit patris de filia a ſe recedente admodum ſoliciti.Ita nãq; pandion ſingultibus ĩpediebatur: ut uix potuerit dicere uale. Præſagia: diuinatiões. Eſt enim præſaga:mali mens. Admotumq; fretum remis:hypallage eſt: mari nãq; remi nõ mare admouetur remis.Tunc autem remi admoueri dicuntur mari:cum remigatur nauiſq; remis impellitur. Telluſq; repulſa eſt:ex uulgari hoc dictum ẽ opinione. Terra nãq; quæ eſt immobilis:retropelli a remigantibus uidetur. Vicimus exclamat.barbari:& ab omni ciuilitate alieni hominis mores exprimuntur. Lumen:oculos. Iouis ales:aquila quæ ꝙ nunq̃ fulmine tangitur : ſub iouis tutela eſſe perhibetur. Spectat ſua præmia raptor.Ordo eſt & ſenſus: non aliter Tereus ſpectabat Philomelam:q̃ Iouis ales raptor ſpectat ſua præmia: cum ipſe prædator depoſuit nido leporem aduncis pedibus.Reliqua per Parentheſim leguntur.

Iãq; iter effectum:confectum: perfectum. Iam enim in Thraciam fuerant aduecti.Pãdione natam:philomelam. Faſſuſq; nefas:nefandũ confeſſus amorem. Et uirginem:& unam:ui ſupat: maximam hominis barbariam oſtendit poeta: q ſuſtinuerit uirginem: & ſolam ſibi creditã: & patrem:& ſororem: & in primis deos implorantem uiolare. Illa tremit uelut agna pauens:uirgineum timorem pulchre his ſimilitudinibus ab oue & colũba ſumptis poeta expreſſit. Excuſſa: eiecta. Cani lupi:epitheton eſt lupi colori conueniens: lupi nãq; canicie infecti eſſe uidentur.

Pulſabant pedibus ſpatium decliuis olympi.
Regales epulæ menſis:& Bacchus in auro
Ponitur.hinc placido dantur ſua corpora ſono
At rex Odryſius quãuis ſeceſſit ab illa:
Aeſtuat:& repetens faciem:motuſq;:manuſq;:
Qualia uult fingit:quæ nondũ uidit:& ignes
Ipſe ſuos nutrit:cura remouente ſoporem.
Luxerat:& generi dextram complexus euntis
Pandion:comitẽ lachrymis cõmendat obortis.
Vt uoluere ambæ:uoluiſti tu quoq; Tereu:
Hanc ego care gener: quoniã pia cauſa coegit
Do tibi:perq; fidẽ: cognataq; pectora ſupplex.
Per ſuperos oro:patrio ut tuearis amore.
Et mihi ſolicito lenimen dulce ſenectæ.
Quã primũ( ois eris nob mora lõga)remittas
Tu quoq; q̃ primũ(ſatit ẽ ꝓcul eſſe ſororem)
Si pietas ulla eſt:ad me philomela redito.
Mandabat:pariterq; ſuæ dabat oſcula natæ.
Et lachrymæ mites inter mandata cadebant
Vt fidei pignus dextras utraſq; popoſcit:
Inter ſeq; datas iunxit:natamq; nepotem
Abſentes pro ſe memori rogat ore ſalutent
Supremũq; uale pleno ſingultibus ore
Vix dixit:timuitq; ſuæ præſagia mentis.
Vt ſimul impoſita eſt pictæ philomela carinæ
Admotumq; fretum remis telluſq; repulſa eſt
Vicimus exclamat.mecum mea uota feruntur.
Exultatq;:& uix animo ſua gaudia differt
Barbarus:& nuſq̃ lumen detorquet ab illa.
Non aliter q̃ cum pedibus prædator aduncis
Depoſuit nido leporem Iouis ales.ab alto
Nulla fuga ẽ capto.ſpectat ſua præmia raptor.
Iamq; iter effectũ:iamq; in ſua littora feſſis
Puppibus exierant:cum rex Pandione natam
In ſtabula alta trahit ſiluis obſcura uetuſtis:
Atq; ibi pallentẽ:trepidãq;:& cuncta timentẽ:
Et iam cũ lachrymis:ubi ſit germana:rogantẽ
Includit:faſſuſq; nefas:& uirginem:& unam
Vi ſuperat fruſtra clamato ſæpe parente.
Sæpe ſorore ſua:magnis ſuper omnia diuis.
Illa tremit uelut agna tremens:quæ ſaucia cãi
Ore excuſſa lupi nondum ſibi tuta uidetur:
Vtq; colũba ſuo madefactis ſanguine plumis



Horret adhuc:auidoſq; tiet:q̃bꝰ hæſerat ũgues
Mox ubi mens rediit:paſſos laniata capillos
Lugenti ſimilis:cæſis plangore lacertis
Intendens palmas:o diris barbare factis
O crudelis ait:nec te mandata parentis
Cum lachrymis mouere piis:nec cura ſororis:
Nec mea uirginitas:nec coniugalia iura.
Omnia turbaſti:pellex ego facta ſororis.
Tu geminus cõiunx hoſtis mihi debita pœna
Quin animã hãc:ne qđ facius tibi ꝑfide reſtet
Eripis?atq; utinam feciſſes ante nefandos
Cõcubitus:uacuas habuiſſẽ criminis umbras.
Si tamen hoc ſuperi cernunt:ſi numina diuũ
Sunt aliquid:ſi non perierunt omnia mecum:
Quãdocũq; mihi pœnas dabis ipſa pudore
Proiecto tua facta loquar:ſi copia detur.
In populos ueniam:ſi ſiluis clauſa tenebor:
Implebo ſiluas:& conſcia ſaxa mouebo.
Audiat hoc æther:& ſi deus ullus in illo eſt.
Talibus ira feri poſtq̃ commota tyranni:
Nec minor hac metus ẽ:cã ſtimulatus utraq;
Quo fuit accinctus:uagina liberat enſem.
Arreptãq; coma flexis poſt terga lacertis
Vincla pati cogit:iugulum Philomela parabat
Spemq; ſuæ mortis uiſo conceperat enſe.
Ille indignantem & nomẽ patris uſq; uocantẽ
Luctantẽq; loqui:comprenſam forcipe linguã
Abſtulit enſe fero:radix micat ultima linguæ.
Ipſa iacet:terræq; tremens immurmurat atræ.
Vtq; ſalire ſolet mutilatæ cauda colubræ:
Palpitat:& moriens dominæ ueſtigia quærit.
Hoc quoq; poſt facius(uix auſim credere)fert̃
Sæpe ſua lacerum repetiſſe libidine corpus.
Suſtinet ad Prognen poſt talia facta reuerti
Coniuge quæ uiſo germanam quærit:at ille
Dat gemitus fictos cõmentaq; funera narrat:
Et lachryme fecere fidem:uelamina progne
Deripit ex humeris auro fulgentia lato
Induiturq; atras ueſtes:& inane ſepulchrum
Conſtituit:falſiſq; piacula manibus infert.
Et luget non ſic lugende fata ſororis
Signa deus bis ſex acto luſtrauerat anno.
Quid faciat philomela?fugã cuſtodia claudit

Auidos ungues.auidi accipitris:qui colũbas maxime infeſtat. Paſſos laniata capillos Sinodoche poetica. ſparſos enim capillos cum laniaſſet Philomela intelligitur.Lacerare autem crines in mœroribns ſolebant mulieres. Ceſis lacertis.percuſſis brachiis. Diris. factis.nefandis ſceleribus. Nec coniugalia iura. Nec matrimonii iura:quibus non licet cuiq̃ cum duabus coire ſororibus. Omnia turbaſti.omnia ĩquit iura humana & diuina confudiſti. Pellex ego facta ſororis.pellex proprie dicitur:que cum marito alterius cõcumbit. Tu geminus cõiunx:tu duabus es maritus:& mihi & ſorori.Debita pœna.te expectat ſubintelligendum uidetur. Qui eripis.cur non eripis mihi uitam? Ne quod facinus.Ne aliquod ſcelus tibi reſtet in me perpetrandum.Vacuas habuiſſem criminis umbras. hoc eſt crimine caruiſſem. Quandocunq; mihi pœnas dabis.aliquãdo mihi punieris. Proiecto pudore.abiecto:depoſito. Si copia detur ſi potero. Feri tyranni.crudelis:ab omniq; humanitate alieni: Nec minor hac metus ẽ. non minor eſt inquit metus ne a philomela ſorori ꝓderet̃ ſcelus q̃ ira. Cauſa ſtimulatus utraq;.& ira & timore impulſus. Liberat enſem uagina . e uagina eripit enſem. Iugulum philomela parabat: bene inſtitutæ uirginis morem exprimit poeta:quæ uiolata nihil mortem recuſabat : ſed ultro iugulum enſi obiiciebat quo citius interficeretur. Hoc qnoq; poſt facinus.poſt hoc ſcelus.poſt extractam linguam. Lacerum corpus lingua mutilatum. Commenta funera.fictam mortem philomelæ. Spem ſuæ mortis.metum ac timorẽ mortis.ſic Dido apud Verg.Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. Vſq; uocantem.ſemper clamantem.Luctantemq; loqui.conantem. Forcipe.forceps inſtrumentum eſt fabrile:quo ferrum facile & capitur & tenetur. Forceps

Enſe fero.ipſe ferus & crudelis.eſt enim hypallage. Radix micat.palpitat.motat̃. Ipſa iacet lingua reciſa ſubaudiatur. Mutilatæ colubræ. inciſæ ſerpentis in duas partes.Mutilati uero dicuntur:quibus aliquod membrum fuit reciſum

Palpitat.ſalit:frequẽter mouetur. Atras ueſtes. pullas:lugubres. Et inane ſepulchrũ.cadauere uacuum:quod græci cenothaphiũ dicunt. Cenotaphiũ Falſis manibus.nõ ueris cũ nõdum philomela mortua foret. Signa deus bis ſex.iã inquit duodecim tranſierant menſes. Deus Apollo : qui idem eſt cum ſole. Luſtrauerat.illuſtrauerat.quo enĩ in ſigno ſol eſt:idem illuſtrare uidetur.q̃q̃ circunierat quoq; intelligere poſſumus. Quid faciat. facere poſſit Cuſtodia.cuſtodes a tereo appoſiti . Sic Vergilius . Cernis cuſtodia . qualis .

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Rigent:aſperi ſunt:ita ut inde niſi per ianuam exitus non detur. Os mutum facti caret indice.Os inquit mutum factum indicare nõ poteſt.

Grande doloris. Ingenium eſt.Hac ſententia probabilem reddit orationẽ poeta. Purpureas notas.Rubras litteras. Indicium ſceleris. A Tereo perpetrati.Vni ex ancillis. Euoluit.Explicat.

Veſtes:uelum a Philomela miſſum. Carmẽ fortunæ ſuæ.Litteras indices ſui infortunii. Mirum eſt potuiſſe.Silere ſubaudiatur: eſt autẽ parentheſis. Repreſſit.Compreſſit. Continuit. Cauſas autem exponit poeta quibus mota philomela ne unum quidem uerbum emiſit. Nec flere uacat:Nec flendi tempus habet. Sed faſq; nefaſq; confuſura ruit. Sed furit inquit omne ius & humanum & diuinum perturbatura. Pœnæq; in imagine tota eſt: In imaginatione pœnæ qua maritum afficiat. Sacra trieterica: Triennalia: quod tertio quoq; anno celebrabãtur Bacchi ſacra.A tribus nãq; annis qui ετη græce dicuntur Trieterica fuerunt appellata. Sithoniæ nurus. Traciæ. Sithonia enim Thraciæ pars eſt. Nox conſcia ſacris: Nocte enim ſacra Bacchi celebrabantur. Aeris acuti.Acute ſonantis. Deiq; ritibus:Secundum ritus ſacrorum Bacchi. Furialia:arma. bacchica: quibus mænades utebantur Pulchre autem baccharum habitum deſcribit.

Ceruina uellera.Ceruinæ pelles. Leuis haſta Quæ pampinis ornata Thyrſus uocatur. Bacchæ tuas. Furias: eſt autem apoſtrophe ad Bacchum. Inſignia bacchi:Baccharum ac mænadum habitus. Abdit: abſcondit ne agnoſceretur a quoq̃. Horruit. Cum quodam horrore extimuit eorum recordatione quæ a Tereo perpeſſa fuerat.Nacta locum Progne.Secretum ſub audiamus.Sacrorum:pignora:ornamenta ſacrificiorum Bacchi. Deuelat:Reuelat: Detegit.

Pelex ſibi uiſa ſororis. Cauſa cur non auderet philomela aſpicere ſororem. Teſtatiq; deos:In teſtimonium deos adducere. Dedecus illud: Illam ignominiam. Pro uoce manus fuit. Manu enim id ſignificabat: quod uoce indicare nõ poterat. Ardet.furit. Corripiens: Repræhendens. In omne nefas: ad omne nefas perpetrãdũ. Artificem Terea.Tanti ſceleris auctorem.

Structa rigent ſolido ſtabulorum mœnia ſaxo
Os mutum facti caret indice.grande doloris
Ingenium eſt:miſeriſq; uenit ſollertia rebus.
Stamina barbarica ſuſpendit candida tela:
Purpureaſq; notas filis intexuit albis
Indicium ſceleris:perfectaq; tradidit uni:
Vtq; ferat dominæ geſtu rogat.illa rogata
Pertulit ad ꝓgnen.nec ſcit quid tradat in illis.
Euoluit ueſtes ſæui matrona tyranni:
Fortunæq; ſuæ carmen miſerabile legit.
Et(mirũ eſt potuiſſe)ſilet:dolor ora repreſſit:
Verbaq; quærenti ſatis indignantia linguæ
Defuerant:nec flere uacat:ſed faſq; nefaſq;
Confuſura ruit:pœnæq; in imagine tota eſt.
Tempus erat:quo ſacra ſolẽt trieterica Bacchi
Sithoniæ celebrare nurus.nox conſcia ſacris.
Nocte ſonat Rhodope tinnitibus æris acuti.
Nocte ſua eſt egreſſa domo regina:deiq;
Ritibus inſtruitur.furialiaq; accipit arma.
Vite caput tegitur.lateri ceruina ſiniſtro
Vellera dependẽt.humero leuis incubat haſta.
Concita per ſiluas turba comitante ſuarum
Terribilis progne:furijſq; agitata doloris:
Bacche tuas ſimulat.uẽit ad ſtabula auia tãdẽ.
Exululatq; euoeq; ſonat portaſq; refringit
Germanãq; rapit: raptæq; inſignia Bacchi
Induit:& uultus hederarum frondibus abdit:
Attonitamq; trahens intra ſua mœnia ducit.
Vt ſenſit tetigiſſe domum philomela nefandã:
Horruit infelix:totoq; expalluit ore.
Nacta locũ progne ſacrorum pignora demit:
Oraq; deuelat miſeræ pudibunda ſororis:
Amplexumq; petit.ſed non attolere contra
Suſtinet hæc oculos pellex ſibi uiſa ſororis:
Deiectoq; in humum uultu iurare uolenti:
Teſtariq; deos:per uim ſibi dedecus illud
Illatum:pro uoce manus fuit.ardet:& iram
Non capit ipſa ſuam Progne: fletumq; ſororis
Corripiens.nõ eſt lachrymis hoc inqt agendũ
Sed ferro:ſed ſi quid habes quod uincere ferrũ
Poſſit.in omne nefas ego me germana paraui
Aut ego cum facibus regalia tecta cremabo.
Artificem medijs immittam Terea flammis.



Aut linguã:aut oculos:& q̃ tibi mẽbra pudorẽ
Abſtulerunt ferro rapiã : aut per uulnera mille
Sontẽ aĩam expellã:magnũ eſt quodcũq; paui
Quid ſit adhuc dubito:pagit dũ talia ꝓgne:
Ad matrem ueniebat Itys:quid poſſit:ab illo
Admonita eſt:oculiſq; tuens immitibus ah q̃
Es ſimilis patri:dixit:nec plura locuta
Triſte parat facinus:tacitaq; exæſtuat ira.
Vt tamen acceſſit natus:matriq; ſalutem
Attulit:& paruis adduxit colla lacertis.
Mixtaq; blanditiis puerilibus oſcula iunxit.
Mota qdem eſt genitrix:ifractaq; cõſtitit ira .
Inuitiq; oculi lachrymis maduere coactis.
Sed ſimul ex nimia mentem pietate labare
Senſit:ab hoc iterũ ẽ ad uultus uerſa ſororis .
Inq; uicẽ ſpectant ambos:cur admouet inquit
Alter blanditias? rapta ſilet altera lingua?
Quã uocat hic matrẽ:cur nõ uocat illa ſororẽ
Cui ſis nupta uide Pandione nata marito.
Degeneras:ſcelus eſt pietas in cõiuge Tereo .
Nec mora traxit Itym : ueluti gãgetica ceruæ
Lactentem fœtum per ſiluas tigris apocas.
Vtq; domus altæ partem tenuere remotam:
Tendentẽq; manus:& iam ſua fata uidentem.
Et mater:mater clamantem:& colla petentem.
Enſe ferit progne:lateri qua pectus adhæret.
Nec uultum uertit:ſatis illi ad fata uel unum
Vulnus erat:iugulũ ferro philomela reſoluit .
Viuaq; adhuc:animæq; aliqd retinẽtia mẽbra
Dilaniat:pars inde cauis exultat ahenis :
Pars uerubus ſtridet:manãt penetralia tabo.
His adhibet coniunx ignarum Terea menſis .
Et patrii moris ſacrum mentita:quod uni
Fas ſit adire uiro:comites famuloſq; remouit
Ipſe ſedens ſolio.Tereus ſublimis auito
Veſcitur:inq; ſuã ſua uiſcera congerit aluum .
Tantaq; nox animi ẽ.Itym huc accerſite dixit .
Diſſimulare nequit crudelia gaudia progne .
Iamq; ſuæ cupiens exiſtere nuncia cladis .
Intus habes:quod poſcis ait:circũſpicit ille
Atq; ubi ſit:quærit:querenti iterumq; uocanti
Sicut erat ſparſis furiali cæde capillis
Proſiliuit:Ityſq; caput philomela cruentum

Et quæ tibi membra pudorem Minatur Progne ſe Terei inguina quibus Philomelam uiolauit:gladio amputaturam. Pudorem uirginitatem. Abſtulerunt. Syſtole qualis illa Vergiliana . Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes .

Sontem animam.Nocentem.ſceleratam Terei animam e corpore expellam. Magnum eſt Suppliciũ malũue ſubintelligat. Peragit dũ talia progne. Dum talia loquitur. Quid poſſit ab illo admonita eſt . Quo malo inquit afficere Tereum poſſit ex Ityli aduentu cognouit.De illo nanq; interficiendo cogitare cœpit. Ah q̃:ĩdignationi ſeruiens eſt illa interiectio hoc loco Alibi & miſerationi. Acceſſit.Appropinquauit.

Matriq; ſalutem atttulit.hoc eſt. Matrem ſalutauit. Et paruis adduxit colla lacertis. Et matris colla paruis brachiis circundedit Mota quidẽ eſt genitrix.Commota:quia mater erat

Matres nanq; filios natura caros habent. Infractaq; conſtitit ira.Hoc eſt ira quam conceperat in filiũ ꝓgne ipſius blãditiis fracta. Labare Vacillare:& ad miſericordiã cõmoueri. Ab hoc ab huius Ityli aſpectu. Inq; uicem. Viciſſim per uices . Pandione nata.Seipſam alloqtur ꝓgne. Eſt aũt emphaſis .Ac ſi diceret ſe natã eſſe e pãdione uiro generoſiſſimo.oĩq; uirtute predito rege. Cui marito . Ac ſi diceret . turpiſſimo omniumq; nefandiſſimo. Degeneras:ſeipſam arguit progne:quod a ſuis degenerat. Si tantũ ſcelus patiatur multum in coniuge Tereo.Si eſſet ſoluta oratio in coniugem Tereũ diceremus Pietate inqt ut in coniugem Tereum ſcelus eſt .

Gangetica tigris.indica a gange maximo Indiæ fluuio. Adhæret.adiungitur:ſignificat autem Itym a matre inter latus & pectus fuiſſe percuſſum. Nec uertit uultum.Magna matris ſæuitia atq; indignatio que citra uultus auerſionẽ filium necare ſuſtinuerit. Ad fata.Ad mortem

Exultat.Feruet. Partẽ uero Itys carnium elixã partẽ toſtã fuiſſe ait. Manant penetralia tabo. Interiora ædiũ loca tabo & ſãie pueri occiſi fluũt

Ignarũ.Terea.Cædis filii inſciũ. His mẽſis.his epulis.Cõtinens enĩ pro cõtento ſæpenumero a poetis ponitur. Et patrii moris ſacrum.Atheni enſe ſacrificium.His autem ueriſimilia reddit ea que progne & Philomela perpetrata fuiſſe narrantur. Vni uiro.Soli marito. Solio auito:ſede auorum. Sua uiſcera:ſuas carnes.Nam itys ex Terei ſanguine fuerat conceptus. Tãtaq; nox animi eſt.Acclamatio eſt in hominum cæcitatẽ

Accerſite.Aduocate. Diſſimulare nequit:occultare non poteſt.Eſt enim diſſimulare fingere id non eſſe:quod ſit. Crudelia gaudia.Læticiã ex crudeli filii cæde:quem pater uorauerat. prouenientẽ. Iãq;.Statimq;. Intus habes . Intra temetipſum habes. Vbi ſit.Itys ſubauditur.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Meritis dictis:cōuenientibus uerbis. Thracius:tereus. Thracius tyrānus. Repellit. Euertit. Ciet: uocat. Vipereas sorores:furias q̄ pro crinibus uiperas habere dicūtur. De ſtygia ualle. Ab iferis. Reſerato pectore. Aperto. Egerere:eiicere:euomere. Geſtit:cupit. Emerſa. Immerſa uiſcera filii. Seq; uocat buſtū. Sepulchrū filii. Carnes.n.illius in ſtomacho habebat. Nunc ſeqtur:Modo pſeqtur. Nudo ferro:ſtricto enſe. Corpora Cæcropidū. Athenienſiū ꝓgnes & philomelæ. Pēnis pendere putares. Alis in aere aliqs pēdere putaret. In aues nāq; iā fuerāt trāſmutatæ. Quaꝝ petit altera ſiluas. Philomela:quæ in luſciniā fuit cōuerſa. Altera tecta ſubit:Progne quæ in hirūdinē fuit trāſfigurata.

Prógne in hirundinem

Philomela in luſciniam

Notæ cædis:ſigna cædis. Signataq; ſanguine pluma eſt. Pluma inqt eſt maculis ſanguineis infecta & hirundinū & luſciniaꝝ. Pœne cupidine:q̄ ꝓgnen philomeláq; afficeret. Vpupam aút quæ a græcis epops appellatur poeta deſcribit. Cui ſtant:erectæ ſunt. Immodicū: maximū. Pro lóga cuſpide.pro lōgo enſe quo fugiētes pſequebatur. Facies armata uidetur: Ita.n. pēnæ circa oculos ſūt diſpoſitæ: ut eos galea fere tectos habere uideaꝛ: ideoq; toruo ē aſpectu hæc auis. Hæc aūt oía in Daulide q̄ ſupra cheroniá eſt:ubi Tereus regnauit:ꝑpetrata fuiſſe Pauſanias ſcribit: q̄uis Megarēſes affirment circa fontes q megaridis uocātur illa fuiſſe geſta. Eoꝝ uero locoꝝ ditionē Tereus amiſit ꝓpterea quæ & ipſe in philomelá & ꝓgne philomelaq; aduerſus Itym admiſerūt. Vnde Megaris ſibi ipſe mortē cōſciuit Tereus: cui Megarēſes & tumulū ſtatim crexerūt:& ſingulis quibuſq; annis ſacra pſoluerūt:in qbus calculis ꝓ hordeo utuntur. Ibi upupá auē pͥmū uiſam aſſerūt. Mulieres aūt athenas rediſſe lugētes qd paſſe eēnt lachrymiſq; ſe miſerabiliter cōfeciſſe: Vnde eaꝝ in luſciniá & hirūdinē trāſfiguratiōes cōfictæ fuere: ea occaſione: qđ hæ aues neſcio qd miſerabile & luctui ſimile canūt. Hic dolor ante diē. Pādiōi: dolore quē ex filiabus cōceperat mortuo Erechtheus a pallade educatus:ut ſcribit Home.& athenieſibus rex traditus i regno ſucceſſit: cuius filiá Orythiá amauit Boreas thraciæ uētus & rapuit: in Thraciáq; aſportauit: ex q̄ filios duos ſuſtulit. Zetū & calain: q pueri qdem ſine alis fuerūt. Iuuenes uero alati effecti: una cū aliis argonautis ad uellus aureū rapiendū ſunt ꝓfecti. Tartarea ad umbras:ad inferos. Vt aūt pauſanias in attica ſcribit. Pandió oíno iſelix in filiaꝝ educatiōe fuit neq; eaꝝ filii relicti ſūt ulli iniuriæ ultores: tamet ſi:ut fortuná augeret:cū Thracæ affinitatē iūxerit Sed nulla ē mortalibus euadēdi uia: qđ a deo futuꝝ ē. Sceptra loci:athenaꝝ imperiū. Reꝝ moderamē. Regni gubernationē. Sed erat par forma duaꝝ. E quattuor filiabus duas æquales pulchritudie fuiſſe ait Procrin q̄ Cephalo Aeoli filio nupſit:& Orithyá q̄ a Borea dicitur fuiſſe rapta.

Tereus í upupam

Orithyiæ raptus

Boreæ Tereus Thraceſq; nocebant. Crudelitas inqt Therei ac Thracū Boreæ ne Orithyá ducere uxorē nocebát. Deus:Boreas. Horridus ira: Terribilis indignatiōe. Boreæ aūt naturá deſcribit. Eſt.n.uētus ualde ipetuoſus & uiolētus. Et merito dixit. Merito Boreas ſeſe carere Orithyia cōfeſſus ē: qn̄ blandiciis q̄ uiribus uti maluerit.

Admoui. Appoſui. Quarū me dedecet uſus. Quibus mihi turpe ē uti. Cælo apto. Aere patenti:í quo uēti cōfligūt. Tāto molimine luctor:tantis uiribus reſiſto. Vt medius noſtris: Phyſicorū ſciam ſeqtur: q ex colliſiōe nubiū & tonitrua aiūt cōmoueri:& fulmía emitti. Eliſi ignes. expulſi:

Miſit in ora patris:nec tempore maluit ullo
Poſſe loqui:& meritis teſtari gaudia dictis.
Thracius ingenti menſas clamore repellit:
Vipereaſq; ciet ſtygia de ualle ſorores:
Et modo ſi poſſet reſerato pectore diras
Egerere inde dapes:emerſaq; uiſcera geſtit.
Flet modo: ſeq; uocat buſtum miſerabile nati.
Nunc ſequitur nudo genitas Pandione ferro.
Corpora Cecropidum pennis pēdere putares.
Pendebant pennis:quarum petit altera ſiluas:
Altera tecta ſubit:neq; adhuc de pectore cædis
Exceſſere notæ:ſignataq; ſanguine pluma eſt.
Ille dolore ſuo:pœnæq; cupidine uelox
Vertitur in uolucrē: cui ſtant in uertice criſtæ.
Prominet imodicum ꝓ longa cuſpide roſtrū.
Nomen epops uolucri.facies armata uidetur.
Hic dolor ante diem:lōgæq; extrema ſenectæ
Tēpora tartareas Pandiona miſit ad umbras.
Sceptra loci reꝝq; capit moderamē erechtheuſ
Iuſticia dubium ē:ualidis ue potētior armis.
Quattuor ille q̄dē iuuenes: totidem q; crearat
Fœmineæ ſortis:ſed erat par forma duarum:
E quibus æolides Cephalus te coniuge fælix
Procri fuit. Boreæ Tereus thraceſq; nocebant:
Dilectaq; diu caruit deus Orithyia:
Dum rogat: & præcibus mauult q̄ uiribus uti.
Aſt ubi blanditijs agitur nihil:horridus ira
Quæ ſolita eſt illi nimiumq; domeſtica uento
Et merito dixit. quid enim mea tela reliqui?
Seuiciam:& uires:iramq;:animoſq; minaces?
Admouiq; præces:quarū me dedecet uſus?
Apta mihi uis eſt:hac triſtia nubila pello.
Hac freta concutio:nodoſaq; robora uerto.
Induroq; niues.& terras grandine pulſo.
Idem ego cū fratres cælo ſum nactus aperto:
(Nā mihi cāpus is eſt)tanto molimine luctor:
Vt medius noſtris concuſſibus inſonet æther:
Exiliantq; cauis eliſi nubibus ignes.



eſt autem fulminum periphraſis. Idem ego cum ſubii. Terræ motus:ex phiſicorum ſententia:fiunt a uentis: In cauernis terræ clauſis:unde ſine magno impetu exire non poſſunt. Sollicito:infeſto : perturbo. Excuſſit pennas:concuſſit alas:ex quarum iactatione maximū uentum excitatum fuiſſe ait. Puluream pallam:puluerulentá ueſtem:quæ eleganter Boreæ attribuitur:quod eo uento flāte maximus excitatur puluis. Ignes :amores: Necprius aerii curſus.nec prius inquit uiolare deſtitit: q̄ ad Cicones Thraciæ populos perueniſſet. Actæa Athenienſis. Orithya. Gelidi tyranni:Boreæ uenti:qui omnium eſt frigidiſſimus. Partuq; enixa gemellos.

Idem ego cum ſubii conuexa foramina terræ:
Suppoſuiq; ferox imis mea terga cauernis:
Sollicito manes:totumq; tremoribus orbem.
Hac ope debueram thalamos potiiſſe: ſocerq;
Nō orādus erat mihi:ſed faciēdus Erechtheus
Hæc Boreas:aut his non inferiora locutus:
Excuſſit pennas:quarum iactatibus omnis
Afflata ē tellus:latumq; perhorruit æquor.
Puluereaq; trahens per ſumma cacumina palā
Verrit humū:pauidaq; metu caligine tectus
Orithyam adamans fuluis cōplectitur alis.
Dum uolat:arſerunt agitati fortius ignes.
Nec prius aerii curſus ſuppreſſit habenas.
Quā ciconū tenuit populos & mœnia raptor
Illic & gelidi coniunx actæa tyranni.
Et genitrix facta eſt:partuq; enixa gemellos.
Cætera qui matris:pennas genitoris habebant.
Nō tamē has memorāt una cū corpore natas.
Barbaq; dum rutilis aberat ſubnixa capillis:
Implumes Calaiſq; puer zeteſq; fuerunt.
Mox pariter pennæ ritu cepere uolucrum
Cingere utrūq; latus:pariter flaueſcere malæ.
Ergo ubi conceſſit tempus puerilæ iuuentæ.
Vellera cum minyis nitido radiantia uillo
Per mare non notum prima petiere carina.

Eniti ꝓprie mulieres dicuntur cū pariunt. Gemellos:zetem & Calim. Pēnas genitoris. Alas Boreæ patris. Nam uēti cū alis ēt nunc pinguntꝛ

Zetes & Calais alati

Subnixa:ſubiecta. Rutilis capillis. Flauis crinibus. Implumes:ſine plumis & alis. zetes aūt legendū eſt nō zetus ut fere in exēplaribus ē deprauatū. Flaueſcere:flaue fieri lanugine naſcēte. Ergo ubi cōceſſit. poſteaq̄ inqt iuuenes ꝑfecti ſunt:una cū aliis argonautis ad rapiēdum uellus aureū nauigauerunt. Hæc aūt ad ſeptimi libri initiū apte cū ſexti fine copulandū narranꝛ.

Cōceſſit:locū dedit. Vellera radiantia: pelem arietis aureá quē Phrixus cū ab eo ad Colchos uſq; incolumis fuiſſet delatus:Ioui phixio hoc ē fugæ fauenti imolauit:ac eius pellē aurei uelleris dicauit. Ná Athamaſas Aeoli filius Crethæiq; frater:ut ſcribit Apollōius:ex Nephela uxore duos ſuſtulit liberos Phrixō & Hellen : ſed Nephele mortua:Ino filiis nouercá ſupinduxit : q̄ utpote nouerca prioris filios uxoris odio pſequi cœpit. Cūq; agri illius incātamentis ſteriles facti eſſent: uates ſubornauit q Athamāti referrēt agros non aǹ fertiles futuros: q̄ filii prioris uxoris iterficerētur. Cæteꝝ phrixus ꝑiculi iminentis admonitus arietē una cū ſorore Helle aſcēdit. q mare ingreſſus cū ad troicū pelagus ꝑueniſſet:Helle in mare cadēs ei nomē dedit. Inde.n. Helleſpōtus fuit appellatus. Phrixus aūt in Scythiam uectus Ioui Phyxio:qđ eius ope nouercæ fugerat iſidias arietē ipm imolauit:uelluſq; aureū eidē dicauit: qđ qdē in luco Martis a ꝑuigili dracone tauriſq; ꝑ nares ignē efflantibus cū cuſtodireꝛ: ab Iaſone raptū:atq; in theſſaliá fuit aſportatū. Cū Minyis. Minyæ populi fuerūt theſſaliæ antiquiſſimi.

Minyæ

Prima carina:prima naue:Ná argo prima oium nauis fuiſſe perhibetur.

Raphelis Regii in ſeptimum metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

P. Ouidii Naſonis metamorphoſeos lib.vii

i Amq; fretū Minyiæ Pagaſea puppe ſecabant.
Perpetuaq; trahēs inopem ſub nocte ſenectam

i Amq; fretū minyæ. Narraturus poeta quēadmodū dētes ab Iaſone ſeminati in homies armatos fuerūt trāſformati Apollōiū q argonautica ſcripſit:potiſſimū ſeqꝛ:Argonautaꝝq; in Colchos ꝓfectionē: Medeq; amores copioſiſſime deſcribit. Cá aūt illius Iaſonis ꝑegrinatiōis hæc fuiſſe narraꝛ: Tyro Salmonei filia Neptuno pepit Neleū & Peliá: deinde nupſit Cretheo Aeoli filio:eiq; pepit Aeſonē. Pheretē:& Amythaonē. Ac ex pherete qdē naſciꝛ Admetus:ex Amythaone Melāpus:ex Aeſone Iaſon:q ēt Chironi alēdus:medicináq; docēdus fuit traditus a patre:qui ſenio cōfectus tantiſꝑ dū filius creſceret:regnū Theſſaliæ peliæ fratri cómēdauit. Cæteꝝ Pelias oraculū ab Apolline accepat:ut ſibi ab eo caueret:quē cū ſolo calceo ad ſe uenientē uideret: Fore.n.ut opa eius eēt moriturus. Iaſon aūt iá grandior effectus: cū ad patruū rediret:forte in ripa Anauri Theſſaliæ fluuii offēdit Iunonē uetulæ ſimilē: q̄ uidebaꝛ uelle qdē fluuiū trāſire:ſed nō audere:qđ uidēs Iaſon illá humeris ſuſcipiēs in ulteriorē fluuii ripá trāſtulit altero ex calceis in flumíe amiſſo. Sicq; Iaſon ad Peliá cū altero calceo ꝑuenit: q oraculi recordatus : uerituſq; ne ab ipſo iterficereꝛ:illi mádauit expeditionē in Colchos admodū ꝑiculoſam ad uellus aureū rapiendū: putás eū aut ab aliquo iterfectū iri:aut certe in mari alienaue terra ꝑituꝝ. Sed Iaſon oí collecta Græciæ iuuētute Argoq; naue fabricata:ad Colchos ꝓfectus:& uellus aureū rapuit:& Medeá æete regis filiam ſecū in patriá reuexit. Iáq; fretū Minyæ:populi ſūt Theſſaliæ Minyæ a Minya Neptuni filio:q illis ipauit:denomiati. Pagaſea

Iaſonis expedilio in colchos

Minyæ populi unde



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Pagaſæ
Phineus

puppe.Sic qdem legendũ eſt:non pegaſea:ut fere in exẽplaribus eſt deprauatũ.Pagaſeæ.n.ſunt & promõtoriũ & urbs Theſſaliæ dictæ απο Τον παγηναι τηναργω hoc eſt compingẽda & fabricanda argo naue. Demetrius aũt Scepſius απο Των πηγων qbus irrigat̃ locus in quo ẽt templum eſt Pagaſei Apollinis. Phineus uiſus erat.Phineus rex fuit Thraciæ:q ut Dionyſius in argonautis narrat:dimiſſa Cleopatra uxore:Harpalicẽ Scyticã filiis ſupinduxit nouercã:cui ut gereret morẽ:ꝓprios filios cũ excecaſſet:ipſe quoq; a diis fuit oculis ꝓuatus:atq; hac inſup pœna affectus:ut ei Harpyiæ fœdiſſime aues eſcas & raperẽt & fœdarent:quas ſuſcepti hoſpitio cum aliis argonautis zetes & Calais alati iuuenes: ut illi gratiã referrẽt:ſtrictis enſibus ex Thracia uſq; ad ploras iſulas:q̃ poſtea a cõuerſione eoꝝ Strophades fuerũt appellatæ:pſecuti ſũt. Sub nocte cæcitate. Virgicas uolucres:harpyas: q̃ uirgieas facies hẽbant. Limoſi Phaſidos.Phaſis fluuius ẽ Colchoꝝ.uñ phaſiãi fuere denoĩati. Phrixea uellera. A phrixo Ioui phrixo cõſecrata. Vellera aurata:qđ qdẽ iccirco fictũ ẽ:ut Strabo ait:qđ apud Colchos torrẽtes dñr aurũ deferre:qd barbari pforatis tabulis & lanoſis pellibus excipiũt. Vnde aurati uelleris fabula eſt cõficta. Voxq; datur. Rñſum dat̃:magnos ieſſe labores in rapiẽdo uellere aureo ſignificans. Nã & tauri ignẽ naribus oreq; efflantes erãt domandi iugoq; ſubiiciẽdi: & dẽtes draconis ſeminandi:& ipetus hoĩum armatoꝝ ex draconis dẽtibus natoꝝ ſuſtinẽdus:& puigil draco uelleris aurei cuſtos ſopiẽdus. Magnoꝝ laboꝝ:magnorũ certaminũ. Aetias. Medea Aeete regis Colchorum filia.Sane Aeeta prima cũ æ diphthõgo ſcribit̃:nõ cũ œ: ut quidam ꝑcipiũt.& fere in exẽplaribus ẽ deprauatũ. Et luctata diu.poſtea q̃ diu amori repugnauit.Elegãter aũt uirginis amore captæ cogitatiões expõit.

Medeæ amores
Aeeta

Furorem:amoris rabiem. Fruſtra Medea repugnas.Seipſam Medea alloquit̃.Adeo aũt amoris iperita uidet̃:ut cũ Iaſonis amore capta ſit: an amet tñ adhuc dubitet. Aut aliqd certe :aut qdẽ legit̃:ſed an fortaſſe legẽdũ ẽ: q̃ pticula:& dubitantes:& iterrogantes:& ſoluẽtes utimur. Cũ enĩ Medea adhuc dubitaſſet qd illud eẽt:an aliqd ẽ inqt amori ſimile:ac deĩde amorẽ eẽ oñdit. Nã cur iuſſa patris.Colligit ex his Medea ſe captam eẽ Iaſonis amore:& qđ q̃ mandarat Iaſoni Aeæta nimiũ difficilia factu uidebant̃: & qđ illi quẽ pauloante uidiſſet adeo timebat. Sũt quoq; dura nimis.Nõ ſolũ uideri ſed eẽ quoq; nimiũ dura q̃ Iaſoni Aeetæ iuſſu erant pagẽda aſſeuerat Medea.Nam & in domitos tauros ignẽ ore naribuſq; efflãtes iugo ſubiicere:& tot hoĩm armatorũ ipetus ſuſtinere:& puigilẽ draconẽ debellare: q̃ ipauerat Aeæta:difficilima ſunt factu. Mõ deniq;:nũc ſolũ. Tanti timoris:tantæ ſollicitudĩs.

Excute uirgineo:ſeipſam Medea alloqtur tanq̃ alii uerba faciat. Noua uis:magna amoris potentia mihi nũq̃ ante hac experta. Aliudq; cupido:aliud inqt amor:Aliud rõ mihi oſtẽdit. Video meliora.Cognoſco.Hic aũt colligit Medea ſe non errore:ſed dedita opera amori indulgere

Quid in hoſpite:cur inqt cum ſis filia regis pegrini amore ardes. Regia.regis filia. Alieni orbis: alienæ regionis. In diis eſt.In deoꝝ manu ac poteſtate. Quid.n.cõmiſit Iaſon?Quid mali fecit. Nõ tangat.non commoueat. Lucretius de deo loquẽs.Nec bene ꝓ meritis capit̃:nec tangit̃ ira. Virtus:fortitudo & corpis robur. Vt cætera deſint.Vt cætera deeſſe concedam. Mouere:pellicere ad amandũ.Taurorum afflabitur ore: Taurus απο Του τεινειν Την ουραν.hoc eſt:ab extẽdenda cauda dicit̃.Oportebat aũt Iaſonem tauros ignẽ naribus efflantes iugo ſubiicere:bene uero amans ſollicita eſſe fingit̃ de periculis amato ipendentibus. Cõcurretq;:confligetq; inquit cum hominibus natis ex dẽtibus draconis ab ipſo ſeminatis. Suæ ſegetis.Semẽtis ab ipſo factæ.

Auido draconi:inſatiabili. Hoc ego ſi patiar:ut draconi obiiciatur Iaſon. Tunc me de tigride natã.Tunc

Phíneus uíſus erat:iuueneſq; Aquilone creati
Vírgineas uolucres miſeri ſenis ore fugarant
Multaq; perpeſſi claro ſub Iaſone:tandem
Contigerãt rapidas limoſi Phaſidos undas.
Dũq; adeunt regẽ:phrixeaq; uellera poſcunt.
Voxq; datur Minyis magnoꝝ horrẽda laboꝝ.
Concipit interea ualidos Aeetias ignes:
Et luctata diu poſtq̃ ratione furorem
Vincere nõ poterat:fruſtra Medea repugnas
Neſcio quis deus obſtat ait:mirũq; qđ hoc ẽ?
An aliquid certe ſimile huic:qđ amare uocat̃?
Nã cur iuſſa patris nimiũ mihi dura uidentur?
Sũt quoq; dura nimis:cur quẽ mõ deniq; uidi:
Ne pereat timeo?quæ tanti cauſa timoris?
Excute uirgineo conceptas pectore flammas
Si potes infelix:ſi poſſem ſanior eſſem.
Sed trahit inuitam noua uis:aliudq; cupido
Mens aliud ſuadet:uideo meliora proboq;:
Deteriora ſequor:quid in hoſpite regia uirgo
Vreris?& thalamos alieni concipis orbis?
Hæc quoq; terra põt:qđ ames dare:uiuat an ille
Occidat in diis eſt:uiuat tamen:idq; precari
Vel ſine amore licet:quid enim cõmiſit Iaſon?
Quem niſi crudelem non tangat Iaſonis ætas
Et genus:& uirtus?quẽ non:ut cætera deſint:
Forma mouere põt?certe mea pectora mouit.
At niſi opem tulero:taurorum afflabitur ore:
Conurretq; ſuæ ſegetis tellure creatis
Hoſtibus:aut auido dabitur fera p̃da draconi.
Hoc ego ſi patiar:tunc me de tigride natam:
Tũc ferrũ & ſcopulos geſtare in corde fatebor
Cur non & ſpecto pereuntẽ:oculoſq; uidendo



inquit me crudeliſſimam eſſe fatebor.Crudeles enim & de tigride nati:& ferrum in corde geſtare dicunt̃. Cõſcelerato:ſceleratos officio:eſt autem pulchra ironia.qua ſibi talia non eſſe facienda proponit Medea. Exhortor:Incantationibus ſtimulo. Terrigenaſq; feros:homines e terra natos. Inſopitum draconem. peruigilem qui nunq̃ ſopitur. Prodam ne:diſtrahitur Medeæ animus tum ab amore:tum ab honeſto:ut cui pareat ignoret. Neſcio quis aduena:ac ſi diceret:ignotus quidam peregrinus. Vt per me ſoſpes:ut opera mea inqt Saluus & incolumis me relicta diſcedat:& patriãq; ſuam reuertatur. Det lintea uentis.Nauigando recedat:Nam dare lintea E uela uentis eſt nauigare. Pœnæ. ſupplicio quod de me pater ſumet. Is uultus. talis uultus quem græci απροσωπον uocant.Et dabit ante fidem.Et anteq̃ illi opem feram:mihi iureiurando promittet me ſibi uxorem futuram. Nam dare fidem eſt ſancte aliquid promittere.

Dare fidem

Quid tuta times:ſeipſam reprehendit Medea quod ea timeat quæ non ſunt metuenda. Accingere.preparare ad opem Iaſoni ferendã. Tibi ſe ſemper debebit Iaſon.hoc eſt Iaſon ſemp tuus erit. Face ſolẽni legitimo matrimonio.A pte totum nãq; intelligimus.Quinq; autẽ faces ritu romano nouis nuptiis preferebantur. Seruatrix celebrabere.iuuẽtutis Græcæ ſeruatrix laudibus extolleris. Ergo ego:hactenus Medea amori eſt obſecuta:nũc ad honeſti cogitatiouem ita redit:ut ſtatim illam abiiciat: Ergo:affectui ſeruit hoc loco & indignationi hæc particula ergo. Indignatur nãq; Medea quod ſororẽ fratrem:patrem:ac patriã relinquere poſſit. Ventis ablata Nauibus auecta:quæ uentis aguntur: Relinquam:relinquere poſſim.Eſt ãt cũ interrogatiõe legendũ. Nẽpe pater ſæuus:obiectiõibus ita reſpondet Medea:ut colligat oĩno Iaſonẽ eẽ iuuãdum:ſibiq; coniugio copulandũ. Nẽpe:ꝑfecto

Stant mecũ uota ſororis:hoc ẽ ſoror Circe mecũ ſentit. Maximus deus:cupido. Titulũ:gloriam:enumerat aũt Medea qbus potitura eſt: ſi Iaſonẽ fuerit ſecuta:quæ quidẽ ipſi maiora uidẽtur q̃ que relinquit. Loci melioris.cultioris:ciuilioris. Fama:gloria. Viget: floret. Cultus:ornatus. Quẽq; ego.magno amore illum Medea ꝓſequit̃ quẽ cũ oĩbus totius orbis rebus nõ pmutaret. Et uertice ſidera tangã.illi uertice ſidera tangere dñr:qui ſibi felices uidentur.

Quid:quod neſcio q.Aliam cãm aſſignat Medea qua Iaſonẽ ſequendum nõ eẽ ſibi perſuadet. Multa nãq; noua piculoſaq; ſe uiſuram ait:quales ſunt Cyaneæ petræ ad Thraciũ Boſpoꝝ :que inter ſe concurrere dñr. Neſcio q montes.Cyaneas petras inuit:que & Symplegades dicuntur: quod concurrere ac copulari uidentur. Ratibuſq; inimica charibdis.uorago eſt in freto Siculo naues ad ſe trahens atq; abſorbẽs. Scylla rapax.Scylla Phorci filia uenenis Circes in mõſtrũ conuerſa ſe in fretum Siculum ꝓcipitauit:ubi nauibus fingitur inſidiari.Sunt aũt loca in freto Siculo ualde periculoſa:Scylla & charybdis:quorũ alter Italiæ:Scylla uero adiacet Siciliæ. Siculo profundo.In Siculo freto. Cõiugium ne putas Rõe a ſcelere Medea reuocat̃. Se ãt ip̃a rep̃hẽdit quod facinori ſuo honeſtũ matrimonii nomẽ ꝓtendat. Specioſa:pulchra & honeſta. Quin. immo. Aſpice:cõſidera. Dum licet.dũ potes.

Rectũ:honeſtũ. Pietas.In parentes & patriã

Conſcelero?cur nõ tauros exhortor in illum?
Terrigenaſq; feros inſopitum draconem?
Dii meliora uelint:quãq̃ non iſta precanda:
Sed faciẽda mihi:prodã ne ego regna parẽtis?
Atq; ope neſcio quis ſeruabitur aduena noſtra
Vt per me ſoſpes ſine me det lintea uentis:
Virq; ſit alterius?pœnæ Medea relinquar?
Si facere hoc aliamue poteſt præponere nobis
Occidat ingratus:ſed non is uultus in illo
Non ea nobilitas animo eſt:ea gratia formæ:
Vt timeam fraudem:meritiq; obliuia noſtri.
Et dabit ante fidem:cogamq; in fœdera teſtes
Eſſe deos:quid tuta times?accingere & omnẽ
Pelle moram:tibi ſe ſemper debebit Iaſon.
Te face ſolẽni iunget ſibi:perq; Pelaſgas
Seruatrix urbes matrum celebrabere turba.
Ergo ego germanã:fratrẽq;:patremq;:deoſq;:
Et natale ſolum uentis ablata relinquam?
Nẽpe pater ſæuus:nẽpe ẽ mea barbara tellus.
Frater adhuc infans:ſtant mecũ uota ſororis.
Maximus intra me deus ẽ nõ magna relinquã
Magna ſequar:titulũ ſeruatæ puppis Achiuæ
Notitiamq; loci melioris:& oppida: quorum
Hic quoq; fama uiget:cultuſq;:arteſq; uirorũ:
Quẽq; ego cũ rebus q̃s totus poſſidet orbis:
Aeſonidẽ mutaſſe nolim:quo cõiuge felix
Et diis cara ferar:& uertice ſidera tangam.
Quid?q; neſcio qui mediis incurrere in undis
Dicũtur montes?ratibuſq; inimica charybdis
Nũc ſorbere fretũ:nũc reddere:cinctaq; ſæuis
Scylla rapax canibus Siculo latrare profũdo?
Nẽpe tenẽs qđ amo:gremioq; in Iaſõis hæres
Per freta lõga ferar:nihil illũ amplexa timebo
Aut ſi quid metuam:metuam de coniuge ſolo.
Coniugiũ ne putas:ſpecioſaq; nomina culpæ
Imponis Medea tuæ?quin aſpice quantum
Aggrediare nefas:& dum licet effuge crimen.
Dixit:& ante oculos rectum:pietaſq;:pudorq;:



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

amor. Et uicta dabat. Iam inquit cupido ab honeſto & pietate uictus a Medeæ mēte recedebat. Ibat ad antiquas Hecates Perſcidos aras. Hecate: ut ſcribit Dioniſius mileſius filia fuit Perſei ſolis filii: In illis naq; locis duo ſolis filii nati ſunt perſeus & æeta. quorum alter Colchis circa Mæotidē paludē īpauit. Perſeus uero ī Taurica regione regnauit: q cū grandior natu eēt: uxorē duxit unam ex īcolis nymphis ex qua Hecatē filiam ſuſcepit: q̄ cū uirago eēt: ac uenatrix: pria dicit̄ peſtiferas herbaꝝ radices īueniſſe: pitiſſimaq; & uenenoꝝ & coꝝ que hoī opitulant̄ fuiſſe: propriūq; patrem ueneno necaſſe. A patruo uero Aeta in Colchos accerſita uxor eſt ducta: ex qua & Circem & Medeam ſuſcepit: q̄q̄ Heſiodus in Theogonia Circen ſolis filiā fuiſſe dicat. Hic uero coarguit̄ coꝝ error q dicunt Hecaten pſcida idcirco uocari: quod Perſeus in Dianæ ſacrificiis īuocabat̄. Ad antiq̄s aras. ad uetuſta templa. Hecates pſcidos. Perſei filiæ. Eſt etiam Hecate eadem cum ꝓſerpina & Diana. Vt ſolet a uentis. Pulchra ſimilitudīe oſtendit poeta: quo modo medea iterum cœperit amore Iaſonis ardere. eſt aūt ordo. Vt pua ſcintilla que ſuperinducta fauilla ſolet reſumere alimenta a uētis & creſcere. Specie. Pulchritudīe. Præſentis. Iaſonis

Hecate
Perſeus & Aeta fratres

Circe & Medea ſorores

Reſederat. requieuerat. Et caſu. & forte inqt Iaſon illo die formoſior fuit q̄ conſueuerat. Tū deniq;. Tunc ſolū. Demū. n. & deniq; interdū ſolum aliquando tandē ſignificant. Torū. lectū nuptialem ac nuptias ipſas. Triformis deæ. Hecates que & luna & Diana & proſerpina creditur eſſe. Lucoq; foret quod numen in illo: Per prepoſitio ſubintelligatur hoc eſt. per numen Hecates Perſei filiæ: quæ in illo luco colebatur. Perq; patrem ſoceri. per Solem Acetæ patrē: quē ſibi ſocerū Medeæ coniugio cupiebat. Creditus. Cōtra loquēdi conſuetudinē hoc participio uſus poeta eē uidet̄. Res enī credita eleganter dicitur. Iaſon uero creditus non ita niſi pro commiſſo accipiatur. q̄q̄ creditus ēt gratus intelligi poſſit. Cantatas herbas. Incantatas. Neq;. n. Medea Hecate matre minor fuit uenefica. Sacrū mauortis in aruum. in ſacrum martis lucum. Medio agmine. Media multitudine. Purpureus purpuratus ac purpura ornatus. Purpureū enī dicimus quod totum ex purpura conſtat. purpuratum uero purpura ornatum. Adamanteis naribus. Quæ ne igne quidem poterant domari. Adamas nanq; lapis ē q nulla alia re q̄ hircio ſanguine domatur. Vnde & nomen accipit. Nam δαμάζω domo ſignificat. a uero particula eſt priuatiua. Aeripedes. ære pedes armatos habentes.

Demum
Deniq;

Pleni camini. Plenæ carbonibus ignitis fornaces. Silices ſoluti. Periphraſis eſt calcis: in quam ſi īmittat̄ aqua: cū quodā ſtridore & ignē concipit: & diſſoluitur. Aſpergine. aſperſione.

Vſta. combuſta: ut p quæ ignea flamma tran-

Conſtiterant: & uicta dabat iam terga cupido
Ibat ad antiquas Hecates perſeidos aras:
Quas nemus umbroſū ſecretaq; ſilua tegebat
Et iam fractus erat: pulſuſq; reſederat ardor.
Cum uidet æſonidem: extinctaq; flāma reluxit
Et rubuere genæ: totoq; recanduit ore.
Vt ſolet a uentis alimenta reſumere: quæq;
Parua ſubinducta latuit ſcintilla fauilla
Creſcere: & in ueteres agitata reſurgere uires.
Sic iam lanis amor: iam quē languere putares:
Vt uidit iuuenem: ſpecie præſentis inarſit.
Et caſu ſolito formoſior Aeſone natus
Illa luce fuit: poſſes ignoſcere amanti.
Spectat: & in uultu ueluti tum deniq; uiſo
Lumina fixa tenet: nec ſe mortalia demens
Ora uidere putat: nec ſe declinat ab illo.
Vt uero cœpitq; loqui: dexteraq; prehendit.
Hoſpes & auxilium ſummiſſa uoce rogauit.
Promiſitq; torum: lachrymis ait illa profuſis.
Quid faciam uideo: nec me ignorantia ueri
Decipiet: ſed amor: ſeruabere munere noſtro
Seruatus promiſſa dato: per ſacra triformis
Ille deæ: lucoq; foret quod numen in illo.
Perq; patrem ſoceri cernentē cuncta futuri
Euentuſq; ſuos: & tanta pericula iurat.
Creditus accepit cantatas protinus hærbas.
Edidicitq; uſum: lætuſq; in tecta receſſit.
Poſtera depulerat ſtellas aurora micantes.
Conueniunt populi ſacrum Mauortis in aruū
Conſiſtuntq; iugis: medio rex ipſe reſedit
Agmine purpureus: ſeptroq; inſignis eburno.
Ecce adamanteis uulcanum naribus efflant
Aeripedes tauri: tectaq; uaporibus hærbe
Ardent: utq; ſolent pleni reſonare camini:
Aut ubi terrena ſilices fornace ſoluti
Concipiunt ignem liquidaꝝ aſpergine aquarū
Pectora ſic intus clauſas uoluentia flammas.
Gutturaq; uſta ſonant: tamē illis Aeſone natuſ



Obuius it: uertere truces uenientis ad ora
Terribiles uultus: præfixaq; cornua ferro.
Puluereumq; ſolum pede pulſauere biſulco:
Fumificiſq; locum mugitibus impleuere.
Dirriguere metu ſubito Minyæ: ille nec ullos
Senſit anhelatus (tantū medicamia poſſunt)
Pendulaq; audaci mulcet palearia dextra:
Suppoſitoſq; iugo pondus graue cogit aratri
Ducere: & inſuetum ferro proſcindere campū.
Mirantur Colchi: Minyæ clamoribus augent
Adiiciuntq; animos: galeatum ſumit ahena.
Vipereos dentes: & aratos ſpargit in agros
Semina mollit humus ualido ꝑcincta ueneno
Et creſcunt: fiuntq; ſati noua corpora dentes.
Vtq; hominis ſpeciem materna ſumit in aluo.
Perq; ſuos intus numeros compōitur infans:
Nec niſi maturus communes exit in auras.
Sic ubi uiſceribus grauidæ telluris imago
Effecta eſt hominis: fœto conſurgis in aruo.
Quodq; magis mirū ē: ſil' edita cōcutit arma.
Quos ubi uiderunt præacutæ cuſpidis haſtas
In caput Aemonii iuuenis torquēre parantes:
Demiſere metu uultumq; animumq; pelaſgi.
Ipſa quoq; extimuit: quæ tutum fecerat illum.
Vtq; peti uidit iuuenem tot ab hoſtibus unū
Palluit: & ſubito ſine ſanguine frigida ſedit.
Ne ue parum ualeāt a ſe data gramina: carmē
Auxiliare canit: ſecretaſq; aduocat artes.
Ille grauem medios ſilicem iaculatus in hoſtes
A ſe depulſum martem cōuertit in ipſos.
Terrigīnæ pereunt ꝑ mutua uulnera fratres:
Ciuiliq; cadunt acie: gratantur Achiui.
Victoreq; tenēt: auidiſq; amplexibus hærent.
Tu quoq; uictorem complecti barbara uelles
Obſtitit incœpto pudor: at complexa fuiſſes:
Sed te ne faceres: tenuit reuerētia famæ
Quod licet: affectu tacito lætaris: agiſq;
Carminibus grates & diis auctoribus horum.
Peruigilem ſupereſt herbis ſopire draconem
Qui criſta linguiſq; tribus præſignis: & uncis
Dētibus horrēdus cuſtos erat arboris aureæ.
Hunc poſtq; ſparſit lethæi gramine ſucci:
Verbaq; ter dixit placidos facientia ſomnos:

ſeat. Truces. torui aſpectu. Adora uenientis. ad faciem Iaſonis uenientis. Præfixa ferro. In ſummitate ferrū habentia fixum. Biſulco pede. bifidis pedibus: quales boū eſſe uidemus. Fumificis. fumum efficientibus. Spondeo autem in quinta carminis ſede eſt uſus pœta: ut boū mugitus exprimeret̄. Dirriguere. exhorruere: expalluere. Vllos anhelatus. Vllos ſpiritus flammæ exeuntis ex ore tauroꝝ. Anhelatus ſecundum regulam ab anhelando declinauit: q̄uis anhelitus frequentius uſurpetur. Anhelare autem ē difficulter reſpirare. Tantum medicamina poſſunt. Parentheſis acclamationem in herbas medicas continens: in quarum uires incredibilis rei cauſam poeta refert. Pendula. palearia. Pelles quæ a gutture boum pendent palearia dicuntur

Ferro proſcindere. uomere exarare. Mirantur Colchi. ſtupeſcunt rei nouitate: Spargit. diſſeminat. Semina precincta. infecta potēti ueneno: ut ex quibus homines armati ſint nati. Sati. ſeminati. Vtq; hominis ſpeciem. Hac ſimilitudine declaratur quo modo dentes ſerpentis figuram contraxerint humanam. Per ſuos numeros. per ſuas omnes particulas. Conſurgit. cooritur. In aruo fœto. In agro fœcūdo qui tot armatos peperit. Arma ſimul edita: Simul nata cum illis hominibus. Torquere. Cum impetu mittere. Pelaſgi Minye Theſſali. Ipſa quoque. Medea. Et ſubito ſine ſanguine. Qui timent & pallidi & frigidi fiunt. Timore nanq; ſanguis ad cor a phyſicis refugere perhibetur. Gramina. herbæ. Gramen auxiliare. incantationem opitulantem. Secretas artes. Magicas artes occultas. Martē: bellum. Ciuili acie. Pugna ciuili. Terrigenæ. ex terra geniti. Gratantur. lætantur Gratulanturq; Iaſoni uictori.

Dentes Draconis in homines armatos

Affectu tacito. amore occulto. Et diis auctoribus horum: diis inferis Hecateq; in primis.

Peruigilem. ſemper uigilantem. Supereſt. Reliquum eſt ex iis que iuſſerat Aeæta. Sopire. In ſomnum adducere. Herbis. herbarū uiribus. Præſignis: inſignis Aureæ arboris. In q̄ uellus aureum ſuſpenſum erat. eſt autem ſynæreſis & coaugmētatio duarū uocalium in unā ſyllabam. Niſi malimus dicere uerſum eſſe hypermetrum cum præſertim ſequēs uerſus icipit a uocali: Lethei ſucci. ſomnū obliuionēq; quæ inducētis. ΛΗΘΗ enī unde lethæus declinatur obliuio dicitur. Verba facientia. Carmina inducentia.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Quæ mare turbatũ: quæ cõcita flumia ſiſtũt
Somnus in ignotos oculos ubi uenit: & auro
Heros æſonius potitur: ſpolioq; ſuperbus
Muneris auctorem ſecum ſpolia altera portãs
Víctor iolciacos tetigit cum coniuge portus:
Aemoniæ matres pro natis dona receptis:
Grandæuiq; ferunt patres: cõgeſtaq; flamma
Thura liquefaciunt indutaq; cornibus aurum
Víctima uota facit: ſed abeſt gratãtibus Aeſon
Iam propior leto: feſſuſq; ſenilibus annis.
Tunc ſic Aeſonides: o cui debere ſalutem
Confiteor coniunx: quãq̃ mihi cuncta dediſti:
Exceſſitq; fidem: meritorũ ſumma tuorum.
Si tñ hoc poſſunt (qđ.n.nõ carmia poſſunt?)
Deme meis annis: & demptos adde parenti.
Nec tenuit lachrymas: mota ẽ pietate rogantis
Diſſimileq; animũ ſubiit: pater Aeeta relictus.
Non tamẽ affectus tales cõfeſſa: quod inquit
Excidit ore tuo coniunx ſcelus? ergo ego cuiq̃
Poſſe tue uideor ſpacium tranſcribere uitæ?
Nõ ſinat hoc Hecate: nec tu petis æq̃: ſed iſto
Quod petis experiar maius dare munus Iaſõ.
Arte mea ſoceri longum temptabimus æuum
Nõ annis renouare tuis: modo diua triformis
Adiuuet: & præſens ingentibus annuat auſis.
Tres aberant noctes: ut cornua tota coirent:
Efficerentq; orbem: poſtq̃ pleniſſima fulſit.
Et ſolida terras ſpectauit imagine luna:
Egreditur rectis ueſtes induta recinctas.
Nuda pedem: nudis humeris infuſa capillos.
Fertq; uagos mediæ per muta ſilentia noctis
Incomitata gradus: hoĩes: uolucreſq;: feraſq;:
Soluerat alte quies: nullo cũ murmure ſerpẽs
Sopito ſimilis: nullo cum murmure ſerpit:
Immotæq; ſilent frondes: ſilet humidus aer.
Sidera ſola micant: ad quæ ſua brachia tendẽs
Ter ſe conuertit: ter ſumptis flumine crinem
Irrorauit aquis: ternis & hiatibus ora
Soluit: & in dura ſummiſſo poplite terra
Nox ait arcanis fidiſſima: quæq; diurnis

Siſtunt.ſtare faciunt. Herós Aeſonius.Iaſon Aeſonides.Poſſeſſiuum enim pro patronymico poſuit. Muneris auctorem.Medeam que auctor & cauſa fuit: ut Iaſon uellere aureo potiretur Victor.uoti compos: Cecropios portus. Sic quidẽ fere legitur.ſicq; legendum eſſe ego quoq; olim contendi.Nunc cum inuetuſto exemplari animaduerterim Colchiacos ſcriptum eſſe facile in eam ſum adductus opinionem: ut ſentiã colchiacos in Iolciacos eſſe commutandum.Eſt enim Iolcos que & Iaolcos dicitur ab Homero: urbs Tiſſaliæ Iaſõis patria ab Iolco Amyri filio dicta: ut Stephanus de urbibus ſcribit.Vnde Iolcius & Iolciatus declinatur. Tametſi is qui hoc egregium opus a latina in græcam linguam trãſtulit: cecropias turres legat. hoc eſt καικροπιου πυργουσ. Sed & ipſe in deprauatum inciderat exemplar. De Iolco autem meminit & Seneca. An maris uaſti domitrix Iolcos. Aemoniæ matres. Hæc ad copulationem ſequentis metamorphoſeos narrantur. Iaſon enim cum Medea a Colchis reuerſus cum Aeſonem patrẽ ſenio confectum offendiſſet: uxorem Medeam rogauit ut ſibi ademptos annos patri apponeret. Medea uero maius q̃ petebatur pollicita: uariis undiq; herbis collectis: unaq; concoctis Aeſonem iam decrepitum ad quadraginta annorum ætatem reuocauit. Dona ferunt. templis ſubaudiatur. Diis.n.ſacrificabant propter filioꝝ reditum. Induta aurum. induta habens cornua auro. Victimarum namq; cornua inhaurabantur. Vota facit. peragit uota. Gratantibus.gratias diis agentibus. Iam propior leto.

Aeſon ex decrepito iuuenis

Iam morti propinquus. Tunc ſic Aeſonides Dixit ſubaudiatur. O cui debere ſalutẽ. Gratũ ſe oſtendit eſſe Iaſon: quo facilius id quod uult: impetrare poſſit. Eſt autem ordo & ſenſus. O cõiunx cui me confiteor debere ſalutem: quãq̃ mihi cuncta dediſti & ſumma: ac magnitudo tuorum meritorum fidem ſuperauit: Tamen deme mihi annos: & demptos appone meo patri: Si carmina hoc efficere poſſunt. reliqua per parentheſim leguntur. Diſſimilem animum. impium: qui nulla parentis pietate moueri ſolitus eſt.

Non tamen affectus tales. non tamen inquit ſe ulla teneri patris æetæ pietate confeſſa eſt medea. Ergo ego cuiq̃. Amantis ſeruat decorum mulieris: qua amati annos producere potius q̃ abbreuiare ſemper cupit. Quare indignatur Medea: quod Iaſon tam parum ab ipſa ſe amari putet: Vt poſſit ipſi demere annos: quos alii attribuat. Ergo autem hoc loco affectui & indignationi ſeruit. Sic Auguſtus. ergo ne ſupremis potuit uox improba uerbis. Tranſcribere. trãſponere.

Cuiq̃. alicui q mihi te ſit carior. Nec tu petis æqua. honeſta. Diua triformis. Hecate ueneficiorum carminumq; auctor. Preſens. propicia.

Annuat. conſentiat. Vt cornua tota coirent hoc eſt: ut cornua lunæ tota complerentur atq; coniungerẽtur ut plenilunium fieret. Nudos húeris ĩfuſa capillos. Synegdoche poetica. hoc ẽ. p nudos húeros: ſparſos capillos habens. Soluerat alta quies intẽpeſtã mediãq; noctem fuiſſe oſtendit: quo tpe oĩa in ſomnũ aĩalia reſoluunt. Irrorauit: Inſpſit. Ternis & hiatibus ora Soluit. Terreos inqt apuit. Sũmiſſo poplite. Sumiſſis gẽibus: ac flexis. Nox ait arcanis fidiſſima



Aurea cum luna ſucceditis ignibus aſtra:
Tuq; triceps Hecate: q̃ cœptis cõſcia noſtris
Adiutrixq; uenis: cantuſq; arteſq; magorum:
Quæq; magos tellus pollẽtibus iſtruis herbiſ
Auræq;: & uenti: monteſq;: amneſq; lacuſq;:
Diiq; omnes nemoꝝ: diiq; oẽs noctis adeſte.
Quoꝝ ope cũ uolui: ripis mirantibus amnes
In fontes rediere ſuos: concuſſaq; ſiſto:
Stantia concutio cantu freta: nubila pello:
Nubilaq; induco: uentos abigoq;: uocoq;.
Vipereas rumpo uerbis & carmine fauces:
Viuaq; ſaxa: ſua conuulſaq; robora terra
Et ſiluas moueo: iubeoq; tremiſcere montes:
Et mugire ſolum: maneſq; exire ſepulchris.
Te quoq; luna traho: q̃uis temerata labores
Aera tuos minuãt: currus quoq; carmĩe noſtro
Pallent: ac pallet noſtris aurora uenenis.
Vos mihi tauroꝝ flammas hebetaſtis & unco
Haud patiens oneris collum preſſiſtis aratro.
Vos ſerpentigenis in ſe fera bella dediſtis:
Cuſtodemq; rudem ſomno ſopiſtis: & aurum
Vindice decepto Graias miſiſtis in urbes.
Nũc opus ẽ ſuccis: p quos renouata ſenectus
In florem redeat: primoſq; recolligat annos.
Et dabitis: neq; enĩ micuerũt ſidera fruſtra:
Nec fruſtra uolucrũ tractus ceruice draconũ
Currus adeſt: aderat dẽiſſus ab æthere currus
Quo ſimul aſcendit: frænataq; colla draconũ
Permulſit: manibuſq; leues agitauit habenas:
Sublimis rapitur: ſubiectaq; theſſala tempe
Deſpicit: & cretis regionibus applicat angues
Et quas oſſa tulit: quaſq; altus pelion hærbas
Othryſq; & pindus: & pindo maior olympus:
Perſpicit: & placitas partim radice reuellit.
Partim ſuccidit curuamine falcis ahenæ.
Multa quoq; apidani placuerũt gramina ripis
Multa quoq; amphryſi: nec eras imũis enipeu
Necnon peneus: necnon Sperchiades undæ
Contribuere aliquid: iuncoſaq; littora Bœbes

inuocationes preceſq; Medeæ deſcribit poeta ueneficæ maxime conuenientes. Diurnis ignibus. ſoli. Triceps Hecate. Luna quæ eadem eſſe cũ Diana ac proſerpina dicitur: Idcircoq; & triceps & triformis uocatur. Cantus. Incantamenta.

Adeſte. auxilio eſte. Cõcuſſaq; ſiſto. agitata ſtare facio. Stantia freta. Maria quieta. Nunq̃ enim ſtat mare. Te quoq; luna traho. De cælo detraho. Temerata æra. percuſſa ærea uaſa. Temerare autem ſignificat uiolare. uaſa uero tũ cum pulſantur uiolari uidentur. Creditur autem uulgo luna Veneficarum carminibus deficere: quæ ne ad ipſam poſſint peruẽire: tinnitu æreorum uaſorũ occurritur. Currus quoq;. tui ſubaudiantur. Nam & luna curru ut ſol dicitur uehi

Vos mihi. in gratiam meã. Hebetaſtis. hebetes reddidiſtis ſic ut comburere nõ poſſent.

Vos ſerpẽtigẽis. e dẽtibus ſerpentũ gẽitis hoĩbus. In ſe. Contra ſeipſos. Rudem ſomno. ſic quidẽ legitur: exponitq; exptẽ ſõni dracone atq; puigiliẽ. Sed cũ hoc nomẽ rudis genitiuo iũgat: aut ſomni mihi uidet̃ legendũ. aut certe rudẽ in rubrum uertẽdũ. quo quidẽ mõ is q in Græcam linguã hoc opus cõuertit legere uidet̃. hoc ẽ φοινικουν φὶλακα: ut ad criſtas & oculos rubẽtes referamus. Aurũ, aureũ uellus. Vidice. cuſtode draconẽ. Volucrũ draconũ: alatoꝝ: a qbus Medea uehebat̃. Permulſit. Blãde ptractauit.

Sublimis rapitur. In altũ aerẽ tollit̃. Deſpicit. Deorſum aſpicit. Et cretis. Secretis ac ſemotis Quaſq; altus pelion. Figurate dictũ eſt. Altus enĩ ad mõtẽ refert̃. Sunt aũt mõtes hi oẽs Theſſaliæ. de qbus multa in ſupioribus diximus libris. Perſpicit. diligenter inſpicit: Radice. cum ppoſitio ſubaudiat̃: ut cum radicibus euulſas herbas itelligamus. Curuamĩe falcis ahenæ. Falce ærea curua. Multa quoq; Eridani. Non ſolum ĩquit in mõtibus: ſed etiam in fluuiorum ripis herbas collegit Medea. Cũ ãt Theſſaliæ fluuios enumeret poeta: ĩportune admodũ de Theſſalia in Italiam ad Eridanum fingitur tranſiliiſſe Medea. Quare loco eridani contenderim Apidani eſſe legẽdum. cum preſertim apidanus: ut ante quoq; diximus: Notiſſimus Teſſaliæ ſit fluuius.

Nec eras ĩmunis enipeu. Apoſtrophe ad fluuium: quem immunem. hoc eſt ſine munere non fuiſſe ait: quia medea in illius quoq; ripis multas collegit herbas. Iuncoſaq; littora phœbes. Sic quidẽ legitur: ſed corrupte: ut mihi uidetur. Neq; enim phœbe locus eſſe in Theſſalia (quod ſciã) inuenitur. Tametſi quidam imperiti Phœbem pro Delo inſula putent accipiendam: quod phœbi & phœbes: hoc eſt Appolinis & Dianæ patria eſſe dicatur. Sed cum Theſſaliæ loca peragraſſe Medeam: poeta ſcribat inepta eſſe iſta expoſitio coarguitur. Mihi uero loco phœbes placet bœbes legendum: ut q̃ minimum poſſumus a ſimilitudĩe nominum diſcedamus. Nam ut in nono refert Stra: Bœbe urbs Theſſaliæ fuit bœbeidi lacui adiacens. Videtur autem poeta. Bœbẽ pro bœbide lacu poſuiſſe: cuius littora iuncoſa ã iuncoꝝ multitudine uocat. Huic aũt meæ correctioni etiam Apollonius interpres ille Græcus aſtipulatur. Necnõ peneus. fluuius eſt Theſſaliæ Peneus qui & Araxes fuit uocatus: eo quod oſſa abrumpit ab olympo: unde etiam Araxes Harmaniæ fuit appellatus.

Boebe

Peneus q & Araxes



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Carpſit & Euboica uiuax Anthedone gramẽ
Nondum uulgatum mutato corpore glauci:
Nona dies illam curru penniſq; draconum.
Nonaq; nox omnes luſtrantem uiderat agros
Cum rediit:nec erant tacti niſi odore dracones
Et tamen annoſæ pellem poſuere ſenectæ.
Conſtitit adueniens citra limenq; foreſq;.
Et tantum cælo tegitur:refugitq; uiriles
Contactus:ſtatuitq; aras e ceſpite binas.
Dexteriore Hecates:at læua parte iuuentæ.
Has ubi uerbenis ſiluaq; incinxit agreſti.
Haud ꝓcul egeſta ſcrobibus tellure duabus
Sacra facit:cultroſq; in guttura uelleris atri
Coniicit:& patulas perfundit ſanguine foſſas.
Tum ſuper inuergẽs tepidi charcheſia lactis.
Alteraq; inuergens liquidi carcheſia mellis.
Verba ſimul fũdit:terrenaq; numina poſcit.
Vmbrarumq; rogat rapta cum coniuge regem
Ne properent artus anima fraudare ſenili.
Q uoſ ubi placauit ꝑcibuſq; & murmure lõgo
Aeſonis effœtum proferri corpus ad aras
Iuſſit:& in plenos reſolutum carmine ſomnos
Exanimi ſimilem ſtratis porrexit in hærbis
Hic ꝓcul Aeſõidẽ:ꝓcul hĩc iubet ire miniſtroſ
Et monet arcanis oculos remouere ꝓphanos
Diffugiunt iuſſi:ſparſis Medea capillis
Bacchantum ritu flagrantes circuit aras.
Multifidaſq; faces in foſſã ſanguinis atra
Tingit:& inſectas geminis accendit in aris.
Terq; ſenẽ flãma:ter aqua:ter ſulfure luſtrat.
Interea calido poſitum medicamen aheno
Feruet:& exultat:ſpumiſq; tumentibus albet
Illic Aemonia radices ualle reſectas.
Seminaq;:& flores:& ſuccos incoquit atros.
Adiicit extremo lapides oriente petitos.
Et quas oceani refluum mare lauit harenas.
Addidit exceptas lunæ de nocte pruinas.
Et ſtrigis infames ipſis cum carnibus alas.
Inq; uirum ſoliti uultus mutare ferinos
Ambigui proſecta lupi:nec defuit illis
Squãmea Cinyphei tenuis mẽbrana Chelydri
Viuaciſq; iecur cerui:quibus inſuper addit
Ora caputq; nouem cornicis ſæcula paſſæ.

**Anthedon unde Anthus**
Et Euboica Anthedone. Anthedon urbs eſt
Bœotiæ Anthedone dicta Diifilio: cuius pater
fuit Anthus Neptuni filius ex alce ab antis filia.
Eſt & alia Anthedon in phœnicia:unde Anthe-
donius & Anthedonites declinanẽ. Viuax gra
men:ab effectu:quod uitã & reddat & cõſeruet.
Nondũ uulgatũ:nõdum uulgo notũ.In tranſ
curſu aũt poeta glauci quoq; metamorphoſin tã
git:q̃ tñ in.xiii.libro copioſe deſcribit.Nam glau
cus cũ eſſẽt piſcator:aĩaduertit piſces tactu cuiuſ
dam hærbæ in mare reſiliẽtes:quã qdẽ cũ & ipſe
tetigiſſet:in mare exiliuit:ac in deũ marinũ con-
uerſus Scyllam uehemẽter amauit. Nec erãt ta
cti:aliã quoq; metamorphoſin tangit. Nã draco
nes illi alati odore tm̃ herbaꝝ:quas Medea colle
gerat:ſenectã depoſuerũt. Et tm̃ cælo tegiẽ:non
ẽt tecto:ſub diuo aũt eã ꝑnoctaſſe:Nec domũ i-
traſſe ſignificat poeta. Statuit:erexit. Iuuentæ.
iuuenilis ætatis deæ. Egeſta tellure:extracta ter
**Carcheſia**
ra. Scopibus:foſſis. Velleris atri.ouiũ nigrarũ:
quæ Hecate aliiſq; diis iferis ſunt gratæ. Carthe
ſia:uaſa ſunt ad potandũ accõmodata.Vir.ꝑmo
æneidos.Hic duo rite mero libans cartheſia bac
cho.Cartheſia ẽt dñr ſũmæ nauis mali partes: ꝑ
quaꝝ foramina funes imittunẽ. Poſcit:inuocat
Vmbraꝝ regẽ:Platonẽ. Rapta cum coniuge.
cũ proſerpina in Sicilia a Plutone rapta. Frau-
dare:priuare. Effœtũ uiribus euacuatum. Ple-
nos:perfectos. Porrexit:extendit. Carmine:in-
cantatiõe. Prophanos:nõ initiatos. Bacchan-
tũ ritu.Baccharum more. Flagrantes:ardentes.
Multifidas:in multas ꝑtes fiſſas. Tingit made
facit. Terq; ſenẽ flãma.ter iq̃t ſenẽ purgat igne:
aqua:ſulfure:hæc enim tria purgatiõibus ab an
tiqs adhibeiẽ. Aemonia ualle:in uallibus theſ-
ſaliæ: Extremo oriente:ex ultima orientis parte.
**Strix**
Pruinas lunæ.Quæ a luna generanẽ.Humidi-
tatũ enĩ auctor eſt luna. Et ſtrigis infames.Strix
auis eſt nocturna:magno capite:roſtro & ungui
bus aduncis:ut in feſto faſtoꝝ deſcribit Ouidi.
Vulgus aũt putat ſtriges nõ eſſe aues: ſed uetu-
las:quæ ſe ueneficio quodã in aues cõuertũt in-
fanteſq; dormiẽtes aggrediunẽ: ac coꝝ ſangui-
nẽ ita exugunt:ut aut mortui inueniantur in cu
nis:aut diu uiuere nõ poſſint.Vnde & pœta hoc
loco ſtrigis alas infames ait:& uulgus ueneficas
oẽs ſtrigas uocat.Sane ſtriges a ſtridẽdo ſunt co
gnominatæ:ut facile ex his Ouidii carminibus
cõſtat.Et illis ſtrigibus nomẽ:ſed nois huius cã:
ꝙ horrẽda ſtridere nocte ſolẽt. Inq; uirum ſoli-
**Proſecta**
ti:Lupi ẽt inquit ſoliti ſe in hoĩem cõuertere par-
ticulæ huic medicamento additæ fuerũt. Proſe
cta inteſtina:a proſecando & recidendo dicta.
Alludit aũt ad id quod de lupis Plinius inq̃t:Ho
mines in lupos uerti:rurſuſq; reſtitui ſibi falſum
eſſe exiſtimare debemus:aut credere oĩa quæ fa
bulosa tot ſæculis cõperimus.Inde tamen ait di-
**Cinyps Chelydri**
ctos fuiſſe uerſipelles. Cinyphei chelydri.Serpẽ
tis libyci.Nam Cinyps fluuius eſt libyæ qui iter
duas ſyrtes in mare lybicum exit. Chelydri uero
ſerpentes aquatici dñr. Viuacis cerui.diu uiuẽ-
tis. Nouem ſæcula.tot enim ãnos cornices ui-



His & mille aliis poſtq̃ ſine nomine rebus
Propoſitũ inſtruxit mortali barbara munus.
Arenti ramo iampridem mitis oliuæ
Omnia confudit:ſummiſq; immiſcuit ima.
Ecce uetus calido uerſatus ſtipes aheno
Fit uiridis primo:nec longo tempore frondes
Induit:& ſubito grauidis oneratur oliuis.
At quacũq; cauo ſpumas eiecit aheno.
Ignis:& in terram guttæ cecidere calentes.
Vernat hũus:floreſq; & moliia pabula ſurgũt
Q uæ ſimul: ac uidit:ſtricto Medea recludit
Enſe ſenis iugulum:ueteremq; exire cruorem
Paſſa replet ſuccis:quos poſtq̃ combibit Aeſõ
Aut ore acceptos aut uulnere:barba comæq;
Canicie poſita nigrum rapuere colorem.
Pulſa fugit macies:abeunt pallorq;:ſituſq;.
Adiectoq; cauæ ſupplentur corpore rugæ.
Membraq; luxuriant Aeſon miratur:& olim
Ante quater denos nũc ſe reminiſcitur annos
Diſſimilemq; animum ſubiit ætate relicta.
Viderat ex alto tanti miracula monſtri
Liber:& admonitus iuuenes nutricibus annos
Poſſe ſuis reddi:capit hoc a Colchide munus.
Ne ue doli ceſſent: odiũ cum coniuge falſum
Phaſias aſſimulat:peliæq; ad limina ſupplex
Cõfugit:atq; illã(qm̃ grauis ipſe ſenecta eſt:)
Excipiunt natæ:quas tempore callida paruo
Colchis amicitiæ fallacis imagine cepit.
Dumq; refert inter meritorum maxima dẽptos
Aeſonis eſſe ſitus:atq; hac in parte moratur:
Spes eſt uirginibus pelia ſubiecta creatis
Arte ſuum parili reuireſcere poſſe parentem.
Idq; petunt iuuenes.precium ſine fine paciſci.
Illa breui ſpacio ſilet:& dubitare uidetur.
Suſpenditq; animos ficta grauitate rogantum.
Mox ubi pollicita eſt:quo ſit fiducia maior
Muneris huius ait.q ueſtras maximus æuo eſt
Dũx gregis inter oues:agnus medicamine fiet
Protinus innumeris effœtus laniger annis
Attrahitur flexo circum caua tempora cornu
Cuius ut æmonio marcentia guttura cultro
Fodit:& exiguo maculauit ſanguine ferrum:
Mẽbra ſil' pecudis ualidoſq; uenefica ſuccos

uere dicuntur. Mortali.Aeſoni: quem ex ſene
ac decrepito potius iuuenem Medea erat effe-
ctura. Mitis oliuæ.ab effectu quod oleum om
nia mitia reddat:ſiue quod paci dicata eſt oliua
que mites ac manſuetos homines reddit. Ecce
uetus.Repente aridum oliuæ ramum uiridem
eſſe factum oſtendit. Vetus ſtipes.Aridus oli- **Aridus**
uæ ramus.Hanc autẽ in trãſcurſu metamorpho- **Oliuæ ra-**
ſin ſignat. Grauidis.ſucco plenis: At quacun- **mus reuire-**
que cauo ſpumas eiecit aheno.Aliã itẽ metamor **ſcit**
phoſin deſcribit poeta. Nã guttæ ſpũæ ui ignis **Guttæ aquæ**
ex ahẽo furuẽti in terrã eiectæ iuarios flores fue **in flores**
re cõuerſæ. Vernat humus.Variis opitur flori
bus.Tũc enĩ humus uernare diciẽ:cũ uariis ueſti
tur herbis. Surgunt.oriunẽ. Recludit.aꝑit.
Rapuere celeriter accepe cõtraxere. Situs.
Squallor:ẽ.n. ſitus fæda quædã lanugo ex hume
to ꝑcreata in locis præſertim ſole carẽtibus.Ver
gilius ꝑ loca ſenta ſitu.Inde fit ut corpora illota
ſitum cõtrahere dicamus:& ſquallorẽ q etiam pe
dor uocaẽ. Supplenẽ.iplenẽ. Adiecto corpo
re:adiecta carne rugæ tollunẽ. Luxuriãt.laſciui
unt:Tunc autẽ mẽbra luxuriare dicuntur cũ ual
de pinguia atq; nitida uidenẽ. Aeſon miratur.
Stupeſcit. Et olĩ ante quater denos:hoc ẽ ſe an
te quadragita ãnos natũ fuiſſe recordaẽ:ꝑ quod
ſignificat Aeſonem ex decrepito ſene in uiꝝ qua
draginta annos natum fuiſſe conuerſum. Diſ
ſimilem animũ.nam animus una cũ ætate mu-
tatur. Alius eſt enim animus iuuenis alius uiri.
alius ſenis. Aetate relicta.Depoſita ſenectute.
Viderat.ex alto.Bacchus cũ uidiſſet ex decre-
pito ſene iuuenẽ factũ Aeſonẽ: Medeã rogauit: **Nutrices bac**
ut nymphas quoq; ſuas nutrices iuuenilibus an **chi iuuene-**
nis reſtitueret:quod facile a Medea impetrauit. **ſcunt**
Suis nutricibus.Nymphis:que ut uidimus infan
tem Bacchum educarunt. Acholchide.Medea
Neue doli ceſſent. Medeæ ſubite Ilgatur.Nar
rat autẽ quẽadmodũ Medea ſenio confectũ arie
tem agnũ qdem effecit.Peliam uero iteremit.Nã
Medea cũ Peliã Iaſoni inimicũ eſſe cognoſceret:
quo facilius eũ ꝑdere poſſet: & ſe a Iaſone odio
haberi ſimulauit & Peliæ filias ſibi conciliauit: **Peliæ cædes**
quæ cũ uidiſſent arietẽ uetulum in agnũ cõuerti **Aries i agnũ**
impẽſius a Medea petierũt:ut Peliã ſibi parẽtem
reſtitueret ætati iuuẽili.Ipſa uero eis perſuaſit ut
ipſum interficerent:ac in uaſe aquæ plẽo coquẽ-
dum imponerent:quod quidem cum perpetraſ-
ſent ipſa draconibus in aerem ſublata aufugit.
Phaſias.Medea a Phaſi Colchorum fluuio de
clinata. Quoniam grauis ipſe ſenecta eſt. Ra-
tio cur eam Pelias non exceperit. Cepit:ſibi cõ
ciliauit & decepit. Refert.commemorat. Si-
tus ſquallores & ſenium. Subiecte.Iniecta.pro
prie nanq; ſpes iniici dicitur. Parili arte.pari ar
tificio Pretium ſine fine paciſci.cœpunt.ſubaudi
endũ. Sine fine.Maximũ & imenſum. Ficta
grauitate.Simulata rei difficultate. Rogantũ.
Peliæ filiaꝝ. Dux gregis.Aries:q cuiũ dux eſſe
uideẽ. Innumeris ãnis. q̃plurimis annis. Ef-
fœtus.uiribus euacuatus. Pecudis.Arietis.Nã
pecus omne animal diciẽ.humana effigie carẽs.
Validos ſuccos. Magnæ potentiæ ſuccos: n

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quibus iterfectus aries nõ ſolum uitæ fuerit reſtitutus:Sed ẽt agnus effectus. Ea.Illi herbarum ſucci. Et tener balatus.hoc eſt. Teneri agni balatus.Balare autẽ uerbũ ẽ factitium : ab ouiũ uoce declinatum. Lactentia ubera.lacte plẽa. Exhibuere fidem.fecere fidẽ. Ter iuga : Tres inqt tráſierãt dies.Ná phœbus demere iuga fingitur equis currum ſolis trahentibus nocte aduenientc. In hibero flumíe.Hiberus hiſpaniæ eſt fluuius:quẽ pro occano Atlático ponere uidetur poeta. Fallax Aeetias.Medea fallẽdi perita. Dederant.effecerant. Exigit.expellit. Et ſaniẽ. ſanioſũ ſanguinẽ: Et ne ſit ſcelerata.Adeo acutũ ẽ hoc dictum ut cõtraria retiere uideatur.Nequa inquit ſit ſcelerata & impia:non emittendo ſanguinem patris ſanioſum:ſcelus perpetrat ipſum

Cerambus in auem'

interficiendo. Quæ niſi pẽnatis.Cerábus nympharum ope diluuii tpe in auem conuerſus altiſſimos Theſſaliæ montes aſcendit:ſicq; aquaꝝ inundationem uitauit. Pennatis.alatis. Philyræa tecta.Chironis domum quem Philyra nympha ex ſaturno:ut diximus:peperit. Veteris Cerábi:antiquiſſimi.quippe qui ante diluuium fuerit. Obrupta.i.cooperta. Deucalioneas un-

Pitane

das.Diluuium quod fuit tempore Deucalionis & pyrrhæ. Aeoliam pitanem. Pitane urbs eſt Aeolica.unde & Aeoliam poeta appellat : nõ qd ibi Aeolus regnarit:ut quidam putant.ex Pitana

Arceſilaus

Arceſilaus Academicus fuit : qui cum zenone: apud polemonem didicit.Tradunt apud pitaná lateres ſuper aquas fluitare : Factaq; de ſaxo. Metamorphoſin ſerpentis in lapidem ſignat.

Hic autem uidetur eſſe ille draco:qui ſpectantibus Græcorum ducibus apud Aulidem ſignificauit decimo tandem anno Troiam eſſe capiendam Cum enim in arborem aſcendiſſet :in qua auicularum nidus erat. nouem pullos primum deíde eorum matrem deuorauit.Quod cum uidiſſet Calchas decimo demum anno Troiam capi poſſe predixit.Serpens uero illa ad perpetuam

Draco i ſaxũ

rei memoriam in ſaxeam Draconis imaginem fuit commutata. Idæumq; nemus.Idas duas eſſe certum ẽ:alteram in Creta : alteram in Phry-

Thyoneus

gía.De phrygia uidetur poeta ſentire. Quo nati furta. Thyoneus Bacchi filius iuuencum phrygiis paſtoribus abegerat. cum cum paſto-

Iuuencus in ceruum

res perſequerentur : Bacchus Thyoneum quidem in uenatorem:iuuencum uero in ceruum conuertit: quod cum ruſtici uidiſſent : a perſe-

Mergit in ære cauo:minuunt ea corpis artus
Cornuaq; exurũt:necnon cũ cornibus annos.
Et tener auditur medio balatus aheno.
Nec mora:balatum mirantibus exilit agnus
Laſciuitq; fuga:lactentiaq; ubera quærit.
Obſtupuere ſatæ pelia:promiſſaq; poſtq̃
Exhibuere fidem:tum uero impenſius inſtãt.
Ter iuga phœbus eqs in Hibero flumie merſiſ
Dempſerat:& quarta radiantia nocte micabãt
Sidera:cum rapido fallax Aetias igni
Imponit purũ laticem & ſine uiribus herbas.
Iamq; neci ſimilis reſoluto corpore regem
Et cum rege ſuos cuſtodes ſomnus habebat.
Q uẽ dederãt cãtus:magicæq; potẽtia linguæ
Intrarant iuſſæ cum Colchide limina natæ :
Ambierãtq; torũ:quid nũc dubitatis? inertes
Stringite ait gladios:ueterẽq; haurite cruorẽ:
V t repleam uacuas iuuenili ſanguine uenas.
In manibus ueſtris uita eſt ætaſq; parentis.
Si pietas ulla eſt:nec ſpes agitatis inanes:
Officium præſtate patri:teliſq; ſenectam
Exigite:& ſaniem coniecto emittite ferro.
His ut quæq; pia eſt hortatibus:impia prima ẽ
Et ne ſit ſcelerata:facit ſcelus:haud tamẽ ictus
V lla ſuos ſpectare poteſt:oculoſq; reflectunt :
Cæcaq; dant ſæuis auerſæ uulnera dextris.
Ille cruore fluens:ſubito tamen alleuat artus:
Semilacerq; toro temptat conſurgere : & inter
Tot medius gladios pallentia brachia tendens
Q uid facitis natæ? quis uos in fata parentis
Armat ait? cecidere illis animiq; manuſq;.
Plura locuturo cum uerbis guttura Colchis
Abſtulit:& calidis laniatum merſit in undis.
Q uæ niſi pennatis ſerpentibus iſſet in auras :
Non exempta foret pœnæ:fugit alta ſuperq;
Pelion umbroſum philyreaq; tecta:ſuperq;
Othryn:& euentu ueteris loca nota cerambi.
Hic ope nympharum ſublatus in aera pennis:
Cum grauis infuſo tellus foret obruta ponto :
Deucalioneas effugit inobrutus undas.
Aeoliam Pitanen a læua parte reliquit:
Factaq; de ſaxo longi ſimulacra draconis:
Idæumq; nemus:quo nati furta iuuencum



quendo.Thyoneo deſtiterũt. Quaq; pater.quis Coriti pater fuerit:aut ubi ſit ſepultus nõ memini me legiſſe. Et quos mera nouo latratu.Mera:ut ſcribit Iginus Icari Atheniẽſis erigones patris fuit canis : q̃ Icarũ a ruſticis occiſum ſuis ululatibus Erigone ídicauit:quoꝝ caſum Iupiter miſeratus:in aſtris corpa coꝝ deformauit. Itaq; Icaꝝ Bootẽ:Erigonẽ uirginẽ:Canẽ aũt ſua appellatiõe & ſpẽ caniculá dixerũt:q̃ a græcis:qd ante maiorẽ canem exorit̃:pcyõ appellat̃. Eurypiliq; urbẽ:Eurypilis Herculis fuit filius:q in Co íſula regnauit augur pitiſſimus:de quo Virg.Suſpẽſi Eurypilũ ſcitatũ oracula Phœbi mittimus.

Eurypilus

Occuluit Liber falſi ſub imagine cerui:
Q uaq; pater Coryti parua tumulatus harena
Et quos mæra nouo latratu terruit agros:
Eurypyliq; urbem:qua Coæ cornua matres
Geſſerunt:tũc cũ diſcederet Herculis agmen
Phœbeamq; Rhodon & Ielyſios telchinas.
Q uorum oculos ipſo mutantes omnia uiſu
Iupiter exoſus fraternis ſubdidit undis.
Tranſit & antiquæ Carthæia mœnia Cææ :
Q ua pater Alcidamas placidã de corpe natæ
Miraturus erat naſci potuiſſe columbam.
Inde lacus Hyries uidet:& cygneia Tempe.
Q uæ ſubitus celebrauit olor:nã phyllius illic
Imperio pueri:uolucreſq;:ferumq; leonem:
Tradiderat domitos:tauꝝ quoq; uicere iuſſus
Vicerat:& ſtricto totiens iratus amori
Præmia poſcenti taurum ſuprema negauit.
Ille indignatus:cupies dare:dixit:& alto
Deſiluit ſaxo:cuncti cecidiſſe putabant.
Factus olor niueis pendebat in aere pennis.
At genitrix Hyrie ſeruatum neſcia flendo
Delicuit:ſtagnumq; ſuo de nomine fecit:
Adiacet his pleuron:in qua trepidantibus alis
Opphias effugit natorum uulnera lambe.
Inde Calaureæ Latoidos aſpicit aura
In uolucrem uerſi cum coniuge conſcia regis,

Qua cææ cornua matres.Coos íſula eſt Aegei a qua Cous deriuat̃ nõ cæus.Vnde coæ mihi legẽdũ uidet̃.Mulieres aũt Coæ cum ægre ferrent ab Hercule armẽta Geryoni erepta p agros ſuos fuiſſe acta:Iunoni dñr cõuiciatæ.Quare Iuno indignata eas oẽs in uacas tráſfigurauit.Sane Eurypili tres fuerũt a poetis decãtat::quoꝝ pmus Telephi filius regioni Teutraniæ & Caico uicinæ impauit. Alter Ormenii nepos.Ná Ormeniuſ duos pcreauit filios Amyntorẽ & Euenorem : e quoꝝ altero Phœnicẽ:ex altero Eurypylũ ortos cẽ Strabo refert. Tertius Herculis filius:Eurypili uero urbẽ Con cẽ accipiendá admonet ẽt Home.in catalogo cũ inqt. Quiq; Niſyrõ hñt celſá Carpathũq; caſũq; Eurypiliq; urbẽ Con æquore aſq; Calydnas. Phœbeáq; Rhodõ.Phœbo cõſecratá. Et Ialyſios Telchinas:Ialyſius una ẽ ex Rhodi urbibus.Telchines aũt Rhodi populi fuerunt q cũ oĩa ſuo aſpectu in peius cõmutarẽt:ab Ioue fuere ſubmerſi.Vñ & Rhodos prius telchinis fuit appellata:Ná Ophiuſa pmũ & Aethræa fuit dicta:deíde telchinis:eo qd Telchines inſulá incolerẽt:quos nõnulli faſcinatores & maleficos fuiſſe aiũt:qd ſtygiá aquá aĩalibus & ſtirpibus pnicici gratia inſpgerẽt:nõnulli cõtrariũ ſentiunt: qd artibus pſtantes a ſimilibus artificibus íuidia haberent̃:uñ hác íſamiá:ut Stra.refert:ſũt aſſecuti:& primũ ex Creta in Cyprũ uenerũt : poſtea in Rhodon:primiq; ferrũ & æs in uſu habuiſſe dñr. Ná ẽt harpẽ Saturno fecerũt.Telchis qdẽ urbs ẽ Aethiopiæ iuxta lybiá.Vnde telchites & telchinius deducunt̃.Creta quoq; ex Siciõ Telchinia fuit appellata eiuſq; incolæ telchines. Antiquæ Cææ.Cæa íſula eſt q̃ a græcis & Cos & Hydruſa uocatur:auulſa euboeæ:ut ſcribit Pli.Sed Ouid. aliá cẽ a Co íſula ſentit.Quingẽtis lõga ſtadiis fuit quõdá:mox quatuor fere ptibus:q̃ ad Bœotiá uergebãt:mari deuoratis.oppida:ut dixi:quatuor hẽbat Iulida:Cartheá:Cereſſam: Phoceſſam : ex qbus duo ítercidere Cereſſa & Phoceſſa. Ex hac pfectam delectatiõi fœis ueſtem auctor eſt Varro. Carcheſia mœnia.Sic qdem legitur : ſed corrupte:ut mihi uidet̃.Carthæia uero eſt legendum.Nam Carthæia una eſt ex quatuor urbibus Ceæ inſulæ a Carthæo ibi mortuo cognominata.Carthæia autem urbs eſt Iberiæ. Inde lacus hyries Hyrie fluuius eſt Bœotiæ:de quo Home.in ſecundo Iliados eſt & ethyria regio iuxta Aulidẽ:eſt & urbs Iſauriæ iuxta Seleuciam : eſt etiam in Iapygia Cretenſium opus:ſed lacus Hyries iuxta Tempe eſſe innuit poeta:ſic dictos a caſu Hyries quæ flendo amiſſum filium in fontem ſui nominis conuerſa fuit.Nam phillius quidam amore filii Hyries captus: cum multa imperio pueri peregiſſet:ei taurũ domitũ negauit. Quod quidẽ ægre ferens puer : ſe ex alto monte præcipitem dedit : ſed miſeratione deorum in cygnum fuit conuerſus Delituit:ſic quidem legitur:ſed cum a deliqueſcendo ueniat:delicuit per c ſcribendum uidetur:ut intelligamus eam in liquorem fuiſſe reſolutam. Adiacet his Pleuron in qua.Pleuron Aetoliæ urbs eſt.Vnde Pleuronius. Opphias lambe.Opphii filia:quæ lambe ab interpræte græco dicta:in auem ne a filiis laceraretur fuit commutata. Inde calaureæ latoidos aſpicit aura:Calaurea inſula eſt iuxta Cretam a Calauro Neptuni filio declinata:eſt etiam urbs locrorum. In qua maxime Latona colebatur : Vnde & Latois uocatur. In uolucrem uerſi. Hic fuiſſe uidetur Ceix rex Traclyne : qui cum tempeſtate in mari periſſet : Halcyoneq; ipſius uxor Aeoli filia flendo perire uellet : ambo in aues halcyoni-

Coæ mulieres cornutæ

Eurypili tres

Ialyſius Rhodi inſulæ nomina Telchines

Telchis

Hyrie in lacũ

Hyries filius in cygnum

lambe in auẽ

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Cyllene mōs unde
Cephiſus
Eumelus

des conuerſi fuerunt:ut in.xi.Poeta plene deſcribit. Dextera Cyllene eſt.Cyllene mons eſt Arcadiæ : Mercurii natiuitate notiſſimus:a cyllene nympha cognoīatus.Eſt ēt cyllene Elienſiū nauale:In qua cū matre Menephrō taxat Mhenephrona quēdā poeta:quē cum matre coire nō puduit. Cephiſon ꝓcul hinc.cephiſus fluuius eſt Bœotiæ ꝑter labens Delphos:cuius filius ab Apolline in phocam:hoc eſt uitulū marinū fuit cōuerſus. Eumeliqꝫ domū:Eumelus filius fuit Admeti regis Theſſaliæ:cuius filiam in auē conuerſam fuiſſe:ait Oui. Ephyren pirenida.Corinthū:in qua fons eſt pyrene.Scite aūt pirenida adiecit:nā multæ urbes codē noīe uocanť : ut diximus.Apud corinthū uero antiqtus hoīes ferunt ex fungis ortos eſſe. Sed poſtq̄ colchis. Medea dolēs creuſam creōtis corinthiorꝫ regis filiam a Iaſone ſibi fuiſſe ꝑlatam: quo die nuptiæ celebrabanť:coronā ex naphtha:quæ igni uel lōgius poſito ſtatim accēditur:cōfectā uelut mūeri nouæ nuptæ miſit:q̄ ex fumalibus ignē cōcipiēs cum totam regiā cōbureret.Medea ſpectante: Iaſonis filiis laniatis:a draconibus alatis in aerem ſublata Athenas aduolauit:ubi Aegeus eam nō hoſpitio ſolū:ſed ēt lecto ſibi copulauit:ex qua cū iam Medū filiū ſuſcepiſſet:Theſeus ipſius qdem Aegei filius:ſed quē pater nondū uiderat: Athenas aduenit:quē cū & ſibi & filio ualde Medea timeret : aconitū uenenū:quod e cerberi ſpūa natum eſſe aiūt:ꝑparauit:Aegeoqꝫ pſuaſit:ut illi tā q̄ hoſti ꝑberet.Id uero cū Theſeus foret hauſturus:capulo enſis uiſo:agnitus a patre ꝓhibitus ē Quare Medea nubes carminibus excitauit:quibus tecta una cū filio Medo:Theſei gladiū fugiens:in Aſiā aduolauit:Vbi ut Strabo narrat:a qbuſdam diciť cū Iaſone regnaſſe:ac ueſtē tenuiſſimā qua utebať de ſuo noīe Medeā appellaſſe. Cū.n ꝓ rege exiret faciē ſuam occultabat . Huic Medus filius regni ſucceſſor regioni nomen ferť impoſuiſſe. Colchis:colchicis. Noua nupta. Creuſa creōtis corinthiorꝫ regis filia. Vlta male.qm̄ mater cū cēt:cōes filios īterfecit. Titaniacis draconibus:q ex titanū ſanguīe nati cē dn̄r. Palladias arces.Athenas : ubi Phineus piphas : & Polyphomenis neptis in aues fuere conuerſi . hæ uero fabulæ mihi ſūt ignotæ. Excipit hanc Aegeus facto.Aegeus rex Athenarꝫ cōſuluit oraculū qūo ꝓlem uirilē ſuſcipere poſſet:a quo cum accepiſſet:ut prius q̄ Athenas reuerteretť: cū muliere coiret:ad Pitheū Troezenis regē profectus : ei oraculū cōicauit.Quo cognito:Pitheus ei filiā Aetrā copulauit.Inde uero Aegeus diſceſſurus : uxorē iam grauidā ad ſaxū ſolam cū adduxiſſet : illi calceos gladiūqꝫ ſubiecit:Vxori deīde mandauit:ut ſi maſculū peret eū ad ſe nō ante mitteret: q̄ adultus ipſe ꝑ ſe renoluto ſaxo gladiū & calceos tollēs ſecū ferret.Hinc enī Aegeus ſe cogniturū ſperabat:an quē Aethra foret paritura:ſibi filius eēt.Theſeus igiť cū adoleuiſſet indicante matre:& ſaxum reuoluit:& calceos & gladiū ſuſtulit Athenaſqꝫ ꝓficiſcens multos latrones Iſthmū obſidentes interfecit:cū uero Athenas perueniſſet : non ante a patre agnitus eſt:q̄ capulum gladii ſui:quem ſaxo pater ipſe ſubiecerat:aſpexit:quo cognito :poculū uenenatū ſtimulante Medea iam porrectū e fi ii manibus excuſſit. Facto in uno.In hoc uno facto. quo Medeam hoſpicio ſuſcepit. Proles ignara.ignota legēdum mihi uideť:q̄uis fere ignara legať. Aconitō:herba eſt ꝑſentiſſimi ueneni απτοτηοσ ακονησ hoc eſt a cote dictū:qđ in cotibus naſcať:ut non ſolū Plinius:ſed ipē quoqꝫ ſcribit Ouidius. Echidneæ canis.cerberi canis tricipitis.Nā:ut refert Plinius in.xxvii.naturalis hiſtoriæ. Fabulæ narrauere aconitū e ſpumis cerberi canis ortū:extrahente eū ab īferis Hercule. Ideoqꝫ apud heracleā pōticā:ubi mōſtrať eius ad īferos aditus:gigni. Specus ē:iuxta Heracleā pōticam:ubi Herculis ad īferos deſcēſus monſtrať. Tirynthius heros.Hercules a Tiryntho patria cognominatus. Reſtantē:reſiſtentem. Nexis adamante catenis. hoc eſt : ex adamante confectis:ac per hoc firmiſſimis. Ternis latratibus : quia tria haber

Medea ad ægeum
Aconitum ex Cerberi ſpumis

Phineuſ & Periphas ī aues

Vnde aconitum

Dextera cyllene ē in qua cū matre Menephrō
Concubiturus erat:ſæuarum more ferarum.
Cephiſon procul hinc deflētem fata nepotis
Reſpicit in tumidā phocco ab Apolline uerſā
Eumeliqꝫ domum lugentis in aere natam.
Tandem uipereis Ephyreu pirenida pennis
Contigit:hic æuo ueteres mortalia primo
Corpora uulgarunt pluuialibus edita fungis.
Seſt poſtq̄ colchis arſit noua nupta uenenis.
Flagrantēqꝫ domum regis male uidit : utroqꝫ
Sanguine.natorum perfunditur impius enſis.
Vltaqꝫ ſe mater male Iaſonis effugit arma.
Hinc titaniacis ablata draconibus intrat
Palladias arces:quæ te iuſtiſſime Phineu.
Teqꝫ ſenex Periphа pariter uidere uolantes.
Innexamqꝫ nouis neptē Polyphemonis alis.
Excipit hanc Aegeus facto dānandus in uno.
Nec ſatis hoſpitiū ē:thalaī quoqꝫ fœdere iūgit
Iamqꝫ aderat Theſeus ꝓles ignara parenti:
Q ui uirtute ſua bimarē pacauerat Iſthmon.
Huius in exitium miſcet Medea:quod olim
Attulerat ſecum Scythicis Aconiton ab oris.
Illud Echidnææ memorante dentibus ortum
Eſſe canis:ſpecus eſt tenebroſa cæcus hiatu.
Eſt uia decliuis:per quā Tirynthius heros.
Reſtantem contraqꝫ diem radioſqꝫ micantes
Obliquātem oculos nexis adamante cathenis
Cerberon attraxit:rabida qui concitus ira
Impleuit pariter ternis latratibus auras.
Et ſparſit uirides ſpumis albentibus agros.



capita. Quæ quia naſcuntur.Sic & Plinius q̄uis aliam quoqꝫ nominis originem aſſignet:his quidem uerbis. Naſcitur in nudis cautibus: quas aconas uocāt:& inde aconitum dixere:nullo iuxta ne puluere quidem nutriente. Hanc aliqui rationem nominis attulere.Alii quoniam uis eadem in mortem eſſet:quæ cotibus adferri aciem deterendam:ſtatimqꝫ admota uelocitas ſentiretur. Coniugis aſtu.uxoris aſtutia. Ignara dextra:ipē inſcius. Facinuſqꝫ excuſſit:uenenum ab ore filii repulit. At genitor q̄q̄.theſei geſta cōmemorat poeta : quo cōmodius metamorphoſin ſcylle in auem cum ſuperiore fabula connectere poſſit. Diſcrimine paruo:parua differentia.Paulum enim abfuit:quin uenenum Theſeus hauriret. Colla toroſa:craſſa ac pīguia Vinctorum cornua :habentium cornua uittis colligata. Nullus Erechthidis . Athenienſibus ab Erichtheo rege dictis . Ea aūt feſta Theſcia a Theſeo uocata fuerunt. Agitant:celebrāt. Vino ingeniū faciente.Sic Horatius.Fœcundi calices quē non fecere diſertum. Te maxime Theſeu.carmina refert:que in Theſei laudē canebantur.Theſeus enim Aegei filius ex Aethra Pitthei filia tot præclara geſſit:ut iter Hercules unus numeretur.Nam & taurum ab Euryſteo imiſſum Atticam totā uaſtantem in Marathone interfecit & uarios græciæ latrones ſuſtulit. Marathō āt campus eſt & ſilua iuxta Aethenas:a Marathone Heroe:ut Pauſanias ſcribit : cognominatus . Vn̄ Marathonius declinatur. Cretæi tauri.cretenſis.Ex Creta enim ab Hercule ad Euryſteum ductus eſt:nam Minos:ut fertur Neptuno ſacrificaturus uictimam optauit maieſtate illius dignā : cui Neptunus taurū optulit pulcherrimum . Eū cum ſeruare uellet Minos:iratus Neptunus tauro furorem imiſit:quo tota fere inſula fuit deuaſtata. Ad eum domādū miſſus eſt Hercules: quē uinctū ad Euryſteū duxit. Ab eo uero dimiſſus cū Atticā deuaſtaret:a Theſeo fuit interfectus . Quodqꝫ ſuā Crēmyona. Crēmyon uicus ē iuxta Corinthū:q diu a Crēmyona ſue matre & Calidonii & Erymāthii aprorum fuit uexatus:que a Theſeo interfecta ſecuros illius loci colonos ꝑſtitit.Eſt ēt Crēmyon urbs Libyæ :un̄ Crēmyonius deriuatur: Crēmyon qdem a græcis ꝑ duplex m ſcribitur.Sed alterꝫ ab Ouidio uerſus gratia ꝑtermiſſum uideť. Tellus Epidauria. Epidaurus urbs eſt Pelopōeſi Aeſculapii tēplo nobilis : q̄ ut Stra.refert.Epidaurus antea uocabať. Claugerā ꝓlē Vulcani:piphraſis ē piphiti latronis :q iuxta Epidaurꝫ : cū hoſpites pimeret claua q̄dā : q̄ coryna uocabať:Corynetus fuit cognoīatus . Is a Theſeo tandē:ut ſcribit Diodorus:fuit interfectus. Vidit & imitē.procruſtes:ut idē ſcribit Diodorus:eo in loco terræ Atticæ:q Curdalus diciť: latrocinia exercēs:cogebat hoſpites ſupra lectum aliquē aſcēdere:quo ſi lōgiores fuiſſent:ps ſupeminēs āputabať.Qui uero breuiores fuiſſēt pedibus diſtēdebať a qua re Procriſtes ēt fuit cognoīatus.Nā προκρουω un̄ declinať: ſignificat īpello. Is quoqꝫ a Theſeo fuit iterfectus. Immitē. crudelē Cephiſias ora:regio q̄ a Cephiſo Bœotiæ fluuio alluiť. Cercyonis letū:cercyō itē latro Arcadicus:q apđ Eleuſynā uiatores ad certamē ꝓuocabat:uictoſqꝫ īterficiebat:a Theſeo fuit iterēptus : Eleuſis āt urbs ē Atticæ:ubi Cereris ē tēplū.a qua cerealis fuit cognoīata. Occidit ille Scinis:Scinis latro fuit Iſthmum obſidēs:ut in qnto refert Diodorus:q duas pinus flectebat:ac utriqꝫ hoīs brachia alligabat.deide ſurſum emittēs corpuſ ui diſcerptū cū maxīo cruciatu afficiebat. Iſtū quoqꝫ Theſeus īteremit. Tutus ad alcathoē.Alcathoe eadē eē uideť cū Megaris:urbs media īter Peloponēſum:Atticā:& Bœotiā:q̄ ab alcathoo Pelopis filio : qui Megareo regi:ut pauſanias ſcribit:in regno ſucceſſit fuit denoīata Cū enī leo:quē Citheroniū appellarunt:Enippū Megarei regis filium interfeciſſet:Megareus ipſe & filiæ nuptias & regni ſucceſſionē ei ꝓpoſuit:q leonē cithero nium ſtrauiſſet. Alcathous uero Pelopis filius feram aggreſſus cū uictor euaſiſſet:regnū ſuſcepit : ac iter alia q̄ geſſit:templū ædificauit:quod Agreſtis & Apollinis & Dianæ uoluit appellari. Lelegia mœnia.a Lelege ædificata.Nam:ut idem Pauſanias narrat:Megarenſes aiunt:duodecim poſt Cara Phoronei filiū ſæculis:Lelega ex ægypto profectum regnū optinuiſſe:eoqꝫ regnante ſe Leleges uocatos fuiſſe : quod qdē & Strabo ſignificat : cū inqt:Cares cū prius Leleges & īſulares eēnt:fauētibus Cretēſibus q Miletū cōdidere:in cōtinēte hītare cœpiſſe.

Theſei geſta

Marathon unde

Cremyon

Epidaurus

Curdalus

Alcathoe

Alcathous

Has concreſſe putant:nactaſqꝫ alimēta feracis
Fœcundiqꝫ ſoli uires cepiſſe nocendi:
Q uæ quia naſcuntur dura uiuacia caute.
Agreſtes aconita uocant:ea coniugis aſtu
Ipſe parens Aegeus nato porrexit ut hoſti.
Sūpſerat ignara Theſeus data pocula dextra :
Cum pater in capulo gladii cognouit eburno.
Signa ſui generis:facinuſqꝫ excuſſit ab ore.
Effugit illa necem nebulis per carmina motis.
At genitor quāq̄ lætatur ſoſpite nato.
Attonitus tamen eſt geniti diſcrimine paruo
Committi potuiſſe nefas:fouet ignibus aras:
Muneribuſqꝫ deos implet:feriuntqꝫ ſecures
Colla toroſa boum uinctorum cornua uittis.
Nullus Erechthidis fertur celebratior illo
Illuxiſſe dies:agitant conuiuia patres:
Et medium uulgus:necnon & carmina uino
Ingenium faciente canunt:te maxime Theſeu.
Mirata eſt Marathon Cretæi ſanguine tauri.
Q uodqꝫ ſuā ſecurus arat Cremyona colonus.
Munus opuſqꝫ tuum eſt:tellus Epidauria ꝑ te
Clauigeram uidit Vulcani occumbere prolem
Vidit & immitem Cephiſias ora procruſten.
Cercyonis letum uidit cerealis Eleuſis.
Occidit ille Scinis magnis male uiribus uſus :
Q ui poterat curuare trābes:& agebat ab alto
Ad terram late ſparſuras corpora pinus.
Tutus ad Alchathoen Lelegia mœnia limes

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Cōpoſito Scirōe. Sepulto.ſublato.Scirō āt latro fuit:q ea Megaridis loca hītauit:que ab eo Scironia ſaxa uocant.Is pegrinos illac trāſeuntes cogebat ſeipſos de pcipiti loco iactare:uel deductos ſupra ſcopulū abruptū ipſe calce in mare ꝓiiciebat. Scopulis nomē Scironis ihæret.ut refert Stra.Scirōides petræ atticis finibus imminēt iuxta mare trāſitū nō relinquētes.Supra eas aūt uia ē in Atticā.atq; Megara ab Iſthmo ducēs Caurū quoq; uētū: ab illis ſaxis flantē ꝓcellaſq; ciētē Scirōa Atheniēſes uocāt.Figit aūt poeta oſſa Scirōis in mare ꝓiecti fuiſſe in ſcopulos cōuerſa. Facta ꝑmēt ānos.hoc ē.geſta tua nūero ānos ſupabūt. Pro te fortiſſime uota.Teſea ſignificat:q̄ feſta in Theſei honorē Atheniēſes īſtituerūt. Vſq; adeo nulla ē.parēthesis ē:ſniam loco maxīe accōmodatā cōtinēs. Bella parat minos.minoē Iouis filiū ex Europa regē fuiſſe Cretæ notius ē: q̄ ut ſit exponēdū.huic Androgeus filius fuit Athletico certamie clarus:q cū Athēis ex paleſtra uictoriā reportaſſet:maximā ī ſe iuidiā cōcitauit.Quapp īſidiis ægei atheniēſiū regis occiſus:cū domū nō rediret:Mynos pater aduerſus Atheniēſes bellū mouit:ipſis & peſtilētiā & famē īpcatus:ut Androgei cædē ulciſceret.auctores Plutar. & Diod. prius āt q̄ oppugnare cœpiſſet Athēas:uaria ſibi auxilia cōparauit:q̄ſdāq; īſulas expugnauit:quas enūerat poeta:ac ſi q̄ in his metamor.fuit fcā deſcribit. Firmiſſimus.ferociſſimus. Ira patria patri cōueniēte ob filii cædē. Iuſtis armis.bello iuſto qppe qđ fuit ſuſceptū ꝓ filii cæde ulciſcēda. Quaq; patēt aditus.quocūq; nauibus poterat ꝑuēire

Compoſito Scirone patet:ſparſiſq; latronis
Terra negat ſedem:ſedem negat oſſibus unda:
Quæ iactata diu fertur duraſſe uetuſtas
In ſcopulos:ſcopulis nomē Scyronis inhæret.
Si titulos annoſq; tuos numerare uelimus:
Facta prement annos:pro te fortiſſime uota
Publica ſuſcipius Bacchi tibi ſūimus hauſtus.
Cōſonat aſſenſu populi precibuſq; fauentum
Regia:nec tota triſtis locus ullus in urbe eſt.
Nec tamē (uſq; adeo nulla ē ſincera uoluptas
Sollicitumq; aliquid lætis interuenit) Aegeus
Gaudia percepit nato ſecura recepto.
Bella parat Minos:qui quāq; milite:quāq;
Claſſe ualet:patria tamē eſt firmiſſimus ira.
Androgeiq; necem iuſtis ulciſcitur armis.
Ante tamen bello uires acquirit amicas:
Quaq; patēt aditus:uolucri freta claſſe perrat
Hinc Anaphē ſibi iungit:& Aſtypaleia regna.
Promiſſis Anaphen:regna Aſtypaleia bello.
Hinc humilē Myconē:Cretoſaq; rura Cymoli
Florentemq; Tyron:Cypron:planāq; Seriphō
Marmoreāq; Paron:quāq; ipia ꝓdit Arnen.
Sithonis accepto q̄ auara popoſcerat auro:
Mutata eſt in auē:quæ nūc qnoq; diligit aurū

Anaphe inſula quæ olim Menebliaros eſt appellata

Hic Anaphē ſibi iūgit.Anaphe īſula ē in Cretico pelago una ex Sporadibus iuxta Theras: q̄a Mēbliaro:q una cū Cadmo ad q̄rēdā Europā nauigauit:Mābliaros fuit appellata.deide argōautis a tēpeſtate uexatis caligineq; optis cū appuiſſet:Anaphe απο του αναφαινειν fuit cognominata. Et hic Stymphalea regna. Stymphalus qdē urbs ē Arcadiæ.Sed đ hac mihi poeta ſētire ñ uidet:cū īſulas enūeret ſibi a Minoe conciliatas. forſitā āt deprauatus ē hic uerſus:q hic aduerbio craſo Aſtypalæia expoſcerere uidet.Eſt.n.Aſtypalæa īſula:una ex Cycladibus: ab Aſtypalæa Ancæi matre denoīata.nā ātea a Caribus hītata Pirrha primū deide palæa.tū θεων τραπεζα. hoc ē deoꝝ mēſa fuit appellata.Eſt āt ēt alia eiuſdē nois cū urbe iter Rhodū & Cretā.Eſt & nomē duarū urbiū:quaꝝ altera ē in Co īſula:altera in Samo. Vñ aſtypalæeus & aſtypalæata declinat. Hic humilē myconē.Mycōe q̄ & myconus a Stra.uocat una ē ex cycladibus.In ea uero inſula dñr iacere nouiſſimi gigātū ab hercule lapidibus obruti.Fere āt myconii ſūt calui. Cretoſaq; rura tymoli.ſic qdē corrupte Cymoli uero p c recte legit.ē.n.Cymolus q̄ & Echiuſa īſula in Cretico mari:una ex Sporadibus:a q̄ terra cymolia nūcupat:ut Strabo ſcribit:ad qđ alludēs poeta Cretoſa Cymoli rura appellat.In illa nāq; effoditur Creta:que cymolia dicit:purgādis ueſtibus apta. Florētēq; Tyrō Cyprum.hic quoq; uerſus mihi uidet eē deprauatus.Cū.n.poeta enumeret īſulas Cretæ uicinas quas ſibi minos adiunxit:īpite admodū ſporadibus atq; cycladibus Tyron:que phœniciæ adiacet:ac Cyprū q̄ Syriæ admiſceret. Forſitā aūt nō tyron ac cyprū:ſed Siphnū & Scyron eſt legendū. Siphnos.n.īſula ē Cymolo ꝓpinqua:uiſu ſpectabilis.a ſiphno Sunio dcā.Nā añ illū Merope uocabat & Acis:ut Pli.ſcribit.Scyros aūt una ē & ipſa ex cycladibus prima Lycomedis Achillis & Deidamiæ nuptiis clara

Stymphalus urbs

Aſtypalea inſula

Micon

Cymolus inſulu

Siphnos inſula

Planāq; ſeriphō.Seriphos una ē ex cycladibus adeo lapidoſa:ut qui Seriphiis conuiciantur:id īſpecta obueniſſe Gorgone cauſentur.nam ut refert ſtrabo:in illa fcā eſſe uulgantur que poetis ficta fuerunt: Dyctē pyſcatorem arcam adduxiſſe retibus:in qua Perſeus cum matre Danae continebatur:cum utrunq; pater Acriſius in mare proieciſſet.In illa uero inſula Perſeus educatus fuiſſe proditur:qui cum caput Gorgonis allatū Seriphiis oſtendiſſet:uniuerſos mutaſſe in lapides:idq; in matris ultionem factitaſſe:quia illis adiutoribus Seriphi rex Polydectes nuptiis inuitam adegiſſet. Marmoreamq; Paron.Paros etiam una eſt ex cycladibus primo Platea.deinde Minos appellata:que lapidem producit:quem Parium uocant ad marmoreas ſculpturas aptiſſimum.Ex ea natus eſt Archilochus poeta:qui corrupte apud Strabonem antilochus eſt ſcriptus.Ad quod alludēs Horatius inquit.Parios ego primus iambos oſtēdi latio. Quamq; impia prodidit arnen Sithonis. quæ nam fuerit illa Sithonis puella:que accepto auro hoſtibus Arnen inſulam prodiderit:atq; in monedulam auem auri maxime furacem conuerſa fuerit:non memini me legiſſe. Scithonis. Thracia mulier. eſt enim Sithonia Thraciæ pars



Nigra pedes:nigris uelata monedula pennis.
At nō Oliaros:Didimeq;:& Tenos:& andros.
Et Gyaros:nitidæq; ferax Peparethos oliuæ
Gnoſiacas iuuere rates:latere inde ſiniſtro
Oenopiam Minos petit:Aeacideia regna
Oenopiam ueteres appellauere:ſed ipſe
Aeacus Aeaginam genitricis nomine dixit.
Turba ruit tātaq; uirum cognoſcere fama
Expetit:occurrunt illi Telamonq; minorq;
Quā Telamō:Peleus:& ꝓles tertia phocus
Ipſe quoq; egreditur tardus grauitate ſenili
Aeacus:& quæ ſit ueniendi cauſa requirit.
Admonitus patrii luctus ſuſpirat:& illi
Dicta refert rector populorum talia centum.
Arma iuues oro pro nato ſumpta:piæq;
Pars ſis militiæ:tumulo ſolatia poſco:
Huic Aſopiades petis irrita:dixit:& urbi
Nō facienda meæ:neq; enim coniunctior ulla
Cæcropidis hac eſt tellus:ea fœdera nobis.
Triſtis abit:ſtabuntq; tibi tua fœdera magno
Dixit:& utilius bellum putat eſſe minari:
Quā gerere:atq; ſuas ibi præcōſumere uires
Claſſis ab Oenopiis etiam nunc Lyctia muris
Spectari poterat:cum pleno concita uelo
Attica puppis adeſt:& portus intrat amicos
Quæ cephalū patriæq; ſimul mādata ferebat.
Aeacidæ iuuenes longo poſt tempore uiſum
Agnouere tamē Cephalū:dextraſq; dederunt
Inq; patris duxere domum:ſpectabilis heros
Et ueteris retinens etiam nūc pignora formæ.
Ingreditur ramum tenens popularis oliuæ:
Et dextra leuaq; duos ætate minores.
Maior habet Clyton & Buten pallāte creatos.
Poſtq̄ congreſſi primi ſua uerba tulerunt
Cæcropidæ:cephalus pagit mādata:rogatq;
Auxilium:fœduſq; refert:& iura parentum.
Imperiumq; peti totius Achæidos addit.
Sic ubi mandatam iuuit facundia cauſam.
Aeacus in capulo regni nitente ſiniſtra
Ne petite auxilium:ſed ſumite dixit Athene.
Nec dubie uires:quas hæc habet iſula:ueſtras
Ducite:& omnis eat rerum ſtatus iſte mearum
Robora nō deſunt:ſuperat mihi miles & hoſti

Macedoniæ finitima.uñ Sithoniæ niues: apud Verg.dñr. Velata monedula.tecta.coopta Monedula uero auis ē e gracculoꝝ genere ſic dicta: q̄ſi monetula:ꝙ monetæ amore capiat. At nō Olearos.Didymeq;.īſulæ ſunt Aegei ex cycladibus:q̄ Minoi aduerſus Atheniēſes auxiliū ñ tulerūt.Oliaros aūt p i nō p e ī penultia ſcribit: īſula ē una ex cycladibus Sidonioꝝ colonia:ut Heraclides pōticus ſcribit. Didymeq;.īſula ē ex cycladibus una:a figura ſic appellata gemella: nanq; uidet.didymi.n.gemelli dñr.eodē noie īſula ē in freto Siculo una ex æoliis. Et tenos.īſula ē una ex cycladibus Tenos:ut ſtrabo refert:urbē ñ ſane magnā hñs ueꝝ Neptūi fanū ampliſſimū ī luco extra muros ſpectatu dignū.ī eo capaciſſima diſcūbētiū cōuiuaꝝ ædificata ſūt triclinia:qđ ſignū ē freq̄ntē finitimoꝝ multitudinē eo cōuēire ſolitā:q una Neptūo ſacrificia celebrarēt. Et ādros una ē ex cycladibus Andros ab Andro Ani filio cognoīata.Gyaros āt una ē ex Sporadibuſ. Nitideq; ferax Peparethos oliuæ.Peparethos inſula ē una ex Cycladibus oleo abūdās. Oenopiā Minos petit.ſic qdē in oībus q̄ mihi uidere contigit exēplaribus legit.Sed niſi apđ Strabonē ē mēdū: œnonā legendū ē.nā q̄ īſula poſtea Aegina fuit appellata:ab Aegina Aeaci matre:quā Iupiter:ut ſcribit Dio.ex Phliunte raptā ī illā trāſtulit inſulā antea Oenona ut ſtephanus ēt ſcribit:Vñ Oenoneus Oenoniuſq; declinat.Deniq; apud Græcorū quemq̄ nō memini me œnopiā legiſſe.uocabat.Fuit āt inſula nobiliſſima:ut q̄ & maris olī tenuerit īpiū:& Aeacidaꝝ origo fuerit.Sane Aegina locus ē ēt Epidauriæ terræ. Sed ipſe Aeacus Aegina. Aeacum Iouis fuiſſe filiū cōſtat: cui tres filii fuerunt Telamon Peleus Phocus. Admonitus patrii luctus.paternæ mœſticiæ:quā đ filio cōceperat. Populoꝝ centum. nam Cretacentū olim urbes habuiſſe fertur. Tumulo.filii ſepulchro.Huic Aſopiades Aeacus Aſopi nepos Aegina enim Aeaci mater filia fuit Aſopi fluuii. Stabunt magno.conſtabunt. Lyctia Cretenſis.a lycto Cretæ urbe a Lycto Deucalionis filio cognominata. Veteris formæ.priſtinæ pulchritudinis Nā Cephalus:ut ēt pauſanias ſcribit:formoſiſſimus fuit. Popularis oliuæ. in Attica natæ populoue gratæ. Maior hēt.cauſa cur a dextra læuaq; Clyton & Buten haberet. Maiores.n. natu in medio minoꝝ īcedere ſolēt.hic āt Pallas unus e filiis Pandionis Athenaꝝ regis fuit.quatuor.n. filii:ut ſcribit Stra. pandioni fuerunt. Aegenus: Lycus:Pallas:Niſus. Peragit mandata.exponit mandata.q̄ ab Atheniēſibus acceperat. Fœduſq; refert.cōmemorat fœdus a ſuis maioribus cū Aeginetis ꝑcuſſum. Impiū.regnū. Totius Achæidos.Achaiæ & Græciæ. Peti.appeti a Minoe. hoc āt ait:quo facilius Aeaco ꝑſuadeat:ut Athēienſibus contra Minoem ferat auxilium. In capulo regni.in ſceptro. Athenæ. Athenienſes: continens enim pro contento frequenter ponit a poetis. Aeaci autē oratio maximam præ ſe fert in Athenienſes & beniuolentiam & benignitatē. Et oīs eat.ueniat.uobiſcum ſubaudiat. Robora.uires. Superat mihi miles & hoſti.hoc ē.

Monedula auis

Tenos urbs

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

mihi milites ſupſūt:& ad adiuuandos amicos & ad repellēdos hoſtes. Gratia diis.ſit ſubaudiatur.Diis enim gratias agit Aeacus. Felix & iexcuſabile tempus.:nihil eſt ſubintelligatur. hoc autem uerbum eſt ſæpenumero elegaurer preter mittitur.Obuia proceſſit.obuiam uenit. Inde ex iis.Hæc aūt narrantur : ut concinnius ad formicarum metamorphoſin in homines exponendam deſcendat. Memorare.prolixius narrare.

Formicæ in homines

Sine ullo ordine.ſine ullo prohæmio. Longa ambage.ſuperflua oratiōe.Deſcribit autem poeta formicarum mutationem in Myrmidōas. Cū enim Iunonis ira Aeginæ incolæ peſtilentia fuiſſent abſumpti: Aeacus Iouem patrem rogauit: ut aut ſibi populum ſuum reſtitueret: aut ſe quoque uita priuaret.Iupiter uero Aeaci ꝓcibus motus:quotquot formicæ in antiqua quercu erāt:in homines cōmutauit:qbus Aeacus agros diuiſit.

Peſtilentiæ deſcriptio

Oſſa ciniſq; iacent:mortui ſunt. Et quota pars.ac ſi diceret minima. Lues.peſtis.Apellice. Aegina quam Iuno odio perſequebatur: quippe cum qua Iupiter coiuiſſet.Eleganter autem ſcite ꝙ ea omnia deſcribit poeta:quæ tempore peſtis accidere ſolent. Opes.auxilia. Preſſit.oppreſſit:occupauit. Et ignauos æſtus.ab effectu. ꝙ ignauos homines reddant & pigros. Dumq; quater plenis. per quatuor inquit menſes auſtri uenti morboſi ſpirarunt. Luna enim ſingulis quibuſq; menſibus creſcit ac decreſcit: Lætiferis æſtibus.peſtiferis feruoribus. Vitium. aeris corruptionem. Temeraſſe.corrupiſſe. Strage canum primo.hæc ex primo iliados ſumpta eſſe uidentur.nam Homerus peſtem in exercitū Græcorum Apollinis ira immiſſam deſcribēs aſſerit primo canes muloſq; iteriiſſe. Tabent putreſcunt:ac macilente fiunt. Palmæ.uictoriæ.

Veterum honorum,antiquæ gloriæ. Non aper iraſci meminit.protozeugma eſt. meminit enim uerbum ad duos qui ſequuntur nominatiuos eſt referendum. Incurrere.impetum facere. Omnia languor habet.omnia inquit animalia languida & infirma ſunt effecta. Corpa fœda.cadauera fœtentia. Odoribus.cadauerum fœtoribus quanq̄ odores fere in bonam accipiantur partem:ac pro iis quæ nares delectant ponantur. Et agunt contagia late.corruptionē inquit longe mittūt. Liqueſcunt. reſoluunt

Gratia diis:felix & inexcuſabile tempus.
Immo ita ſit Cephalus:creſcat tua ciuibꝰ opto
Vrbs ait:adueniens equidem mō gaudia cepi
Cum tam pulchra mihi:tam par ætate iuuētus
Obuia proceſſit:multos tamen inde requiro:
Q uos quōdā uidi ueſtra prius urbe receptus.
Aeacus ingemuit:triſtiq; ita uoce locutus.
Flebile principium melior fortuna ſecuta eſt.
Hanc utinā uobis poſſem memorare:ſine ullo
Ordie nūc repetā:neu lōga ambage morer uos
Oſſa ciniſq; iacēt:memori quos mēte requiris:
Et quota pars illi rerum periere mearum?
Dira lues populis ira Iunonis iniquæ
Incidit exoſæ dictas a pellice terras.
Dū uiſum eſt mortale malū:tantæq; latebat
Cauſa nocens cladis:pugnatū ē arte medendi.
Exitium ſuperabat opes:uictæq; iacebant.
Principio cælum ſpiſſa caligine terras
Preſſit:& ignauos incluſit nubibus æſtus.
Dūq; quater plenis expleuit cornibus orbem:
Luna quater plenum tenuata retexuit orbem:
Letiferis calidi ſpirarunt æſtibus auſtri.
Conſtat & in fontes uitium ueniſſe lacuſq;
Miliaq; incultos ſerpentum multa per agros
Erraſſe:atq; ſuis fluuios temeraſſe uenenis.
Strage canū primo:uolucrumq;:auiūq;:boūq;
Inq; feris ſubiti depreſa potentia morbi eſt.
Concidere infelix ualidos miratur arator
Inter opus tauros:medioq; recumbere ſulco.
Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros
Sponte ſua lanæq; cadunt: & corpore tabent.
Acer equus quōdā magnæq; in puluere famæ
Degenerat palmæ ueterūq; oblitus honorum
Ad præſepe gemit morbo moriturus inerti.
Non aper iraſci meminit:nec fidere curſu
Cerua:nec armentis incurrere fortibus urſi.
Omnia languor habet:ſiluis:agriſq;:uiiſq;:
Corpora fœda iacent:uitiant odoribus auræ.
Mira loquar:nō illa canes:auidæq; uolucres:
Non cani tetigere lupi:dilapſa liqueſcunt:
Afflatuq; nocent:& agunt contagia late.
Peruenit ad miſeros damno grauiore colonos
Peſtis:& in magnæ dominat mœnibus urbis.



Viſcera torrentur primo flammiſq; fatiſcunt.
Indicium rubor eſt & ductus anhelitus igni.
Aſpera lingua tumet:tepidiſq; arentia uētis
Ora patent:auræq; graues captantur hiatu.
Nō ſtratum:non ulla pati uelamina poſſunt:
Dura ſed in terra ponunt præcordia:ne ſit
Corpus hūo gelidū:ſed humus đ corpe feruet
Nec moderator adeſt:inq; ipſos ſæua medētes
Erumpit clades:obſuntq; auctoribus artes.
Q uo propior quiſq; ē:ſeruitq; fidelius ægro:
In partem leti citius uenit:atq; ſalutis
Spes abiit:finemq; uident in funere morbi.
Indulgent animis:& nulla quid utile cura eſt.
Vtile enim nihil eſt:paſſim poſitoq; pudore
Fontibus & fluuiis puteiſq; capacibus hærēt.
Nec ſitis eſt extincta prius:ꝙ uita bibendo.
Inde graues morbo nequeūt cōſurgere:& ipſis
Immoriunt aquis:aliquis tamē haurit & illas.
Tantaq; ſunt miſeris inuiſi tedia lecti
Proſiliunt:aut ſi prohibent conſiſtere uires:
Corpora deuoluūt in humū:fugiūtq; penates
Q uiſq; ſuos:ſua cuiq; domus funeſta uidetur
Et quia cauſa latet:locus eſt in crimine notus.
Semianimes errare uiis:dum ſtare ualebant:
Aſpiceres flentes alios:terraq; iacentes:
Laſſaq; uerſantes ſupremo lumina motu.
Membraq; pendentis tendunt ad ſidera celi
Hic illic ubi mors deprenderat exhalantes.
Q uid mihi tunc animi fuit? aut qd debuit eē?
Vt uitam odiſſem:& cuperē pars eſſe meorū
Q uo ſe cūq; acies oculorum flexerat:illic
Vulgus erat ſtratum:ueluti cū putrida motis
Poma cadunt ramis:agitatæq; ilice glandes.
Templa uides cōtra gradibus ſublimia longis.
Iupiter illa tenet:quis non altaribus illis
Irrita thura dedit? quoties ꝓ cōiuge coniunx:
Pro nato genitor dum uerba præcātia dixit:
Nō exoratis animam finiuit in aris?
Inq; manu thuris pars incōſumpta reperta eſt?
Admoti quoties templis:dum uota ſacerdos
Cōcipit:& fundit purum inter cornua uinum:
Haud expectato ceciderunt uulnere tauri?
Ipſe ego ſacra Ioui pro me:patriaq;:tribuſq;

Flammiſq; fatiſcunt:hoc eſt: ardore quodam inteſtino reſoluuntur:elegāter autem omnia deſcribit poeta:que peſte laborantibus ſolent cueni re. Indicium rubor eſt:rubor faciei inquit indicat uiſcera eſſe inflammata. Tumet:inflatur.

Arentia ora:arida & ſicca. Ventis tepidis:auſtris. Patent.aperta ſunt & tenent. Auræ graues.pernicioſæ. Non ſtratum:lectum. Dura præcordia:corpora inflata & aſpera:ut a pte totū intelligamus.Sunt enim præcordia:ut Plinius in undecimo naturalis hiſtoriæ ſcribit:mēbranæ tenuiſſimæ quibus exta homini ab inferiore uiſcerum parte ſeparantur:Sic dicta quia cordi prætēduntur que græci phrenas appellant: quod illis ſubtilitas mentis accepta feratur. Moderator: rector:medicus. Erumpit:inuadit. Obſūtq; auctoribus artes:medicæ inquit artes ſuis profeſſoribus nocēt.Peſte enim medici quoq; corripiebantur. Leti:mortis. Finemq; uidet in funere morbi:ordo eſt & ſenſus:finēq; morbi in funere & morte uident. Indulgent animis:hoc eſt: faciunt quicqd ipſis libet. Quid utile: hoc uerbum ſit ſubintelligatur:ut ſit ſenſus:& nulla cura eſt quid ſit utile. Haurit:bibit. Et illas:etiā illas cadaueribus īfectas.in quibus multi moriebantur. Tantaq; ſunt miſeris:adeo aūt inquit inuiſos habent lectos:ut ex illis proſiliant. Aut ſi prohibent:hoc eſt:ſi cui ſunt tam exiguæ uires: ut ſtare non poſſit atq; e lecto deſilire: deuoluit ſe quoquomodo pōt in humum. In crimine: in culpa. Semianimes:ſemimortuos. Pendētis:impendentis:imminentis. Hic illic. paſſim & ubiq;: Exhalantes:expirantes. Quid animi.qualis animus. Vt uitam odiſſem: qualem animum habere debuerit Aeacus ipſe exponit. Talem inquit animum debui habere: ut uitam odiſſem:ac mortuus eſſe cuperem. Flexerat:cōuerterat. Contra:e regione. Sublimia:alta. Irrita thura:uana nihilo conferentia. Non exoratis diis ſubaudiatur. Admoti templis:adducti in templa. Dum uota ſacerdos concipit:dū ſacerdos præcatur deos. Purum uinum: merū ſine aqua:mero nāq; in ſacrificiis quēadmodū & nos priſci utebant. Haud expectato uulnere:



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Fibra quoq; ægra.uitiata. Fibras autem uicti-
mag; haruſpices inſpiciebant: quo prædicere fu-
tura poſſent. Notas ueri: ſigna quibus uerũ co
gnoſcitur. Monitus:admonitiones deorum.
Triſtes morbi: ab effectu: ꝙ triſticiam pariant
morbi triſtes uocantur. Ad uiſcera:ad inteſtina
corrũpenda. Ante ſacros poſtes: ante ſacras tẽ-
plorum ianuas. Pars animã laqueo claudunt:
pars inquit ſe ſuſpendunt & ſtrangulant. Ve-
nientia fata:uenientem mortem. Feruntur:effe
runtur:nam extra urbem cadauera ſepeliebãtur.
Nullis funeribus: nullis exequiag; honoribus.
Neq; enim capiebant funera portæ: incredibi
lem funerum multitudinem fuiſſe Aeacus oſten
dit:cum per urbis portas efferri non poſſent.
Aud inhumata præmunt terras: aut i ſepulta
iacent in terra. Aut dantur in altos idotata ro
gos:aut inqt ſine ullo ſepulturæ honore i ignes
mittuntur. In tumulos:ad ſepulchra facienda.
In ignes:in rogos extruendos:per quæ ſignifi-
catur cadauerum maximã fuiſſe multitudinem.
Tanto turbine:tanto perturbatione & inuolu
tione rerum. Falſa: falſo: nomen enim pro ad-
uerbio eſt poſitum. Loquuntur:homines. Iſſe
ſub amplexus quondam Aſopidos æginæ: con-
cubuiſſe cum ægina Aſopi filia:hic aũt uerſus ali
quid uitii cõtraxiſſe uidetur: quod quidẽ ſi opus
poeta emendaſſet:facile ſuſtuliſſet:Forſitan autẽ
ſic eſſet legendum. Iſſe ſub Aſopidos quondam
amplexus Aeginæ:quãuis Aſopus ſecundam pro
ducat.Sic autem erit ſpondaicus uerſus. Aſopi
dos æginæ:aſopi filiæ. Eſt enĩ aſopus achæiæ flu
uius in ſinum Corinthium labens. Notam: ſi-
gnum. Fulgore:fulguris ſplendore. Quæ das
mihi pignoris omẽ.quæ mihi pro pignoris ſigno
oſtendis. De ſemine Dodonæo:laus a loco.Do
dona enĩ urbs eſt Moloſſidis in Epiro:iuxta quã
fuit ſilua. Ioui dicata : in qua columbæ reſponſa
dabant.Dicta eſt autem Dodona uel a Dodona
una ex Oceani nymphis. Vel a dodono Iouis &
Europe filio:uel a Dodone fluuio: ut ſtephanus
ait:Vnde Dodonius dodoneuſq; deriuãtur. Hic
eſt prouerbium. Aes dodoneũ: in eos qui nimiũ
multa loquuntur. Frugilegas:fruges ac grana
colligentes. Rugoſo cortice: aſpera pelle. Sine
flamine:ſine uento. Stabant:erectæ erãt. Exer
cita.defatigata:eſt autem ſententia generalis.
Graniferg; agmen: multitudinẽ formicag; gra
na ferentium. Spargere in aruis ſubiectis:ſi eẽt
ſoluta oratio in arua ſubiecta diceretur.

Cum facerem natis:mugitus uictima diros
Edidit: & ſubito collapſa ſine ictibus ullis
Exiguo tinxit ſubiectos ſanguine cultros.
Fibra quoq; ægra notas ueri monituſq; deorũ
Perdiderat.triſtes penetrãt ad uiſcera morbi.
Ante ſacros uidi proiecta cadauera poſtes.
Ante ipſas:quo mors foret inuidioſior: aras.
Pars animũ laqueo claudũt: mortiſq; timorem
Morte fugant:ultroq; uocant ueniẽtia fata.
Corpora miſſa neci nullis de more feruntur
Funeribus.neq; enim capiebant funera portæ.
Aut ihumata præmũt terras: aut dãtur in altos
Indotata rogos.& iam reuerentia nulla eſt.
Deq; rogis pugnãt:alieniſq; ignibus ardent.
Q ui lachryment deſunt:indefletæq; uagãtur
Natorũq; matrumq; animæ iuuenũq; ſenũq;.
Nec locus i tumulos:nec ſufficit arbor i ignes.
Attonitus tãto miſerarum turbine rerum.
Iupiter o dixi:ſi te nõ falſa loquuntur
Iſſe ſub aſopidos quondam amplexus æginæ:
Nec te magne pater noſtri pudet eſſe parentẽ.
Aut mihi redde meos:aut me quoq; cõde ſepul
Ille notã fulgore dedit:tõitruq; ſecũdo. (chro
Accipio:ſint que iſta precor felicia mentis
Signa tuæ dixi:quæ das mihi pignoris omen.
Forte fuit iuxta patulis rariſſima ramis
Sacra Ioui quercus de ſemine Dodonæo.
Hic nos frugilegas aſpeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes:
Rugoſoq; ſuum ſeruãtes cortice callem.
Dum numerũ miror:totidẽ pater optime dixi
Tu mihi da ciues:& inania mœnia ſupple.
Intremuit:ramiſq; ſonum ſine flamine motis
Alta dedit quercus: pauido mihi mẽbra timore
Horruerãt:ſtabãtq; comæ.tamẽ oſcula terræ
Roboribuſq; dedi.nec me ſperare fatebar.
Sperabam tñ:atq; animo mea uota fouebam:
Nox ſubit.& curis exercita corpora ſomnus
Occupat ãte oculos eadẽ mihi quercus adeſſe
Et rami totidem:totidemq; animalia ramis
Ferre ſuis uiſa eſt:pariterq; tremiſcere motu:
Graniferũq; agmen ſubiectis ſpargere in aruis
Creſcere quod ſubito maius maiuſq; uidetur:



Ac ſe tollere humo:rectoq; aſſiſtere trunco.
Et maciem:numerũq; pedũ:nigrũq; colorem
Ponere:& humanã membris inducere formã.
Somnus abit:dãno uigilãs mea uiſa: querorq;
In ſuperis opis eſſe nihil:at in ædibus ingens
Murmur erat:uoceſq; hoim exaudire uidebar
Iam mihi deſuetas:dũ ſuſpicor has quoq; ſõni
Eſſe:uenit Telamon ꝓperus:foribuſq; recluſis
Speq; fideq; pater dixit maiora uidebis.
Egredere:egredior:qualeſq; in imagine ſomni
Viſus eram uidiſſe uiros:ex ordine tales
Aſpicio:noſcoq;:adeunt:regemq; ſalutant.
Vota Ioui ſoluo : populiſq; recentibus urbem
Patior:& uacuos priſcis cultoribus agros
Myrmidonaſq; uoco:nec origie nomia fraudo.
Corpora uidiſti:mores quos ante gerebant.
Nũc quoq; hñt:parcũ genus ẽ patieſq; laborꝫ
Q uæſitiq; tenax:& quod quæſita reſeruet.
Hii te ad bella pares annis animiſq; ſequentur
Cum primum qui te feliciter attulit:Eurus
(Eurus eni attulerat)fuerit mutatus i auſtros.
Talibus atq; aliis longum ſermonibus illi
Impleuere diem:lucis pars optima menſæ
Eſt data:nox ſonis:iubar aureus extulerat ſol.
Flabat adhuc Eurus:redituraq; uela tenebat.
Ad Cephalum Pallante ſati:cui grandior ætas.
Ad regem Cephalus ſimul & Pallante creati
Conueniũt:ſed adhuc regẽ ſopor altus hẽbat.
Excipit Aeacides illos in limine Phocus.
Nã Telamon fraterq; uiros ad bella parabant.
Phocus in interius ſpaciũ pulchroſq; receſſus
Cæcropidas duxit:cũ quis ſimul ipſe reſedit.
Aſpicit Aeoliden ignota ex arbore factum
Ferre manu iaculum:cuius fuit aurea cuſpis.
Pauca prius mediis ſermonibus ille locutus
Sum nemorum ſtudioſus ait:cædiſq; ferinæ.
Q ua tamen a ſylua teneas haſtile reciſum
Iam dudum dubito:certe ſi fraxinus eſſet.
Fulua colore foret:ſi cornus:nodus ineſſet:
Vnde ſit ignoro:ſed non formoſius iſto
Viderunt oculi telum iaculabile noſtri:
Excipit Actæis e fratribus alter:& uſum
Maiorem ſpecie mirabere dixit in iſto.

Recto trũcõ.cõrpõre erecto & pectore. Mea
uiſa.mea inſomnia. Speq; fideq; maiora. hoc
eſt maiora q̃ ut ſperãda credendaq; ſint. Adeũt
accedunt ad me. Myrmidonaſq; uoco. απο
τῶν μυρμήκων hocea formicis quidem Myr-
midonas appellatos fuiſſe ait poeta:ut qui fabu
læ aſtipuletur. Strabo autem ſcribit Aeginenſes
myrmidonas dictos:non ut in fabulis canitur:
ꝙ magna inualeſcente peſtilentia formicæ Aea-
co precante iu homines uerſæ fuerint: ſed quia
formicarum more terram fodientes ad petras eã
apportarent.ut agri colendi materiam haberent
ac foſſas incolerent:ne latericiam facere atq; ædi
ficare cogerentur. Pares annis. eadem nanq;
nocte oẽs nati eſſe uidebantur. Eurus enim
attulerat.parentheſis eſt expoſitionem continẽs
a poeta inſerta. Menſæ.cœnæ:conuiuio. Iu
bar.ſplendorem. Aureus ſol. pulcher ac ſplen-
didus. Cui grandior ætas.cauſa cur filii Pal-
lantis ad Cephalum conuenerint.ille enim ma-
ior natu erat. Ad regem Aeacum. Fraterq;
Peleus. Cum quis.quibuſcum. Aeoliden.Ce
phalum Aeoli filium. Sum nemorum ſtudio
ſus.hoc eſt uenationibus delector:& ferag; cæde
Sylua.arbore.continens enĩ ꝓ contento poſi-
tũ eſt. Si cornus.nodus ineſſet:cornus enĩ no
doſa eſt arbor.Vnde ſit.ex qua arbore ſit. Telũ
iaculabile.periphraſis ẽ iaculi. Actæis. athenĩẽ
ſibus. Specie.pulchritudine. Vſum.utilitatẽ

Vnde myrmi
dones

Iaculum mi-
randum



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Fortunaq; miſſum non regit.hoc ē.nulli ſubii citur fortunæ.Fruſtra eni nunq̄ mittitur. Iuuenis Nereius. phocus nerei nepos. Nā Aeacus cū ex pſamathe Nerei filia ſuſtulit. Quis auctor:qs fuerit dator tā magni muneris. Ille refert. Cephalus. Et cætera nota pudore.ordo ē & ſenſus: & ſilet ac reticet Cephalus ob pudorem cætera q̄ nota erāt:qua mercede illud iaculū ab uxore accepit. Neq;.n.refert Cephalus ſe ob pulchritudinē ſuā ab uxore accepiſſe. Tulerit:accepit. Tactuſq; dolore:cōmotus. Nate dea: phocus quē alloqtur Cephalus filius fuit Aeaci ex pſamathe nympha.Quis poſſet credere:parēthesis ē:qua ſignificatur nō eſſe credibile Cephalum ob illud iaculū flere: qđ tantæ ſit utilitatis. Procris erat: Procris Erecthei Atheniēſium regis filia fuit:q̄ cū cephalo nupſiſſet: Auroræ odio:q̄ cephalū ī ſuos amplexus cōuertere nequit ſub forma alieni uiri muneribus a Cephalo ipſo tēptata fidē marito datā fractura uidebatur.Cū aūt ſe Cephalus idicaſſet:aufugiēs ſyluas petiit:ac Dianæ comes effecta tandē a cephalo placatur: domūq; reuerſa marito & canē noie Lælapa: & iaculū admirādæ pulchritudinis:uirtutiſq; donauit. Cū aūt cuiuſdā idicio cōperiſſet Cephalū cū quadā nympha noie aura cōgredi ſolitū:clā eum in ſyluas ſecuta ab inſcio marito eo telo qđ ab ipa dono accepat fuit iterfecta. Magnæ Orithyæ: ꝑclaræ:ut q̄ ſua pulchritudie a borea uēto rapta fuiſſe fingatur.

Procris

Cōferre:cōparare. Dignior ipſa rapi.antepōit Cephalus ꝓcrin Orithyiæ:quāuis ob pulchritudinē orithyia: a borea uēto rapta fuiſſe feratur. Ipſa Procris:ſentit.n.Cephalus ꝓcrin fuiſſe orithyia elegantiorē atq; formoſiorē. Pater hāc mihi iūxit Erechtheus:hāc mihi inqt erechtheus pater uxorē dedit.Erechtheus aūt:ut diximus:Athenarū rex fuit: unde Atheniēſes interdū erechthidæ uocātur. Hanc mihi iunxit amor:repetitio ē maxie effectui amantis conueniēs. Nō ita diis uiſum eſt:nō ita diis placuit:ut eſſem felix. Poſt ſacra iugalia:poſt nuptias celebratas. Sēper florentis Hymeti. Hymetus mons ē atticæ regiōis: Thymo ſemp florens:ubi & mel optimū conficitur:& marmor effoditur. Roſeo:pulchro. Spectabilis.digna q̄ ſpectetur. Mota dea ē: cōmota & indignata. Siſte:cōtine. Quod teneat lucis: nā aurora media eſt inter diē & noctē. Procrin habe. ironice cū quadā indignatiōe legendum: ut illud Virg.Sequere Italiā uentis. Ingrate:mihi in amore nō reſpōdens:ut qui me a qua amaris nō redamas. Quod ſi mea ꝓuida mens ē:ſed ſi inquit præuideo futura: cupies nunq̄ habuiſſe Procrin. Mecū retracto:mecū cogito. Memorata deæ:uerba & dicta auroræ. Eſſe metus cœpit Zelotypus auroræ ira Cephalus eſt effectus. Facies ætaſq; iubebant.formoſa inquit facies & iuuenilis ætas procris me inducebant:ut crederem ipſam adulteriū cōmiſiſſe. Mores aūt caſti me illud ſuſpicari non permittebant. Criminis exēplū: adulterii. Aurora nāq; unde redibat: exēplo erat:q̄ facile mulieres in adulteriū cadant. Sollicitare:temptare:infeſtare. In eo.intro.

Cephalus in aliam figurā

Cōſequitur quodcūq; petit: fortunaq; miſſum
Nō regit:& reuolat nullo referente cruentum.
Tum uero iuuenis Nereius omnia quærit.
Cur ſit:& unde datum:qs tāti muneris auctor.
Quæ petit:ille refert.& cætera nota pudore
Qua tulerit mercede ſilet:tactuſq; dolore
Coniugis amiſſe lachrymis ita fatur abortis.
Hoc me nate dea (quis poſſet credere) telū
Flere facit:facietq; diu:ſi uiuere nobis
Fata diu dederint.hoc me cum coniuge cara
Perdidit.hoc utinā caruiſſem munere ſemper.
Procris erat:ſi forte magis peruenit ad aures
Orithyia tuas:magnæ ſoror Orithyiæ.
Si faciem moreſq; uelis conferre duarum.
Dignior ipſa rapi.patˀ hāc mihi iūxit erectheus
Hanc mihi iunxit amor felix dicebar:erāq;:
Nō ita dijs uiſum eſt.at nūc quoq; forſitā eſſe.
Alter agebatur poſt ſacra iugalia menſis.
Cum me cornigeris tendentem rætia ceruis
Vertice de ſummo ſemper florentis Hymeti
Lutea mane uidet pulſis aurora tenebris:
Inuitumq; rapit.liceat mihi uera referre
Pace deæ:ꝙ ſit roſeo ſpectabilis ore:
Quod teneat lucis.teneat confinia noctis.
Nectareis ꝙ alatur aquis.ego procrin amabā.
Pectore procris erat.ꝓcris mihi ſemper in ore.
Sacra tori:coituſq; nouos:thalamoſq; ræcētes:
Primaq; deſerti referebam fœdera lecti.
Mota dea eſt.& ſiſte tuas ingrate querelas.
Procrin habe dixit.ꝙ ſi mea prouida mens eſt:
Non habuiſſe uoles.meq; illi irata remiſit.
Dum redeo:mecūq; deæ memorata retracto.
Eſſe metus cœpit:ne iura iugalia coniunx
Non bene ſeruaſſet.facies ætaſq; iubebant
Credere adulteriū.ꝓhibebāt credere mores.
Sed tñ abfuerā. ſed & hæc erat:unde redibam:
Criminis exēplū:ſed cuncta timemus amātes.
Quærere quod doleā ſtatuo:doniſq; pudicā
Sollicitare fidem.fauet huic aurora timori:
Immutatq; meam (uideor ſenſiſſe) figuram.
Palladiaſq; meo non cognoſcēdus Athenas.
Ingredior q; domū: culpa domus ipſa carebat:
Caſtaq; ſigna dabat:domioq; erat anxia rapto.



Vix aditus ꝑ mille dolos ad erechthida factus
Vt uidi:obſtupui:meditataq; pene reliqui
Temptamēta fide:male me: quin uera faterer.
Continui:male quin ut oportuit:oſcula ferrem
Triſtis erat ſed nulla tamen formoſior illa
Eſſe poteſt triſti:deſiderioq; calebat
Coniugis arrepti:tu collige qualis in illa
Phoce decor fuerit: quā ſic dolor ipſe decebat
Quid referā:quotiēs tēptamia noſtra pudici
Reppulerint mores? quotiens ego dixerit uni
Seruor ubicūq; eſt:uni mea gaudia ſeruo.
Cui non iſta fide ſatis experientia ſano
Magna foret? non ſū cōtētus:& in mea pugno
Vulnera:dum cēſus dare me ꝓmitto:loquēdo
Muneraq; augendo:tandem dubitare coegi.
Exclamo mala:pectora detego:tectus adulter.
Verus eram coniunx:me perfida teſte teneris
Illa mihi:tacito tantum̄modo uicta pudore
Inſidioſa malo cum coniuge limina fugit.
Offenſaq; mei genus omne peroſa uirorum
Montibus errabat ſtudiis operata Dianæ.
Tum mihi deſerto uiolentior ignis ad oſſa
Peruenit.orabam ueniam.& peccaſſe fatebar.
Et potuiſſe datis ſimili ſuccumbere culpæ
Me quoq; muneribus.ſi munera tanta darent.
Hæc mihi confeſſo læſum prius ulta pudorē
Redditur.& dulces concorditer exigit annos
Dat mihi præterea.tanq̄ ſi parua dediſſet
Dona:canem munus:quē cū ſua traderet illi
Cynthia:currendo ſuperabit dixerat omnes.
Dat ſimul & iaculū:manibus ꝙ cernis habere.
Muneris alterius quæ ſit fortuna requiris.
Accipe mirandum.nouitate mouebere facti.
Carmina Naiades non intellecta priorum
Soluunt ingeniis.& præcipitata iacebat
Immemor ambagum uates obſcura ſuarum̄
Scilicet alma Themis.nec talia liquit inultā.
Protinus Aoniis immiſſa eſt bellua Thebis.
Ceſſit & exitio multis:pecorumque ſuoque
Ruricolæ pauere feram.uicina iuuentus
Venimus.& latos indagine cinximus agros.
Illa leui uelox ſuperabat rætia ſaltu.
Summaq; tranſibat poſitarum lina plagarum.

Fide.fidei antiquorū more:ut Virg. Libra die ſomniq; pares ubi fecerit horas. Male cōtinui. uix me continui: ut non faterer me Cephalum eſſe. Quin.ut non.iterdum cur non ſignificat Vt oportuit.ut honeſtum & conueniens fuit. Calebat.ardebat.anxia erat. Deſiderio.abſētia. Coniugis arrepti.mariti quem putabat aurora fuiſſe raptum. Tu collige.conclude ratiocinare:id quod græci συλλογίζειν dicunt.

Vni ſoli Cephalo. Cui ſano ſapienti. In mea uulnera.in meos dolores. Cēſus.amplas diuitias. Mala.o mala mulier. Tectus.Simulatus. Perfida.proprie.nam perfidi qui fidem uiolant dicuntur. Inſidioſa limina.in quibus ſibi ſtructæ inſidiæ fuerant. Offenſaq; mei.ꝙ me offendiſſet.offenſa enim actiue.offenſio paſſiue accipi ſolet. Peroſa.odio habens. Operata.occupata.dedita. Violentior ignis.amor uehementior. Redditur mihi:ad me redit.

Sua cynthia.ſua diana. Muneris alterius. canis Procri uxore donati.Si autem coniunctio eſt ſubaudienda:ut intelligatur.ſi requiris. Exponit autem mutationē & feræ Themidis indignatione in thebanum agrum immiſſæ & canis nomine Lælapis in ſaxa.Nam thebani cū uidiſſent Naiadas:ac nymphas:futura prædicere Themidis deæ obſcura dantis reſponſa templum deiecerunt.Illa uero indignata feram immiſit.quæ & pecora & agreſtes uexaret.ad eam opprimendā cum alia græciæ iuuentute conuenit etiam Cephalus cum Lælapa cane: qui cum in feram in euitabile iaculum foret coniecturus: utrunq; aſpexit in ſaxa commutatum. Accipe mirandū audi rem admiratione dignam. Naiades.nymphæ. Carmina.uaticinia.prædictiones. Soluunt. exponunt. Præcipitata.deiecta. contempta. Ambagum.dictorum ambigorum. Alma themis:ſancta.nam themis:ut Pompeius ait: dea fuit: que hominibus precipiebat id petere quod honeſtum & fas eſſet. Vnde & ꝓ eo quod nos fas dicimus.θέμις frequenter ponitur a græcis. Inulta impunita. Aoniis thebis.bœotiis Aonia eni ps eſt Bœotiæ.ſcite uero Epitheto diſtixit.Nam thebæ multaꝝ urbiū nomē eſt:ut diximus. Ceſſit & exitio multis.ꝑnicioſa multis fuit. Pecorūq; ſuoq;.agricolæ iquit illā ferā & ſua & pecorū morte pauerunt.multos eni ex illis deuorauit fera. Indagine.multitudie hominū inquirentum Sic Vergi. Saltuſq; indagine cingunt.Indagare autē:unde indaginē declinamus eſt diligenter inquirere. Summa lina.ſummos funes.metonymia eſt.ex lino enim funes conficiuntur. Poſitarum plagarum.tentorum retium.

Fera & canis in ſaxa



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Copula detrahit' canibus:quos illa frequẽtes
Effudit:& cœtum non ſegnior alite ludit.'
Poſcor & ipſe meum cõſenſu Lælapa magno.
(Muneris hoc nomẽ)iã dudũ uincula pugnat
Exuere ipſe ſibi:colloq; morantia tendit.
Vix bene miſſus erat:nec iã poteramus ubi eẽt
Scire.pedum calidus ueſtigia puluis habebat.
Ipſe oculis ereptus erat.non ocior illo
Haſta.nec exute contorto uerbere glandes:
Nec gortyniaco calamus leuis exit ab arcu.
Collis apex medij ſubiectis imminet aruis.
Tollor in hũc: capioq; noui ſpectacula curſus.
Q uo modo deprẽdi:mõ ſe ſubducere ipſo
Vulnere uiſa fera eſt:nec limite callida recto
In ſpatiumq; fugit:ſed decipit ora ſequentis:
Et redit in gyrum:ne ſit ſuus impetus hoſti.
Imminet hic:ſequiturq; parem:ſimiliſq; tenenti
Nõ tenet.& uanos exercet in aere morſus.
Ad iaculi uertebar opem: quod dextera librat
Dum mea.dum digitos amentis indere tẽpto
Lumina deflexi: reuocataq; rurſus eodẽ
Rettulerã.& medio(mirũ)duo marmora cãpo
Aſpicio.fugere hoc:illud latrare putares.
Scilicet inuictos ambos certamine curſus
Eſſe deus uoluit:ſi quis deus affuit illis.
Hactenus & tacuit. iaculo q; crimen in ipſo ẽ?
Phocus ait.iaculi ſic crimina reddidit ille.
Gaudia principium noſtri ſunt phoce doloris:
Illa prius referam.iuuat o meminiſſe beati
Temporis Aeacide:quo primos rite per annos
Coniuge eram fœlix.fœlix erat illa marito.
Mutua cura duos:& amor ſocialis habebat.
Nec Iouis illa meo thalamos præferret amori:
Nec me quæ caperet:nõ ſi Venus ipſa ueniret:
Vlla erat.æquales urebant pectora flammæ.
Sole fere radijs feriente cacumina primis
Venatum in ſyluas iuueniliter ire ſolebam.
Nec mecũ famuli:nec equi:nec naribus acres
Ire canes:nec lina ſequi nodoſa ſolebant.
Tutus eram iaculo.ſed cum ſatiata ferinæ
Dextera cædis erat:repetebã frigus & umbras:
Et quæ de gelidis exibat uallibus auram.
Aura petebatur medio mihi lænis in æſtu.

Copula:uinculum quo canes colligãtur. Et cœtum: canum multitudinem. Non ſegnior alite.uelox ut auis. Ludit:deludit:decipit. Lælapa:a uelocitate & impetu nomen hoc inditum fuit cani. λαιλαψ enim turbo dicitur qui unius eſt maxime impetuoſus. Pugnat exuere: conatur detrahere. Morantia: remorantia:retinẽtia.
Tendit:contendit:conatur. Vix bene miſſus erat:quanta fuerit uelocitate canis ille: aperte declarat.Cephalus: quem uix dimiſſum non poterant uidere. Miſſus:dimiſſus. Veſtigia pedũ: ſigna pedum. Habebat:tenebat. Exutæ glandes:expulſæ glãdes plumbeæ. Contorto uerbere:contorta funda.. Calamus:ſagitta ex calamo confecta. Gortyniaco ab arcu.Cretenſi.Nã gortyn quæ & cortys dicitur: urbs eſt Cretæ:a Gorty Heroe dicta. Hæc & lariſſa & Crẽnia fuit appellata. Apex.uertex. Tollor in hunc:in illũ uerticem aſcendo. Modo:interdum. Deprendi: comprehendi. Modo ſe ſubducere: interdum ſe ſubtrahere. Callida:aſtuta. Limite recto: itinere. In ſpatium:rectum ſubaudiatur. Quo.i quo curſu. In gyrum:in orbem. Hoſti.cani lælapi. Imminet:iſtat. Varios morſus:inanes: qa feram comprehendere non poterat. Ad iaculi uertebar opem:uolebam iquit mittere iaculum.
Quod dextera librat: geſtum exprimit iaculũ emittere uolentis. Amentis indere: imponere: amenta autem ſunt lora : quibus iacula facilius longiuſq; emittuntur. Lumina deflexi: oculos remoui a cauſe & fera. Eodem: ad eundem locum. Mirum:res miranda: eſt autem iteriectio affectui ſeruiens: Affuit. auxilio fuit. Hactenus: locutus eſt Cephalus ſubaudiatur. Iuuat o meminiſſe beati temporis Aeacide. Sententia eſt catholica & generalis. Rite fœlix:perfecte fœlix. Amor ſocialis. ab effectu qđ ſocios reddat.
Thalamos Iouis: nuptias Iouis. Venus ipſa: quæ ẽ pulchritudinis dea & uenuſtatis. Aequales flãmæ: par amor. Sole fere radiis: matutino inquit tempore in ſyluas ad uenandum ire ſolebam.Eſt enim matutini temporis periphraſis.
Cacumina:montium ſummitates. Iuueniliter:iuuenum more. Naribus acres:odori. Lina nodoſa:retia. Aura lenis: ſuauis iocunda. Eſt autem pulchra anadiploſis cum repetitione: qua ſignificat Cephalus auram illam ſibi gratiſſimam fuiſſe.



Auram expectabam:requies erat illa labori.
Aura(recordor enim)uenias cantare ſolebam
Meq; iuues:intreſq; ſinus gratiſſima noſtros.
Vtq; facis releuare uelis:qbus urimur:æſtus
Forſitan addiderã(ſic me mea fata trahebant)
Blanditias plures:& tu mihi magna uoluptas:
Dicere ſum ſolitus:tu me reficiſq;:foueſq;.
Tu facis ut ſiluas:ut amem loca ſola:meoq;
Spiritus iſte tuus ſemper capiatur ab ore.
Vocibus ambiguis deceptam præbuit aurem
Neſcio quis:nomenq; auræ tam ſæpe uocatũ
Eſſe putat niphæ:nymphã mihi credit amari.
Criminis extemplo ficti temerarius index
Procrin adit:linguaq; refert audita ſuſurra.
Credula res amor eſt:ſubito collapſa dolore.
Vt mihi narratur:cecidit:longoq; refecta
Tempore ſe miſeram:ſe fati dixit iniqui.
Deq; fide queſta eſt:& crimine concita uano:
Q đ nihil ẽ:metuit:metuit ſine corpore nomẽ
Et dolet infœlix ueluti de pellice uera.
Sæpe tamẽ dubitat:metuitq; miſerrima falli:
Indicioq; fidem negat:& niſi uiderit ipſa:
Damnatura ſui non eſt delicta mariti.
Poſtera detulerant auroræ lumina noctem.
Egredior:ſiluaſq; peto:uictorq; per herbas.
Aura ueni dixi:noſtroq; medere labori.
Et ſubito gemitus inter mea uerba uidebar
Neſcio quos audiſſe:uenit tamẽ optima dicẽs.
Fronde leuem rurſus ſtrepitũ faciente caduca
Sum ratus eſſe feram:telumq; uolatile miſi.
Procris erat:medioq; tenẽs in pectore uulnus
Hei mihi conclamat: uox eſt ubi cognita fide
Coniugis:ad uocem præceps amenſq; cucurri.
Semianimẽ & ſparſas fœdantẽ ſanguie ueſtes
Et ſua(me miſerum)de uulnere dona trahẽtẽ
Inuenio:corpuſq; meo mihi carius ulnis
Mollibus attollo:ſciſſaq; a pectore ueſte
Vulnera ſæua ligo: conorq; inhibere cruorem
Neu me morte ſua ſceleratum deſerat:oro.
Viribus illa carens:& iam moribunda coegit
Hæc ſe pauca loqui:per noſtri fœdera lecti:
Perq; deos ſupplex oro ſuperoſq; meoſq;:
Per ſi quid merui de te bene:perq; manẽtem

Releuare æſtus.leues facere ſolis feruores.
Et tu mihi magna uoluptas .hæ ſunt blanditiæ quibus utebatur Cephalus ad Autoram .
Loca ſola.deſerta. Vocibus ambiguis . uerbis dubiis:quæ tum ad auram: tum ad amicam poterant referri. Extemplo.ſubito. Criminis ficti.falſi. Temerarius.inconſideratus. Index delator.nam idices proprie criminum dicuntur delatores. Lingua refert.narrat:exponit. Suſurra.murmura & uoces:qbus auram uocabat. Indices
Credula res amor eſt.cauſa eſt cur Procris ſubito collapſa ceciderit.Amantes nanq; facile omnia credunt.Creduli autem dicuntur qui facile credunt. Fati iniqui.infelicis. Concita .commota. Sine corpore.Aura nanq; corpore caret.
Metuit falli.timet ne decipiatur ab indice.
Indicioq; fidem negat.fidem inquit delatori & indici non adhibet. Siluaſq; peto . in ſiluas uado.Victor.uoti compos.multas nanq; confecerat feras. Medere.ſuccurre. Fronde caduca.quæ ab arbore ceciderat. Telum uolatile. iaculum uelox. Semianimem.ſemimortuam.
Me miſerum.iterpoſitio affectui & dolori ſeruiens. Flens enim hæc narrabat Cephalus.
Sua dona.iaculum:quod mihi dono dederat
Inhibere. cohibere. Iam moribunda . iam moriens. Coegit hæc ſe pauca loqui . hoc eſt . uim ſibi fecit:ut hæc pauca loqueretur . Significat autem Cephalus illam ſic uiribus fuiſſe defectam:ut ſine maxima difficultate loqui non poſſet. Meoſq;.inferos deos intelligit Procris : qui



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

morientum dii eſſe perhibentur. Incũbere noſtris thalamis. Noſtros thalamos occupare. Auram aũt nymphã eſſe putabat Procris. Senſi.cognoui. Labitur:moritur. Exhalat:expirat. Secura: pellicis cura liberata. Iam enim ex Cephalo cognouerat Auram nõ eſſe nympham:ut ipſa putabat:ſed lenem uentorũ flatum. Vultu meliore:lætiore. Flentibus:phoco & filiis pallantis. Duplici:cum prole:cum duobus filiis Telamone.& Peleo: q militum delectũ habuerant. Nouoq; milite:cum nouis militibus.Eſt enim ſinegdoche: non ſolum poetis: ſed hyſtoricis quoq; familiaris.

Procris mors

Nũc quoq; cũ pereo: cām mihi mortis amorẽ:
Ne thalamis Auram patiare incũbere noſtris:
Dixit:& errorem tum deniq; nominis eſſe
Et ſenſi:& docui.ſed quid docuiſſe iuuabat?
Labitur:& paruæ fugiunt cum ſanguine uires.
Dũq; aliqd ſpectare poteſt:me ſpectat:& in me
Infœlicem animam:noſtroq; exhalat in ore.
Sed uultu meliore mori ſecura uidetur.
Flẽtibꝰ hæc lachrymãs heros mẽorabat:& ecce
Aeacus ingreditur duplici cum prole:nouoq;
Milite.quẽ Cephalus cũ fortibus accipit armis.

Raphaelis Regii in octauũ metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

Am nitidum retegente diẽ. Reditum Cephali cũ auxiliis ab Aeaco acceptiſ poeta deſcribens concinne octauũ cũ ſeptimo libro cõnectit. Regẽte aũt ferte legitur:ſed corrupte:ut mihi quidem uidetur. Nã retegente ut legatur: & ſenſus expoſcit:& metri rõ & celeritas:qua Cephalum cũ militibus ab Aeaco traditis Athenas rediiſſe poeta oſtendit. Solent enĩ poetæ rerꝫ naturæ: quas deſcribũt: ita cõpoſitionẽ accõmodare : ut ſi qd celeriter factũ uelint:pedibus utãtur plures ſyllabas breues habentibus: & contra. Retegente igitur legatur:ut ĩtelligamus apiente:oſtendẽte. Nã retegere ẽ oſtẽdere atq; apire:ut diximus. Noctiſq; fugãte:alterũ ab altero pendet. Cũ enim retegitur dies:nox fugat̃:& cõtra. Lucifer aũt ſtella ẽ ueneris qnq; erratiũ infima:terræq; ꝓxima: ut ſcribit Cicero in lib.de natura deoꝝ: quæ φωσ φοροσ græce uocatur. Cadit eurus:flare deſinit. Placidi auſtri: lenes nõ uehemẽtes.auſter aũt uẽtus eſt nubiloſus. Curſũ:celerẽ nauigationẽ. Ante expectatũ:anteq̃ expectarẽtur. Portus petitos. Atheniẽſes portus:quo puenire cupiebãt. Interea Mioſ: cũ Megara Minos oppugnaret: Scylla Niſi regis filia Minois ipſius amore capta: ei patriã prodere decreuit. Patri igitur dormiẽti purpureũ capillũ in quo patriæ ſalus cõtinebatur:recidit:quẽ cũ ad Minoẽ ptuliſſet: cõuiciis repulſa atq; cõtẽpta in auẽ Cirin fuit cõuerſa:cũ iam pater Niſus ĩ halyetũ auẽ fuiſſe cõmutatus. Lelegeia littora. Megarẽſia a Lelege Neptuni filio:ut diximus:cõdita a quo Megarẽſes Leleges fuerũt appellati: q primũ inſulares fuerũt: deinde incontinentẽ migrarunt:Careſq; appellati fuerũt:ut Herodotus narrat. Sui mauortis.ſui belli. Alcathoe.urbs eſt q̃ eadẽ eſſe cũ Megaris uidetur:ab Alcathoo Pelopis filio q Megareo ĩ regno ſucceſſit cognoĩata. Altera quoq; ex Megarẽſiũ arcibus Alcathoe uocatur:ut pote ab alcathoo ædificata: cuius cũ iaceret fundamẽta:diis q ueſtibulares dicũtur. Primus oĩum ſacrificaſſe fertur. Quã niſus habet: poſſidet. Niſus.n. ex quattuor Pandiõis Athenarũ regis filiis unus fuit:cui: ut Strabo narrat:ĩ regni diuiſiõe a pãdione facta Megara optigerũt. Niſus ẽt megarẽſiũ ẽ mons:a Niſo rege ibi ſepulto cognoĩatus. Oſtro:purpura. Magni fiducia regni:q̃diu.n.crinẽ illũ hẽret:ꝑuari nõ poterat regno. Sexta reſurgebãt:ſexto mẽſe poſt cœptam obſidionẽ Megara ꝑdita fuiſſe ait. Pendebat: ſuſpẽſa erat. Inter utrũq;.Minoẽ & Niſum. Dubiis pẽnis:dubio euentu:ĩcertus nãq; ſemp ẽ belli euentus:alatã aũt uictoriã fingit poeta: Regia turris erat:turrĩ deſcribit:cuius muri tũc uocales fuerũt effecti:cũ ibi Apollo opam ad muꝝ ædificãdũ Alcathoo pſtiturus auratã depoſuit lyrã. Nã lyræ ſonus ĩ parieteſ trãſiuit. Si qs nãq; calculo feriat:haud aliter ĩſonat:ut Pauſa. ſcri. q̃ Cythara pulſata. Vocalibus:reſonãtibus:uocẽ reddẽtibus. Proles: Latonia: apollo. Petere:ꝑcutere.

Scylla

Niſus ĩ aues

Muri uocales

Publij Ouididij Naſonis metamorphoſeos.
Liber octauus.

Am nitidum retegente diẽ noctiſq; fugante
Tempora lucifero cadit eurus:& humida ſurgunt
Nubila:dant placidi curſum redeuntibus auſtri
Aeacides Cephaloq;:quibus fœliciter acti
Ante expectatum portus tenuere petitos:
Interea Minos Lelegeia littora uaſtat:
Prætemptatq; ſui uires mauortis in urbe
Alcathoe:quã niſus habet:cui ſplẽdidus oſtro
Inter honoratos medio de uertice canos
Crinis inhærebat magni fiducia regni.
Sexta reſurgebant orientis cornua lunæ.
Et pendebat adhuc belli fortuna:diuq;
Inter utrũq; uolat dubiis uictoria pennis.
Regia turris erat uocalibus addita muris:
In quibus auratam proles Latonia fertur
Depoſuiſſe lyram.ſaxo ſonus eius inhæſit.



Sæpe illuc ſolita eſt aſcendere filia Niſi:
Et petere exiguo reſonantia ſaxa lapillo:
Tunc cum pax eſſet:bello quoq; ſæpe ſolebat
Spectare ex illa rigidi certamina martis.
Iamq; mora belli ꝓcerũ quoq; nomina norat:
Armaq;:equoſq;:habituſq;:cidõeaſq; pharetras
Nouerat ante alios faciem ducis Europæi:
Plus etiam q̃ noſſe ſat ẽ.hac iudice Minos
Seu caput abdiderat criſtata caſſide pennis:
In galea formoſus erat:ſeu ſumpſerat ære
Fulgentẽ clypeum:clypeũ ſumpſiſſe decebat
Torſerat adductis haſtilia lenta lacertis:
Laudabat uirgo iunctam cum uiribus artem.
Impoſitis calamis patulos ſinuauerat arcus:
Sic phœbum ſumptis iurabat ſtare ſagittis.
Cum uero faciem dempto nudauerat ære:
Purpureuſq; albi ſtratis inſignia pictis
Terga ꝑmebat equi:ſpumantiaq; ora regebat.
Vix ſua:uix ſanæ uirgo Niſeia compos
Mẽtis erat.fœlix iaculum:quod tangeret ille.
Quæq; manu præmeret fœlicia fræna uocabat
Impetus eſt illi:liceat modo ferre per agmen
Virgineos hoſtile gradus.eſt impetus illi
Turribus e ſummis in Gnoſſia mittere corpus
Caſtra:uel æratas hoſti recludere portas.
Vel ſi quid Minos aliud uelit.utq; ſedebat
Candida Dictæi ſpectans tentoria regis:
Læter ait:doleamne geri lachrymabile bellũ?
In dubio ẽ. doleo q; Minos hoſtis amanti eſt?
Sed niſi bella forẽt: nunq̃ mihi cognitus eſſet.
Me tamẽ accepta poterat deponere bellum
Obſide.me comitẽ:me pacis pignus haberet.
Si quæ te pepit talis pulcherrime regum:
Qualis es ipſe fuit:merito deus arſit in illa.
O ego ter fœlix:ſi pẽnis lapſa per auras
Gnoſſiaci poſſem caſtris inſiſtere regis:
Faſſaq; me flammaſq; meas:qua dote rogarẽ
Vellet emi.tantum patrias ne poſceret arces.
Nam pereant potius ſperata cubilia:q̃ ſim
Proditione potẽs.quis ſæpe utile uinci
Victoris placidi fecit clæmẽtia multis.
Iuſta gerit certe pro nato bella perẽpto:
Et cauſaq; ualet:cauſamq; tuentibus armis:

Mora belli:diuturnitate belli. Procerꝫ: ducũ. Cydoneas:cretenſes. Cydonia enim urbs eſt cretæ:quæ prius Apollonia fuit uocata:a cydone Apollinis & acalidis filiæ Minois cognominata. Ducis Europei. Minois Iouis & Europæ filii. Nam ex Europa Iupiter tres liberos ſuſcepit : ut ſcribit Dio. Minoem Rhadamanthum: Sarpedonem. Plus etiam q̃ noſſe ſat ẽ:nam eum ẽt amabat. Abdiderat: occultauerat:texerat. Criſtata caſſide:galea criſtis ornata:eſt enim nomẽ participio ſimile. Torſerat:iaculatus fuerat:nã torquere eſt cum impetu iacere:unde etiam tormẽta dicta ſunt inſtrumenta bellica:quibus lapides iaciuntur. Abductis lacertis: retroductis:morẽ autem exprimit iaculantium qui brachia reducere ſolent. Sinuauerat:curuauerat:contraxerat. Dempto ære:depoſita galea. Purpureus:purpuratus. Stratis pictis:ephippii uariorũ. Terga præmebat equi:equitabat:eleganter autẽ uirginis amore captæ mores uerbaq; effingit poeta. Vix ſua: hoc eſt uix in ſua erat poteſtate. Liceat modo:poſſit. Gnoſſia caſtra: cretenſia. Gnoſſus enim urbs eſt Cretæ. Recludere: aperire. Aeratas portas:ære & ferro munitas & tectas. Dictæi regis:Cretenſis. Nã Dicte mons eſt Cretæ:Vnde dictæus decliatur. Læter ait doleam ne.cogitationes Scyllæ Minois amore captæ tam aperte a poeta deſcribuntur: ut nullam fere exigant narrationem. In dubio eſt mihi ſubaudiatur:Dubitat enim Scylla:utrum potius letari bello aduerſus patrem ſumpto : an dolere debeat. Sed niſi bella forent:colligit ſibi potius lætandum eſſe bello:q̃ dolendum Scylla:niſi enĩ bellum fuiſſet:nunq̃ minoem cognouiſſet. Me obſide accepta. Obſides dicuntur qui in fœderibus imperio alterius ea conditione traduntur:ut ſi dator obſidis a fide recedat : recipientis ſit ius ĩ corpus & uitam illius qui obſes traditus eſt. Si quæ te peperit. Europa. Merito deus arſit in illa:hoc eſt merito Iupiter illam amauit. Ter fœlix: perfecte beata. Ternarius enim numerus eſt perfectus. Qua dote:quo precio. Faſſaq; me. Ordo eſt & ſenſus. Et ſi Minos uellet a me emi: & haberi: & optineri ea dote qua ego cõfeſſa me filiam eſſe Niſi regis & amores meos: rogarem ipſum mihi dari. Se autem omnia minoi tradituram ſcylla ait:præterq̃ patris regnum. Tantum patrias ne poſceret arces. Tantum inquit rogarem ne patris regnum dotem poſtularet. De proditione autem iam incipit cogitare Scylla. Sperata cubilia:ſperati concubitus:qui in lectis & cubilibus fiunt. Quãuis ſæpe utile uinci: labaſcit ſcylla: ac de prodendo hoſtibus patre ratiocinatur. Pro nato: pro filio Androgeo. Et cauſaq; ualet : iuſtiorem cauſam fouet.

Gnoſſus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Reſeret.aperiat. Immitem haſtam: hypallage eſt:nam imitis intelligitur. Cœpta placent: conſilia ſubaudiantur. Stat ſententia:placet:firmaq; ac conſtans eſt ſententia. Dotalem patriam: in dotem patriam Minoi prodere:ut me accipiat:ſecũq; auehat. Aditus:portarum ingreſſus. Cuſtodia:cuſtodum turba. Clauſtra portarum:claues portarum urbis. Mea uota: meã cupiditatem. Moratur: remoratur. Sibi quiſq; profecto eſt deus:adeo impia eſt Scylla & amore cæca:ut deos eſſe neget. Vnumquẽq; autem ſibi deum eſſe:ac iccirco nullo deorum opus eſſe auxilio: cum unuſquiſq; id a ſeipſo petere poſſit.

Ignauis precibus:ignauorum:qui ſunt puſillanimes. Succenſa:inflãmata. Tanto cupidine: tã magno amore. Perdere: e medio tollere.

Eccur ulla foret:eſſe debeat.Seipſam aũt reprehendit Scylla quod aliqua ſe audacior inueniatur. Nec in hoc tamẽ ignibus ullis: ac facili argumẽtatur Scylla. Heu facinus: exclamatio:cũ quodã poetæ dolore in Scyllæ ĩpietatem: quæ ſuſtinuerit patrẽ illo crine fraudari:in quo regni fatum continebatur. Fatali crine:in quo urbis fata cõtinebantur. Spoliũ ſceleris:crinẽ purpureũ quo ſcelerate nimiũ patrem ſpoliarat. Progreſſa:egreſſa. Meriti: beneficii quo minoem proſequebatur. Eſt aũt parentheſis acclamationem admirationis plenã continens. Pauentẽ: nouitate rei ſtupeſcentem. Suaſit amor facinus: in amorem Scylla crimen refert. Scylla. Niſi filia ſubaudiatur.Receptũ eſt enim:ut genitiui nominibus propriis hominum iuncti ad patres maritos ue referantur. Vt apud Virgilium. Hectoris Andromachæ:& hoc loco Scylla Niſi.Illic eni uxor: hic filia intelligitur. Patrium caput: paternam uitã:ab illo nãq; crine fata Niſi pẽdebant. Minos porrecta refugit: minos tanta fuiſſe iuſticia apud ſuperos fertur:ut apud inferos iudex fuerit conſtitutus. Pulchre igitur decoreq; ſeruat poeta:quo ubiq; minoem iuſtum eſſe oſtẽdit. Dii te ſubmoueant:pœnam & ſuppliciũ:quo olĩ parricidæ afficiebantur: Scyllæ minos imprecatur. In Corio nãq; inſuebantur cum Simia gallo & ſerpente:ac in mare fluuiumue proiiciebantur: ne aut cælum aſpicere: aut in terra aquaue quieſceſcere poſſent: ut ad legem pompeiam ſcribũt iuriſconſulti. Summoueãt: repellant. Incunabula Iouis: ubi nutritus educatuſq; fuit Iupiter.

Incunabula nãq; dicuntur lectuli:in quibus infantes quieſcũt. Creten. Crete inſula eſt maxia: altero latere ad auſtrum: altero ad ſeptẽtrionem uerſa:inter ortum occaſumq; porrigitur:centum olim urbibus clara. Vnde Hecatõpolis a græcis fuit appellata. Virgilius. Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto:Mons Ideus ubi & gentis cunabula noſtræ. Centum urbes habitant magnas uberrima regna. Dicta eſt autem creta: uel a Crete Iouis & Ideæ nymphæ filio: uel a Crete una heſperidum. Non ſolum autẽ Creta ſed aliis quoq; nominibus fuit appellata. Nam & Aeria: & Idea: & Chthonia: & Curetis: & macara. hoc eſt: fœlix perhibetur cognominata.

Vt puto uincemur:qui ſi manet exitus urbẽ:
Cur ſuus hæc illi reſeret mea mœnia mauors?
Et non noſter amor? melius ſine cæde:moraq;
Impenſaq; ſui poterit ſuperare cruoris.
Nam metuo certe: ne quis tua pectora Minos
Vulneret imprudẽs (quis eni tã durus:ut in te
Dirigere immitem nõ inſcius audeat haſtam?)
Cœpta placent: & ſtat ſentẽtia tradere mecum
Dotalem patriam:finemq; imponere bello.
Verum uelle parũ eſt.aditus cuſtodia ſeruat:
Clauſtraq; portarum genitor tenet.hunc ego ſolũ
Infœlix timeo: ſolus mea uota moratur.
Dij facerẽt ſine patre forẽ.ſibi quiſq; profecto
Eſt deus.ignauis precibus fortuna repugnat.
Altera iam dudum ſuccẽſa cupidine tanto
Perdere gauderet:quodcũq; obſtaret amori.
Eccur ulla foret me fortior? ire per ignes
Et gladios auſim.nec in hoc tamẽ ignibus ullis
Aut gladijs opus ẽ: opus ẽ mihi crine paterno.
Ille mihi ẽ auro precioſior:illa beatam
Purpura me:uotiq; mei factura potentem:
Talia dicenti curarum maxima nutrix
Nox interuenit:tenebriſq; audacia creuit.
Prima quies aderat:qua curis feſſa diurnis
Pectora ſõnus hẽt: thalamos taciturna pater nos
Intrat:& (heu facinus) fatali nata parẽtem
Crine ſuu m ſpoliat:prædaq; potita nefanda:
Fert ſecum ſpoliũ ſceleris: progreſſaq; porta
Per medios hoſtes (meriti fiducia tanta eſt)
Peruenit ad regẽ:quẽ ſic affata pauentẽ eſt.
Suaſit amor facinus.proles ego regia Niſi
Scylla tibi trado patriamq;:meoſq; penates.
Præmia nulla peto:niſi te:cape pignus amoris
Purpureum crinẽ.nec me nunc tradere crinẽ
Sed patrio tibi crede caput:ſcelerataq; dextra
Munera porrexit.Minos porrecta refugit:
Turbatuſq; noui reſpondit imagine facti.
Dij te ſummoueant o noſtri infamia ſæcli
Orbe ſuo:telluſq; tibi pontuſq; negetur:
Certe ego non patiar Iouis incunabula Creten



Qui meus eſt orbis:tantum cõtingere mõſtrũ
Dixit.& ut leges captis iuſtiſſimus auctor
Hoſtibus impoſuit:claſſis retinacula ſolui
Iuſſit:& æratas impleri remige puppes.
Scylla freto poſtquam deductas nare carinas:
Nec præſtare ducem ſceleris ſibi præmia uidit:
Cõſumptis præcibus uiolentam tranſit in irã:
Intendenſq; manus paſſis furibunda capillis:
Quo fugis exclamat meritorũ auctore relicta
O patriæ prælate meæ? prælate parenti?
Quo fugis immitis? cuius uictoria noſtrum:
Et ſcelus:& meritũ ẽ? nec te data mũera? nec te
Noſter amor mouit? nec quod ſpes omnis in unũ
Te mea cõgeſta eſt? nã quo deſerta reuertar?
In patriam? ſuperata iacet.ſed finge manere:
Proditione mea clauſa eſt mihi.patris ad ora
Quæ tibi donaui? ciues odere merentem.
Finitimi exemplum metuũt. obſtruximus orbẽ
Terrarum nobis:ut crete ſola pateret.
Hãc quoq; ſi prohibes: & nos ingrate relinquis.
Nõ genitrix Europa tibi eſt:ſed ihoſpita Syrtis
Armeniæue tigres:auſtroq; agitata charybdis.
Nec Ioue tu natus:nec mater imagine tauri
Luſa tua eſt.generis falſa ẽ ea fabula.uerum
Et ferus: & captus nullius amore iuuencæ:
Qui te progenuit:taurus fuit.exige pœnas
Niſe pater.gaudere malis modo perdita noſtris
Mœnia.nã fateor merui:& ſum digna perire.
Sed tamẽ ex illis aliquis: quos impia læſi:
Me perimat.curq; uiciſti? crimine noſtro:
Inſequeris crimẽ? ſcelus hoc patriæq; patriq;
Officium tibi ſit.te uero coniuge digna eſt:
Quæ toruum ligno decepit adultera thaurũ.
Diſcordemq; utero fœtũ tulit. ecquid ad aures
Perueniunt mea dicta tuas? an inania uenti
Verba ferunt:idemq; tuas ingrate carinas?
Iamiam paſiphaen non ẽ mirabile thaurum
Præpoſuiſſe tibi.plus tu feritatis habebas.
Me miſeram.properare iuuat.diuulſaq; remis
Vnde ſonat:mecũq; ſimul mea terra recedit.
Nil agis o fruſtra meritorum oblite meorum.
Inſequar inuitũ.puppimq; amplexa recuruam:
Per fræta longa trahar.uix dixerat.inſilit undis:

Qui meus eſt orbis: tam ampla eſt Crete inſula: ut merito orbis poſſit appellari. Tantũ monſtrum:quæ contra naturam fiunt.monſtra uocãtur.Patrem autem prodi a filia maxime,cõtra naturam eſſe uidetur. Claſſis retinacula:quæ oræ dicuntur. Paſſis capillis:ſparſis: diſſolutis. Et ſcelus:quia prodidit patrem. Et meritum: quia uictorem effecit Minoem. Congeſta: collata.

Nam quo deſerta reuerta? relegans figura qua & rogat:& ſibi ipſa reſpondet Scylla. Colligit aũt nihil ſibi loci eſſe relictum:quo reuerti poſſit.

Patris ad ora:quæ tibi donaui:reuertar ne inquit Scylla in conſpectum patris:cuius uitam & fortunam tibi dono dedi? Finitimi exemplum metuunt.Vicini inquit timent.ne mei exẽplo filiæ ſuæ parentes prodant. Obſtruximus:clauſimus.

Exige pœnas:ſume pœnas. Officium:beneficium. Te uero coniuge digna eſt Paſiphae Minois uxor thauri amore capta: opera Dædali in lignea uacca incluſa:cum eo coire ſuſtinuit:ex quo cõcubitu Minotaurus eſt natus:qui partim Minoem:partim thaurum repræſentabat. Toruum thaurum:terribilẽ aſpectu. Ligno: lignea uaccæ forma. Diſcordem fœtum: differentem partum.Nam uir & thaurus uidebatur minotaurus. Ecquid ad aures: an ne inquit mea uerba audis. Dubitat enim Scylla an uerba ſua ad aures Minois perueniant. Ecquid autem particula eſt interrogatiua affectui & indignationi ſeruiens. Iam iam paſiphaen: anadiploſis & conduplicatio indignanti maxime conueniens: Properare iuuat:me inquit delectat feſtinare: in uolucrem nãq; conuertebatur. Diuulſa:diſcuſſa: percuſſa. Mea terra recedit: recedere uidetur nauibus abeũtibus: hoc autem ex opinione uulgari ẽ dictũ. Inſilit undis:In undas ſalit & aquas.

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Comes inuidioſa:in Minoem maximam concitans inuidiam. Halyætus:ſpecies eſt aquilæ:clariſſima oculorum acie:ut Pli.ſcribit:librans ex a'to ſeſe:uiſoq; in mari piſce præceps in eum ruens: & diſcuſſis pectore aqs rapiens. Ciris.απο του κείρειν. hoc eſt a tondendo fuit appellata. Quæ aũt de Niſo & Scylla & urbis captiuitate a poeta memorantur:Megarenſes:ut Pauſanias ſcribit:uera fuiſſe negant. Nolunt enim iis aſſentiri qui urbem ſuam Niſo regnante captam fuiſſe aiunt:Sed Megareum Niſi generũ in regnũ ſucceſſiſſe: & deinceps Alcathoũ Megarei filium aſſerunt. Videtur quidẽ Alcathous eo tẽpore ex Elide ueniſſe inqt quo Niſus mortuus eſt: Megarenſium rebus afflictis cuius rei argumentum eſt: quod ſtatim murum ædificauit: quod uetus iam dirutus eſſet a Cretenſibus. Vota Ioui minos:deſcripturus poeta quẽadmodum Ariadnæ corona inſidus fuit conuerſa:breuiter cõmemorat ea quæ de Minotauri cæde ferũtur.Minos.n. uictor hoc tributo Athenienſes preſſit: ut nono quoq; anno quattuordecim nobiliũ liberi: hoc ẽ ſeptẽ pueri:ac totidẽ uirgines ſorte ducti mitterẽtur in Cretam Minotauro obiiciẽdi. Theſeus igitur Aegei regis filius:cum ſors ad eum perueniſſet:in cretá miſſus Ariadnæ Minois. Regis filiæ amore illius captæ auxilio ſeruatus ẽ. Nam quomodo & minotaurꝝ interficeret monſtrauit:& filo ad ianuá fixo e labyrintho a dædalo extructo: quomodo egrederetur oſtẽdit. Quare occiſo minotauro ariadnẽ una cũ Phædra ſorore abducẽs in Diá inſulá primũ enauigauit: ubi ab ingrato Ariadna relicta: cũ ſe deſertá q̃reretur:opẽq; deorũ inuocaret:Libero patri ita placuit: ut & cá ſibi deſpõſarit. & ut æterna illius amoris ueſtigia eſſent: eius coroná in cælũ miſerit: cuius gẽmæ in ſtellas conuerſæ ſidus coronæ ſimillimum effecerunt. Taurorꝝ centũ:hecatõben ſignificat:quod erat centum boum ſacrificium. Curetida terrá cretenſem: nam Curetes antiquiſſimi Cretæ populi fuerunt:Vnde curetis creta fuit cognominata. Opprobriũ dedecus:minotaurus:nam paſiphae Cretes & ſolis filia: ac Minois uxor Veneris impulſu in thauri amorẽ incidit: cui cũ Dædali opa ſe ſuppoſuiſſet:Minotaurũ pepit:qui partim Minoi: ptim thauro ſimilis erat: qua ex re facile paſiphaes matris adulteriũ fuit dep̄henſum. Vt aũt ſcribit Diodorus:ferunt Minoem ſingulis q̃buſq; annis ſolitũ fuiſſe thaurꝝ oĩum ſpecioſiſſimũ Neptuno ſactificare. Cũ aũt ei foret thaurus forma p̄ſtantiſſimus:aliũ multo inferiorẽ ſacrificauit: q̃re iratus Minoi Neptunus paſiphae uxori illius thauri amorem iniecit: Cæcis: occultis.

Ariadnæ corona inſidus

Vnde Ciris

Dædalus ingenio. Dædalus:ut narrat Diodorus:genere Atheniẽſis: ex iis unus q Erechthidæ uocantur: adeo p̄clarus fuit Archithectus: ut & opera quædá miranda effecerit:& ſtatuas q̃ aſpicere ambulareq; & ſpirare uidebantur effinxerit: adeo náq; cõpoſitio membrorꝝ apta erat: & ſuis partibus p̄fecta:ut oẽs in admirationẽ alliceret.

Ponit:extruit:ædificat· Notas: ſigna quibus loca facile diſcernũtur. Mæandros:fluuius ẽ phrygiæ:cui:qa ſæpenumero in ſe redire uidetur:ſimilem ait labyrinthũ fuiſſe. Ad mare uerſus apertum:interdum inquit ad fontem uerſus redire: interdum ad mare ſpatioſum uerſus fluere uidetur Meandrus. Verſus autem quáuis participium pleriſq; uideatur:hoc loco præpoſitio eſt:quæ eleganter cum ad· & in præpoſitionibus connectitur:ut ad forum uerſus mihi ire in animo eſt. Actæo ſanguine: Athenienſi. Tertia ſors: ſorte enim ducebantur: qui mittendi erant. Tunc autem Theſeus fuit eductus. Annis nouenis: poſt nouem annos. Vtq; ope uirginea: poſteaq̃ inquit auxilio uirginis Ariadnes e labyrintho Theſeus eſt egreſſus : nauem conſcendit. Nullis iterata priorum:ad quam nemo priorum unquam redire potuit. Rapta Minoide: Ariadna Minois filia abducta. Diam:inſula eſt Dia una ex cycladibus: haud lõge diſtans a creta Ariadnæ &

Conſequiturq; rates faciente cupidine uires
Cnoſiacæq; hæret comes inuidioſa carinæ.
Quã pater ut uidit: (nã iam pẽdebat in auras
Et modo factus auis fuluis halyætus in alis)
Ibat ut hærentem roſtro laceraret adunco.
Illa metu puppim dimiſit:& aura cadentem
Suſtinuiſſe leuis: ne tangeret æquora:uiſa eſt
Pluma fuit.plumis in auem mutata uocatur
Ciris:& a tonſo eſt:hoc nomen adepta capillo.
Vota Ioui Minos thaurorũ ſanguine centum
Soluit:ut egreſſus ratibus Curetida terram
Contigit:& ſpoliis decorata eſt regia fixis.
Creuerat opprobriũ generis:fœdũq; patebat
Matris adulterium mõſtri nouitate biformis.
Deſtiat hũc Minos thalami remouere pudorẽ
Multiplicíq; domo cæcis includere tectis.
Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis
Ponit opus:turbatq; notas.& limina flexu
Ducit in errorem uariarum ambage uiarum.
Nec ſecus ac liq̃dis phrigius meãdros ĩ undis
Lũdit:& ambiguo lapſu refluitq; fluitq;:
Occurrenſq; ſibi uenturas aſpicit undas:
Et nunc ad fontes: nũc ad mare uerſus apertũ
Incertas exercet aquas:ita Dædalus implet
Innumeras errore uias:uixq; ipſe reuerti
Ad limen potuit: tanta eſt fallacia tecti.
Quo poſtq̃ geminam thauri iuueniſq; figurã
Clauſit: & Actæo bis paſtũ ſanguine monſtrũ
Tertia ſors annis domuit repetita nouenis.
Vtq; ope uirginea nullis iterata priorum
Ianua difficilis filo eſt inuenta relicto:
Protinus Aegides rapta Minoide Diam



Bacchi amoribus clariſſima:quá & Naxon:& ſtrongylen:& Dionyſiada a uineaꝝ fertilitate: & ſiciliá minorẽ: & Callipolim appellatá fuiſſe: Pli.ſcribit. Multæ quoq; urbes Diæ fuerunt uocitatæ. Eſt enim Dia urbs Theſſaliæ ab Aeaco ædificata.eſt Thraciæ altera iuxta Athon montẽ.tertia eſt euboeæ.quarta eſt inſula cum urbe pelopõneſo adiacens. qnta eſt Luſitaniæ. ſexta Italiæ iuxta alpes. ſeptima Scythiæ. octaua cariæ. nona Bithyniæ iuxta pontũ. Diá uerſus:ſiue ad p̄poſitiones ſiue potius utræq; ſubintelligantur. Deſtituit:dereliquit. Sumptam de fronte coronam:illa corona dicitur a Vulcano facta ex auro & indicis gẽmis:p quas Theſeus exiſtimatur de tenebris Labyrinthi ad lucem ueniſſe: quod aurũ & gẽmæ in obſcuro fulgorem luminis efficiebát. Hanc aũt coronam ut ait Hyginus:quo tempore Bacchuſ ad Minoa uenit:Ariadnæ muneri dedit:qua delectata ſtupri conditionem non recuſauit.Sed aliæ quoq; ſunt priſcorum de hac corona opiniones. In nitidos ignes: in ſtellas ſplendentes. Specie coronæ: figura:nam illud ſidus quod eſt inter ενγόνασι & Ophiuchon ob ſimilitudinem corona uocatur. Qui medius nixi genu:coronæ ſidus medium eſſe ait:& eius qui ενγόνασι a grecis uocatur. hoc eſt in genibus: & eius qui uocatur ophiuchos.ideſt anguẽ tenẽs.

Nixiq; genu:de hoc uariæ ſunt antiquorũ opiniones:nam Eratoſthenes illum Herculẽ eſſe ait paratum ad decertandum: ſiniſtra manu pellem leonis:dextra clauam tenẽtem. Conatur náq; interficere draconem heſperidũ cuſtodem: q nunq̃ oculos opuiſſe ſomno coactus exiſtimatur: quo magis cuſtos eſſe demonſtratur. Horum igitur pugnam Iupiter admiratus inter aſtra cõſtituit: habet enim draco caput erectum.Hercules autẽ dextro genu nixus: ſiniſtro pede prolato: capitis eius dexteram partem opprimere conatur:dextera manu ſublata ut feriens:ſiniſtra uero proiecta cum pelle leonis:ut is q̃ maxime dimicans appareat. Qui plura de hoc uidere cupit Hyginum legat:uarias opiniones referentem. Anguemq; tenentis. Ophiuchi eſt interpretatio qui anguitenens a noſtris uocatur: tenens manibus anguẽ medium corpus eius implicantẽ. hunc alii phorbanta Triopæ filiũ: alii Aeſculapiũ: alii Glaucũ Minois filium qui Aeſculapii opera dicitur reuixiſſe:eſſe aiunt. Anguem uero hac de cauſa tenere dicitur:quod cũ Glaucũ ſanare cogeretur:concluſus quodam loco ſecreto: baculum tenẽs manu:cũ quid ageret cogitaret:dicitur ãguis ad bacillũ eius arrepſiſſe: quẽ Aeſculapius mẽte cõmotus interfecit bacillo: fugientẽ ſæpius feriẽs. Poſtea fertur alter anguis eodem ueniſſe ore ferens herbá:& in caput eius ĩpoſuiſſe : quo facto illico fugiſſe:quare Aeſculapiũ uſum eadẽ herba glaucũ ad uitá reuocaſſe. Itaq; anguis & in æſculapii tutela & in aſtris dicitur collocatus: qua cõſuetudine ducti reliqui medici anguibus utũtur. Dædalus iterea Tali ueri Atheniẽſis tráſmutationẽ ĩ perdicẽ auẽ poeta narraturus: q̃ deuolatu Dædali atq; Icari ferũtur p̄mittit: Ná Dædalus Athenienſis Eupalmi filius cum Talũ ſororis filiũ optimæ indolis iuuenem p inuidiam:quod & ſerrá & circinum ĩueniſſet:interemiſſo diceretur:iudicii euentũ timẽs in cretá aufugit:eius uero opa & phaſiphae in lignea uacca ĩcluſa cũ tauro coiuit:& Ariadna Theſeũ ſeruauit:q̃ cũ Minos reſciuiſſet illum in labyrinthum una cũ Icaro filio cõ ecit. Dædalus ingenio pollens pẽnas ad ſe uarii generis afferri curauit:ex quibus & ſibi & filio alas confecit: itaq; aptauit:ut auiũ more e Creta euolarint. Ac Dædalus qdẽ: quo uoluit incolumis p̄uenit: Icarus uero patris mádatorꝝ neglector:cũ altius q̃ pater euolare gauderet:reſolutis calore pẽnis ĩ mare cecidit:quod ab eo Icariũ ex ſententia Ouidii fuit cognominatum.Cum uero dædalus filiũ ſepeliret:forte perdix noua tunc auis ipſum aſpiciens merentem ualde eſt gauiſa.Cum enim eſſet iuuenis ingenioſiſſimus:iamq; ſerram circinumq; inueniſſet: a Dædalo inuidia moto ex palladis arce deiectus auxilio ipſius palladis in auem fuit commutatus. Loci natalis:patriæ ĩ q̃ natus erat. Vt cliuo creuiſſe putes:ut poſſis eas putare ĩcliuo aliquo creuiſſe. Librauit:ſuſpẽdit.

Dædali uolatus

Vela dedit:comitemq; ſuam crudelis in illo
Littore deſtituit.deſertæ & multa querenti
Amplexuſq; & opem liber tulit:utq; perenni
Sidere clara foret:ſumptam de fronte coronam
Immiſit cælo.tenues uolat illa per auras:
Dumq; uolant gẽme: nitidos uertũtur ĩ ignes:
Conſiſtuntq; loco ſpecie remanente coronæ
Qui medius nixiq; genu ẽ anguemq; tenentiſ.
Dædalus interea Creten: longumq; peroſus
Exilium:tactuſq; loci natalis amore:
Clauſus erat pelago.terras licet iquit & undas
Obſtruat:at cælum certe patet. ibimus illac.
Omnia poſſideat:non poſſidet aera Minos.
Dixit:& ignotas animum dimittit in artes:
Naturamq; nouat.nã ponit in ordine pennas
A minima cœptas longam breuiore frequente:
Vt cliuo creuiſſe putes.ſic ruſtica quondam
Fiſtula diſparibus paulatim ſurgit auenis.
Tunc ligno medias:& cæris alligat imas.
Atq; ita compoſitas paruo curuamine flectit:
Vt ueras imitetur aues.puer Icarus una
Stabat:& ignarus ſua ſe tractare pericla
Ore renitẽti modo quas uaga mouerat aura:
Captabat plumas.flauam modo pollice ceram
Mollibat: luſuque ſuo mirabile patris
Impediebat opus.poſtq̃ manus ultima cœpto
Impoſita eſt:geminas opifex librauit in alas
Ipſe ſuum corpus: motaq; pependit in aura.
Inſtruit & natum:medioq; ut limite curras
Icare ait moneo:ne ſi demiſſior ibis:
Vnda grauet pennas.ſi celſior: ignis ad urat.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nec te ſpectare booten.Icarum admonet Dedalus:ut ſe ſequatur. Neq; enim opus eſſe ut uolatū ſuum dirigat ad ſideꝝ rōnem:quæ nautæ maxime obſeruant. Bootes aūt ſidus eſt q & arctophilax dicitur:q agitare plauſtrum uidetur.Vnde & a bobus nomē accepit.Septētriones aūt ſignificat:quos nautæ potiſſimū reſpiciūt. Helice uero maior ē urſa:ſic dicta ab helice urbe Arcadiæ ī qua Caliſto nata eſſe fertur.Dicta eſt aūt helice:ut Stephanus ait:uel ab Helica Lycaonis filio:uel ab helice Iouis uxore:Selinūtis aūt filia. Strictūq; Orionis enſem.Oriō ἀπὸ τοῦ οὔρου.hoc eſt ab urina fuit cognominatus:quod ex Iouis & Mercurii urina fingatur natus: ut in quarto faſtoꝝ copioſe narrat Ouidius.Is uenator tantis uiribus fuit:ut nulli feræ ſe ceſſurum iactaret. Quare terra ꝑ mota ſcorpionem maximū emiſit qui illum interficere conaretur. Iupiter aūt utriuſq; aīum admiratus: & ſcorpiū ſponte & ꝓcibus Dianæ Orionē in ſidera ſuſtuliſſe narratur.Referuntur tamē & aliæ de Orione opiniōes ab Hygino.Sidus uero orionis ita figuratur:ut enſē nudum in manu tenere uideatur. Dānoſas artes: pernitioſas:quod exitu probatum eſt. Tremula arundine.Hamo ab arundine tremula dependēte. Stiuæq;: ſtiua manubrium eſt aratri quo regitur.Virgi.ſtiuaq; innixus aratro. Iunonia ſamos.Iunoni dicata:nam ibi Iuno:& nata:& educata:& Ioui uxor tradita dicitur. Eſt autē inſula ī Aegeo Cariæ adiacens: q̄ prius: tum Parthenia: tū Dryuſa:tū anemuſa: tū meláphylos fuit appellata.Eſt etiam alia Samos: q̄ & Samothracia dicitur quod thraciæ adiaceat:unde Virg. Threiciáq; Samó: q̄ nūc Samothracia fertur.Delos quoq; & paros inſulæ ſunt Aegei: ut iā ſæpius diximus.

Dextera Lebyntos erat. Lebyntos inſula ē una ex cycladibus. Calydne quoq; inſula eſt cycladū una mellis ferax. Mollit:molles reddit & liquefacit. Odoratas cæras:odorē emittentes. Cærulea aqua:nigro mari: nam in mare Icarus cecidit. Quæ nomen traxit ab illo: Nam mare Icarium ab Icaro fuit appellatū: ut ſentit Ouidius: ut uero alii ab Icaro inſula fuit cognominatum.

At pater in felix nec iam pater. Pater qa genuerat:non pater qa filius iam erat mortuus. Deuouit.Deteſtatus ē. Et tellus a noīe dicta ſepulti.Icaros enim īſula ab Icaro Dædali filio illic ſepulro dicta fuiſſe uidetur. Hunc miſeri tumulo. Tali pueri metamorphoſin in auē deſcribere

Talus puer ī perdicem

incipit poeta:nā Talus:ut & Diodo.& Pauſanias ſcribunt:Dædali ſororis filius:cum & rotam figuli:& ſerrá ferreá:& circinū iueniſſet:a Dædalo iuidia moto fuit īterfectus.Quare Dædalus ab areopagitis dānatus in cretam ad Minoem aufugit. Ponentem tumulo.Tumulantem & ſepeliētem. Et plauſit pēnis:& alas cōcuſſit. Vnica:ſola. Vnicus enim ſecundo caret. Vnus habet ſecūdum. Longū crimen:magnum: nam Dædalus eum de palladis arce deieciſſe criminatus eſt.

Fatorum ignara:inſcia coꝝ quæ fato filio ſuo euenire debebant. Germana:ſoror Dædali.

Bis ſenis natalibus actis. Exactis duodecim annis.Natus enim erat annos duodecim:Talus cū Dædalo fuit commendatus. Animi ad præcepta capacis, Præceptorum capacis inſoluta diceremus oratione.

Inter utrūq; uola.nec te ſpectare Booten:
Aut Helicen iubeo: ſtrictumq; Orionis enſem.
Me duce carpe uiam. pariter præcepta uolandi
Tradit: & ignotas humeris accōmodat alas.
Inter opus monituſq; genæ maduere ſeniles:
Et patriæ tremuere manus.dedit oſcula nato
Non iterum repetenda ſuo:pēniſq; leuatus
Ante uolat:comitiq; timet uelut ales ab alto
Q uæ teneram prolem produxit in aere nido.
Hortaturq; ſequi:damnoſaſq; erudit artes.
Et mouet ipſe ſuas:& nati reſpicit alas.
Hos aliquis tremula dū captat arūdine piſcis.
Aut paſtor baculo:ſtiuæq; innixus arator
Vidit & obſtupuit:qq; æthera carpere poſſent
Credidit eſſe deos:& iam Iunonia leua
Parte Samos fuerat: Deloſq; paroſq; relictæ.
Dextra lebyntos erat:fœcūdaq; melle Calydne
Cum puer audaci cœpit gaudere uolatu:
Deſeruitq; ducem:cæliq; cupidine tactus:
Altius egit iter. rapidi uicinia ſolis
Mollit odoratas pennarum uincula cæras.
Tepuerant cæræ.nudos quatit ille lacertos.
Remigioq; carens non ullas percipit curas.
Oraq; cærulea patrium clamantia nomen
Excipiuntur aqua:quæ nomen traxit ab illo.
At pater infelix nec iam pater.Icare dixit
Icare dixit ubi es? qua te regione requiram?
Icare dicebat.pennas aſpexit in undis.
Deuouitq; ſuas artes:corpuſq; ſepulchro
Condidit:& tellus a nomine dicta ſepulti.
Hunc miſeri tumulo ponentem corpora nati
Garrula ramoſa proſpexit ab ilice perdix.
Et plauſit pennis. teſtataq; gaudia cantu eſt:
Vnica tunc uolucris: nec uiſa prioribus annis:
Factaq; nuper auis lōgum tibi Dædale crimen.
Namq; huic tradiderat fatoꝝ ignara docendā
Progeniem germana ſuam natalibus actis
Bis puerum ſenis animi ad præcepta capacis:



Ille etiam medio ſpinas.Talum ſerre fuiſſe ait inuētorem ad exemplum illius ſpinæ quæ eſt in medio piſciū. Et ex uno duo ferrea brachia nodo.Illum circini quoq; inuentorē fuiſſe ait poeta. At illum: pallas quæ & Minerua dicitur:oīum artium inuentrix fuiſſe perhibetur. Excepit:ſuſcepit:ꝓpriæ aūt excipi cadentia dicuntur.

Velauit.cooperuit. Sed uigor ingenii quondam uelocis.Sed uis inquit & acrimonia īgenii Tali pueri ī alas & pedes auis tranſiuit. Perdices.n.acerrimi ſunt & uolatus & curſus. Nomen quod & ante remanſit.Nā Talus perdix quoq; fuit cognominatus. Præter humū:Iuxta terram. Iamq; fatigatum tellus ætnæa: narraturus poeta ſoroꝝ Meleagri conuerſionem in aues meleagridas a fratre uocatas: uenationē apri Calydonii prius deſcribit. Oeneus enim parthaonis filius rex Calydoniæ cū decimas frugū diis omnibus ꝓterq̄ Dianæ ꝑſoluiſſet: irā deæ ī ſe concitauit.Maximus nāq; aper ab ea immiſſus Calydoniæ agros ita uaſtabat:ut oīa deſerta uiderentur. Quare meleager Oenei patris iuſſu cōuocatam Græciæ iuuentutem in apri uenationem eduxit: quē cum Atalāta Schœnei filia ſpecioſiſſima prima uulneraſſet ſagitta: uiſa eſt meleagro digna: cui ætate formaq; placebat: q̄ capite pelle que interēpti apri donaretur.Cæteꝝ Plexippus.Toxeus & agenor Theſtii filii fratreſq; altheæ matris meleagri ægre ferrentes fœminá uiris ꝓponi:cū ſpolia atalantæ per uim auferræ uellent: a meleagro fuerunt interfecti.Quod quidē cum althea reſciuiſſet:fratrū cædē ultura: ſtipitē:quē parcæ ī meleagri natiuitate in ignē mittētes cecinerant cū eo meleagrū ipm & uictuꝝ & perituꝝ: in ignem coniecit. Quo abſumpto meleager quoq; cū maximo totius Calydoniæ merore interiit.Cū uero eius ſorores flere nūquā deſinerent deoꝝ miſericordia in aues a fratris noīe meleagridas cognominatas cōuerſæ fuere. Iāq; fatigatū. Dædalus minois iram fugiens ad Cocalū ſiciliæ regē peruenit:a quo & tutatus: & hoſpitio ſuſceptus eſt: ac tandē minos ipſe interfectus. Theſea laude:theſei uirtute.Pro eo enim quod ꝓcedit id quod ſeqtur poſitū eſt.Virtutem namq; laus cōſequi ſolet. Theſei nāq; uirtute minotaurus fuit interfectus. Hæc uero ad cōnectendas fabulas narrantur.

Pendere tributū: ꝑſoluere tributū ob cædē Androgei Atheniēſibus Minoe impoſitū. Bellatricē Mineruam:hæc etiam Bellona uocatur. Vocāt: Inuocant. Voto ſanguine. Victimaꝝ quas uouerant ſanguie:ſi Theſeus uictor ex Creta reuerteretur. Diues Achæia.Potens Græcia. Implorauere. Cū lachrymis petiere. Huius opē Calydon.Calydon urbs eſt Aetoliæ a calidone Endimionis uel Aeotoli filio appellata: Vnde calydonius declinatur. Sus erat:Aper & quidem ferociſſimus. Plenis ſucceſſibus anni:ob plenam & perfectam illius anni fertilitatem. Primitias frugum.Primas fruges. Prima nāq; frumenta matura Cereri dicabantur:ut uina Baccho:oleum Mineruæ. Palladios latices.Oleum dicit a pallade inuentum. Cœptus ab Agricolis.Cererem:Bacchum: & Mineruá agricolas uocat poeta : quod ea inuenerint quibus agriculturæ opera datur.

Ambitioſus honor: ab effectu quod ambitioſos reddat.Honor aūt deoꝝ ſacrificia ſunt. Sine thure:ſine ſacrificio. Latoidos:diáæ filiæ latōæ.

Oeneus

Cocalus

Calydonius Aper

Ille etiam medio ſpinas in piſce notatas
Traxit in exemplum:ferroq; incidit acuto
Perpetuos dentes:& ferræ repperit uſum
Primus:& ex uno duo ferrea brachia nodo
Iunxit:ut æquali ſpatio diſtantibus illis
Altera pars ſtaret: pars altera duceret orbem.
Dædalus inuidit: ſacraq; ex arce Mineruæ
Præcipitem miſit:lapſum mentitus:at illum
Q uæ fauet ingenijs:excepit pallas:auemq;
Reddidit:& medio uelauit in aere pennis.
Sed uigor ingenij quōdam uelocis in alas
Inq; pedes abijt.nomē quod & ante remanſit.
Nō tamen hæc alte uolucris ſua corpora tollit:
Nec facit in ramis altoq; cacumine nidos
Præter humum uolitat: ponitq; in ſepibus oua
Antiquiq; memor metuit ſublimia caſus.
Iamq; fatigatum tellus Aetnæa tenebat
Dædalō:& ſumptis ꝓ ſupplice cocalus armis
Mitis habebatur.iam lamentabile athenæ
Pendere deſierant Theſea laude tributum.
Templa coronatur. bellatricemq; Mineruam
Cū Ioue diiſq; uocāt alijs:quos ſāguine uoto
Muneribuſq; datis & aceruis thuris honorant.
Sparſerat Argolicas nomē uaga fama ꝑ urbes
Theſeos:& populi:quos diues Achaia cepit:
Huius opem magnis implorauere periclis.
Huius opē Calydon:quis meleagron haberet:
Sollicita ſupplex petijt præce.cauſa petendi
Sus erat infeſtæ famulus uindexq; Dianæ.
Oenea năq; ferunt plenis ſucceſſibus anni
Primitias frugum Cereri.ſua uina Lyæo.
Palladios flauæ latices libaſſe Mineruæ.
Cœptus ab agricolis ſuperos peruenit ad oēs
Ambitioſus honor.ſolas ſine thure relictas.
Præteritas ceſſaſſe ferunt Latoidos aras.
Tangit & ira deos:at nō impune feremus?
Q uæq; inhonoratæ:nō & dicemur inultæ.
Inquit:& Oeneios ultorem ſpreta per agros

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Herbida Epirus:herboſa.Epirus uero continentē ſignificat:ſed frequenter quidem pro ea ponitur regione: q̄ & Chaonia appellatur. Dētibus indis.elephantinis. Ardent.ardere uidentur. Grauidi fœtus:Racemi uuagraues. Caluere:cōmoti fuere. Tyndaridæ gemini.Caſtor & Pollux gemelli Tyndari filii:ac Ledæ putati:cum eſſent Iouis:quoꝝ alter pugil fuit p̄clarus:Caſtor aūt domitor equoꝝ ab Homero aliiſq; poetis fuiſſe memoratur. Cæſtibus:armis q̄bus pugiles utuntur. Et duo theſtiadæ.Theſtii filii Toxeus & Plexippus. Et p̄les ephyrea lynceus.Ephyrea q̄dē legitur:ut ab ephyre urbe:q̄ nūc Corinthus dicitur declinetur:ſed mihi recte Aphareia ab eo:q hoc opus e latina in græcā linguā uertit legi uidetur: ut intelligamus Lyncæū acutiſſimi uiſus hoīem Apharei filiū fuiſſe. Et Cretus amintore Phœnix.Phœnix Amintoris filius:qui impellente matre poſtea:quā cū pellice illius rē habuiſſet:īprecationes patris effugiens ad Peleū p̄uenit a quo ut narrat Homerus:hoſpitio benigniſſime ſuſceptus Achillis educādi inſtituendiq; curā ſuſcepit: ut illi & dicēdoꝝ & agēdoꝝ p̄ceptor eſſet: alter etiā fuit phœnix agenoris pater:a quo phœnicia fuit denominata. Auē quoq; eſſe Phœnicē nemo eſt q ignoret. Actoridæq; parens.Menœtii ē periphraſis:nā Menœtius Patrocli: q actorides ab actore auo dicitur:fuit pater: ut apte i. xi. Iliados ſcribit Home. Et Hyantæo Iolao.Bœotio.Hyantes.n.populi ſunt Bœotiæ: ut diximus:

Nariciuſq; lelex. Narix urbs ē locridis:q̄ & Narycium & narice dicitur:Vnde naricius poſſeſſiuum declinatur:ab hoc uero Lelege populi leleges fuere cognominati. Antiq̄s amiclis. amiclæ urbs ē laconiæ ab amicla lacedæmonis filio ædificata atq; cognominata: fuerūt etiā amiclæ i Italia Lacedæmonioꝝ colonia īter Caietā & Terracinā:q̄ tacēdo perierūt: unde Virg.eas tacitas appellauit.Tacitis regnauit amiclis.Amicleum etiā eſt i creta urbs & portus. Penelopes ſocer.Laertes Vliſſis pater. Cū parrhaſio ancæo.Arcadico: eſt enim parrhaſia arcadiæ urbs: ut iā diximus.

Et adhuc a cōiuge tutus Oeclides: Amphiaraus Oeclii filius:q cū uaticinādi peritiſſimus cognouiſſet a Thebano bello ſe nō reditur ū:ita latebras petiit:ut oīa tamē Eripile uxori:quā fidiſſimā putabat:īdicaret.Illa uero ab argia Adraſti filia monili accepto: quod Vulcanus Hermionæ p̄uignæ dono dederat:maritū Adraſto p̄didit: q Thebanū agrū ingreſſus una cū curru a Tellure fuit abſorptus. Tegeæa: arcadica. Nam Tegea urbs eſt arcadiæ:q̄d nomen triſillabū quidē ē:ſed quod inde declinatur poſſeſſiuū:ita q̄ttuor ſillabarum efficitur ut penultima ſit longa. Et etiam Tegea in creta a Talthibio ædificata: unde Tegeatæ dicuntur. Venit atalantis cænei. Sic quidem legitur: ſed atalante & ſchœnei mihi recte a Græcis legi uidetur.Nam atalanta Schœnei filia fuit formoſiſſima:ex qua Meleager parthenopeum ſuſcepit: altera fuit atalanta Iaſii filii abantis argiuorum regis filia:De qua propertius. Mimalion nullos fugiendo Tulle labores ſæuitiam dure contudit laſidos. Raſilis fibula.raſum cingulum:a parte enim totum intelligitur.

Mīſit aprum:quāto maiores herbida tauros
Nō habet Epirus:ſed habēt ſicula arua mioreſ.
Sāguie & igne micāt oculi riget horrida ceruix
Et ſetæ denſis ſimiles haſtilibus horrent.
Stantq; uelut uallum:uelut alta haſtilia ſetæ.
Feruida cum rauco latos ſtridore per armos
Spuma fluit.dentes æquantur dētibus indis
Fulmen ab ore uenit:frondes afflatibus ardent
Iis modo creſcētes ſegetes proculcat in herba.
Nūc matura metit fleturi uota coloni.
Et cererem in ſpicis intercipit.area fruſtra:
Et fruſtra expectant promiſſas horrea meſſes
Sternūtur grauidi longo cum palmite fœtus
Baccaq; cum ramis ſemper frondētis oliuæ:
Sæuit & in pecudes: nō has paſtorue:caniſue:
Nō armenta truces poſſunt defendere tauri.
Diffugiunt populi: nec ſeſe in mœnibus urbis
Eſſe putāt tutos:donec Meleagros & una
Lecta manus iuuenum caluere cupidie laudis.
Tyndaridæ gemini præſtantes cæſtibus alter:
Alter æquo:primæq; ratis molitor Iaſon:
Et cum pirithoo felix concordia Theſeus:
Et duo theſtiadæ:& proles Aphareia Lynceus
Plexippuſq; ferox:iaculoq; iſignis Acaſtus:
Et uelox idas:& iam nō fœmina Cæneus:
Hippotaſq; Driaſq; & Cretus amitore phœnix
Actoridæque pares:& miſſus ab elide pelas
Nec Telamon aberat: magniq; creator achillis
Cumq; pheretiade & Hyantæo Iolao
Impiger eurytion:curſuq; inuictus echion:
Nericiuſq; Lelex panopeus: Hyleuſq; feroxq;
Hippaſus: & primis etiam nūc Neſtor i annis.
Et quos Hippocoon antiquis miſit amyclis:
Penelopeſq; ſocer cum parraſio Ancæo:
Ampycideſq; ſagax:& adhuc a cōiuge tutus
Oeclides:nemoriſq; decus Tegeæa Lycei
Venit atalante Schœnei pulcherrima uirgo.
Raſilis huic ſummā mordebat fibula ueſtem.



Crinis erat ſimplex:nodum collectus in unum
Ex humero pendens reſonabat eburnea læuo.
Telorum cuſtos:arcum quoq; leua tenebat.
Talis erat cultu:facies quā dicere uer e
Virgineam in puero puerilē in uirgine poſſes.
Hanc pariter uidit:pariter Calydonius heros.
Optauit renuente deo:flammaſq; latentes
Hauſit:& o fœlix ſi quem dignabitur inquit
Iſta uirum:nec plura ſinit tempuſq; pudorq;
Dicere:maius opus magni certaminis urget.
Silua freq̄ues trabibꝰ:quā nulla ceciderat ætas
Incipit a plano:deuexaq; proſpicit arua.
Quo poſtq̄ uenere uiri:pars retia tendunt:
Vīcula ps adimūt canibus:ps preſſa ſequūtur
Signa pedum:cupiuntq; ſuū reperire periclū:
Concaua uallis erat:quo ſe demittere riui
Aſſuerant pluuialis aquæ:tenet ima lacunæ
Lenta ſalix:uluæq; leues:iunciq; paluſtres
Viminaq;:& longæ parua ſub arundine cānæ
Hinc aper excitus medios uiolentus in hoſtes
Fertur:ut excuſſis eliſus nubibus ignis.
Sternitur incurſu nemus: & propulſa fragorē
Sylua dat:exclamant iuuenes:protētaq; forti
Tela tenent dextra lato uibrantia ferro.
Ille ruit:ſpargitq; canes:ut quiſque furenti
Obſtat:& obliquo latrantes diſſipat ictu.
Cuſpis Echionio primum contorta lacerto
Vana fuit:truncoq; dedit leue uulnus aceruo.
Proxima ſi nimiis mittentis uiribus uſa
Non foret:in tergo uiſa eſt hæſura petito.
Longius it auctor teli Pegaſeius Iaſon.
Phœbe ait ampicides:ſi te coluiq;:coloq;:
Damhi quod petitur:certo contingere telo.
Qua potuit p̄cibus deus ānuit:ictus ab illo ē:
Sed ſine uulnere aper:ferrūq; Diana uolanti
Abſtulerat iaculo:lignum ſine acumine uenit.
Ira feri mota eſt:nec fulmine lenius arſit.
Emicat ex oculis:ſpirat quoq; pectore flāmas.
Vtque uolat moles adducto concita neruo
Cum petit aut muros:aut plenas milite turres
In iuuenes certo ſic impete uulnificus ſus
Fert̄:& Eupalamō Pelagonaq; dextra tuētes
Cornua proſternit:ſocii rapuere iacētes.

Telorum cuſtos.Pharetræ periphraſis. Calydonius heros.Meleager. Renuente deo. Nolente ut ea potiretur. Flammaſq; latentes Hauſit.Occultum amorem concepit.Si quem dignabitur iſta uirum.Hoc eſt.ſi quem iſta ſe uxore dignum exiſtimabit.Hac autem exclamatione meleager.ſignificat ſe Atalantæ pulchritudiem maximopere admirari. Vrget.inſtat. Silua frequens trabibus.Dēſa arboribus:eſt autem topographia ſiluæ & deſcriptio : quam parti planam partim montoſam eſſe ait. Ima lacunæ. Infimas uallis partes.Lacuna enim ē aquæ collectio quæ & lama uocatur. Lenta ſalix.Flexibilis.

Vluæ leues. Vlua herba eſt in paludibus naſcēs. Et longæ parua ſub arundine cannæ:Arūdinem appellare uidetur poeta cannarum corticem:qui & tenuis eſt & facile areſcit : Vnde arundinis nomen deductum eſſe uidetur. Excitus Excitatus. Vt excuſſis eliſus nubibus ignis.Periphraſis eſt fulminis quod ex nubium concurſu eliditur. Sternitur incurſu nemus.Arbores inquit apri illius incurſu in terram deiiciuntur.Hic uero colligitur quam uaſtus aper ille ualiduſq; eſſe: cuius impetu nemus.proſternebatur. Propulſa.impulſa. Dat fragorem.ſtrepitum facit. Fragor nanq; dicitur ſtrepitus rerum fractarum. Protentaq; forti tela tenent:Geſtum exprimit uenatorum apros excipientium.Protendere nanq; uenabula apris ruentibus ſolent. Protenta tela. uenabula. Diſſipat.Diſiicit. Obliquo ictu. Apri obliquos ictus inferunt. Cuſpis.Iaculum A parte totum. In tergo petito.In tergo apri.

Pagaſeus Iaſon.Theſſalus.A pagaſis urbe theſſaliæ:ut diximus.Ferrumq; Diana uolanti.Que copula hoc loco quia ſignificat.Idcirco nanq; ſine uulnere fuit aper quod Diana ferrum Iaculo abſtulerat. Sine acumine.Sine cuſpide. Emicat ex oculis.ira igniſue aut flamma ſubintelligatur. Moles.Maximum ſaxum quantum e machinis bellicis emittuntur.Concita.impulſa.Neruo adducto.Fune baliſtæ adducto. Certo impete . impetu . Metri . enim gratia impete interdum utuntur poetæ . Dextra tuentes cornua . Dextrum cornu defendentes . Aciem nanq; in aprum direxerant : quæ in dextrum & ſiniſtrum



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Poples

cornu fuerat diſtributa. Hippocoōnte ſatus. Hippocoontis filius. Et terga parantem uerte rē.fugere uolentem.Succiſo poplite.reciſo crure Eſt enim poples pars genu poſterior quod poſt plicetur dictum. Forſitan & Pylius.Neſtor a Pylo urbe Meſſeniæ cui imperauit. Citra Troiana tempora Ante troianum bellum. Tempora namq; infelicia calamitoſaq; fere accipiuntur
Sumpto conamine Capto impetu. Ab haſta poſita.fixa. Deſpexitq; tutus loco. deorſum aſpexit inquit aprum altitudine arboris tutus & ſecurus.Neq; enim apri arborem aſcendere poſſunt. Recentibus armis.Dentibus. Hauſit. aperuit: percuſſit. Nondum cæleſtia ſidera. Gemini qui unum ex zodiaci ſignis conſtituunt Caſtor ac Pollux eſſe dicuntur. Vulnera feciſſent.uulneraſſent. Setiger.aper ſetas gerens.
Opacas.umbroſas arboribus dēſas. Studio eundi.cupiditate currendi. Leuat.alleuat tollit
Tegeæa.Atalanta. Sinuato arcu.contracto
Arundo.arundica ſagitta. Diſtrinxit.uulnerauit. Feres.habebis. Erubuere uiri.Puduit inquit uiros fortes aprum a uirgīe primum fuiſſe percuſſum. Bipennifer arcas.Ancæus Arcadicus bipennem ferens. Concedite. locum date. Operi meo.uirtuti meæ: Temerarii autē iactabundiq; eſt oratio. Protegat.defendat.
Perimet.interficiet. Tumidus.Elatus Superbus. Ancipitem ſecurim.ex utraq; parte incidē tem Vtrinq; acutam. Inſtiterat digitis.Steterat in digitis.Geſtus autem exprimitur tollentis ſecurim ut aliquē percutiat. In primos artus.In primas digitorum partes. Occupat.Añ aggredit.
Quaq; ē uia proxima leto.Inguina.n.percuſſa homini mortem afferunt. Multo ſanguine.Cū prepoſitio ſubaudiatur:ut cum multo ſanguine

At non letiferos effugit Enæſimus ictus
Hippocoōte ſatus:trepidantē & terga parantē
Vertere ſucciſo liquerunt poplite nerui.
Forſitan & Pilius citra Troiana periſſet
Tēpora:ſed ſumpto poſita conamina ab haſta
Arboris inſiluit:quæ ſtabat proxima:ramis:
Deſpexitq; loco tutus: quem fugerat hoſtem.
Dentibus ille ferox in querno ſtipite tritis
Imminet exitio:fidenſq; recentibus armis
Orithiæ magni roſtro femur hauſit adunco.
At gemini nondum cæleſtia ſidera fratres
Ambo conſpicui:niue candidioribus ambo
Vectabantur equis:ambo uibrata per auras
Haſtarum tremulo quatiebant ſpicula motu.
Vulnera feciſſent:niſi ſetiger inter opacas
Nec iaculis iſſet:nec equo loca peruia ſiluas.
Perſequitur Telamon:ſtudioq; incautus eūdi
Pronus ab arborea cecidit radice retentus.
Dum leuat hūc Peleus:celerē Tegeæa ſagittā
Impoſuit neruo:ſinuatoq; expulit arcu.
Fixa ſub aure feri ſummum diſtrinxit arundo:
Corpus:& exiguo rubefecit ſanguine ſetas.
Nec tamen illa ſui ſucceſſu lætior ictus
Quā Meleager erat:primus uidiſſe putatur:
Et primus ſociis uiſum oſtendiſſe cruorem:
Et meritum dixiſſe feres uirtutis honorem.
Erubuere uiri:ſeq; exhortantur:& addunt
Cū clamore animos:iaciuntq; ſine ordine tela.
Turba nocet iactis:& quos petit impedit ictus
Ecce furens contra ſua fata bipennifer arcas:
Diſcite fœmineis quid tela uirilia præſtent
O iuuenes:operiq; meo concedite dixit.
Ipſa ſuis licet hunc Latonia protegat armis:
Inuita tamē hunc perimet meā dextra Diana.
Talia magniloquo tumidus memorauerat ore:
Ancipitēq; manu tollenſ utraq; ſecurim:
Inſtiterat digitis primos ſuſpenſus in artus.
Occupat audentē:quaq; eſt uia proxima leto:
Sūma ferus geminos direxit ad inguina dētes
Cōcidit Ancæus:glomerataq; ſanguine multo
Viſcera lapſa fluūt:madefactaq; terra cruore ē
Ibat in aduerſum proles Ixionis hoſtem
Pirithous ualida quatiens uenabula dextra:



Cui procul Aegides:o me mihi carior inquit
Pars animæ conſiſte meæ:licet eminus eſſe
Fortibus:Ancæo nocuit temeraria uirtus.
Dixit:& ærata torſit graue cuſpide cornu:
Cui bene librato uotiq; potente futuro
Obſtitit Aeſculea frondoſus ab arbore ramus.
Miſit & Aeſonides iaculū:quod cāus ab illo
Vertit:& in mentum figit latrantis: & inter
Ilia coniectum tellure per ilia fixum eſt.
At manus Oenidæ uariat: miſſiſq; duabus
Haſta prior terra medio ſtetit:altera tergo.
Nec mora:dū ſæuit:dū corpa uerſat in orbem
Stridentemq; nouo ſpumā cū ſangule fundit.
Vulneris auctor adeſt:hoſtemq; irritat ad iram
Splēdidaq; aduerſos uenabula cōdit in armos
Gaudia teſtantur ſocii clamore ſecundo:
Victricemq; petunt dextræ cōiungere dextrā:
Immanemq; feram multa tellure iacentem
Mirantes ſpectant:neq; adhuc cōtingere tutū
Eſſe putant:ſed tela tamen ſua quiſq; cruentat
Ipſe pede impoſito caput exitiabile preſſit.
Atq; ita:ſume mei ſpolium Nonacria iuris
Dixit:& in partem ueniat mea gloria tecum.
Protinus & exuuias rigidis horrentia ſetis
Terga dat:& magnis inſignia dentibus ora.
Illi lætitiæ eſt cum munere muneris auctor.
Inuidere alii:totoq; erat agmine murmur:
E quibus ingenti tendentes brachia uoce
Pone age:nec titulos itercipe fœmina noſtros:
Theſtiadæ clamant:nec te fiducia formæ
Decipiat:ne ſit longe tibi captus amore
Auctor:& huic adimūt munus:ius mūeris illi
Non tulit:& tumida frendens Mauortius ira:
Diſcite raptores alieni dixit honoris:
Facta nimis quātum diſtent: hauſitq; nefando
Pectora Plexippi nil tale timentia ferro.
Toxea quid faciat dubiū:pariterq; uolentem
Vlciſci fratrem:fraternaq; fata timentem.
Haud patitur dubitare diu:calidumq; prioris
Cæde recalfecit conſorti ſanguine telum.
Dona deum templis nato uictore ferebat:
Cum uidet extinctos fratres Althæa referri:
Quæ plāgore dato mœſtis clamoribus urbem

intelligatur. Aegides.Theſeus Aegei filius. Timebat autem Pirithoo ſibi amore coniunctiſſimo Theſeus ab apro. Eminus eſſe. Longæ abeſſe. Temeraria uirtus.Inconſiderata fortitudo
Graue cornu.grauem haſtam ex cornu confectam. Torſit.Iecit. Aerata.ære & ferro munita. Votiq; potente futuro.hoc eſt aprum percuſſuro.Aeſculea arbore.Aeſculus arbor eſt glandifera Ioui dicata. Aeſonides. Iaſon æſonis filius. Vertit:auertit:Conuertit. Et in mentū latrantis.Canis partem oris inferiorem mentum improprie poeta uocat:cum nulli animaliū preter q̄ homini mentum & male ſint:ut in undecimō naturalis hiſtoriæ Plinius tradit. Inter ilia. Ilia in aliis animalibus dicuntur:quæ in hominibus & ouibus lactes appellātur: ut idem Plinius ſcribit. Tellure.in terra. Bene librato. Fortiter iacto. Oenidæ. Meleagri œnei filii. Dū ſæuit.Furit. Dū corpora.Dū ſe rotat. Auctor uulneris.Meleager. Iritat.ꝓuocat: Petūt.appetūt:cupiūt. Cruentat.cruore inficit.Exitiabile. peſtiferum quod multis exitii cā fuit. Nōacria Atalanta.a Nonacri urbe Arcadiæ dicta: Spolium mei iuris.Quod iure ipſo mihi debetur.Nā Meleager aprum interfecerat. Spolia uero proprie dicuntur que hoſtibus detrahūtur. Exuuias.Exuuiæ que ab exuendo dicuntur nō ſolum hominum tegmia aut ueſtes ſunt:ſed pelles quoque & ſerpentum & aliorum animalium.Virg.ii. geor.de ſerpente loquens.Cum poſitis nouus ex exuuiis nitiduſq; iuuenta. Terga dat. tergora & pellem apri. Et magnis inſignia dentibus ora:Caput quoq; apri Atalātæ traditum fuiſſe a Meleagro poeta ait. Pone.Depone. Noſtros titulos.noſtrum honorem:noſtram gloriam.
Fœmina.Cum quodam contemptu Atalantā fœminā uocat. Theſtiadæ Plexippus & Toxeus Theſtii filii. Ne ſit longe tibi muneris auctor.id eſt.ne interficiaris: ſicq; longe ab amatore tuo ſepareris. Et huic adimūt munus Atalantæ inquit munus eripiūt.Ius autem muneris dandi Meleagro. Nō tulit.nō paſſus ē Atalātā munere fraudari. Mauortius.bellicoſus:marti ſimilis. Frendens.fremens. Nefando ferro. nefario:impio.Nā Plexippus meleagri auūculus erat. Hauſit.pcuſſit. Timentia.timentis. Eſt n.hyppalage.Toxea quid faciat.Ordo eſt.haud patitur dubitare diu Meleager Toxeū dubiū:qd faciat:uolentēq; & frēm ulciſci & timentem fraterna fata. Conſorti ſanguīe.fraterno. Editus dictus.nunciatus. In pœnæ amorē in ſupplicii

Lactes



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cupiditatem & uindictæ. Stipes erat:ſtipitē deſcribit poeta in quo Meleagri uita continebatur Partus enixa Theſtias. Althea Theſtii filia puerꝫ enixa & puerpa. Triplices ſorores:tres pcæ: Clotho:Lacheſis & Atropos:quas Martianus capella deoꝝ ſcribas eē ait:& ſnias Iouis ſtudio ueritatis excipe. Has latini Nonā. Decimā & Mortā uocarūt a ptus tpe. Nam a nono & decimo mēſe pueri ſecūdū naturā naſcunť:eoqꝫ nonæ & decimæ aſcibunť. Qui uero añ poſtuæ hoc tp̄s naſcunť:quaſi mōſtra Mortæ attribuunť. Nā ſeptimo mēſe raro pueri uitales naſcunť: Octauo nūq̄.nono ſæpe:decimo ſæpius: hæ uitæ humanæ præeſſe credunť:eāqꝫ nendo cōtinere:uñ ēt lanificæ:& puellæ:& ſorores a poetis dñr. Martialis. Lanificas nulli tris exorare puellas Cōtigit Obſeruant q̄ ſtatuere diē. Parcæ aūt dictæ uel a parcēdo κατaν Ἀντίφρασιν quod nulli parcāt:uel a partu unius litteræ mutatiōe:ut Varro ſcribit:qđ ut ait Hæſiodus: hæ naſcētibus hoībus bonum malūqꝫ pere & p̄ſtare cenſeanť. Has Cicero Herebi & noctis filiaſ fuiſſe ſcribit. Tres aūt parcæ tria ſunt fata numero:ut Apuleius ait:cū rōne tpis facientia. Nam Atropos præteriti tpis eſt fatum:qđ ne deus qdem faceret infectū. Vnde & atropos dicta eſt quod uerti mutariqꝫ nō poſſit. Lacheſis futuro:quod ipſa net:& filum producit απο τουλαγχάνειν hoc ē a ſorciendo cognominata. Clotho p̄ſentis:quod torquēdo fuſum colligit filū a Lacheſi deductum απο του κλωθειν qđ eſt torquere. Pugnat materqꝫ:ſororqꝫ:hoc ē affectus matris ſororiſqꝫ in animo Altheæ inter ſe contēdunt. Et diuerſa trahūt. Et in diuerſum trahūt. Vnū pectus:unum animū. Sæpe metu ſceleris. Eleganter deſcribit poeta mulieris animum affectu miſericordiæ ſimul & indignationis uexatum. Ferus animi ardor:magna animi indignatio. Vim geminam:duplicem uiolentiam:& uenti:& æſtus maris. Errat. uagať animo & mente. Conſanguineas umbras: fratrū animas. Leniat:mitiget. Sanguine:filii morte. Impietate pia eſt. Videť ſtulte eſſe dictum. Quo nāqꝫ modo qs pius eſſe poſſit impietate. Sed pia uidetur fuiſſe Althæa fratrum cædē ulciſcendo:Impia filium necando. Lignum fatale:in quo Meleagri fata continebantur. Ante ſepulchrales aras. Quæ in ſepulchris erigebanť.

*Parcarū nomina*

Pœnarumqꝫ deæ triplices. Furias infernales:q̄ tres dicuntur eſſe: Tiſiphone: Alecto & Megæra: Althæa uero teſtatur ſe per nefandum ſcelus fratrum cædem ulciſci. Eumenides:furiæ dicuntur κατ Ἀντίφρασιν quod nulli beniuolæ ſint: aut mites. Aduertite:conuertite. Furialibus ſacris:a furore & indignatione prouenientibus.

Mors morte pianda ē:cædes fratꝝ morte filii purgāda ē. An fœlix Oeneus.cū magna idignatiōe hæc ab Althæa dñr. Magno patas inferias: ſacriſicia magno p̄cio & filii ſanguīe cōpata. Inferiæ aūt dñr ſacrificia:q̄ mortuis fiūt. Vteri mala pignora noſtri ἐξηγησις & expoſitio iferia-

*Inferiæ*

Implet:& auratas mutauit ueſtibus atris.
At ſimul eſt auctor necis editus:excidit omnis
Luctus:& a lachrymis ī pœnæ uerſus amorē ē
Stipes erat:quem cum partus enixa iaceret
Theſtias:in flammā triplices poſuere ſorores:
Staminaqꝫ impreſſo fatalia pollice nentes
Tempora dixerunt eadem lignoqꝫ:tibiqꝫ
O modo nate damus:quo poſtq̄ carmine dicto
Exceſſere deæ:flagrantem mater ab igne
Eripuit ramum:ſparſitqꝫ liquentibus undis:
Ille diu fuerat penetralibus abditus imis.
Seruatuſqꝫ tuos iuuenis ſeruauerat annos.
Protulit hunc genitrix:tædaſqꝫ & fragmia pōi
Imperat.& poſitis inimicos admouet ignes.
Tum conata quater flammis imponere ramū.
Cœpta quater tenuit.pugnat materqꝫ ſororqꝫ
Et diuerſa trahunt unum duo nomina pectus.
Sæpe metu ſceleris pellebant ora futuri.
Sæpe ſuum feruens oculis dabat ira ruborem.
Et modo neſcio quid ſimilis crudele minanti
Vultus erat:modo quē miſereri credere poſſes
Cūqꝫ ferus lachrymas animis ſiccauerat ardor
Inueniebantur lachrymæ tamen:utqꝫ carina:
Quā uentus uentoqꝫ rapit contrarius æſtus
Vim geminam ſentit:paretqꝫ incerta duobus
Theſtias haud aliter:dubiis affectibus errat.
Inqꝫ uices ponit:poſitamqꝫ reſuſcitat iram.
Incipit eſſe tamen melior germana parente
Et cōſanguineas ut ſanguine leniat umbras.
Impietate pia eſt:nam poſtq̄ peſtifer ignis
Cōualuit:rogus iſte cremet mea uiſcera dixit.
Vtqꝫ manu dira lignum fatale tenebat:
Ante ſepulchrales infœlix aſtitit aras:
Pœnarumqꝫ deæ triplices furialibus inquit
Eumenides ſacris uultus aduertite ueſtros.
Vlciſcor:facioqꝫ nefas:mors morte pianda eſt.
In ſcelus addendum ſcelus eſt:in funera funus
Per coaceruatos pereat domus impia luctus.
An fœlix Oeneus nato uictore fruetur?
Theſtius orbus erit? melius lugebitis ambo.
Vos modo fraterni manes animæqꝫ recentes
Officium ſentite meum:magnoqꝫ paratas
Accipite inferias uteri mala pignora noſtri.



Hei mihi quo rapior? fratres ignoſcite matri.
Deficiunt ad cœpta manus: meruiſſe fatemur
Illum cur pereat:mortis mihi diſplicet auctor.
Ergo impune feret:uiuuſqꝫ & auctor: & ipſo
Succeſſu tumidus regnū Calydonis habebit?
Vos cinis exiguus gelidæqꝫ iacebitis umbræ?
Haud equidem patiar:pereat ſceleratus:& ille
Spemqꝫ patris regnum trahat patriæqꝫ ruinā.
Mens ubi materna eſt? ubi ſūt pia uota parētū
Et quos ſuſtinui bis menſum quinqꝫ labores?
Outinam primis arſiſſes ignibus infans.
Idqꝫ ego paſſa forem:uixiſti munere noſtro.
Nunc merito moriere tuo:cape præmia facti.
Biſqꝫ datam primū partu:mox ſtipite rapto.
Redde animā:uel me fraternis adde ſepulchris
Et cupio & nequeo:qd agā? mō uulnera fratꝝ
Ante oculos mihi ſunt:& tantæ cædis imago.
Nunc aīum pietas maternaqꝫ nomia frangunt
Me miſerā:male uincetis:ſed uincite fratres
Dummodo quæ dedero uobis ſolatia:uoſqꝫ
Ipſe ſequar:dixit:dextraqꝫ auerſa trementi
Funereum torrem medios coniecit in ignes.
Aut dedit:aut uiſus gemitus eſt ille dediſſe
Stipes:& inuitis correptus ab ignibus arſit.
Inſcius atqꝫ abſens flamma Meleagrus ab illa
Vritur:& cæcis torreri uiſcera ſentit
Ignibus:at magnos ſuperat uirtute dolores.
Quod tū ignauo cadat & ſine ſanguine leto
Mæret:& Ancæi felicia uulnera dicit.
Grandæuūqꝫ patrem:fratreſqꝫ:piaſqꝫ ſorores:
Cum gemitu ſociamqꝫ tori uocat ore ſupremo.
Forſitan & matrem:creſcunt ignisqꝫ: dolorqꝫ.
Langueſcūtqꝫ iterū:ſimul eſt extinctus uterqꝫ.
Inque leues abiit paulatim ſpiritus auras.
Paulatim cana prunam uelante fauilla.
Alta iacet Calydon:lugēt iuueneſqꝫ:ſeneſqꝫ.
Et uulguſ:pcereſqꝫ gemunt:ſciſſæqꝫ capillos
Plāgūt ora ſimul matres Calydōides heu heu.
Puluere caniciem genitor uultuſqꝫ ſeniles
Fœdat humi fuſus:ſpacioſumqꝫ increpat æuū.
Nam de matre manus diri ſibi conſcia facti
Exegit pœnas acto per uiſcera ferro.
Non mihi ſi centum deus ora ſonantia linguis

rum magno comparatarum. Hei mihi quo rapior? Retrahiť officio matris a cæde filii Althæa.

Quo rapior. In quo ſcelus trahor. Mortis mihi diſplicet auctor? Nollem īquit Althæa ego eſſe mortis filii auctor. Ergo impune feret. Indignationi iterum indulget Althæa. Ergo enim affectui & indignationi ſeruit. Sic Auguſtus de Virgilii teſtamento. Ergo ne ſupremis potuit uox īproba uerbis Tam dirum mandare nefas? Spēque patris. Oenei q totam ſpem ſuam in meleagro filio collocarat. Mens ubi materna eſt. Ad pietatem qua filium proſequitur reuocat cogitationem ſuam Althæa:in qua tamen indignatione uicta diutius non perſtat. Bis quinqꝫ menſum. Decem menſes in utero matres filios geſtare dicuntur:q̄uis uulgus nouē tantummodo putet. Non autem menſes:ut fere in exemplaribus eſt deprauatum: ſed menſum pro menſium: ut monet Priſcianus:eſt legendum.ut decem menſium labores intelligamus. Outinam primis arſiſſes ignibus infans. Vtinam inquit tunc combuſtus fuiſſes cum eras infans una cum ſtipite quem a parcis in ignē coniectum ego ardere paſſa non ſum. Tuo merito.tuo delicto. Facti. peccati:ac ſceleris tui. Stipite rapto.ex igne erepto torre & titione: Et cupio.fratres ulciſci ſubintelligatur. Et nequeo. Nō poſſum pietate qua filium proſequor imperita. Me miſeram. ibi ē diſtinguendum. Eſt enim exclamatio:qua Altæa ſe oſtendit inuitam in filii perniciem armari.

Male. In malum & calamitatem meam: Dummodo quæ dedero. De cōſciſcenda ſibi quoque morte iam cogitat Altœa. Funereum:funeſtū Funeriſqꝫ ac mortis Meleagri cauſam. Et inuitis ignibus. Rei inanimatæ dat ſenſum poeta perinde atqꝫ ſi ignes ipſi Meleagri miſererentur:

*Meleagri mors*

Cæcis ignibus.occultis.quoꝝ cauſa latebat.

Ignauo leto. Vili morte. Mæret:Dolet Sociā tori.uxorem. Liugueſcuntqꝫ. decreſcunt atqꝫ diminuunť. Simul eſt extinctus uterqꝫ.& ignis ſtipitis & Meleager. In leues auras. Eorum ſequitur hoc loco opinionem poeta qui ſentiunt animam auram eſſe & aerem. Alta iacet Calidon Si alta .quomodo iacet? An mærore ex morte Meleagri concepto cecidiſſe ac iacere uidebatur q̄ pauloāte uirtute ipſius Meleagri alta potenſqꝫ erat. Sciſſæ capillos. Scindentes ac lacerantes capillos id quod in magnis luctibus mulieres facere ſolent. Eſt autē ſinegdoche maxime poetis uſitata. Plangūt ora. Percutiunt ac genas lacerant. Heu heu.mimiſis & imitatio eſt gemitus emittētium mulierū. Puluere caniciem. Pater īquit Oeneus puluere caput faciemqꝫ deturpat Hoc enī in magnis mæroribus fiebat apud priſcos. Acto per uiſcera ferro. ſic quidē Ouidius Diodorus uero ſcribit Althæam laqueo uitam

finiſſe. Totum Helicona.omnium muſaꝝ fauorem. Liuentia pectora tundūt. Percutiunt pectora ac liuētia reddunt & ſubnigra. Dumque manet corpus.Cadauer Meleagri. Ipſi lecto Pheretro in quo Meleagri cadauer compoſitum fuit. Poſt cinerem.Poſteaq̄ Meleagri cadauer in cinerem fuit reſolutū. Hauſtos.acceptos manibus. Preſſant.aſtringunt. Eleganter autē ea omnia effingit poeta:quæ in funeribns fratrū a ſororibus fieri conſueuere. Affuſæq;.Incunbentes:inſtratæ p̄ſtratæ: Nomina ſaxo ſignata.Epithaphium in ſaxo ſculptū in quo nomen Meleagri erat.Poſt. Poſteaq̄. Latonia. Diana latone filia. Nurūq; nobilis Alcmenæ. Deianiram Herculis uxorem. Alleuat.in aerem tollit. Corneaq; ora facit.hoc eſt ora in roſtra cōuertit. Verſaſq;.In aues cōmutatas: q̄ Meleagrides a meleagro fratre fuerunt cognominatæ.

Meleagri ſorores in aues

Interea Theſeus.Mira phantaſia quinq; Naiadum tranſmutationem in iſulas cum ſuperiore fabula poeta connectit.Interfecto nāq; Calydonio Apro Theſeus cū Athēas rediret: forte Achelous fluuius Aetoliam ab Acarnania diſterminans ſic intumuerat:ut tutus tranſitus non uideretur. Inuitatus igitur Theſeus a fluminis deo Acheloo domū illius intrauit.tātiſp illic futurus: dū tuto trāſire poſſet. Cū uero poſt cœnā Theſeus in mare p̄ſpiciens uidiſſet.iſulas quaſdā:Acheloū rogauit:quot ille iſulæ eſſēt:ac quo noīe appellarēt:cui Achelous reſpōdit Naiades qnq; fuiſſe illorum locorum accolas:quæ cū aliis diis ſe ſpreto ſacrificaſſent:eas cum locis ſuis in mare ab ſe idignato fuiſſe p̄uolutas: ac in iſulasqnq; noīe Echiadas & ſuis & fluctibus marinis fuiſſe diſcretas. Sociati laboris.cōmunicati ſibi cū multis aliis. Erechtheas Trictonidos arces.Periphraſis ē Athenaꝝ:quæ & in Palladis tutela ſūt & ab Erechtheo rege Erechtheæ dicuut. Fecitq; moras Achelous eūti.Achelous Oceāi & Tethyos filius fuiſſe ab Heſiodo ſcrtbit.Is cū peteret Deianirā Oenei calydōiæ regis filiā.Herculē in ſe cōuertit:a quo ſupatus:in fluuio iuxta Calydoniā labēs ſe occultauit:nomēq; flumi ipoſuit: qđ qdē a Pīdo Theſſaliæ mōte orit:Aetoliāq; ab Acarnania diſtinguit.Sāc apđ ātiquos:aq̄ ut macrobius Seruiuſq; ſcribunt generaliter Achelous dicebat.Vnde Virgilius in geor.prīo.Poculaque iuētis accheloia miſcuit uuis. Turbieo uortice In modū turibinis ſe uoluēte. Vortex enī p̄p̄e dicit cōtorta in ſe aq̄. Turbo aūt & uis ē uenti:& iſtrumētū quo pueri ludūt fune illud in terrā icutiētes. Tutior ē reqes.ſecurior ē mora. Nec leuibus toffis.aſpis:ipolitis.Toffus.n.lapis ē cauernoſus.Deſcribit aūt poeta ſpeluncā fluminis deo cōuēiētē. Molli muſco.Muſcus herba ē tēuiſſima iuxta fontes ac i locis humidis naſcēs. Sūma lacūabāt.Supiores iqt ſpelūcæ p̄tes in lacūaria diſtiguebāt cōchæ alternis muricibꝰ diſtictæ Nā lacūare ē lacus:ac lacūaria facere.Murex aūt gēus ē cochleæ uñ fit purpura. Hypione. Sole. Hypion nāq; cæli fuit filius:q ex ſorore ſolē ferē gēuiſſe. Veꝝ p ſole fere ponit. Hac Ixiōides Pirithous Ixionis filius p̄petuus Theſei comes.

Achelous

Turbō

Lacunare
Murex

Nudæ ueſtigia nymphæ pedes nudos haben

Ingeniumq; capax:totumq; Helicona dediſſet
Triſtia perſequerer miſerarum uota ſororum.
Immemores decoris liuentia pectora tundunt.
Dūq; manet corpus:corpus refouētq; fouētq;
Oſcula dant ipſi:poſito dant oſcula lecto.
Poſt cinerē cineres hauſtos ad pectora p̄ſſant:
Affuſæq; iacent tumulo:ſignataq; ſaxo
Nomina complexē lachrymas in noīa fundūt.
Q uas poſtq̄ aoniæ tandem latonia clade
Eſt ſatiata domus:præter Gorgenq; nurumq;
Nobilis alcmenæ:natis in corpora pennis
Alleuat:& longas per brachia porrigit alas
Corneaq; ora facit uerſaſq; per aera mittit.
Interea Theſeus ſociati parte laboris
Functus:Erechtheas Tritonidos ibat ad arces.
Clauſit iter:fecitq; moras Achelous eunti
Hymbre tumēs ſuccede meis ait inclyte tectis
Cecropide:nec te cōmitte rapacibus undis.
Ferre trabes ſolidas obliquaq; uoluere magno
Murmure ſaxa ſolent:uidi contermina ripæ.
Cū gregibus ſtabula alta trahi:nec fortibꝰ illic
Profuit armentis:nec equis uelocibus eſſe.
Multa quoq; hic torrēs niuibꝰ de mōte ſolutis
Corpora turbineo iuuenilia uortice merſit.
Tutior eſt requies:ſolito dum flumina currant
Limite:dum tenues captet ſuus alueus undas
Annuit Aegides:utorq; Acheloe domoq;
Conſilioq; tuo reſpondit:& uſus utroq; eſt.
Punice multicauo nec leuibus atria toffis
Structa ſubit:molli tellus erat humida muſco.
Summa lacunabant alterno murice conchæ.
Iamq; duas lucis partes Hyperione menſo
Diſcubuere toris Theſeus comiteſq; laborum:
Hac Ixionides:illa Trœzenius heros
Parte Lelex raris iam ſparſus tempora canis:
Q uoſq; alios parili fuerat dignatus honore
Amnis acarnanum lætiſſimus hoſpite tanto.
Protinus appoſitas nudæ ueſtigia nymphæ
Inſtruxere epulis menſas:dapibuſq; remotis
In gemma poſuere merū: tum maximus heros
Aequora p̄ſpiciens oculis ſubiecta: quis iquit
Ille locus:digitoq; oſtendit:& inſula nomen
Q uod gerit illa doce:quāq̄ non una uidetur.



Amnis ad hæc:nō eſt inquit:qđ cernimus unū
Q uinq; iacent terræ:ſpacium diſcrimina fallit
Q uoq; minus ſpretæ factum:mireræ Dianæ:
Naiades hæ fuerant:quæ cū bis qnq; iuuēcos
Mactaſſent:ruriſq; deos ad ſacra uocaſſent.
Immemores noſtri feſtas duxere choreas.
Intumui:quantuſq; feror cum plurimus unq̄
Tantus erā:pariterq; animis immanis & undis
A ſiluis ſiluas & ab aruis arua reuulſi.
Cūq; loco nymphas memores:tū deniq; noſtri
In freta prouolui:fluctus noſterq; mariſq;
Continuam diduxit humū:pariterq; reuellit
In totidē mediis:quot cernis:Echinadas undis
Vt tñ ipſe uides procul:en procul una receſſit
Inſula grata mihi:perimelen nauita dicit:
Huic ego uirgineum dilectæ nomen ademi:
Q đ pater hippodamas ægre tulit: inq; p̄fūdū
Propulit e ſcopulo perituræ corpora natæ:
Excepi:nantemq; ferens:o proxima terræ
Regna uagæ dixi ſortite tridentifer undæ.
In quo deſinimus:quo ſacri currimus amnes:
Huc ades:atq; audi placidus neptune precātē.
Huic ego:quā porto nocui ſi mitis & æquus:
Si pater Hippodamas:aut ſi minus impius eēt:
Debuit illius miſereri:& ignoſcere nobis:
Cui quōdam tellus clauſa eſt feritate paterna:
Affer opem:merſæq; precor feritate paterna:
Da Neptune locum:uel ſit locus ipſa licebit:
Hūc quoq; cōplectar:mouit caput æquoreus.
Concuſſitq; ſuis oēs aſſenſibus undas (rex
Extimuit nymphe:nabat tñ:ipſe natantis
Pectora tangebam trepido ſalientia motu.
Dumq; ea contrecto:totum dureſcere ſenſi
Corpus:& inducta condi præcordia terra.
Dū loquor amplexa ē artus noua terra natātes
Et grauis increuit mutatis inſula membris
Amnis ab his tacuit:factum mirabile cunctos.
Mouerat:irridet credentes:utq; deorum
Spretor erat mentiſq; ferox Ixione natus:
Ficta refers:nimiūq; putas Acheloe potentēs
Eſſe deos dixit:ſi dant adimuntq; figuras.
Obſtupuere oēs:nec talia dicta probarunt.
Ante omneſq; Lelex animo maturus & æuo

tes nymphæ.eſt enim ſinegdoche. In gemma. In gemmatis poculis. Spatium diſcrimina fallit.Breuitas iquit ſpatii diſcrimina atq; ſeparationes inſularum confundit. Sprætæ. cōtemptæ
Cū plurimus unq̄.maximus. Diduxit.diuiſit
Mediis qđ cernis Echinadas undis.Echinades quæ & Echinæ dn̄r inſulæ ſunt ad hoſtium Acheloi Aetoliæ fluuii:qui limum aſſiduæ inuehendo illas effeciſſe uidetur.Dictæ ſunt autem Echinades uel ab echinis quibus abūdant:uel:ut ſcribit Apollodorus: ab Echino quodam uate.

Echinades

Vt tamen ipſe uides.Perimele hippodamantis filia ab Acheloo uim paſſa e ſaxo a patre in mare fuit precipita a.Achelous uero de amicæ ſalute admodum ſollicitus Neptunū rogauit: ne eā ſubmergi pateretur: ſed ei aut locum præberet. aut ipſam locum efficeret.præcibus igitur Acheloi motus Neptunus eā in inſulam haud longe ab Echinadibus diſtantem commutauit. Virgineum nomen ademi.uirginitatē eripui. Protulit.proiecit. In profundum. In mare altū.

Perimele in inſulam

Sacri amnes.Omnes fluuii numen habere dicuntur. Vnde & ſacri nuncupantur. Feritate paterna.crudelitate patris. Mouit caput equoreus rex. Neptunus annuit meis p̄cibus. Salientia.Palpitantia:id quod timore percuſſis accidere ſolet. Præcordia. Pectora hoc loco quod cordi prætendantur.Proprie uero precordia dicuntur partes cordi p̄iacentes.Grauis inſula.Magna.Inſula uero dicitur quod ſit in ſalo hoc ē in mari collocata. Amnis ab his tacuit: Hæc ad connectendas quæ ſubiiciuntur metamorphoſis dicuntur.narraturus enim eſt poeta quemadmodum Iupiter atq; Mercurius in hominum figuras conuerſi phrygiam peragrarunt:ut hominū benignitatem experirentur. Cum uero nemo ex oppidanis ipſos ſuſciperet hoſpitio caſam Philemonis ruſtici atq; pauperis ſubiere:a quo benigne accepti cum ſe deos eſſe indicaſſent:& anſerē quem unicum habebat occidere uetuerunt:& ut ſecum collem aſcenderet cum Baucide uxore admouerunt. Profecti igitur domo cum eſſent: ecce oppidum illud in lacum uidēt conuerſum omneſq; domus ſubmerſas præter unicam ſuam caſam:quæ & ipſa in magnificentiſſimum templum cum fuiſſet mutata.hortantibus diis:ut quicquid uellent:peterent:philemon reſpondit ſe uelle eſſe illius templi ſacerdotem ea conditione:ut nec ipſe uxoris:nec uxor uiri mortem unq̄ uideret.Id uero facile impetrarunt.Nam una & eadē hora cum ad extremam p̄ueniſſent ſenectutem: in arbores alter i quercū:altera in Tiliā trāſmutati fuerunt. Hæc autem adeo perſpicue a poeta deſcribunt:ut nihil expoſitiōis indigere uideant.
Ab his.Poſt hæc. Spretor deoꝝ.cōtemptor.
Si.dant adimuntq; figuras. Si poſſunt & dare & eripere formas rebus. Animo maturus &

Præcordia
Inſula unde

Iuppiter & Mercurius in homines

Caſa in templum



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

æuo. Legem & prudentem & ſenem & bonum uirum fuiſſe poeta ſignificat. Immenſa eſt. Sētentia pio grauiq; uiro maxime conueniens.

Tiliæ contermina. Vicina. Tilia autem arbor eſt fructum non ferens. Nam me Pelopeia pitheus miſit in arua. Pitheus elegis pater fuit & Aethræ Theſei matris. Pelopeia autem arua non Peloponeſum: ut quidam putant: ſed phrygiam dicit. Nam pelops Tantali phrygiæ regis filius fuit: qui inde in Peloponeſum uenit. Suo parēti. Pelopi. Nam pitheus & Troezen Pelopis filii fuere: ut ſtrabo narrat. Fulicis paluſtribus Fulicæ aues ſunt notiſſimæ in paludibus uiuentes.

Specie mortalis. Humanam in figuram uerſus. Atlantiadæs caducifer. Mercurius Caduceum gerens. Seræ. Ianuæ. A parte nanq; totum intelligimus. Sera enī pars eſt Ianuæ in quā clauis immittitur. Parili ætatæ. Pari & æquali:

Tota domus. Tota familia. Iidem parentq; iubentq; Idem inquit domini ſunt & ſerui: Releuare membra. Leuia facere quæ propter laſſitudinem grauia uidebantur. Sedere enim illos iuſſit Philæmō. Poſito ſedili. Appoſita ſede. Quod ſuper. Anaſtrophe eſt. Præpoſitio nanq; poſtpoſita eſt. Anima. Spiritu & flatu. Et minuit. Fregit & minuta paruaq; reddidit. Eleganter autem poeta ruſtici pauperis apparatum & mores deſcribit. Truncat olus folii Minutatim olera cū foliis incidit. Sordida. Fumoſa. De tergore. diu ſeruato. Tergum illud ſuis uetus fuiſſe innuit poeta & rancidum. De tergore. de tergo. frequenter autem utrunq; pro altero pōitur. Domat. Mollit & coquit. Significat autem duriſſimam fuiſſe illam carnem. Domari enim dicuntur quæ repugnant. Alueus fagineus. Dolium ex fago confectum. Artus fouendos. Pedes lauādos. Nam hoſpitibus etiam nunc quo die accipiuntur: pedes lauari ſolent. In medio lecto. Sic quidem legitur: ſed tecto forſitan pro lecto Ouidius ſcriptum reliquit: ut itelligamus in media caſa totum & lectum fuiſſe. non ex plumis: ſed ex uluis paluſtribus herbis confectum. Salignis. ex ſalice factis. Velant. Cooperiunt.

Sternere. Lecto iniicere & imponere. Non indignanda. Non indigna reputanda. Lecto ſaligno. ex ſalice uili: ac uulgari arbore confecto.

Succincta anus. Habitum ruſticæ mulieris

Sic ait: immenſa eſt: finemq; potentia cæli
Nō habet: & quicqd ſuperi uoluere: peractū ē.
Q uoq; minus dubites: Filiæ cōtermina q̄rcus
Collibus eſt phrygiis medio circūdata muro.
Ipſe locum uidi: nam me Pelopeia Pittheus
Miſit in arua ſuo quondam regnata parenti:
Haud ꝓcul hic ſtagnū ē: tellus habitabilis oli:
Nūc celebres mergis fulicíſq; paluſtribꝰ undæ
Iupiter huc ſpecie mortalis cūq; parente
Venit Atlantiades poſitis caducifer alis.
Mille domos adiere locum requieq; petentes
Mille domos clauſere ſeræ: tamē una recepit:
Parua quidem ſtipulis & cāna tecta paluſtri.
Sed pia baucis anus pariliq; ætate philemon.
Illa ſunt annis iuncti: iuuenilibus illa
Conſenuere caſa paupertatemq; ferendo
Effecere leuem: nec iniquam mēte ferendam:
Nec refert dominos: illic famulos ne requiras.
Tota domus duo ſunt: iidem parentq; iubētq;.
Ergo ubi cælicolæ paruos tetigere penates.
Sūmiſſoq; humiles intrarunt uertice poſtes.
Membra ſenex poſito iuſſit releuare ſedili.
Q uod ſup iniecit textum rude ſedula baucis
Inde foco tepidum cinerem dimouit: & ignes
Suſcitat heſternos: foliiſq; & cortice ſicco
Nutrit. & ad flammas anima perducit anili
Multifidaſq; faces ramaliaq; arida tecto
Detulit: & minuit: paruoq; admouit aheno.
Q uodq; ſuus cōiunx riguo collegerat horto:
Truncat holus foliis: furca leuat ille bicorni.
Sordida terga ſuis nigra pendentia tigno.
Seruatoq; diu reſecat de tergore partem
Exiguam: ſectāq; domat feruentibus undis.
Interea medias fallunt ſermonibus horas.
Sentiriq; moram prohibent: erat alueus illic
Fagineus dura clauo ſuſpenſus ab anſa.
Is tepidis impletur aquis: artuſq; fouendos
Accipit: in medio torus eſt de mollibus uluis
Impoſitus tecto ſponda pedibuſq; ſalignis.
Veſtibus hūc uelāt: quas non niſi tēpore feſto
Sternere cōſueuerāt: ſed & hæc uiliſq; uetuſq;
Veſtis erat: lecto non indignanda ſaligno.
Accubuere dei: menſam ſuccincta tremenſq;

Ponit anus: menſæ ſed erat pes tertius impar.
Teſta parem fecit: quæ poſtq̄ ſubdita cliuum
Suſtulit: æquatam mentha exterſere uirenti.
Ponitur hic bicolor ſyncere bacca Mineruæ.
Conditaq; in liquida corna autumnalia fæce.
Intybaq; & radix: & lactis maſſa coacti.
Ouaq; non acri leuiter uerſata fauilla.
Omnia fictilibus: poſt hæc cælatus eodem
Siſtitur argento crater: fabricataq; fago
Pocula: quæ caua ſunt flauentibus illita ceris
Parua mora eſt: epulaſq; foci miſere calentes
Nec longæ rurſus referuntur uina ſenectæ.
Dantq; locum mēſis paulum ſeducta ſecūdis.
Hic nux: hic mixta eſt rugoſis caryca palmis.
Prunaq;: & in patulis redolētia mala caniſtris.
Et de purp eis collectæ uitibus uuæ.
Cādidus in medio fauus eſt: ſup omnia uultus
Acceſſere boni: nec iners pauperq; uoluntas.
Interea quotiens hauſtum cratera repleri
Sponte ſua: per ſeq; uident ſuccreſcere uina.
Attoniti nouitate pauent: manibuſq; ſupinis
Concipiunt bauciſq; ꝓces timiduſq; Philemō.
Et ueniam dapibus nulliſq; paratibus orant.
Vnicus anſer erat minimæ cuſtodia uillæ.
Q uē diis hoſpitibus domini mactare pabant.
Ille celer pēna tardos ætate fatigat.
Eluditq; diu: tandēq; eſt uiſus ad ipſos
Confugiſſe deos: ſuperi uetuere necari.
Diiq; ſumus: meritaſq; luet uicinia pœnas
Impia dixerunt: uobis immunibus huius
Eſſe mali dabitur: modo ueſtra relinqte tecta
Ac noſtros comitate gradus: & in ardua mōtis
Ite ſimul: parēt: & diis præeuntibus ambo
Mēbra leuāt baculis: tardiq; ſenilibus annis
Nituntur longo ueſtigia ponere cliuo.
Tantū aberant ſūmo: quantū ſemel ire ſagitta
Miſſa poteſt: flexere oculos: & merſa palude
Cætera proſpiciunt: tantum ſua tecta manere.
Dūq; ea mirantur: dum deflent fata ſuorum.
Merſa uident: quærūtq; ſuæ pia culmina uillæ.
Sola loco ſtabant: dum deflent fata ſuorum:
Illa uetus dominis & iam caſa parua duobus
Vertitur in templū: furcas ſubiere columnæ.

effingit. Cliuum: inequalitatem menſæ cliuū appellat. Mentha uirenti: menta ſuauiſſimi odoris eſt herba. Exterſere: emundauere. Bicolor bacca: periphraſis eſt oliuæ: q̄ bicolor dicit̃ quod & uiridis eſt & nigra. Sinceræ Mineruæ: Integræ. Virgi. Mineruæ. Autumnalia. Autūno matureſcentia. Intybaq; & radix. Intybū qđ & Cicorium uocatur herba ē agreſtis. Radix uero ſpecies eſt herbæ: quæ & radicula dicitur: His autem herbis ēt nunc in acetariis ueſcimur. Et lactis maſſa coacti: periphraſis eſt caſei. Non acri fauilla: in igne leui: non uehemēti. Nam oua niſi leuiter in cinere calido uerſentur: facile rumpuntur. Omnia fictilibus. apponūtur: & in ꝑpoſitio ſubaudiatur. Fictilie autem ſunt uaſa terrea a fingendo dicta. Eodem argumento: quo & fictilia. fac re autem innuit craterem quoq; fictilem fuiſſe. Siſtitur: collocatur in menſa. Apparatum autem menſæ ruſticæ elegāter effingit poeta. Fago: fagus arbor eſt glandifera e: cuius ligna uaſa conficiūtur. Quæ caua ſunt: Quæ in concauitate inquit ſunt flaua cæra intecta.

Illita: intecta. Epulas calētes: Cibos calidos. Quæ enim hactenus deſcripta ſūt frigida comeduntur. Nec longæ uina ſenectæ: uinum nouū appoſitum fuiſſe ait: non uetus: quod diuites bibere ſolent. Paulum ſeducta: ſepoſita & remota

Caryca: ficus eſt ſpecies caryca a caryca Lycaoniæ loco: ubi optimæ naſcuntur: denominata: q̄ quia optimæ ſunt ſiccæ: hinc uſus optinuit ut caryce pro ficubus ſiccis accipiantur. Rugoſis palmis: cum fructibus palmæ rugoſis & ſiccis: quos nunc uulgo dactylos uocant. Prunaq;: poma ſunt notiſſima: quorum uaria ſunt genera: ut Plinius ſcribit. Super omnia uultus. Ante omnia inqt boni & Hylares uultus affuerunt.

Hauſtum cratera: euacuatum urceū. Concipiunt præces: præcari incipiunt. Diis hoſpitibus: Ioui & Mercurio quos hoſpitio ſuſceperant Ille celer pēna tardos. pulchro ātitheto exornat̃ hoc carmen. Impia uicinia: inhoſpitales uicini. Immunibus: expertibus. Huius mali: huius calamitatis: qua uicinos ueſtros ſumus affecturi. Modo ſolum comitate: Antique dixit pro comitamini. Ite ſimul: u enite nobiſcū.

Nituntur longo: hoc eſt longum & arduū cliuum aſcendere conantur. Manere: ſtare: ſupeſſe: Fata: infortunia Suorum uicinorum.

Pia culmina. ipſi pii: eſt enim hyppallage.

Et iam caſa parua. Et olim caſa parua. Caſæ proprie dicuntur ruſticæ domus. Furcas ſubiere columnæ. Furcæ in colūnas fuerunt cōmutatæ: In magnificum uero templū Philemonis ca

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ſam conuerſam fuiſſe ſcribit. Adopertaq; marmore tellus.Solum templi marmore ſtratum. Iudicium cõe. uotum:cupiditatem:deſiderium. Aperit:indicat:manifeſtat. Delubraq; ueſtra tueri:ueſtra tẽpla cuſtodire. Concordes egimus annos:concordes unanimeſq; uiximus. Duos:ambos. Buſta:Funerã. Tumulandus.ſepeliendus. Vota fides ſequitur:nam Iupiter ut pollicitus fuerat:id quod petierant conceſſit. Annis æuoq; ſoluti.Senio confecti. Ante gradus ſacros.ante gradus ianuæ tẽpli. Narrarent:cõmemorarent. Caſus loci.ea quæ loco illi euenerant. Frondere:frondes emittere.Simul aũt ambo in arbores fuere cõuerſi. Philemon in quercũ:Baucis uero in Tiliam. Creſcente cacumine.Vertice capitis.Innuit aũt capillos in frondes fuiſſe cõuerſos. Dum licuit: donec potuerunt. Frutex : fruticis & arboris cortex: Thyneius incola.Thynia regio eſt contermina Phrygiæ:Vnde Thyneius declinari uideť.

Thynia

De gemino corpore.De duobus corporibus Baucidis & Philemonis factos. Non uani ſenes:ueteres non falſi.Vanus enim interdum falſum:ac mẽdacem ſignificat:Interdum ſtultum. Iuuenalis.Sic placitũ uano q nos ſũmiſit Othoni. Neq; erat cur fallere uellent:hæc coniunctio enim ſubintelligatur.Eſt nãq; parentheſis cauſã continens cur ſenes illi non fuerint mẽtiti. Eqdem pendentia uidi.Argumentis ꝑbat Lelex ea quæ narrauit eẽ uera. Serta coronæ: a ſerẽdis floribus dicta.Coronæ aũt & in locis & in arboribus ſacris appendebantur. Ponens:appẽdẽs

Vanus

Serta unde

Cura deũ dii ſint:hoc ẽ:q curam ſuſcepe deorum:dii efficiantur:& q deos coluere:ipſi quoq; pro diis colantur. Deſierat loq Lelex ſubaudiatur. Et res:miranda. Et auctor.Lelex uir grauis & fide dignus. Calydonius amnis. Achelous. Semel mota eſt:mutata. In hoc renouamine:in hac renouatione. Ius eſt:facultas & poteſtas. Vt tibi complexi terram maris incola Proteu.Proteus oceani & Tethyos fuit filius: ut in theogonia Heſiodus ſcribit. Hic habuit patriam Pallenen:qua relicta in Carpatho iſula regnauit.Fuit autẽ uates clariſſimus: Iliacis temporibus:qui ſe in uarias mutabat figuras:đ quo Virg.iiii.Georg.ſic ſcribit.Eſt in carpatio Neptuni gurgite uates Cæruleus ꝓteus:magnũ qui piſcibus æquor:Et iuncto bipedum curru metitur equoꝝ.Hic nunc Emathiæ portus patriãq; reuiſit Pallenen:hũc & nymphæ uenerantur: & ipſe Grandæuus nereus:nouit nãq; oĩa uates. Quæ ſint:q̃ fuerint:q̃ mox uentura trahantur:& paulo poſt.Tũ uariæ eludent ſpẽs atq; ora feraꝝ. Fiet enĩ ſubito ſus horridus atraq; trigris. Squamoſuſq; draco:& fulua ceruice læena. Aut acrẽ flãmæ ſonitũ dabit : atq; ita uinclis Excidet : aut in aquas tenuis dilapſus abibit:& q̃ ſequunť. Proteus aũt iccirco in uarias figuras ſe cõmutaſſe fingitur:quod ut Diodoruſ ſcribit:rex fuit Aegypti: quem Aegyptii cetea uocant artiũ & in primis aſtrologiæ pitus.Aegyptiis aũt regibus mos erat ut leonis:aut tauri.aut draconis priorẽ ptẽ in capite ferrẽt:iſignia pricipatus:qñq; uero arborem qñq; ignẽ:quandoq; redolentia unguenta.Hæc autem & ad decorẽ ornatũq; ſpectabãt:& ſtuporẽ & ſupſtitionẽ quandam aſpicientibus iniiciebãt. Maris cõplexi terram:nam terra infima eſt

Proteus i uarias figuras

Stramina flaueſcunt:aurataq; tecta uidentur.
Cælatæq; fores: adopertaq; marmore tellus.
Concipiũt bauciſq; preces timiduſq; philemõ.
Talia cum placido ſaturnius edidit ore.
Dicite iuſte ſenex & fœmina coniuge iuſto
Digna:quid optetis:cũ baucide pauca locutus
Iudicium ſuperis aperit commune philemon.
Eſſe ſacerdotes:delubraq; ueſtra tueri
Poſcimus:& quoniã cõcordes egimus annos :
Auferat hora duos eadem:nec coniugis unq̃
Buſta meæ uideam:neu ſim tumulãdus ab illa.
Vota fides ſequitur:templi tutela fuere.
Donec uita data eſt:annis æuoq; ſoluti
Ante gradus ſacros cum ſtarent forte:lociq;
Narrarent caſus:frondere Philomena Baucis :
Baucida conſpexit ſenior frondere Philemon :
Iamq; ſup geminos creſcẽte cacumine uultus
Mutua dum licuit:reddebant dicta:ualeq;
O coniunx dixere ſimul:ſimul abdita texit
Ora frutex:oſtendit adhuc thyneius illic
Incola de gemino uicinos corpore truncos.
Hæc mihi nõ uani( nec erat cur fallere uellẽt)
Narrauere ſenes:equidem pendentia uidi.
Serta ſuper ramos:ponenſq; recentia dixi:
Cur deum dii ſint:& qui coluere colantur.
Deſierat:cunctoſq; & res & mouerat auctor
Theſea præcipue:quem facta audire uolentẽ
Mira deum nixus cubito calydonius amnis
Tallibus alloquitur:ſunt o fortiſſime quorum
Forma ſemel mota ẽ:& i hoc renouamie mãſit
Sunt quibus in plures ius eſt tranſire figuras
Vt tibi complexi terram maris incola proteu.
Nam modo te iuuenem:modo te uidere leonẽ
Nũc uiolentus aper.nũc quẽ tetigiſſe timerẽt
Anguis eras:modo te faciebant cornua taurũ
Sæpe lapis poteras:arbor ſæpe quoq; uideri.
Interdum faciem liquidarũ imitatus aquarum
Fulmen eras:interdum undis contrarius ignis.



Nec minus autolyci cõiunx eryſichthone nata
Iuris habet:pater huius erat qui numina diuũ
Sperneret:& nullos aris adoleret honores.
Ille etiam cereale nemus uiolaſſe ſecuri
Dicitur:& lucos ferro temeraſſe uetuſtos.
Stabat in his ingens annoſo robore quercus
Vna nemus uittæ mediam:memoreſq; tabellæ
Sertaq; cingebant uoti argumenta potentis :
Sæpe ſub hac Dryades feſtas duxere choreas.
Sæpe etiam manibus nexis ex ordine trunci
Circũire modum..menſuraq; roboris ulnas
Quinq; ter implebat : necnon & cætera tantũ
Silua ſub hac omnis:quãtũ fuit herba ſub illa
Non tamen iccirco ferrum Dryopeius illa:
Abſtinuit:famuloſq; iubet ſuccidere ſacrum
Robur:& ut iuſſos cunctari uidit:ab uno
Edidit hæc rapta ſceleratus uerba ſecuri.
Non dilecta deæ ſolum:ſed & ipſa licebit
Sit dea:iam tanget frondente cacumine terrã.
Dixit:& obliquos dum telum librat in ictus :
Contremuit:gemitũq; dedit decidua quercus.
Et pariter frondes:pariter palleſcere glandes
Cœpere:ac longi pallorem ducere rami.
Cuius ut in trunco fecit manus impia uulnus:
Haud aliter fluxit diſcuſſo corrice ſanguis :
Quã ſolet ante aras ingens ubi uictima tauruſ
Concidit:abrupta cruor e ceruice profundi.
Obſtupuere omnes:aliquiſq; ex oibus audet
Deterrere nefas:ſæuamq; inhibere bipẽnem.
Aſpicit hunc mentiſq; piæ cape præmia dixit
Theſſalus:inq; uirũ conuertit ab arbore ferrũ:
Detruncatq; caput:repetitaq; robora cædit:
Editus & medio ſonus eſt de robore talis.
Nipha ſub hoc ego ſũ Cereri gratiſſima ligno
Quæ tibi factorum pœnas inſtare tuorum
Vaticinor moriens noſtri ſolatia leti.
Perſequitur ſcelus ille ſuum labefactaq; tandẽ
Ictibus innumeris adductaq; funibus arbor
Corruit:& multam proſtrauit pondere ſyluam
Attonitæ Dryades damno:nemorumq;:ſuoq; :
Omnes germanæ Cererem cum ueſtibus atris
Mærentes adeunt:pœnãq; Eryſichthonis orãt
Annuit bis:capitiſq; ſui pulcherrima motu

omnium elementorũ:quã ita oceanus complectitur:ut aer oceanum:aerem æther:ætherẽ cælũ.

Nec minus Autolici cõiunx. Meſtre Eryſichthonis filia.Autolycus ut in odyſ.ſcri.Home.pater fuit Anticliæ matris Vlyſſis:decipiẽdi:ac peierandi ſcia a Mercurio donatus. Erychthone nata.Eriſichthon Theſſalus fuit deoꝝ cõtẽptor: qui cũ Cereri nemus cõſecratum ac in eo quercũ in qua nympha habitabat:ſuccidiſſet: hamadryades illoꝝ montiũ incolæ ad Cererẽ cõuenerunt ꝑcantes:ut tantam impietatem ulciſcereť. Ea uero & ſua : & hamadryadũ cã mota:numinũ cõtẽptorem Eryſichthonẽ nouo pœnæ genere aſſidua fame cruciare decreuit:Vnam igitur e nymphis ad famẽ in ultimam Scythiam miſit: q̃ noĩe ſuo ipſam oraret:ut Eryſichthonẽ ita ſtimularat:ut nullis cibis ſatiari poſſet.Cum uero hoc pfeciſſet fames:Eriſichthon poſteaq̃ totum patrimonium uentri impẽdit:unicam quoq; filiã nomine Meſtren:ut alii Taopida:forma ita preſtãtem:ut a Neptuno fuerit rapta:uendere coactus ẽ:Ea uero:ne ſerua fieret:cũ Neptunum :cui ſciebat ſe gratam eſſe.rogaſſet : ut ſui miſeretur : ilico in piſcatorem uetulum eam ipſe cõmutauit: conceſſitq;:ut in quaſcũq; uellet formas ſe cõuertere poſſet.Sed cum ſæpius emptores ꝑcio fraudaſſet.iamq; doli omnes conſumpti eſſent:Eryſichthon membra propria cũ lacerare cœpiſſet: dignum impietate ſua exitum eſt ſortitus. Et nullos aris adoleret honores. nullas diis uictias immolaret. Nemus cerealæ.Cereri conſecratũ Temeraſſe:uiolaſſe. Argumenta:ſigna. Vna nemus.Magnitudinem querens innuit:quæ tanta erat:ut ſola nemus efficere poſſet. Memores tabellæ:memoriam eorum continentes:qui ope illius nymphæ:cõpotes uoti facti fuiſſent. Trũci modum.Stipitis magnitudinem. Circũiere: circũdedere. Necnon & cætera tantũ :tanto inquit maior reliqua ſylua erat ea quercus:quanto arbores herbis ſunt altiores. Dryopeius. Eryſichthõ.Dryopes populi ſunt Theſſaliæ a Dryope rege dicti:unde & Theſſalia Dryopis fuit appellata. Illa : ab illa. Sacrum robur : ſacram quercum. Dedit:edidit:emiſit. Decidua:quæ decidebať. Ducere:capere:contrahere. Diſcuſſo cortice:fracto:aperto. Abrupta ceruice : abſciſſo collo. Profundi:effundi:profluere.

Deterrere:terrore diſſuadere. Sæuam bipẽnem.crudelem:utpote:quæ cedebat quercũ gementem. Theſſalus:Eryſichthon. Editus e medio de robore.altera harum præpoſitionũ redundat:tantũq; uerſui non etiam ſenſui neceſſaria uideť.Forſitan uero & loco illius ꝑpoſitionis eſt legendum ac pro ẽt accipiendum. Inſtare : imminere ac ꝑpinquas eſſe. Peſeqtur:peragit.

Adducta:attracta. Proſtrauit:in terrã deiecit.

Attonitæ Dryades:perterritæ arboꝝ nymphæ

Veſtibus atris:pullis ac nigris luctui conueniẽtibus. Annuit : nutu conſenſit atq; promiſit.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Molitur:præparat. Miſerabilis:miſericordia dignus. Lacerare:laniare: cruciare. Quatinus:quoniam. Coire:conuenire:contraria nãq; ſimul eſſe non poſſunt. Eſt autem parẽtheſis: cauſam continens cur famem Ceres adire non poſſit. Oreada:nympham montanam: Oreades nãq; montium ſunt nymphæ απο του ορουσ:hoc eſt a monte cognominatæ. Eſt locus extremis.topographia & loci maxime fami conuenientis deſcriptio:ut tui perpetuis frigoribus ſit ſteriliſſimus. Scythiæ glacialis: frigidiſſimæ ubi ſunt perpetuæ niues: Scythia autem a Scythe Iouis filio:qui primus arcum & ſagittas inueniſſe ſcribitur:fuit denominata. Frigus iners: pigrum:ab effectu quod pigros faciat:& inertes.
Pallorq; tremorq;:hi ſunt perpetui frigoris comites. Sacrilegi.Eryſichtonis. Sacrilegus nãq; dicitur qui ſacra uiolat atq; furatur. Viæ ſpacium:uiæ longitudo. Moderare dracones:regas atq; gubernes.Currus autem Cereris a draconibus trahi fingitur. Caucaſon appellãt.Caucaſus mons eſt Scythiæ oĩum altiſſimus. Quæſitamq; famem.Ita famem deſcribit poeta: ac ſi corpus haberet:fœminaq; eſſet famelica. Hirtus erat crinis: horridi erant capilli Labra incana:ualde pallida. Scabri:aſperi. Extabant: eminebant. Ventris erat pro uentre locus.Nihil uẽtris habebat. Crate ſpinæ.Oſſa ſpinæ cratem appellat ob ſimilitudinem. Articulos:nodos. Immodico tubere.Magno tumore. Neq; enim eſt accedere iuxta Auſa.Nympha ne fameſcere inciperet:non eſt auſa ad famem accedere.Eſt autem parentheſis:cauſam exprimens: cur propius ad famem Nympha non acceſſerit.

Fames deſcriptio

Refert mandata deæ.Cereris mãdata exponit.
In Aemoniam:Theſſaliam:quæ ſæpius nomina mutauit. Nam & Pelaſgicum:Agros:& Hellas:& Dyropis:& Græcia: & Hellenis:a regibus fuit cognominata. Sublimis: alta: per aerem nãq; uolabat. Quãuis contraria ſemper. neq; enim ubi ſunt fruges:quæ ſunt opera Cereris:ibi fames poteſt eſſe:Fruges præterea a Cerere inuẽtas fames aſſidue cõſumit: Ad iuſſam domũ: Eryſichthonis. Fœcũdũ orbẽ.frugiferũ. Vertit'.

Concuſſit grauidis oneratos meſſibus agros.
Moliturq; genus pœnæ miſerabile:ſi non
Ille ſuis eſſet nulli miſerabilis actis:
Peſtifera lacerare fame:quæ quatinus ipſi
Non adeunda deæ(neq;.n. Cereréq; famemq;
Fata coire ſinunt)montani numinis unam
Talibus agreſtem compellat Oreada dictis.
Eſt locus extremis ſcythiæ glatialis in horis
Triſte ſolũ:ſteril':ſine fruge:ſine arbore tellus.
Frigus iners illic habitant:pallorq;:tremorq;.
Et ieiuna fames:ea ſe in præcordia condat
Sacrilegi ſcelerata iube:nec copia rerum
Vincat eam:ſuperetq; meas certamine uires.
Neue uiæ ſpacium terreat:accipe currus:
Accipe quos frænis alte moderare dracones.
Et dedit:illa dato ſubuecta per aera curru
Deuenit in Scythiã:rigidiq; cacumina montis
(Caucaſon appellant)ſerpentũ colla leuauit:
Q uæſitamq; famem lapidoſo uidit in agro
Vnguibus & raris uellenté dentibus herbas.
Hirtus erat crinis:caua lumina:pallor in ore.
Labra incana ſitu:ſcabriq; rubigine dentes.
Dura cutis:per quã ſpectari uiſcera poſſent.
Oſſa ſub incuruis extabant arida lumbis.
Ventris erat pro uẽtre locus: pendere putares
Pectus:& a ſpinæ tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies:genuumq; tumebat
Orbis:& immodico prodibant tubere tali.
Hanc ꝓcul ut uidit (neq; eni ẽ accedere iuxta
Auſa)refert mandata deæ:paulũq; morata:
Q uãq̃ aberat lõge: quãq; modo uenerat illuc:
Viſa tamẽ ſenſiſſe famem:retroq; dracones
Egit in Aemoniam uerſis ſublimis habenis.
Dicta fames Cereris: quãuis contraria ſemper
Illius eſt operi:peragit:perq; aera uento
Ad iuſſam delata domum eſt: & ꝓtinus intrat
Sacrilegi thalamos:altoq; ſopore ſolutum
(Noctis enim tp̃s)geminis amplectit' ulnis.
Seq; uiro inſpirat:fauceſq;:& pectus:& ora
Afflat:& in uacuis peragit ieiunia uenis.
Functaq; mãdato fœcundum deſerit orbem
Inq; domos inopes aſſuetaq; uertitur antra.
Lenis adhuc ſonus placidis eryſichthõa pẽnis



Mulcebat:petit ille dapes ſub imagine ſomni
Oraq; uana mouet:denteq; in dente fatigat.
Exercetq; cibo deluſum guttur inani:
Proq; epulis tenues nequicq̃ deuorat auras.
Vt uero eſt expulſa quies:furit ardor edendi:
Perq; auidas fauces imenſaq; uiſcera regnat.
Nec mora:qđ põtus:qđ terra:qđ educat aer:
Poſcit:& appoſitis quæritur ieiunia menſis
Inq; epulis epulas quærit:quodq; urbibus eẽ
Q uodq; ſatis poterat populo:nõ ſufficit uni:
Pluſq; cupit quo plura ſuam dimittit in aluũ.
Vtq; fretum recipit de tota flumina terra:
Nec ſatiatur aquis:pegrinoſq; ebibit amnes.
Vtq; rapax ignis non unq̃ alimenta recuſat:
Innumeraſq; faces cremat:& quo copia maior
Eſt data:plura petit:turbaq; uoracior ipſa eſt.
Sic epulas omnes Eryſichthonis ora ꝓphani
Accipiunt:poſcuntq; ſimul:cibus omnis in illo
Cauſa cibi eſt:ſemperq; locus fit inanis edẽdo.
Iamq; fame patrias altiq; uoragine uentris
Attenuarat opes:ſed inattenuata manebat
Tum quoq; dira fames:implicatæq; uigebat
Flamma gulæ tandem demiſſo in uiſcera cẽſu:
Filia reſtabat non illo digna parente.
Hãc quoq; uẽdit inops:dñm generoſa recuſat
Et uicina ſuas tendens ſuper æquora palmas
Eripe me domino:qui raptæ præmia nobis
Virginitatis habes ait:hæc neptunus habebat
Q ui prece non ſpreta:quãuis mõ uiſa ſequẽti
Eſſet hero:formãq; nouat:uultumq; uirilem
Induit:& uultus piſces capientibus aptos.
Hanc dominus ſpectans o q pendentia paruo
Aera cibo cælas moderator arundinis inquit
Sic mare compoſitũ:ſic ſit tibi piſcis in unda
Credulus:& nullos niſi fixus ſentiat hamos:
Q uæ modo cum uili turbatis ueſte capillis
Littore in hoc ſteterat(nã ſtãtẽ in littore uidi)
Dic ubi ſit:neq; enim ueſtigia longius extant.
Illã dei munus bene cedere ſenſit:& a ſe
Se quæri gaudens his & reſecuta rogantem.
Q uiſquis es ignoſcas in nullam lumina partẽ
Gurgite ab hoc flexi:ſtudioq; oneratus inhæſi
Q uoq; mius dubites:ſic haſ dus æquoriſ artes

Reuertitur. Mulcebat.fouebat. Sub imagine ſomni.Per inſomnium.ſibi.enim fameſcere uidebatur in ſomno.Oraq; uana mouet.Sibi.n. fruſtra mandere uidebatur. Inani cibo.Vanis & falſis epulis. Immenſa uiſcera.Inexplebilia.
Ardor edendi.dira fames. Nec mora.ſubito. Quæritur ieiunia.conqueritur ſe ieiunum eſſe.pluſq; cupit.quanto plura comedebat: tãto plura appetebat Eryſichthõ. Vtq; fretũ. Duplici ſimilitudine poeta eleganter oſtẽdit:q̃ inſatiabilis eſſet Eryſichthonis auiditas edendi. Nec ſatiatur.nec expletur. Cremat comburit. Ipſa turba:Ipſa rerum copia. Petit.appetit.Quo enĩ plura igni ligna imponũtur:eo plura abſumuntur. Semperq; locus fit inanis edendo.Venter edendo non impletur:ſed euacuari potius uidetur. Attenuarat.Tenues ac paruas effecerat:
Inattenuata. Non diminuta. Flamma gulæ Ardor edendiq; auiditas.Demiſſo in uiſcera cenſu.Cõſumpto patrimonio. Non illo digna parẽte.Cum enim ipſe maxime impius eſſet:ea fuit tanta pietate:ut nunq̃ parẽtem deſerere ſuſtinuerit:quinimmo quibuſcunq; potuit modis aluerit
Dominum generoſa recuſat.cauſa cur dominum recuſaret:generoſitas erat. Raptæ uirginitatis.ereptæ.Iam enim Neptunus eam uitiarat.
Hæc neptunus habebat.Exponit poeta id qđ puella tacuerat:Eam a Neptuno fuiſſe raptam. Qui prece non ſpreta.exauditis precibus. Modo.pauloante: Hero.Domino cui a patre Eryſichthone fuerat uendita. Pendentia æra.Hamos ex ære cõfectos.eſt eñi metonimia. Cælas:occultas. Sic mare compoſitum.optandi ẽ aduerbium ſic hoc loco. Nam ſtantem in littore uidi.Parentheſis ẽ continens aſſeuerationem.
Neq; enĩ ueſtigia lõgius extãt.Significat eam lõgius nõ proceſſiſſe cũ pedũ ueſtigia nõ appareant. Bene cedere.In boũ ſibi cedere. Senſit cognouit:aĩaduertit. Reſecuta rogãtẽ his uerbis ſe ĩterrogãti reſpõdit. Oneratus.ſollicitus. Inhæſi.intentus fui. Sic has deus æquoris artes.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ambigue dictum.& artem piſcandi nanq; & raudes quibus utebať:intelligere poſſumus.Et uerſo dominus pede preſſit harenam.Retroceſſit.per harenam. Sua forma.Virginis ꝑpria. Suam. Filiam ſubaudiamus Transformia:quæ poſſint tranſformari in uarias figuras. Non iuſta. In iuſta utpote per fraudes & dolos quæſita. Vis tamen illa mali.Illa morbi uiolentia: Noua pabula.nouiſſimos & ultimos cibos. Externis. alienis tranſformationibus. O iuuenes.Theſeum & Lelega alloquitur Achelous. Numero finita poteſtas.in tres enim ſolum uarias figuras ſe conuertere poterat Achelous.in hominem in anguem In tauꝝ. Telo. cornu quo ab Hercule:ut in ſequēti uolumíe narrabit: fuit priuatus. Gemitus.ſuſpiria quibus ſignificat ſe ualde effracto cornu dolere.

Adiuuet:ut nemo iam dudum littore in iſto
Me tamen excepto:nec fœmina conſtitit ulla.
Credidit:& uerſo dominus pede ꝑſſit harenā;
Eluſuſq; abiit:illi ſua reddita forma eſt.
Aſt ubi habere ſuam trāſformia corpora ſenſit
Sepe pater dominis Dryopeida tradit: at illa
Nūc equa:nūc ales:mō bos:mō ceruus abibat
Præbebatq; auido non iuſta alimenta parenti.
Vis tamē illa mali poſtq̄ conſumpſerat omnē
Materiā:dederatq; graui noua pabula morbo:
Ipſe ſuos artus lacero diuellere morſu
Cœpit:& infœlix minuendo corpus alebat.
Quid moror externis? ēt mihi ſæpe nouandi
Corporis o iuuenes numero finita poteſtas.
Nā mō q̄ nūc ſum uideor:mō flector in anguē
Armenti modo dux uires in cornua ſumo:
Cornua dū ſumpſi:nunc pars caret altera telo
Frōtis:ut ipſe uides:gemitus ſūt uerbi ſecuti.

## Raphaelis Regii in nonum metamorpheos. Ouidii librum enarrationes.

## P.Ouidii Naſonis metamor.Liber nonus.

q Væ gemitus.Herculis luctam cū.acheloo in huius uoluminis initio ita deſcribit poeta:ut & librum libro: & fabulam fabulæ eleganter connectat: uariaſq; Acheloi tranſfigurationes inter luctandum exponat.Cum enim Deianiram Oenei Calydoniæ regis filiam cum multis aliis Hercules Acheloúſq; petiiſſent:uirginis pater decreuit: ut is illa potiretur: qui in luctæ certamine ſuperior eſſet.Cum igitur alii ceſſiſſent:Hercules atq; Achelos ineunt luctam: in qua cum alter uirtute ſuperior eſſet:Achelous ad notas artes decurrit: ac cum ſe & in anguem:& in taurum fruſtra mutaſſet uictus:altero cornu mutilatus pudore ſe i ſuum fluuiū cōiecit.Nymphæ uero cornu illud ſuſcipiētes omniū fructuum genere repleuerūt: cornuq; copiæ appellauerunt.hoc uero inde factum eſſe Strabo eſt auctor.ꝙ cum Aachelous limo quem ducit:limites ſemper funderet:bella iter Aetolos & acarnanes uicinos ciebat. Cumq; arbitri nulli eſſent:armis non iudicio decertabāt Victoriam uero reportabant qui plus uiribus ualebant.Quare cum Hercules fluuium damnoſe labentem aggeribus & foſſis intra alueum cohibuiſſet:tanq̄ debellaſſet Acheloum uictoriæ præmium reportauit:Oenei filiæ Deianire nuptias. Eam quidem Sophocles tragicus hoc modo loquentem inducit.Procus ſane mihi amnis fuerat Achelcous q tribus me formis a patre petiit:manifeſtus enim inceſſit taurus:alias tortus uarias per notas draco: aliquando mole ualida bouis præ ſe ferens frōtem.Addunt nōnulli Amaltheæ cornu captæ id eſſe quod Hercules ab Acheloi fronte effractum Oeneo dono dedit.Ex quo quidem pleriq; talem educunt hiſtoriam. Acheloū enim ſicut flumina reliqua tauro comparant ob ſonos ipſos & alueorum circūflexiones.quas cornua uocant.Draconi quoq; propter obliquatam ipſius magnitudiem.Herculem quoq; omnibus aliqui mortalibus beneficium Oeneo affinitate coniunctum aggeribus & foſſis fluuium perperam & damnoſe labentem coercuiſſe aiunt:eáq; regionem fertiliſſimá reddidiſſe:hocq; Amaltheæ cornu eſſe. Hoc uero idē & Diod.in.v.bibliotheces ſcribit.Hercules inq̄t in calydonioꝝ gratiá fluuiū Acheloū in aliū curſum diuertēs plurimos agros ex aquæ irrigatiōe fertiles ꝑſtitit:cuius rei & poetæ q̄dá memiere ſcribētes cū Acheloo Herculē ſub tauri ſpecie certaſſe:q cū in cōgreſſu tauri alteꝝ cornu fregiſſet:Aetolis illud quod Amaltheæ cornu uocant dono dedit fructuū oium:uuaꝝ:maloꝝ:aliorūq; eiuſmodi pomorum copia repletum.Fingūt uero poetæ Acheloi cornu foſſam a fluuio ductam:pomis uero: ac malis punicis & racemis:monſtrari regionis fertilitatem:q̄ fluui humor preſtet:Amaltheæ uero cornu durum eſſe aiunt:qua ex re operis illius difficultas ſignificatur. Neptunius heros:Theſcus neptuni nepos. Truncæ frontis:mutilatæ: altero enim cornu carebat. Redimitus crines:cinctos habēs crines.Arūdine corona ex arūdinibus cōfecta q̄bus fere fluuiorum ripæ

Herculis cū Acheloo certamen

q Væ gemitus truncæ deo neptunius heros
Cauſa rogat frontis.cum ſic Calydonius amnis
Cœpit inornatos redimitus arūdine crines.
Triſte petis munus:quis eni ſua prælia uictus
Commemorare uelit? referā tñ ordine:nec tam
Turpe fuit uinci:q̄ contendiſſe decorum:



Magnaq; dat nobis tantus ſolatia uictor.
Nomine ſi qua ſuo tandem peruenit ad aures?
Deianira tuas:quondam pulcherrima uirgo.
Multorūq; fuit ſpes inuidioſa procorum:
Cum quibus ut ſoceri domus ē intrata petiti:
Accipe me generum dixi Parthaone nate.
Dixit & Alcides:alii ceſſere duobus.
Ille Iouem ſocerum dare ſe:famamq; laborum
Et ſuperata ſuæ referebat iuſſa nouercæ.
Contra ego turpe deum mortali cedere dixi.
Nōdū erat ille deus:dominū me cernis aquaꝝ
Curſibus obliquis inter tua tegna fluentem.
Nec gener externis hoſpes tibi miſſus ab oris
Sed popularis ero:& rerum pars una tuarum:
Tantum ne noceat:quod me nec regia Iuno
Odit:& omnis abeſt iuſſorum pœna laborum.
Nam quo te iactas Alcmena matre creatum.
Iupiter aut falſus pater eſt: aut crimine uerus.
Matris adulterio patrem petis:elige fictum
Eſſe Iouem malis:an te per dedecus ortum
Talia dicentem iam dudum lumine toruo
Spectat:& accenſæ nō fortiter imperat iræ.
Verba tot reddit:melior mihi dextera lingua ē
Dūmodo pugnādo ſuperē:tu uince loquēdo.
Cōgrediturq; ferox:puduit mō magna locutū
Cedere:reieci uiridem de corpore ueſtem:
Brachiaq; oppoſui:tenuiq; a pectore uaras
In ſtatione manus:& pugnæ membra paraui.
Ille cauis hauſto ſpargit me puluere palmis:
Inque uicem fuluæ tactu flaueſcit harenæ.
Et modo ceruicē:modo crura micantia captat
Aut captare putes:omniq; a parte laceſſit.
Me mea defendit grauitas:fruſtraq; petebar.
Haud ſecus ac moles:q̄ magno murmure flucto
Oppugnāt:manet illa ſuoq; eſt pondere tuta.
Digredimur paulū:rurſuſq; ad bella coimus.
Inq; gradu ſtetimus certi nō cedere:eratq;
Cū pede pes iunctus:totoq; ego pectore ꝓnus
Et digitos digitis:& frontem fronte premebam
Non aliter uidi fortes concurrere tauros:
Cum præcium pugnæ toto nitidiſſima ſaltu
Expetitur coniunx:ſpectant armenta: pauētq;
Neſcia quem maneat tanti uictoria regni.

abūdāt. Tātus uictor.q̄tus Hercules fuit. Noīe ſi q̄ ſuo tādē.narrare īcipit Achelous certamē ſibi ꝓ Deiāiræ nuptiis ſuſceptū. Si q̄.Deiāira.q̄ uacat.neq; expoſcit a ſēſu:tm̄q; carmē explet: q̄le illud apd Virg.Siq̄ fata ſinát. Tādē aliq̄n. Tādē n.ut Pōpeius ſcribit:iterdū aliq̄n ſignificat iterdū ꝓ ſupuacuo ponit:iterdū affectui & idignationi ſeruit. Vt Cicero quouſq; tādē abutere patientia noſtra Catilina. Multoꝝ procoꝝ.proci dicunť q aliqui uxorē poſcūt:a precádo declinati.Nā ꝓcare ē poſcere.Vnde & ꝓcaces meretrices ab aſſidue poſcēdo uocanť. Dum ē itrata. participiū paſſiuū cōtra grámatices ratione formatū. Soceri petiti.appetiti ſoceri Oenei. Parthaone nate.Oeneus rex Aetoliæ Parthaonis fuit filius.

Tandem

Procare
Procaces

Sue nouercæ.Iunonis cuius iuſſu tot labores adierat Cōtra ego ecōtrario. Turpe deum mortali cedere dixi.eē ſubaudiať. Mortali homini.nōdum.n.hercules in deorum numerum fuerat tranſlatus. Dominum me cernis aquarum Achelous nanq; fluuius eſt inter Acarnaniam Aetoliamq; labens. Popularis.ex tuo populo unus.aliquádo popularis gratū populo ſignificat. Tantum ne noceat: ſolummodo inquit mihi id nō noceat rogo:ꝙ Iuno deorum regina me nullo odio proſequitur:neq; mihi ullam irrogat pœnam: Ea uero inquit Herculi potius obeſſe q̄ prodeſſe debere. Nā quo te iactas. Dilematon colligit Achelous Iouem:aut falſo herculis patrem dici:aut eſſe ignominioſum:ut qui ex adulterio illum genuerit. Alcmena matre.Alcmena Electryonis & Lyſidices filia fuit uxorq; Amphitryonis:ex qua Iupiter in amphytrionem conuerſus Herculem ſuſcepit. Elige fictum.Eſſe Iouem malis.patrem ſubaudiamus.Eſt autem dilematon in quo utrum conceditur:repræhenditur. Si enim fictum ac falſum patrem ſibi eſſe Iouē eliget Hercules:nullo ipſi erit honori. Sin uerum.aperte fatebitur ſe eſſe natum ex adulterio.hoc igitur argumento Hercules uictus:in pugnam indignatus deſcendit. Per dedecus. per ignominiam ex matris adulterio prouenientem.

Achelous fluuius
Popularis

Alcmenea

Toruo lumine. trucibus oculis: quales iratis indignatiſq; conueniunt: Viridem ueſtem. tales.enim fluuiorum diis attribuuntur. Eleganter autem eorum habitum effingit:qui ſe præparant luctæ. Varas manus.inflexas & curuas.nā uari dicuntur qui crura habent obtorta.Vnde & uarices appellantur uenæ in ſuris inflexæ:uel obortæ:ut Marcellus tradit. In ſtatione.in loco ad reſiſtendum apto. Modo.nuper. Magna ſuperba. Ille cauis hauſto.luctaturi ſua inuicem corpora puluere aſpergebant:quo ſe ualidius cōpræhēdere poſſent. Hauſto puluere. ſuſcepta harēa:quæ haphe uocať. Captat.capere conať

Varas
Varices

Haphe

Mea grauitas.meum pondus. Certi non cedere.qui decre ueramus alteri non cedere.elegāter aūt ea omnia deſcribit:quæ a luctatoribus fieri ſolent. Non aliter uidi.hac ſimilitudine oſtēdit Achelous quanto impetu cum Hercule fuerit congreſſus: Quem maneat.quem expecter.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ter ſine profectu uoluit nitentia contra
Reiicere Alcides a ſe mea pectora: quarto
Excutit amplexus:adductaq; brachia ſoluit
Impulſumq; manu(certũ eſt mihi uera fateri)
Protinus auertit:tergoq; oneroſus inhæſit.
Si qua fides)neq; enim ficta mihi gloria uoce
Q uærit᷑)ipoſito preſſus mihi mõte uidebar:
Vix tamen inſerui ſudore fluentia multo
Brachia:uix ſolui duros a corpore nexus.
Inſtar anhelanti:prohibetq; reſumere uires.
Et ceruice mea potitur:tum deniq; tellus
Preſſa genu noſtro ẽ:& harenas ore momordi.
Inferior uirtute meas diuertor ad artes:
Elaborq; uiro longum formatus in anguem:
Q ui poſtq̃ flexos ſinuaui corpus in orbes:
Cumq; fero moui linguam ſtridore biſulcam:
Riſit:& illudens noſtras Tirynthius artes:
Cunarum labor eſt angues ſuperare mearum
Dixit:& ut uincas alios Acheloe dracones:
Pars quota Lerneæ ſerpẽs eris unus Echidnæ
Vulneribus fœcunda ſuis erat illa: nec ullum
De centum numero caput eſt impune reciſum
Q uin gemino ceruix hærede ualentior eſſet.
Hanc ego ramoſam natis e cæde colubris:
Creſcentemq; malo domui:domitãq; reduxi.
Q uid fore te credis᷑ falſum q uerſus in anguẽ
Arma aliena moues᷑ quẽ forma precaria celat᷑
Dixerat:& ſummo digitorum uincula collo
Iniicit:augebar ceu guttura forcipe preſſus:
Pollicibuſq; meas pugnabã euellere fauces.
Sic quoq; deuicto reſtabat tertia tauri
Forma trucis:tauro mutatus membra rebello.
Induit ille toris a leua parte lacertos:
Admiſſumq; trahens ſequit᷑:depreſſaq; dura
Cornua figit humo:meq; alta ſternit harena.
Nec ſatis hoc fuerat rigidũ fera dextera cornu
Dum tenet:infregit: truncaq; a fronte reuellit.
Naiades hoc pomis & odoro flore repletum
Sacrarunt:diueſq; meo bona copia cornu eſt.
Dixerat:& nymphe ritu ſuccincta Dianæ
Vna miniſtrarum fuſis utrinq; capillis

Sine profectu:effectu. Adducta brachia:circunducta:circundata. Certum eſt mihi:decreui inquit uera confiteri. Si qua fides:eſt uerbis meis ſubaudiatur. Anhelanti:difficulter inſpiranti. Et ceruice mea potitur: collum meum capit. Diuerto:conuertor. Meas artes. mihi ingenitas proprias. Elaborq; uiro:effugio e manibus Herculis uiri fortiſſimi. Sinuaui: cõtraxi. Orbes.ſpiras. Stridore:ſibillo. Cunarum mearum:meæ infantiæ:nam cum in cunis eſſet Hercules duos angues a Iunone imiſſos manibus ꝓhenſos ſtrangulauit.unde illum græci: ut ſcribit Diodo.ꝙ opera Iuuonis gloriá foret adeptus:Heraclea dixere.hoc eſt: Iunonis gloriá cũ antea Alcæus uocaretur:nam ηρα Iuno.κλεοσ gloria dicitur. Vt uincas:ut te uincere concedá. Pars quota.ac ſi diceret minima. Lerneæ

Hydra

Echidnæ.hydræ Lernæam paludem infeſtantis: nam Hercules ſcribitur interfeciſſe hydram centum capita hñtẽ ea uiuacitate:ut uno reciſo duo q̃primum ſubnaſcerentur: eam tandẽ Hercules domuit igni.Echidna autem latine uipa dicitur

Ramoſam:multa capita ueluti ramos hñtem.

E cetra

Gemio herede: duobus ſucceſſoribus: ná uno capite reciſo:duo renaſcebãtur. Vnde ẽt excetra a latinis dicta eſt: ut tradit Seruius:ꝙ uno capite exciſo duo ſuccreſcebant. Creſcentẽq; malo domui. malo enim ſuo creſcere uidebatur hydra cũ uno capite reciſo duo ſubnaſcerent᷑:arte autẽ eam domuit Hercules:ut ſcribit Diodo.Iolao.n. mandauit:ut reciſam ceruicem face accenſa ne effluceret ſanguis:inureret. Forma ꝑcaria:aliena quá ꝑce uideris eſſe conſecutus.Precariũ eni

Precarium

dicitur:ut tradũt iuriſcõſulti:ꝙ ꝑcibus alicui utẽdum conceditur tantiſp:dum his qui cõceſſit repetat. Pugnabam:contendebam. Rebello: bellũ reſumo. Induit:iniicit. Truncaq; a frõte reuellit:hoc eſt:reuellendo cornu trũcam effecit frontem. Diueſq; meo bona copia cornu:

Achelous in taurum
Copiæ cornu

Acheloi cornu a naiadibus repletum uariis fructibus Copiæ fertilitatis deæ fuit dicatum:quod iccirco fingitur:ut pauloante diximus:ꝙ Hercules in Calydoniorum gratiam fluuium Acheloũ in alium curſum diuertens:plurimo agros ex aq̃ irrogatione fertiles ꝓſtitit.Aetolis autẽ dono dediſſe illud ꝙ Amalthæ cornu uocát fingitur fructuum omnium copia repletum.In.v.autem faſtorum Ouid.aliam de Amaltheæ cornu fabulá refert:nam Amaltheam:quæ Ioui lac ꝓbebat: alterum e cornibus in arbore fregiſſe ait:quod quidem nympha ſuſtulit:cinxitq; recentibus hærbis Et plenum pomis ad Iouis ora tulit. Ille ubi res cæli tenuit:ſolioq; paterno Sedit: & inuicto nil Ioue maius erat:Sidera nutricem nutricis fertile cornu Fecit.quod dominæ nunc quoq; nomen habet.Diod.uero de Copiæ cornu aliam quoq; narrat hiſtoriam.Hammonem ſi quidem ſcribit iuxta Ceraunios montes ambulantem conſpectam uirginem nomine Amaltheam forma pulcherrimam adamaſſe:filiáq; ex ea ſuſcepiſſe ſpẽ ac robore corporis inſignem Amaltheam uero propinquæ regiõi ꝓfeciſſe cornu bouis perſimili:ex quo occiduum cornu ſit nominata. Quæ quidem cũ uineis aliiſq; frugiferis arboribus cõſita foret:ab Amaltheaq; poſſideretur:Amaltheæ cornu fuit denoiata: uñ optima



Inceſſit:totumq; tulit prædiuite cornu
Autũnum:& menſas fœlicia poma ſecundas.
Lux ſubit:& primo feriente cacumina ſole
Diſcedunt iuuenes.neq; enim dũ flumia pacẽ
Et placidos habeant lapſus:totæq; reſidant:
Operiuntur aquæ.uultus Achelous agreſtes
Et lacerũ cornu mediis caput abdidit undis.
Hunc tamẽ ablati domuit iactura decoris:
Cætera ſoſpes hẽt. capitis quoq; frõde ſaligna
Aut ſuperimpoſita celatur arundine damnum.
At te Neſſe ferox eiuſdẽ uirginis ardor
Perdiderat uolucri traiectum terga ſagitta.
Nãq; noua repetẽs patrios cũ cõiuge muros
Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad undas.
Vberior ſolito nimbis hyemalibus auctus:
Vorticibuſq; frequẽs erat: atq; impuius amnis
Intrepidum pro ſe.curam de coniuge agẽtem
Neſſus adit: membriſq; ualens ſcituſq; uadorũ
Officioq; meo ripa ſiſtetur in illa.
Hæc ait Alcide.tu uiribus utere nando.
Tradidit Aonius pauidam Calydonida Neſſo
Pallentẽq; metu fluuiũq;:ipſumq; timentem.
Mox ut erat pharetraq; grauis ſpolioq; leonis
(Nã clauã & curuos trans ripã miſerat arcus)
Q uando qdẽ cœpi:ſupentur flumina dixit.
Nec dubitat: nec qua ſit clæmẽtiſſimus amnis
Q uærit:& obſequio deferri ſpernit aquarum.
Iamq; tenẽs ripam: miſſos cum tolleret arcus
Coniugis agnouit uocem:Neſſoq; paranti
Fallere depoſitum.quo te fiducia clamat
Vana pedũ uiolẽte rapit᷑ tibi neſſe biformis
Dicimus exaudi.nec res intercipe noſtras.
Si te nulla mei reuerentia mouit:at orbes
Concubitus uetitos poterãt inhibere paterni.
Haud tamẽ effugies:quãuis ope fidis equina.
Vulnere nõ pedibus te cõſequar. ultima dicta
Reprobat:& miſſa fugientia terga ſagitta
Traiicit.extabat ferrum de pectore aduncum
Q uod ſimul euulſũ ẽ: ſãguis ꝑ utrũq; foramẽ
Emicuit mixtus lernæi tabe ueneni.
Excipit hunc neſſus. neq; eni moriemur inulti
Secum ait & calido uelamina tincta cruore
Dat munus raptæ:uelut irritamen amoris.

quæq; fertiliſſimaq; terra cõpiæ cornu appellari conſueuit.hoc ẽ.κερασ αμαλθειασ. Prædiuite:pleniſſimo. Totum autũnum:oẽs autũni fructus. Secũdas menſas:primæ mẽſæ carnĩũ erãt: ſecundæ pomoꝝ. Cacumina: montiũ uertices & ſũmitates: ſignificat aũt illos ꝑmo mane receſſiſſe. Reſidãt.decreſcãt. Vultus agreſtes:deturpatos ob cornua fronte reuulſum. Decoris:pulchritudinis. Fronde ſaligna:ſalicis ramo. Capitis dánũ:cornu ablatum. At te Neſſe ferox: expoſiturus poeta lychæ miniſtri Herculis mutationem in ſaxũ: Neſſi centauri cædẽ Deianiræq;

Neſſi Cædes

Zelotypian deſcribit.ná Hercules Deianira potitus cum uino calefactus Eurynemũ pueꝝ Architelii filiũ miniſtrantẽ: paruoq; errore lapſum iter cœnandũ pugno ictum occidiſſet:inuitus ex calydonia dolore ꝑculſus:una cũ uxore diſceſſit in patriá feſtinans: forte aũt euenit ut Euenum fluuiũ:qui maxime excreuerat: tuto tráſire poſſe nõ uiderentur:niſi Neſſus cẽtaurus:q ꝑcio uiatores tráſmittebat:ſe Deianirá tranſuectuꝝ pollicitus foret.Eá igitur Hercules cũ Neſſo cõmiſiſſet:intrepide fluuiũ tranauit. At neſſus puellæ pulchritudine captus:cũ eá aſportaret: ab Hercule ſagitta hydræ ſanguinæ tincta tranſfixus cum moreretur:Deianiræ perſuaſit tunicæ ſuæ uim amatoriam ineſſe: q̃ Herculẽ ab amore aliaꝝ mulierũ auocaret: ſi eá indueretur.Cum aũt Deianira accepiſſet Herculẽ amore Ioles Euryti filiæ eſſe captũ: tunicá a Neſſo dono datá lychæ famulo tradidit domino ꝑferendá.eam uero cũ ſacrificaturus induiſſet Hercules:maximis cruciatibus affectus: in furoremq; cõuerſus: Lycham ex Gæneo monte:ubi Ioui ſacrificabat: in Euboicum mare coniecit:q deoꝝ miſeratione in ſcopulũ corpori humano ſimilẽ fuit cõmutatus. Ipſe uero Hercules arcu ſagittiſq; Philoctetæ traditis: í pyra ſe cõpoſuit:hoieq; depoſito in deoꝝ ſedes fuit tráſlatus. Eueni. Euenus fluuis eſt Aetoliæ in corynthiacum ſinum labens ab eueno: q ſe in illũ præcipitauit cognominatus: ná antea Lycormas appellabatur. Scituſq; uadoꝝ: peritus locoꝝ tráſitus ꝓſtantiũ. Siſtetur:collocabitur. Aonius:thebanus.Hercules.Aonia enim cũ Bœotia eadem ẽ. Pauidam calydonida:timidam Deianirá calydoniam. Ipſum Neſſum:cẽtaurus enim erat.

Euenus fluuius unde dicatur

Miſerat.iecerat. Fallere depoſitũ:fraudare herculem depoſito: & Deianira illi cõmiſſa: depoſitum enim dicitur qcqd alicui traditur cuſtodiendum. Orbes paterni:rotæ Ixionis patris tui:quibus aſſidue apud inferos uertitur ꝓpter interpellatam de ſtupro Iunonẽ. Ope equina: uelocitate equi. Centauri enim equinos habent pedes.

Extabat ferrũ de pectore adũcum: extra ſtabat: ſignificat aũt tergum cum pectore fuiſſe tranſfixum. Quod ſimul euulſum ẽ: quod poſtq̃ fuit extractum. Per utrũq; foramen.& tergi & pectoris. Tabe:ſanguine. Et calido uelamina tincta cruore.Sic quidẽ Oui.Diodorus uero inqt Neſſum moriturũ cum iam Deianirá cognouiſſet: pollicitũ ei fuiſſe ſe amoris medicamentũ traditurũ:quo nullá ꝑter ſe mulierem aliá Hercules appeteret.Iuſſit igitur ſemine qđ ex ſe defluxerat cũ



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

oleo & ſanguinee ſagitta fluente immixto Herculis tunicam tingere:quo dato conſilio cum expiraſſet: illa iſcio Hercule quod mandatū erat peragit. Irritamen:ꝓuocationem:ac ſtimulationem. Longa mora: longum íter uallum. Victor ab Oechalia.Hercules:ut ſcribit Dio.in Oechaliam cōtra Euryti liberos ob Iolen uxorem ſibi denegatam exercitum duxit:urbeq; capta Euryti filios Toxeum: Molionem: & Pitiū occidit: ac Iolen captiuam ſecum duxit.Ex Euboea uero in montem noie cæneum ꝓfectus:ut Ioui ſacrificaret:Lycham ſeruum ad uxorem Deianiram in Trachinam miſit:ut ſibi ueſtem qua in ſacris uti conſueuerat afferret: ea cū a Lycha de Ioles amorē comperiſſet:cupiens ſe maxime oīum aliarum ab Hercule amari:tunicam ex cētauri cōſilio tinxit:quam a lycha rei inſcio allatam Hercules indutus:ueneni ui paulatim inualeſcēte: torqueri maximis doloribus cœpit. Quare lycham qui ueſtē attulerat:in mare iecit: ac dimiſſo exercitu in trachinam uenit:morboq; in dies magis inualeſcente Delphos Lycimniū ac Iolaū miſit Apollinem morbi remedia ſciſcitaturos. Interim Deianira calamitate Herculis ſtupefacta:cū tanti mali cauſam a ſe ꝑfectum ſciret:laqueo uitā finiuit. Apollo aūt iuſſit Herculē cum apparatu bellico i Oetham deduci:ibiq; maximam ſtrui pyram: dereliquis Ioui curam fore. Hercules igitur deſperata ſalute:in pyram cum aſcendiſſet:rogaretq; aſtantes:ut ignem ſubiicerent: ſolus philoctetes in gratiam ſagittaꝝ ſibi ab ipſo relictaꝝ pyram ſuccendit:quæ ſubito fulminibus circūcadentibus exuſta eſt.Oechalia uero Euryti patria i Euboea fuit:q̄ ab Hercule fertur deleta:nam ſunt ēt aliæ oechaliæ:una in Aetolia: alia in Meſſenia: alia i arcadia:alia in Trachina. Cæneo Ioui:Iupiter cænæus a Cænæo ꝓmontorio Euboeæ eſt dictus: ubi ab Oechaliæ expugnatione Hercules reuerſus Ioui aram extruxit. principale aūt pro deriuatiuo poſuit poeta. Et e minima:ſic Virgi. Parua metu p̄mo.mox ſeſe attolit in auras. Ingrediturq; ſolo:& caput inter nubila condit. Amphytrioniaden.Herculē q Amphytrionis filius putabatur:cū Iouis eſſet. Ioles ardore:Iole Euryti filia: quam Hyllo filio Hercules tradidit uxorē. Credit amans:quia amans:eſt.n. cauſa cur crederet.

Iupiter.quare Cænæus

Veneris nouæ:noui amoris:nouæ amicæ. Indulſit lachrymis:multū fleuit. Diffudit: amplificauit. Mox deinde: alteꝝ hoꝝ ſuperfluū eſſe uidetur. Conquerar an ſileam: dubia eſt quid facere debeat Deianira. Moreme? man eanne in ædibus Herculis. Forte facinus:magnum factū de ulciſcenda namq; pellice cogitat. Incurſus uarios:in diuerſas cogitationes : ſunt aūt poetæ uerba. Prætulit mittere: figurata eſt locutio:i ſoluta namq; oratione diceretur:p̄tulit ut mitteret.

Imbutam ueſtem:tunicam iſectam:quæ etiam ſubucula appellatur. Defecto amori:deficienti: ac potius q iam defecerat. Quid tradat neſcia: ignorabat enim Deianira tunicam illam quam Lychæ tradidit:ueneno fuiſſe iſectam. Suos luctus:ſuoꝝ luctuū cauſam. Inſcius heros: ignarus Hercules ueſtem illam hydræ ueneno fuiſſe infectam. Lernææ uirus Echidnæ: ideſt tunicam ueneno hydræ infectam. Dum potuit: donec ualuit. Oethem.Oethe mons eſt Theſſaliæ:morte:rogo:& ſepulchro Herculis clarus.

Quondam aliquando ſtridet:feruet. Lamina candēs:ignita. Ardente ueneno:comburente.

Longa fuit medíj mora tēporis:actaq; magni
Herculis implerant terras:odiumq; nouercæ
Victor ab oechalia Cœnæo ſacra parabat
Vota Ioui:cum fama loquax peruenit ad aures
Deianira tuas:quæ ueris addere falſa
Gaudet:& e minima ſua per mendacia creſcit
Amphytrioniaden Ioles ardore teneri.
Credit amans:uenerisq; nouæ perterrita fama
Indulſit primo lachrymis:flendoq; dolorem
Diffudit miſeranda ſuum:mox deinde.q̄d autē
Flemus ait? pellex lachrymis lætabitur iſtis:
Quæ qm̄ aduēiet:ꝑpandū aliq̄dq; nouādū ē:
Dū licet:& thalamoſ nōdū tenet altera noſtros
Cōquerar an ſileā? repetā Calydōa? moreme?
Excedam tectis? an ſic nihil amplius obſtem?
Quid ſi me Meleagre tuā memorē eē ſororē?
Forte paro facinus:quantūq; iniuria poſſit.
Fœmineuſq; dolor uulgata pellice teſtor.
In curſus animus uarios abit.omnibus illis
Prætulit imbutam Neſſæo ſanguine ueſtem
Mittere:qui uires defecto reddat amori.
Ignaroq; Lichæ quid tradat neſcia:luctus
Ipſa ſuos tradit:blandiſq; miſerrima uerbis
Dona det illa uiro mendat. capit inſcius heros:
Induiturq; humeris Lernææ uirus Echidnæ.
Thura dabat primis & uerba præcātia flāmis:
Vinaq; marmoreas patera fundebat in aras:
Incaluit uis illa mali:reſolutaq; flammis
Herculeos abiit late diffuſa per artus.
Dum potuit:ſolita gemitū uirtute repreſſit.
Victa malis poſtq̄ eſt patiētia:reppulit aras:
Impleuitq; ſuis nemoroſam uocibus Oethen.
Nec mora.letiferam conatur ſcindere ueſtem:
Qua trahit:trahit illa cutem.fœdūq; relatu:
Aut hæret membris fruſtra temptata reuelli:
Aut laceros artus & grandia detegit oſſa.
Ipſe cruor:gelido ceu quondā lamina candens
Tincta lacu ſtridet:coquiturq; ardēte ueneno.



Nec modus eſt:nec finis dolori imponitur. Sorbent.opprimunt:abſumunt. Cæruleus ſudor:niger. Ambuſtiq; ſonant nerui:combuſtiq; ſtrident nerui. Cæca tabe:occulta corruptione. Saturnia paſcere: hac oratione Hercules ſe maximo odio Iunoni eſſe oſtēdit:eamq; in maximā inuidiam adducit. Eſt aūt anadiploſis eiuſdem uerbi maxime indignato cōueniens. Ab alto.a cælo. Laboribus:ad labores. Decet hæc dare dona nouercam:nā nouercæ ſolent priuignorū mortem optare. Ergo ego fœdantem: indignationi ſeruit hæc dictio ergo:indignatur enim Hercules:ꝙ cū ſæuiſſima domuerit monſtra:ipſæ tamē dira peſte dometur.Cōmemorat autem decē & octo p̄clara certamia: quæ Euryſthei iuſſu confecit. Buſirim domui:buſiris Neptuni fuit filius ex Libya ſuſceptus:qui cū in ægypto tyrānidem exerceret:hoſpiteſq; ad prouocanda Nili inundationem:inter quos Thraſium: a quo id fuerat edoctus:imo aret:ab Hercule aris impoſitus:fuit iugulatus. Sæuo: Antæus libyæ fuit gigas:q oēs ꝓuocabat ad luctam uictoſq; iterficiebat. At Hercules cū eo congreſſus aiaduertit eū quotiens ſterneretur: ualentiorē ſurgere:terra.n. cuius erat filius: uires ſubminiſtrabat. Eum igitur Hercules altius ſublatum emittere ſpūm coegit. Parentis:terræ matris. Paſtoris Hiberi:gerionem dicit:q tria habuiſſe corpora dicitur. i ultimaq; Hiſpania regnaſſe:ac armentis ab Hercule fuiſſe priuatus. Vos ne manus: thaurus quē Paſiphae amauit:e Creta i peloponeſum ad Euryſtheū ab Herculæ fuit adductus. Veſtrū opus Elis habet:nā Hercules ab expugnatione Troiæ reuerſus in peloponeſum:ut ſcribit in.v.Dio. Eurytū q Augeæ regis dux erat: iuxta Cleonas: ubi nunc eſt Herculis templū: necauit: deinde bello aduerſus olim moto:occiſoq; augea rege:atq; urbe ui capta Phileo Augeæ filio regnum tradidit: fuerat enim hic antea a patre pulſus: qm̄ arbiter inter eum & Herculem factus:p̄miū Herculi dādum cenſuiſſet. Stymphalides undæ:Stymphalus palus eſt Arcadiæ:ex qua Eraſinus fluit: circa eam aues fuerunt mirādæ magnitudinis ſimiles harpiis:quæ cū uicinos agros uaſtarent: ab Hercule partim ſagittis cōfixe:partim maximo tabulæ æreæ ſonitu fuerunt expulſæ. Partheniumq; nemus: parthenius mons eſt Arcadiæ: a parthenis:hoc eſt:uirginibus illic uenantibus cognominatus:ubi ceruam eximiæ uelocitatis: aureis cornibus Hercules ceperit. Relatus baltheus:hercules ab Euryſtheo iuſſus: ut aureum cingulū Hippolytæ amazonum reginæ ad ſe afferret: amazonas ipſas iuxta Themodoontem fluuium habitantes:una cum Theſeo debellauit : indeq; reginæ aureum cingulum reportauit. Thermodoontiaco auro.Thermodoon flu.eſt Colchorum:iuxta quem olim Amazones habitarunt. Pomaq; ab inſomni: poma Heſperidū ait:q̄ cū eſſent aurea:a ꝓuigili dracone cuſtodiebantur:ea quoq; Euryſthei iuſſu dracone iterfecto Hercules rapuiſſe fertur:ad Euryſtheūq; rettuliſſe.M.Varro aurea mala heſperidū capras & oues interp̄tatur:quod & Dio.in.v.ait Oues.n.græci mela uocant.Ea uero a ꝓuigili dracone cuſtodita fingūtur:quod ut Pli. ſcribit:heſperidū horti cincti fuerūt flexuoſo maris meatu:q uiſentibus ꝓcul draconis p̄beret effigiē. Nec mihi centauri.Hercules centauros Theſſaliæ populos:q ex parte anteriori uiri:ex poſteriori equi uidebantur:a Pholo ſuſceptus hoſpitio debellauit.Cum.n.pholus Centaurus uini doliū olim a Baccho donatū: ea cōditione: ut tūc uinum ꝓferret:cū hercules adeſſet:in honorem herculis ipſius releuaſſet:forte odore illius uetuſtiſſimi uini propinqui Centauri ebrii effecti in ædes Pholi impetū fecerūt:quo pterrefacto ſolus hercules:non illis modo reſtitit: ueꝝ multos quoq; ipſoꝝ interfecit:ut apte in.v.bibliotheces uolumine ſcribit Diod. Nec mi Arcadiæ uaſtator aper.ſyneresis ē duaꝝ uocaliū in unā.Mi.n.pro mihi poſitū eſt. Maximus aūt aper Arcadiā uaſtans ab Hercule uiuus ad Euryſtheū fuit allatus:quo uiſo rex timore ꝑculſus:in æreo ſe uaſe ſcribitur abſcondiſſe. Nec profuit hydræ creſcere p dānum:nam reciſo uno capite duo renaſcebantur. Quid cū thracis equos:Diomedes rex thraciæ:q hoſpites eqs ſuis lacerandos obiiciebat:ab hercule & uita & eqs ipſis fuit ſpoliatus. Eos uero ad ſe adductos eurytheus Iunoni ſacrauit:quoꝝ ꝓgenies uſq; ad Alexandrū Macedonē duraſſe fertur. Thracis. Diomedis Thraciæ regis. Moles Nemeæa:Leo nemeæ ſiluæ:q cum maximus eſſet:ac neq; ferro:neq; ære: neq; lapi-

Nec modus eſt.ſorbent auidæ p̄cordia flāmæ:
Cæruleuſq; fluit toto de corpore ſudor:
Ambuſtiq; ſonant nerui:cecaq; medullis
Tabe liquefactis:tollens ad ſidera palmas:
Cladibus exclamat Saturnia paſcere noſtris.
Paſcere:& hanc peſtē ſpecta crudelis ab alto.
Corq; ferum ſatia.uel ſi miſerandus & hoſti:
(Hoſtis enim tibi ſum) diris cruciatibus ægrā
Inuiſamq; animam natamq; laboribus aufer.
Mors mihi munus erit.d̄cet hæc dare dona nouercā.
Ergo ego fœdātē ꝑegrino tēpla cruore
Buſirim domui? ſæuo alimenta parentis
Antæo eripui? nec me paſtoris Hiberi
Forma triplex:n̄ forma triplex tua cerbere mouit
Vos ne manus ualidi preſſiſtis cornua tauri?
Veſtrū opus elis hēt.ueſtrū Stiphalides undæ
Partheniūq; nemus.ueſtra uirtute relatus
Thermodoontia cælatus baltheus auro:
Pomaq; ab inſomni non cuſtodita dracone.
Nec mihi centauri potuere reſiſtere:nec mi
Arcadiæ uaſtator aper:nec profuit hydræ
Creſcere p damnū:geminaſq; reſumere uires.
Quid? cū thracis æquos humāo ſāguie piguef
Plenaq; corporibus laceris præſepia uidi?
Viſaq; deieci dominūq; ipſoſq; peremi?
His eliſa iacet moles Nemeæa lacertis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

de uulnerari poſſet:ut ſcribit Dio.manibus neceſſario erat occidendus. Is in Nemea ſylua maxime uerſabatur iuxta montē: quem a caſu Tritonē dixerunt:i cuius radicibus erat ſpelunca: ad quā belua diuertebat. Hercules igitur cū ad locum acceſſiſſet:refugientē in ſpeluncam inſecutus feram:altero aditus ore opturato:manibus leonem cōpræhenſum ſuffocauit:detractáq; pellem corpori ſuo munimentū ad futura pericula circūdedit. Eliſa: ſuffocata. Moles Nemæa:magnitudinē leonis Nemæi innuit: cuius interempti pelle pro ueſte Hercules utebatur.Nemæa aūt ſylua eſt inter Argos & Cleonas clara:non ſolū ob leonem ab Hercule ſupatum: ſed etiā ob certamen annuum in honorē Archemori īſtitutū.

His Cacus horrēdū Tiberino gurgite mōſtrū
Hac cælum ceruice tuli.defeſſa iubendo eſt
Sæua Iouis cōiunx:ego ſum idefeſſus agēdo.
Sed noua peſtis adeſt:cui nec uirtute reſiſti:
Nec telis armiſq; poteſt.pulmonibus errat
Ignis edax imis:perq; omnis paſcitur artus.
At ualet Euryſtheus.& ſunt q credere poſſint
Eſſe deos? dixit:perq; altam ſaucius Oethen
Haud aliter graditur:q̃ ſi uenabula thaurus
Corpore fixa gerat:factiq; refugeret auctor.
Sæpe illum gemitus edentem:ſæpe trementē
Sæpe retemptantem totas infringere ueſtes:
Sternentēq; trabes:iraſcētemq; uideres:
Montibus aut patrio tēdētem brachia cælo.
Ecce Lycham trepidum & latitātē rupe cauata
Aſpicit:utq; dolor rabiē collegerat omnē
Tu ne Lycha dixit feralia dona dediſti?
Tu ne meæ neciſ auctor eris? tremit ille:pauet(q;
Pallidus:& timide uerba excuſātia dicit.
Dicentem genibuſq; manus adhibere parātem
Corripit Alcides:& terq; quaterq; rotatum
Mittit in Euboicas tormento ſo tius undas.
Ille per aereas pendens induruit auras.
Vtq; ferunt imbres gelidis cōcreſcere uentis:
Inde niues fieri:niuibus quoq; mole rotatis
Aſtringi:& ſpiſſa glomerari grandine corpus.
Sic illum ualidis iactum per inane lacertis:
Exanguēq; metu:nec quicq̃ humoris habentē.
In rigidos uerſum ſilices prior edidit ætas.
Nūc quoq; i euboico ſcopulo breuis emiet alte
Gurgite:& humanæ ſeruat ueſtigia formæ:
Quem quaſi ſenſurum nautæ calcare uerētur
Appellantq; Lychan. at tu Iouis inclyta proles
Arboribus cæſis:quas ardua geſſerat Oethe
Inq; pyram ſtructis:arcum pharetrāq; capacē
Regnaq; uiſuras iterum troiana ſagittas

His cacus. carmine Virgiliano notiſſimus ē & cacus & eius cedes. Tiberino gurgite:iuxta flu. Tyberim. Hac cælū ceruice tuli.Hercules cū ad Atlantem Mauritaniæ regē: q humeris ſuis cælū fingitur ſuſtinere:perueniſſet: ab eo ſuſceptus eſt hoſpitio:rogatuſq;: ut dū ipſe alterꝫ humerꝫ cælo ſubiiceret:tātiſper ipſe oneri ſuccederet:libenter ē obſecutus:quod qdem iccirco fictū eſt: ꝙ Hercules ab Atlante Mauritaniæ rege: & hoſpitio ſuſceptus fuit:& aſtrologiā doctus: Nā Atlas cū ſphæram excogitaſſet: cælū ſuis humeris geſtare putatus eſt:ut latius ſcribit Diod. At ualet Euryſtheus:hic fuit Stheneli Micenarꝫ regis filius:qui ipellente Iunone Herculē uaria pericula adire iubebat:hæc aūt cum maxima iactantur indignatiōe ac ſi diceret Hercules. Ego q uirtute mea uniuerſum terrarū orbem mōſtris purgaui:tantis conficior cruciatibus. Euryſtheus uero oīum iniqſſimus:nullaq; uirtute præditus bene habet. Nā:ut ſcribit Diod.Euryſtheus habens Argis regnū:nota Herculis fama:cū ad perficiēda certamina accerſit.Renuentē iuſſit Iupiter Euryſtheo obtemperare.Is uero Delphos adiens: conſulto ſup his Apollinis oraculo:reſponſum accepit a diis mandatum eſſe: ut Euryſthei iuſſu duodecim certamina pficeret:qbus confectis imortalitate potiretur. Et ſunt: indignationi hoc loco ſeruit illa & copula. Auctor facti:auctor uulnerꝫ:qui uenabulis thaurꝫ confixit. Feralia dona:peſtifera.

Genibuſq; manus adhibere parantē: hoc ē ſupplicare parantē.nam genua miſericordiæ iccirco

Genua

dicata dicūtur:quod ea ſupplicantes tāgere conſueuerunt. Tormento fortius.ualidius quā machina bellica: eſt autem tormentum inſtrumētū

Tormentum

bellicum:a torquendis ſaxis.hoc eſt:cum impetu mittendis appellatū. In Euboicas undas:i mare euboicum.nam Cæneū ꝓmontoriū: ubi Hercules ſacrificaturus peſte correptus eſt: imminet Euboico mari. Induruit:durus eſt factus: nam in ſcopulū fuit conuerſus. Vtq; ferunt imbres: ut ſcribit in meteoris Ariſtoteles:niues ac grandines frigidioribus uētis ex aqua generātur. Concreſcere:ſimul creſcere:& in unum cogi. Spiſſa grandine:in denſam grandinem. Gurgite.mari.per tapinoſin. At tu Iouis inclyta ꝓles:Herculis metamorphoſin in deum exponit poeta. Sagittas iterum uiſuras:primum quidē ſagittæ herculis Troiana regna uidere:cum ipſe una cū Telamone & argonautis Troiam expugnauit. Deinde cū ob Helenæ raptum duce Agamēnone fuit deleta:nam cum oraculum accepiſſent Græci ſine ſagittis herculis Troiam capi non poſſe: miſſus eſt Vlyſſes: qui Philoctetem una cum ſagittis illis ad exercitum Græcorū adduceret: ſed uu!nere ſagittæ q̃ in pedē cecidit ipeditus Philoctetes in Lēno diu ſubſtitit:tandē uero Græcis rogātibus ad exercitū Iliū obſidentē ſagittas Herculis apportauit.



Ferre iubes Pœāte ſatū:quo flamma miniſtro
Subdita:dūq; auidis cōprēditur ignibus agger
Congeriem ſiluæ Nemeæo uellere ſummam
Sternis:& impoſita clauæ ceruice recumbis:
Haud alio uultu:q̃ ſi conuiua iaceres:
Inter plena meri redimitus pocula ſertis.
Iamq; ualens & in omne latus diffuſa ſonabat:
Securoſq; artus contemptoremq; petebat
Flamma ſuum.timuere dei pro uindice terræ.
Quos ita (ſenſit enim) læto Saturnius ore
Iupiter alloquit̃.noſtra eſt timor iſte uoluptas
O ſuperi:totoq; libens mihi pectore grator:
Quod memoris populi dicor rectorq;:paterq;.
Et mea progenies ueſtro quoq; tuta fauore eſt.
Nam q̃q̃ ipſius datis hoc immanibus actis:
Obligor ipſe tamen.ſed enim ne pectora uano
Fida metu paueant: Oethæas ſpernite flāmas.
Omnia qui uicit:uincet quos cernitis ignes.
Nec niſi materna Vulcanum parte potentem
Sentiet.æternum eſt a me qđ traxit:& expers
Atq; immune necis:nullaq; domabile flamma.
Idq; ego defunctum terra cæleſtibus oris
Accipiam:cunctiſq; meum lætabile factum
Diis fore confido.ſiquis tamen hercule: ſiquis
Forte deo doliturus erit:data præmia nollet:
Sed meruiſſe dari ſciet.inuituſq; probabit.
Aſſenſere dei.coniunx quoq; regia uiſa eſt
Cætera non duro:duro tamen ultima uultu
Dicta tuliſſe Iouis:ſeq; indoluiſſe notatam.
Interea quocūq; fuit populabile flammæ
Mulciber abſtulerat.nec cognoſcēda remanſit
Herculis effigies:nec quicq̃ ab imagine ductū
Matris habet: tantumq; Iouis ueſtigia ſeruat.
Vtq; nouus ſerpēs poſita cum pelle ſenecta
Luxuriare ſolet:ſquammaq; nitere recēti:
Sic ubi mortales Tirynthius exuit artus
Parte ſui meliore uiget:maiorq; uideri
Cœpit:& auguſta fieri grauitate uerēdus.
Quē pater oipotens iter caua nubila raptum
Quadriiugo curru radiantibus intulit aſtris.
Sēſit Atlas pōdus.neq; adhuc ſthenelcius iras
Soluerat euryſtheus: odiūq; in ꝓle paternū

Ferre : habere. Pœante ſatum. Philocteten Pœantis filium. Agger. lignorum ſtrues: quāuis agger proprie terræ accumulatio dicatur.

Summā congeriē ſiluæ.hoc eſt. ſummitatē pyræ. Nemeæo uellere.pelle Nemei leonis. Iamq; ualens:uehemens: ualida & magna. Securos artus:mēbra quæ ſecura: ac ſine ulla erant cura.

Pro uindice:pro ſalute uindicis: ac liberatoris terræ totius. Grator:gratulor. Quod memoris populi:hoc eſt grati. ille enim eſt gratus q beneficiorꝫ eſt memor. Et mea ꝓgenies:quod ſub intelligatur. Lætatur.n. Iupiter ꝙ dii ſint ſolliciti de Herculis filii ſui ſalute. Immanibus actis:maximis ipſius geſtis. Obligor ipſe tamē:ego tamē me uobis debere fateor. Materna parte:ex parte corporis:quod a matre ſumpſit. Defunctū terra:liberatū a terra. Cæleſtibus oris: in cælū. Nā ut refert Diod. poſt exuſtū Herculis rogū accedēte Iolao: ut oſſa colligeret:cū nullū prorſus repertum foret:crediderunt Herculē ſecundū oraculū in deos tranſlatum:illiq; ut heroi ſacra q̄dam fecerūt. Atheniēſes aūt Græcorꝫ primi Herculē: ut deum ſacrificiis coluerūt: ſuæq; pietatis erga illū præbentes reliqs exemplū: uniuerſam primū græciam:deinde cæteras gentes ad eius cultū cōuertere. Lætabile.lætū:gratū:ac iocundū. Si qs tamen: Hercule ſiquis.Iunonem taxat Iupiter quæ ſemp Herculē odio fuerat ꝑſecuta. Sed meruiſſe dari ſciet. hoc eſt. intelliget meruiſſe Herculē: ut ipſi p̃mia darentur cæleſtia: atq; in numerum deorum reciperetur. Populabile:corruptibile.

Mulciber:uulcanus:ignis. Iouis ueſtigia: ſimilitudinē Iouis:nam ut Iupiter: deus ē effectus Hercules. Parte ſui meliore:animi imortalitate.

Auguſta grauitate: ſacra ac diuina:nam auguſtum dicitur augurio conſecratū. Quadriiugo curru:triūphali.Innuit.n.herculem cū maxia gloria triumphantū more in cælū fuiſſe ſublatum. Auguſtum

Senſit Atlas pōdus Herculis in cælum recepti: eſt aūt emphaſis: qua innuitur herculis magnitudo. Sthenelius Euryſtheus.Stheneli filius.Ad id uero alludit poeta ꝙ in qnto ſcribit Diod. Cum enim Euryſtheus cognouiſſet Hyllum herculis filium:ac quoſdam e fratribus uiros euaſiſſe:ueritus ne ſi oēs ad eā ꝑueniſſent ætatē: Mycenarū impio ſe priuarent Cæyci Trachinæ regi:ad quē poſt patris mortem cōfugerant: bellū indixit:niſi Herculis & Lycimni filios & Iolaū : ac oēs Arcades qui cū Hercule militaſſent:expellere. Ipſi uero Euryſthei uiribus impares : ſpōte Trachinam relinquētes:ab Atheniēſibus adiuti: ducibus Iolao:Theſeo:Hylloq; cōſtitutis:Euryſthei exercitū profligarunt:ipſeq; Euryſtheus curru fugiens ab Hyllo fuit interfectus. In ꝓle:nā odio ꝑſequebatur hyllum:& reliquos.Herculis filios.Hæc autem a poeta referuntur:ut facilius cōnectat cū ſuperioribus Galanthidis miniſtræ Alcmenæ mutationem in muſtelam.Nam Alcmena cū parere nō poſſet: Lucinā deā: quæ parientibus præeſſe dicitur:iuocauit.Ac ea qdem uenit Iunonis iuſſu partum impeditura. Cum igitur in uetulæ figuram conuerſa ante ianuam Alcmenæ ita ſederet:ut manuum digitis cancellatim iunctis genua teneret:forte Galanthis miniſtra ſuſpicata eam illo geſtu do-

minæ:quominus pareret:eſſe impedimẽto:falſo ei nunciauit Alcmenam partu ſolutá. Quod cũ dea accepiſſet: ſurrexit:ſtatimq; Alcmena herculẽ peperit. Cæteꝝ dea indignata ſe a Galanthide illuſam:q̃ primũ illam ĩ muſtelam ea conditione conuertit:ut pareret ore:quo fuerat ementita. Atrox:crudelis: qui nil meritos herculis filios perſequebatur. Argolis Alcmene:argolica:quæ poſt mortem Herculis Thebas ꝓfecta:illicq; mortua:diuinos meruit honores. Quæſtus aniles: quærimonias uetulæ conuenientes. Teſtatos labores:celebrata atq; confeſſa certamina. Hyllus:Herculis ex Deianira fuit filius. Matura:partui propinqua. Corripiantq; moras:abbreuient atq; auferant. Ilithyam: Ilithya dea eſt quæ parientibus præeſſe dicitur quá noſtri Lucinam appellant:quod in lucem naſcentes ꝓducat. Quá mihi difficilem:aduerſam. Iunonis gratia:potẽtia Iunonis:quæ tñ gratia apud Ilithyam ualuit: ut quæ mihi adeſſe debebat: obfuerit. Iouẽ náq; appropinquáte partus tempore diis præſentibus dixiſſe ferunt:puerum qui ea die naſceretur:ſe regem eſſe facturum. Quibus uerbis cõmota Iuno Lucinam filiá iuſſit comprimere Alcmene partũ ac Euryſtheum ante tempus in lucem educere. Iupiter uero licet conſilio fruſtratus: quod prædixerat tamen ratũ:& herculis famá claram eſſe uolens:dixiſſe Iunoni fertur:ſe quidem ꝑmittere euryſtheum: ut prædixerat:regem eſſe: herculemq; ei ſubiici uelle:duodecimq; certamina ab illo perfici:quæ Euryſtheus mandaſſet:quibus conſumatis fieret imortalis. Feri:duri ac laborum patientis. Et decimũ ſignum: hoc eſt: cum iam decimus ageretur menſis : duodecim enim ſunt zodiaci ſigna:quibus duodecim mẽſes diſtinguuntur. Sidere:ſole.κατ' ἐξοχήν. Grauitas.põdus.

Tendebat:diſtendebat. Horror.tremor. Nexos partus:impeditos qui ſolui non poterant.

Sed ꝑcorrupta:ante a Iunone corrupta. Meũ caput:meá uitá. Iunoni iniquæ:inimicæ. Dextroq; ẽ poplite leuũ preſſa genu:ſynecdoche poetica:tali autem geſtu impediri partus etiam Plinius in naturali hyſtoria ſcribit his quidẽ uerbis. Aſſidere grauidis uel cum remediũ alicui adhibeatur digitis pectinatim inter ſeſe amplexis ueneficium eſt: idq; compertum tradunt Alcmena Herculem pariente: peius ſi circa unũ amboue genua. Item poplites alternis genibus imponi: ideoq; hæc in conſiliis ducum poteſtatum ue fieri uetuere maiores:uelut omnẽ actum impedientia:uetuere uero etiam ſacris uotiſue ſimili modo intereſſe. Pectine:pectinatim ac cancellatim iunctis digitis. Suſtinuit:remorata eſt:retardauit. Tenuerunt:retinuerunt. Carmina:incantationes. Nitor enitor ut pariam: proprie autẽ niti parientes dicuntur. Vana conuicia: nihil profutura. Verba queror:figurate dictum ẽ:uerbis.n.queri conquerique eſt in uſu. Cadmeides: thebanæ. Diuam:Ilithyiam. Gratare: gratulare. Leuata eſt:ſoluta eſt partu & liberata. Potiturq; puerpera uoto: adepta eſt id quod cupiebat. Peperit náq; ut optabat. Puerpera : autem dicitur quæ nuper pepit. Pauefacta:ſtupefacta.

Ilithya in ueculam

Exercebat atrox.at longis anxia curis
Argolis Alcmene quæſtus ubi ponat aniles.
Cui referat nati teſtatos orbe labores:
Cuiue ſuos caſus:Iolen habet:Herculis illam
Imperio thalamoq; animoq; receperat Hyllus:
Impleratq; uterum generoſo ſemine: cum ſic
Incipit Alcmene. faueant tibi numina ſaltem:
Corripiantq; moras tũc:cum matura uocabis
Præpoſitam timidis parientibus Ilithyian:
Quam mihi difficilem iunonis gratia fecit.
Nãq; labor feri cum iam natalis adeſſet
Herculis:& decimũ ꝑmeretur ſidere ſignum:
Tendebat grauitas uteꝝ mihi:quodq; ferebam
Tantum erat:ut poſſes auctorem dicere tanti
Ponderis eſſe Iouem.nec iam tolerare labores
Vlterius poterã.qn nũc quoq; frigidus artus
Dũ loquor:horror hẽt: pſq; ẽ mẽiniſſe doloris.
Septẽ ego p noctes: totidem cruciata diebus
Feſſa malis:tendenſq; ad cælũ brachia: magno
Lucinam ad nexos partus clamore uocabam.
Illa quidem uenit:ſed præcorrupta:meumq;
Quæ donare caput Iunoni uellet iniquæ:
Vtq; meos audit gemitus ſubſedit in illa
Ante fores ara:dextroq; eſt poplite leuum
Preſſa genu:digitiſq; inter ſe pectine iunctis
Suſtinuit partus:tacita quoq; carmina uoce
Dixit:& incœptos tenuerunt carmina partus.
Nitor.& in grato facio conuicia demens
Vana Ioui:cupioq; mori:moturaq; duros
Verba quæror ſilices:matres cadmeideſ adſunt
Votaq; ſuſcipiunt:exhortanturq; dolentem.
Vna miniſtrarum media de plebe Galanthis
Flaua comas aderat faciendis ſtrenua iuſſis.
Officijs dilecta ſuis.ea ſenſit iniqua
Neſcio quid Iunone geri:dumq; exit & intrat
Sæpe fores:diuam reſidentem uidit in ara.
Brachiaq; in genibus digitis connixa tenentẽ.
Et quæcũq; es ait:dominæ gratare leuata eſt
Argolis Alcmene:potiturq; puerpera uoto.
Exiliit:iunctaſq; manus pauefacta remiſit



Diua potens uteri.uinclis leuor ipſa remiſſis.
Numine decepto riſiſſe Galanthida fama eſt:
Ridentem prenſamq; ipſis dea ſæua capillis.
Traxit:& e terra corpus releuare uolentem
Arcuit:inq; pedes mutauit brachia primos.
Strenuitas antiqua manet.nec terga colorem
Amiſere ſuum.forma eſt diuerſa priori.
Quæ quia mendaci parientem iuuerat ore:
Ore parit:noſtraſq; domos ut & añ frequẽtat.
Dixit:& admonitu ueteris cõmota miniſtræ
Ingemuit:quam ſic nurus eſt affata loquentẽ.
Te tamen o genitrix aliena a ſanguine ueſtro
Rapta mouet facies.quid? ſi tibi mira ſororis
Fata meæ referam? q̃q̃ lachrymæq; dolorq;
Impediunt:prohibentq; loqui.fuit unica matri.
(Me pater ex alia genuit)notiſſima forma
Oechalidum Dryope: quã uirginitate carentẽ.
Vimq; dei paſſam Delphos Delonq; tenentis
Excipit Andræmon: & habetur coniuge fœlix.
Eſt lacus accliuis deuexo margine formam
Littoris efficiens:ſummũ myrteta coronant.
Venerat huc Dryope fatoꝝ neſcia:quoq;
Indignere magis:nymphis latura coronas.
Inq; ſinu pueꝝ:qui nõdum impleuerat annũ.
Dulce ferebat onus:tepidiq; ope lactis alebat.
Haud procul a ſtagno tyrios imitata colores
In ſpem baccarum florebat aquatica lotos.
Carpſerat hic Dryope: quos oblectamina nato
Porrigeret flores.& idem factura uidebar.
(Namq; aderam)uidi guttas e flore cruentas
Decidere: & tremulo ramos horrore moueri.
Scilicet ut referunt tardi:nunc deniq; agreſtes.
Lotos in hanc nymphe fugiẽs obſcœna priapi
Contulerat uerſos ſeruato nomine uultus.
Neſcierat ſoror hoc:quæ cum perterrita retro
Iret:& oratis uellet diſcedere nymphis:
Hæſerunt radice pedes.conuellere pugnat.
Nec qcq̃ niſi ſũma mouet.ſuccreſcit ab imo:
Totaq; paulatim lẽtus præmit inguina cortex.
Vt uidit:conata manu laniare capillos.
Frõde manũ ipleuit:frondes caput oẽ tegebãt.
At puer amphiſus(nãq; hoc auus Eurytus illi
Addiderat nomẽ)materna rigeſcere ſẽſit

Diua potens uteri: periphraſis ẽ Ilithyie. Vinclis remiſſis: digitis qui pectinatim iũcti mihi ut uincula erant impedimento reſolutis. Arcuit: uetuit e terra ſurgere Galanthida:cũ uellet. Strenuitas:agilitas. Vt & ante: quẽadmodũ etiam ante:cum puella eſſet. Frequentat:celebrat:ná muſtelæ fere in domibus uerſantur. Admonitu:recordatione. Quá ſic nurus:Iole Hylli herculis filii uxor. Rapta:erepta:ablata. Facies: figura. Quid? dices facieſue ſubaudiatur. Mira fata: mirãda infortunia. Quáq̃ lachrymæq;: cũ hæc narraret Iole:more mulierum:lachrymas emittebat: eleganter aũt poeta ſeruat decore mulieris infortunio ſororis magno dolore affectæ.

Me pater ex alia genuit:hac parentheſi expõit Iole:cur Dryope unica matri filia fuerit. Notiſſima forma Oechalidũ.Dryope Euryti filia:quæ pulchritudine apollinẽ in ſuos amplexus pellexit cum ex Andræmone uiro iam filiam peperiſſet: ad lacum quendam: ut coronas nymphis dicaret:peruenit:ubi cum ex loto arbore florentes ramos: quos puero daret decerpſiſſet : ecce guttas ſanguinis ex arbore ſtillantes aſpexit: qua re territa:cum refugere uellet:in arborem ſenſit ſe tráſfigurari. Oechalidũ:oechaliæ uirginũ:eſt autẽ patronymica forma pro patria uſus poeta. Dei tenentis delon:periphraſis eſt Apollinis:q & Delphos & Delon in poteſtate ſua habet. Summũ: ſummitatem marginis. Myrteta:myrtus eſt arbor Veneri dicata: unde myrtetum locus myrtis conſitus dicitur. Huc:pro illuc:aduerbium eni præſentis loci pro aduerbio abſentis eſt poſitum.

Tyrios:purpureos. In ſpem baccarũ:ná baccæ ex floribus naſcuntur. Sunt aũt baccæ arboꝝ fructus minutiores:qui ſparſim oriuntur ut lauri oliuæ: a quoꝝ ſimilitudine uniones quoq; baccæ dicũtur. Vnde baccatũ dicimus baccis & margaritis ornatum. Virgi.Colloq; monile baccatũ.

Aquatica Lotos:iuxta aquas naſcens.Fuit aũt Lotos nympha: quá cum inſequererur Priapus: ut eam cõprimeret: miſeratione deoꝝ in arborẽ ſui nominis conuerſa eſt:quæ ut ſcribit Herodotus:baccas fert dactilis ſuauiores: ex qbus uiuũt: uinũq; etiam conficiũt populi libyæ:qui ide Lotophagi uocantur. Tardi agreſtes:ſeri:ut qui id ante amiſſam ſororẽ non admonuerũt:alias tardi tardo ingenio ꝑditi dicũtur. Nunc deniq;: nũc tandem poſt factá ſororis iacturam. Obſcœna Priapi:inguina priapi.Priapus aũt Bacchi & Veneris filius fuit:qui ob eximiá fœcunditatẽ: hortoꝝ deus fuit exiſtimatus. Frequenter autem pro pudẽdis uiroꝝ ponitur Priapus. Nam ut in qnto ſcribit Diodorus: cũ priſci iguina uirorum occultius nominare uellent: priapum dicebant.

Iret:ire uellet:neq; enim ire poterat. Oratis: placatis nymphis. Pugnat:nititur:conatur. Niſi ſumma:niſi partes ſupiores.Pedes eni iam ĩ radices fuerant conuerſi. Lentus cortex.flexibilis:

Addiderat nomen: parentheſis eſt: indiderat autem rectius legeretur: hoc eſt impoſuerat. Nam indi nomina proprie dicũtur. Rigeſcere.

Dryope in arborem

Lotos in arborem



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

rigida ac dura fieri. Ducentem:trahentem: ſugentem ubera. Lacteus humor: periphraſis lactis. Fati:mortis: hæc aũt lachrymans Iole commemorabat. Morabar:retinebam. Genitorq;: Eurytus. Tepido ligno:adhuc tepido: ut in qđ pauloante dryope fuerat tranſmutata. Affuſiq;: proſtrati. Suæ arboris:in quã & filia & uxor ſua fuerat conuerſa. Cara ſoror:apoſtrophe qua Iole ſignificat ſe caſu ſororis uehementer dolere. Irrorant: roris modo ſtillant in folia. Dum licet:donec poteſt. Quæſtus:quærelas. Hoc nefas:hoc ſuppliciũ: pro eo quod ſequitur id quod antecedit:poſitum eſt: nefas nãq; & ſcelus præcedit:ſequitur ſupplicium. Sine crimine:ſine culpa. Innocuæ:innocentes. Demite:deripite:detrahite. Hoc in ſtipite:in hoc trunco. Et frutices omnes:arbuſculas omnes:eſt enim frutex medius inter arbores & herbas: nam neq; ad arboris magnitudinẽ peruenit: neq; per hyemem : ut herba areſcit. Dearum:nympharum. Incũbere: inclinare. Mollis liber: cortex: unde & libri ſunt dicti:quod in libris: hoc eſt arborum corticibus antiqui ſcribebant:Sine munere ueſtro:officio. Nam morientum oculi a proximis conſanguineis claudebantur. Simul eſſe:mulier ſubaudiatur:nam arbor eſſe non deſierat. Eurytidos. Ioles Euryti filiæ. Nam limine conſtitit alto. Iolaus:ut ſcribit Solinus:Iphicli herculis fratris fuit filius: qui cum ad decrepitam perueniſſet ætatẽ Herculis pcibus ab Hebe iuuenili ætati fuit reſtitutus. Dubia lanugine: quæ uix uidebatur ob tenuitatem. Eſt enim lanugo barba quæ prima ab adoleſcentibus emitti conſueuit. Iunonia Hebe.Iunonis filia quæ herculi in cælum trãſlato nupſit:nam ferunt Iouem Iunoni perſuaſiſſe: ut Herculem ſe fingeret genuiſſe: matriſq; erga eum deinceps beniuolentiam oſtenderet.Cũ igitur Iuno lectum aſcendiſſet:ſumptum iuxta corpus Herculem per ueſtes inferius in terram demiſit ueꝝ partum imitata:ſicut etiã nũc in filioꝝ adoptione obſeruãt barbari. Iunonis igitur opera poſt hunc partum Hebe herculi nupſit.

Iolaus ſenex i iuuenem

Vbera:nec ſequitur ducentem lacteus humor.
Spectatrix aderam fati crudelis:opemq;
Nõ poterã tibi ferre ſoror:quãtũq; ualebam
Creſcentem trũcũ: ramoſq; amplexa morabar.
Et fateor uolui ſub eodem cortice condi.
Ecce uir andræmõ genitorq; miſerrimus adſũt:
Et quærũt Dryopen. Dryopẽ quærẽtibus illis
Oſtendi loton:tepido dant oſcula ligno.
Affuſiq; ſuæ radicibus arboris hærent.
Nil niſi iam faciẽ:quod nõ foret arbor:habebat
Cara ſoror.lachrymæ miſero de corpore factis
Irrorant foliis:& dum licet:oraq; præſtant
Vocis iter:tales effundit in aera quæſtus.
Si qua fides miſeris:hoc me per numina iuro
Non meruiſſe nefas. patior ſine crimine pœnã.
Viximus innocuæ.ſi mentior:arida perdam:
Quas habeo frondes:& cæſa ſecuribus urar.
Hunc tamẽ infantem maternis demite ramis:
Et date nutrici:noſtraq; ſub arbore ſæpe
Lac facitote bibat:noſtraq; ſub arbore ludat:
Cũq; loqui poterit:matrem facitote ſalutet.
Et triſtis dicat.latet hoc in ſtipite mater.
Stagna tñ tiẽat:nec carpat ab arbore flores:
Et frutices omnes corpus putet eſſe dearum.
Care uale coniunx:& tu germana paterq;.
Qui ſi qua eſt pietas: ab acutæ uulnere falcis:
A pecoris morſu frondes defendite noſtras.
Et quoniã mihi fas ad uos incũbere non eſt:
Erigite huc artus:& ad oſcula noſtra uenite
Dum tangi poſſum:paruũq; attollite natum.
Plura loqui nequeo.nã iam per candida mollis
Colla liber ſerpit:ſũmoq; cacumine condor.
Ex oculis remouete manus.ſine mũere ueſtro
Contegit inductus morientia lumina cortex.
Deſierat ſimul ore loqui.ſimul eſſe.diuq;
Corpore mutato rami caluere recentes.
Dumq; refert Iole factum mirabile:dumq;
Eurytidos lachrymas admoto pollice ſiccat
Alcmene:flet & ipſa tamen: compeſcuit omnẽ
Res noua triſticiam.nam limine conſtitit alto
Pene puer:dubiaq; tegens lanugine malas
Ora reformatus primos Iolaus in annos.
Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe



Viri:mariti herculis:nam Hercules in numeꝝ deoꝝ relatus:uel Iunone conſentiente Heben duxit uxorem. Talia bona:ut quẽq̃ iuuenili ætati reſtituat. Themis:dea eſt iuſticiæ:Themis & diuinãdi & religionis:q̃ nihil ſceleris impunitũ eſſe permittit. Nã iam diſcordia Thebæ bella mouẽt. Amphiaraus Oiclei filius uates clariſſimus cũ ſe a bello Thebano nõ reuerſurũ puidiſſet:a Polinicæ nullis pcibus adduci poterat:ut illi intereſſet:quare Polinices aureũ illud monile a Venere Hermione dono datũ:Eripyle amphiarai uxori:quo belli ſocietatẽ uiro pſuaderet largitus eſt.Cũ uero eo tpe Amphiaraus Adraſtuſq; de regno diſſentirent:ad Eripyles Amphiarai uxoris Adraſtiq; ſororis iudiciũ oĩum diſſenſionũ detulerunt. Illa uero pro Amphiarao qdem ſentẽtiã tulit:ſed ut belli Thebis inferendi ſocius adiutorq; eſſet. Cæteꝝ Amphiaraus exiſtimans ſe ab uxore pditum:Alcmæoni filio mandauit:ut poſt ſuũ obitũ eripylen necaret.Cũ uero amphiaraus quo die primũ Thebas puenit:una cum curru & eqs terræ hiatu fuiſſet abſorptus: Alcmæõ patris mandati memor matrẽ interfecit: quo qdem facinore in iſaniã uerſus ac furiis agitatus:ad Phegeum Alpheſibœæ patrẽ cupiens purgari confugit. Alpheſibœæ uero cũ monile maternũ dono dediſſet:eã uxorẽ duxit:ad Acheloum deinde pfectus:eius filiã Callirhoen adamauit : a qua cũ monile illud efflagitaretur: ad Alpheſibœam rediit ipſum monile repetiturus.Cæteꝝ a Themeno & Axione Alpheſibœæ fratribus fuit interfectus:quos poſtea Alpheſibœa ipſa:ut maritũ ulciſceretur:iteremit:id quod apte ſcribit Proptius: cum inqt. Alpheſibœa ſuos ulta eſt pro cõiuge fratres. Sãguinis & cari uincula rupit amor. Callirhoe aũt Almæonis uxor Iouẽ rogauit: ut filios adhuc impuberes iuuenes efficeret:quo de patre ultionẽ ſuſcipere poſſent:q cũ Iupiter cõceſſiſſet repẽte e pueris uiri effecti fuerũt. Diſcordia bella:epitheton belli eſt pprium:bellũ aũt Thebanum ab Eteocle & Polynice fratribus ſuſceptũ: uel carmie Papinii notiſſimũ ẽ:nã ut ſcribit Diod. Eteocles ac Polynices œdipi filii: cũ ad uirilẽ pueniſſent ætatẽ:cognouiſſentq; Laium piorẽ Iocaſtæ matris maritũ ab Oedipo filio ab Apollinis oraculo reuertentẽ interfectum: ac Iocaſtã matrẽ ab Oedipo filio uxorẽ ductã:ſeq; ex tam funeſtis ortos nuptiis:ut eius eſſent filii:cuius fratres quoq; merito uocarentur:Oedipum qdem ipm domo egredi propter dedecus non permiſerunt:Regnũ uero inter ſe eo fœdere diuiſerunt:ut alternis annis imparent. Primuſq; imperii annus Eteocli natu maiori cederet.Cæterum ex acto anno:cum regnum repoſcenti fratri non traderet:Polynices ad Adraſtum Regem confugit:cuius filiam nomine Argiam cum uxorem accepiſſet: tandẽ a ſocero: undiq; contractis auxiliis inſtructus ad oppugnandas Thebas cum ſex aliis ducibus Adraſto: Tydeo: Amphiarao: Capaneo:Hippomedonte.& Parthenopæo profectus eſt. Capaneuſq; niſi ab Ioue uinci: Capaneus unus fuit ex ſeptem ducibus: qui Thebas obſederunt: qui cum deorum contemptor eſſet: ſcaliſq; Thebas oppugnare primus omnium cœpiſſet:tanta mole lapidum a Thebanis obrutus eſt:ut ſcribit Vegetius:ut fulminibus a Ioue fingatur extinctus. Fientq; pares in uulnere fratres.Eteocles & Polinices Oedipi filii:ppter quos bellum illud Thebanum fuerat ſuſceptum: mutuis uulneribus conciderunt. Subducta tellure: ſubtracta terra:nam hiatu terræ abſorptus eſt Amphiaraus. Vltus erit:ulciſcetur: nam Amphiaraus ſe ab uxore proditum cognoſcens Alcmæoni filio:mandauit:ut poſt obitum ſuum Eripylen perimeret:q quidem cum executus eſſet: facti conſcientia in inſaniam conuerſus eſt. Natus:filius Amphiarai Alcmæon qui patrem ulciſcendo pius:occidendo uero matrem impius fuiſſe iudicatur. Exul mentis:demens atq; furioſus. Domuſq;:Nam domo fugiens in Acarnaniam peruenit:ut paricidium expiaret. Donec eum coniunx: Callirhoe Acheloi filia. Fatale auꝝ:monile pernicioſum:quod qui habebat iſortuniis uexabatur:id autem Alcmæon ablatũ matri iã Alpheſibœæ tradiderat. Phegeius enſis:Phegei filioꝝ:a qbus alcmæon fuit interemptus. Hauſerit:apuerit:uulnerauerit. Tum demũ:tandem poſt interfectum maritũ. Acheloia ſupplex. Callirhoe acheloi filia almæonis uxor.

Vltoris.Almæonis:qui patrem fuerat ultus. Dona priuignæ nuruſq;. Hebes quæ & priuigna & nurus Ioui erat. Nam Iunonis filia fuit ſine patre:& Herculis Iouis filii uxor. Præcipiet:non capiet. Impubibus annis: puerilibus. Hæc ubi faticano: Byblidos in fontem ſui nominis metamorphoſin deſcripturus poeta: nonnulla præmittit:quibus eam commodius cum ſuperiore connectat. Faticano:fata canenti. Eadem dona:ut iuuenes fierent. Pallãtias:aurora pallãtis gigantis filia. Sui cõiugis.Tithoni q ſenio tandẽ in cicadã fuit cõuerſus.

Victa uiri precibus:quæ cum iurare pararet:
Bona tributuram poſt hunc ſe talia nulli:
Nõ eſt paſſa Themis.nã iam diſcordia Thebæ
Bella mouẽt dixit:Capaneuſq; niſi ab Ioue uici
Haud poterit:fientq; pares in uulnera fratres:
Subductaq; ſuos manes tellure uidebit.
Diuus adhuc uates: ultuſq; parente parentem
Natus erit facto pius & ſceleratus eodem:
Attonituſq; malis exul mentiſq; domuſq;
Vultibus Eumenidũ matriſq; agitabit umbris:
Donec eum coniunx fatale popoſcerit aurum
Cognatũq; latus Phegeius hauſerit enſis.
Tũ demũ magno petet hoc Acheloia ſupplex
Ab Ioue Callirhoe:natis infantibus annos
Addat: ne ue necem ſinat eſſe ultoris inultam.
Iupiter his motus priuignæ dona nuruſq;
Præcipiet:facietq; uiros impubibus annis.
Hæc ubi faticano uenturi præſcia dixit
Ore Thæmis: uano ſuperi ſermone fremebant.
Et cur non aliis eadem dare dona liceret:
Murmur erat.quærit ueteres Pallãtias annos
Coniugis eſſe ſui.quæritur caneſcere mitem

Callirhoes pueri in iuuenes

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Iaſona flaua Ceres:ſic quidem fere hactenus corrupte lectum eſt:quod per q̄ mirãdum eſt:cum Iaſona & quadriſyllabũ ſit:& primam corripiat ſyllabã:quod ſane haud impiti qdã aiaduertẽtes Aeſonia putarũt eſſe legẽdũ: quo qdem modo nulla uis rõni carminis affert̃:ſed cũ nemo priſcoꝵ ſcribat Aeſonem a Cerere fuiſſe amatum: cenſuerim Iaſiona q accuſatiuus in qnq; ſyllabas excurrit: ita eẽ legendũ:ut illud epitheton flaua penitus eradatur. Huic aũt lectiõi uetuſtiſſima ſolũ exẽplaria:ſed hiſtoriæ quoq; aſtipulantur. Tradũt.n.Iaſiũ:q & Iaſion dicit̃: Iouis ex electra filiũ adeo a Cerere fuiſſe amatũ:ut in eius gratiam ad nuptias Hermiones ipſius Iaſii ſororis maximam frumenti ac panis copiã attulerit: ac ex eo Plutum pepererit:q cultũ uitæ inſtituere:pecũiaſq; coaceruare:ac in uſus cuſtodire oĩum primus docuit:cũ antea parua congregãdæ ſeruandæq; pecuniæ fuiſſet cura. Hæc in.vi.bibliotheces libro: ne qs me finxiſſe putet:a Dio. ſcribunt̃. Poſcit Ericthonio. Erichtonius:ut diximus:ex Vulcani ſemine in terrã a Pallade ipm ſpnente pedibus deiecto natus ẽ. Et Anchiſæ ãnos. Anchiſen a Venere amatũ Aeneam que ex ea ſuſceptũ carmine. Virg. notius eſt q̄ ut hoc loco ſit exponẽdũ. Cui ſtudeat:faueat. Quo ruitis:quod ſine ulla rõne affectatis:oĩa aũt fatis gubernari Iupiter concludit. Vos ẽt:ordo eſt:fata regunt ẽt uos:& me quoq;:ut hoc aĩo meliore feratis. Nec noſtrũ curuarẽt Aecon:hoc eſt:in curuũ ſenectute redderent. Tres autem filios ſuos iuſtitia inſignes Aecon. Rhadamãthũ & Minoẽ:diis cõmemorat Iupiter:q oẽs iam cõſenuerãt:neq; p fata iuueneſcere poterãt. Nec ſuſtinet ulla q̄ri:nec ullus audet cõqueri. Terruerat magnas gẽtes. Nã Minois imperium late petebat.

Miletus Mileti conditor

Tũc erat ĩualidus:cũ ea Iupiter dixit. Dionidẽq; iuuẽtæ robore miletũ. Miletus ſolis fuit filius: ac Paſiphaes Minois uxoris frater:q cũ Minoe iã ſenio confectum regno priuare pareret a Ioue deterritus in Aſiam ſpõte aufugit:ubi & urbẽ cõdidit:quã de nomine ſuo Miletũ appellauit: & Cyanen nympham Meandri fluuii filiam compreſſit:ex qua Caunũ & Byblida liberos ſuſcepit ſed Byblis cũ adoleuiſſet:ita fratris amore ardere cœpit:ut epiſtola quoq; eum in amplexus ſuos pellicere auſa ſit. Cæterum Caunus nefandã ſororis libidinem deteſtatus ex patria aufugit. Byblis uero cũ inſecuta:cum iam & Cariam: & Lyciam:& Lelegas peragraſſet:labore ac lachrymis confecta:nympharum miſeratione:in fontẽ ſui noĩs fuit cõmutata. Deionidẽ:Deionei filium:ut uulgus putabat:Nã Apollinis fuiſſe filiũ poeta teſtatur. Arcere patriis penatibus.ex Creta ac imperio ſuo expellere. Aegeas.metiris aquas. Aegeũ mare trãſis. In Aſide terra:in Aſia terra.patroynmicum enim propoſitiuo poſitum eſt. Mœnia conſtituis. Oui.quidem ſenſit Miletum:urbẽ a Mileto ſolis filio & cõditam & appellatã. Strabo aũt ex Ephori ſnĩa:ſcribit duas eẽ mileto:ueterẽ:& nouam ac ueterẽ:qdẽ a Cretenſibus Sarpedone duce ædificatã:Miletumq; cognominatam:a Mileto:quæ eſt Creta: cum prius Leleges cum locum tenerent:nouã uero poſtea a Neleo conditam fuiſſe:iuxta mare quattuorq; eam portus habere. Filia Mæandri: Mæander flu.eſt phrygiæ adeo flexuoſus:ut in ſeipſum redire uideatur.

Iaſiona Ceres:repetitum Mulciber æuum
Poſcit erichthonio: uenerem quoq; cura futuri
Tangit:& Anchiſæ renouare paciſcitur annos
Cui ſtudeat deus omnis habet:creſcitq; fauore
Turbida ſeditio:donec ſua Iupiter ora
Soluit:& o noſtri ſi qua eſt reuerentia dixit.
Quo ruitis? tantũ ne aliquis ſibi poſſe uidet̃.
Fata quoq; ut ſuperet? fatis Iolaus in annos
Quos egit:rediit:fatis iuueneſcere debent
Callithoe geniti:non ambitione nec armis.
Vos etiam:quoq; hoc animo meliore feratis.
Me quoq; fata regunt: quæ ſi mutare ualerem
Nec noſtrum ſeri curuarent Aeacon anni.
Perpetuũq; æui florem Rhadamãthus aberret
Cum Minoe meo:qui propter amara ſenectæ
Põdera deſpicit̃:nec quo prius ordine regnat.
Dicta Iouis mouere deos:nec ſuſtinet ullus.
Cũ uideat feſſos Rhadamãthõ:& Aeaconãniſ
Et Minoa quæri:qui dum fuit integer æui
Terruerat magnas ipſo quoq; nomine gẽtes.
Tunc erat inualidus:Deionidẽq; iuuentæ
Robore Miletum Phœboq; parente ſuperbũ
Pertimuit:credenſq; ſuis inſurgere regnis.
Haud tñ eſt patriis arcere penatibus auſus.
Sponte fugis Milete tua:celeriq; carina
Aegeas metiris aquas:& in Aſide terra
Mœnia conſtituis poſitoris habentia nomen.
Hic tibi:dum ſequitur patriæ curuamina ripæ
Filia Meandri totiens redeuntis eodem
Cognita Cyanee præſtãti corpore nympha
Byblida cum Cauno prolem eſt enixa gemellã
Byblis in exẽplo eſt:ut ament conceſſa puellæ
Byblis Apollinei correpta cupidine fratris.
Non ſoror ut fratrem:nec qua debebat amauit

Byblis in fon

Cognita Cyanee:duæ nymphæ hoc nomine a poetis donantur:altera Sicula Proſerpinæ ſocia: Altera Meandri filia. Eſt enixa: peperit. Byblida cum cauno. Byblis etiam Byble a quibuſdam uocatur. Vnde Byblus Phœniciæ urbs omnium antiquiſſima que a Saturno ædificata perhibetur. Apollinei fratris:formoſi atq; Apollini ſimilis:ſiue ab Apolline originem ducentis. Nec qua debebat: quatenus.



Illa quidem primo nullos intelligit ignes.
Nec peccare putat:ꝙ ſæpius oſcula iungat.
Quod ſua fraterno circũdet brachia collo.
Mendaciq; diu pietatis fallitur umbra.
Paulatim declinat amor.uiſuraq; fratrem
Culta uenit:nimiumq; cupit formoſa uideri.
Et ſi qua eſt illic formoſior:inuidet illi.
Sed nõdum manifeſta ſibi eſt:nullũq; ſub illo
Igne facit uotum.uerũtamen æſtuat intus.
Iã dominũ appellat:iam nomina ſanguis odit.
Byblida iam mauult:q̄ ſe uocet ille ſororem.
Spes tamen obſcœnas animo demittere non ẽ
Auſa ſuo uigilans.placida reſoluta quiete
Sæpe uidet qđ amat:uiſa ẽ quoq; iũgere fratri
Corpus.& erubuit:q̄uis ſopita iacebat.
Somnus abit.ſilet illa diu:repetitq; quietis
Ipſa ſuæ ſpeciem:dubiaq; ita mente profatur.
Me miſeram.tacitæ qd uult ſibi noctis imago?
Quã nolim rara ſit.cur hæc ego ſomnia uidi?
Ille quidem eſt oculis q̄uis formoſus iniquis.
Et placet.& poſſim.ſi non ſit frater.amare.
Et me dignus erat.uerum nocet eſſe ſororem
Dũmodo tale nihil uigilans cõmittere temptẽ.
Sæpe licet ſimili redeat ſub imagine ſomnus.
Teſtis abeſt ſõno:nec abeſt imitata uoluptas.
Proh Vẽus & tenera uolucer cũ matre cupido
Gaudia quanta tuli? q̄ me manifeſta libido
Contigit? ut iacui totis reſoluta medullis?
Vt meminiſſe iuuat? q̄uis breuis illa uoluptas
Noxq; fuit præceps.& cœptis inuida noſtris.
O ego ſi liceat mutato nomine iungi.
Quã bene Caune tuo poterã nurus eẽ parẽti?
Quã bñ Caune meo poteras gener eẽ parẽti?
Omnia dii facerẽt.eſſent cõmunia nobis
Præter auos.tu me uellem generoſior eſſes.
Neſcio quam facies igitur pulcherrime matrẽ?
Hei mihi.q̄ male ſum.quos tu ſortita parẽtes.
Nil niſi frater eris.qđ obeſt.id habebimuſ unũ.
Quid mihi ſignificant ergo mea uiſa? qđ autẽ
Sõnia põdus habẽt? an habẽt & ſõnia põdus?
Dii melius.dii nempe ſuas habuere ſorores.
Sic ſaturnus opim iunctã ſibi ſanguine duxit.
Oceanus Tethyn.Iunonem rector olympi.

Mendaci umbra:fallaci ſpecie. Paulatim declinat amor:inclinat in nefandam libidinem.

Sed nondum eſt manifeſta ſibi. Nondum inquit ſe amore captam eſſe intelligit. Iam dominum appellat:ut enim amicæ uocãtur dominæ: ſic amatores domini appellantur. Iam nomina ſanguinis odit. fratrem & ſororem. Demittere: immittere:concipere. Spes obſcœnas: coeundi cum fratre. Placida reſoluta quiete: dormiens. Placida enim quies ſomnus eſt. Viſa eſt quoq; iungere fratri corpus. hoc eſt.byblis dormiens ſibi eſt uiſa coire cum fratre:id quod amãtibus fere uſu uenire ſolet. Silet illa diu. ſtupebat enim noua illa uoluptate quã ſenſerat. Repetit:i mẽtem reuocat. Speciem ſuæ quietis: imaginẽ ſui ſomni. Me miſeram: eleganter uirginis amore captæ cogitationes:uarioſq; affectus effingit poeta. Tacitæ noctis:in qua omnia tacent animalia. Quãuis iniquis:quantum uis inimicis:magna eſt autem pulchritudo:quæ ab inimicis quoq; approbetur. Imitata:ſimulata:imaginata.

Proh uenus: hac exclamatione byblis ſe maximam in illo in ſomnio ſenſiſſe uoluptatem aperte oſtendit. Tenera.delicata. Vt:q̄. Præceps: breuis ac uelociter fugiens. Mutato nomine: ſororis ſubaudiatur. Hei mihi:cruciatur.Byblis quod Caunus ſibi tantum frater non etiam maritus ſit futurus. Mea uiſa:mea inſomnia. Dii melius. habent faciuntq; q̄ homines:qui ſorores proprias uxores ducũt. Sic ſaturnus opim.opis filia fuit cæli:quæ Saturno fratri nupta multos filios procreauit. Iunctam ſibi ſanguine:conſanguineam & ſororem. Oceanus Tethyn:Tethys cæli & Veſtæ filia Oceano fratri nupſit:eiq; maximam nympharum multitudinem peperit.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sunt ſuperis ſua iura.alia inquit iura dii alia homines habent. Ad cæleſtia.ad cæleſtium exemplum. Ritus humanos.hominum mores.
Diuerſaq; fœdera.ad exemplum diuerſorum fœderum & legum.alia nāq; ſunt fœdera hominum alia deorum. Vetitus ardor. prohibitus ac neſandus amor. Arbitrium.uoluntatem ꝑſentiam. At non Aeolide.Macareus Aeoli filius cum Canae ſorore concubuit: ex eaq; filium ſuſcepit:qui cū a nutrice domo efferetur ſeipſum uagitu prodidit.Quare indignatus Aeolus gladium filiæ miſit quo pro meritis uteretur:Macareus uero aufugit.Ad eleuandū autem ſcelus Byblis plurali numero utitur:cum Macareus ſolus ex Aeolidis cum ſorore coiuerit. Vnde ſed hos noui.anaſtrophe eſt.ſed enim coniunctio primū in oratione locum optinet.ſeipſam autem repræhendit Byblis:ꝙ neſandi amoris exempla ſibi uenerint in mentem. Obſcœnæ flammæ. turpes amores. Qua fas eſt.quatenus licet atq; honeſtum eſt. Indulgere.obſequi. Ergo ego.affectum oſtendit hoc loco ergo. Non reiectura. nō repulſura.diſtrahitur autem byblis in uarias cogitationes:hinc ab amore:illic a pudore. Coget amor potero.ſic coniunctio ſubaudienda eſt
Si coget amor.Sic Iuuenalis.Græculus eſuriēs in cælū ſi iuſſeris ibit. Viderit. Caunus uiderit quid ſit acturus:cæterum nos ei noſtros amores aperiamus. Hei mihi quo labor.ſic & amore & pudore uexatur Byblis:ut quid agat eligere neſciat. Ignem.ardorem:furorem. Meditata ex cogitata. Dextra tenet ferrū.ſtilū ferreum: quo in tabulis ēt amnum ſcribitur.geſtum autē ſcribentis in tabellis exprimit. Vacuam cæram in qua nihil erat ſcriptū. Et dubitat.puellæ amore exæſtuantis exprimit leuitatem atq; infirmitatem. Sumptas.tabellas. Placuit delere ſororem.nam ſoror nomen eſt ſanguinis eo ꝙ fratrē ſuæ turpitudinis ſe admonere putauit. Incidere.inſcribere. Correptis.celeriter raptis. Quā niſi tu dederis.in hac ſcribenda epiſtola ita perſonam puellæ fratrem & amantis & uerentis ſuſcipit poeta:ut optime ſeruet decorum. Eſt autem adeo facilis:ut & a uirgīe ſcripta eſſe:& nulla expoſitione indigere uideatur. Amans.puella amore capta. Et ſiquid cupiam quæris.uellē inquit poſſe petere ſine nomine meo id qđ opto: ſi forte queris qđ cupiam. Votoꝶ.cupiditatis.
Læſi pectoris.animi amore capti. Et color pallidus. Et uultus.mæſtus. Sororia.ſorori conueniētia.hoc enī ſororiū ſignificat.nec unq̄ ſubſtātiuū inuenit̃ ſororius ꝓ ſororis marito:ut uulgus imperitorum putat. Ipſa tamen q̄uis ſe inuitam quidem:& coactam amori ſuccubuiſſe ait.

Sororius

Sunt ſuperis ſua iura:quid ad cæleſtia ritus
Exigere humanos diuerſaq; fœdere tempto?
Aut noſtro uetitus de corde fugabitur ardor:
Aut hoc ſi nequeo:peream præcor ipſa: toroq;
Mortua componar:poſitæq; det oſcula frater.
Et tamen arbitrium quærit res iſta duorum.
Finge placere mihi:ſcelus eſſe uidebitur illi.
At non Aolide thalamos timuere ſororum.
Vnde ſed hos noui? cur hæc exempla paraui?
Quo feror? obſcœnæ ꝓcul hic diſcedite flāmę
Nec niſi quā fas eſt germanæ frater ametur.
Si tamen ipſe mei captus prior eſſet amore.
Forſitan illius poſſem indulgere furori.
Ergo ego quæ fueram non reiectura petentem
Ipſe petam? poteris ne loqui? poteris ne fateri?
Coget amor:potero:uel ſi pudor ora tenebit:
Littera celatos arcana fatebitur ignes.
Hoc placet:hæc dubiam uicit ſentētia mentē.
In latus erigitur:cubitoq; innixa ſiniſtro
Viderit:inſanos inquit fateamur amores.
Hei mihi quo labor? quē mēs mea ɔcipit ignē
Et meditata manu componit uerba trementi.
Dextra tenet ferrum:uacuā tenet altera cæram
Incipit:& dubitat:ſcribit:dānatq; tabellas.
Et notat:& delet:mutat:culpatq;: probatq;:
Inq; uicem ſumptas ponit:poſitaſq; reſumit.
Quid uelit ignorat:quicquid factura uidetur:
Diſplicet:in uultu eſt audacia mixta pudori.
Scripta ſoror fuerat:uiſum eſt delere ſororem:
Verbaq; correptis incidere talia cæris.
Quā niſi tu dederis non eſt habitura ſalutem.
Hāc tibi mittit amās:pudet ha pudet edere nō(en
Et ſi quid cupiā:quæris:ſine nomīe uellē
Poſſet agi mea cauſa meo:nec cognita Byblis
Ante forem:q̄ ſpes uotorum certa fuiſſet.
Eſſē quidem læſi poterat tibi pectoris index:
Et color:& macies:& uultus: & humida ſepæ
Lumina:nec cauſa ſuſpiria mota patenti.
Et crebri amplexus:& quæ ſi forte notaſti:
Oſcula ſentiri non eſſe ſororia poſſent.
Ipſe tū:quis animi graue uulnus habebam:
Quāuis intus erat furor igneus:omnia feci
(Sunt mihi dii teſtes)ut tandem ſanior eſſem.



Pugnauiq; diu uiolenta cupidinis arma
Effugere infœlix:& plus q̄ ferre puellam
Poſſe putes:ego dura tuli.ſuperata fateri
Cogor:opemq; tuam timidis expoſcere uotis.
Tu ſeruare potes.tu perdere ſolus amantem.
Elige utrum facias. nō hoc inimica precatur.
Sed quæ cum tibi ſit iunctiſſima:iunctior eſſe
Expetit:& uinclo tecum propiore ligari.
Iura ſenes norint:& quid liceatq;: nefaſq;:
Faſq; ſit inquirāt:legumq; examina ſeruent.
Cōueniens Venus eſt annis temeraria noſtris.
Quid liceat neſcimus adhuc:& cuncta licere
Credimus:& ſequimur magnoꝶ exēpla deoꝶ.
Nec nos aut durus pater:aut reuerentia fame:
Aut timor ipediet:tantū abſit cauſa timēdi.
Dulcia fraterno ſub nomine furta tegemus.
Eſt mihi libertas tecum ſecreta loquendi.
Et damus amplexus: & iungimus oſcula corā.
Quantū ē quod deſit? miſerere fatētis amorē:
Et non faſſuræ:niſi cogeret ultimus ardor.
Ne ue merere meo ſubſcribi cauſa ſepulchro.
Talia nequicq̄ perarantem plena reliquit
Cæra manū:ſūmoq; ī margine uerſus adhæſit.
Protinus impreſſa ſignat ſua crimina gēma:
Quā tīxit lachrymis.liguæ defecerat humor:
Deq; ſuis unum famulis pudibunda uocauit:
Et paulum blandita.fer has fidiſſime noſtro
Dixit:& adiecit longo poſt tempore:fratri.
Cum daret:elapſæ manibus cecidere tabellæ.
Omine turbata eſt.miſit tamen.apta miniſter
Tempora nactus adit:traditq; latentia uerba.
Attonitus ſubita iuuenis Mæandrius ira:
Proiicit acceptas lecta ſibi parte tabellas.
Vixq; manus retinēs trepidātis ab ore miniſtri
Dum licet:o uetite ſcelerate libidinis auctor
Effuge ait:qui ſi noſtrū tua fata pudorem
Mō traherēt tecū:pœnas mihi morte dediſſes.
Ille fugit pauidus:dominæq; ferocia Cauni
Dicta refert.palles audita bybli repulſa.
Et pauet obſeſſum glaciali frigore corpus.
Mens tamen ut rediit:pariter rediere furores.
Linguaq; uix tales icto dedit aere uoces.
Et merito. quid enim temeraria uulneris huius

Pugnaui effugere:ut effugerem in ſoluta dicimus oratione. Violenta arma.uim afferentia: cum quadam excuſatione autem uiolenta dicūtur: quibus uiri quoq; ac dii ipſi: nedum puella ſuccumberet. Dura:patiens dolorum. Timidis uotis:hypallage eſt:ego nāq; timida intelligitur. Vinclo propiore:nodo arctiore:ſtrictiore.
Iura ſenes norint:ab ætate ſuadet fratri Byblis ut nihil de legibus curet. Legū examina:æqualitatem legum ac ſeueritatem.. Venus temeraria:inconſiderata. Nec nos aut durus pater: a cōmoditate argumentatur Byblis. Aut reuerēta famæ: periphraſis eſt pudoris. Dulcia furta: ſuauia ſtupra:iocūdos coitus. Secreta: ſecreto: nomen pro aduerbio eſt poſitum. Coram:palā in omnium conſpectu: aut coram patre. coram enim ad certos:palā ad omnes refertur. Quantum eſt quod deſit? ac ſi diceret: parum admodū deeſt ad explendum amorem noſtrum. Nam ex quinq; lineis amoris:uiſu:alloquio:tactu:oſculo: concubitu:ſolus coitus reſtabat. Cauſa: mortis ſubintelligatur. Perarantem: perſcribentem.
Nequicq̄: fruſtra: nihil enim profuerunt ꝑces illæ:quin potius obfuerunt. In ſummo margine: in ultima marginis partæ. Adhæſit: affixus fuit & ſcriptus. Signat. ſigillat. Omine:augurio. Iuuenis Mæandrius. Caunus meādri nepos. Ab ore.:a facie. Trepidantis: timentis.
Dum licet:dum potes. Tua fata: tua cædes.
Noſtrum pudorem:hoc eſt: ſi tua cædes nobis dedecori non eſſet. Palles audita bybli repulſa: apoſtrophe ē poetæ ad Byblida. Glaciali frigore:timore. Quod.n.ſeqtur pro eo quod præcedit frequenter per metonymiam ponitur & contra.
Icto aere:percuſſo. Nam ex percuſſione aeris uox fieri cenſetur. Et merito: ſpernor ſubaudiendum: ſignificat autem Byblida diu attonitam fratris repulſa tacuiſſe:ac tandem in quærelas pœnitentiæ plenas erupiſſe.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Indiciū feci.Indicaui. Vulneris huius. amoris:qui corda hominum uulneribus conficere uidetur. Properatis tabellis.feſtinanter ſcriptis ac miſſis. Ambiguis dictis.Dubiis uerbis:quæ in diuerſas trahi ſñias poſſint. Ne nō ſequeretur ut ſequeretur:ex duabus enim negationibus cōſtituitur affirmatio. Parte aliqua ueli.Metaphora a nauigātibus ſumpta:qui anteq̄ pandant uela ſolent notare:quales uenti ſint flaturi. Qualis foret aura.qualis foret Cauni uoluntas. Toto mari.pro toto legēdum eſſe tuto facile ex ſenſu ipſo apparet:quanuis fere in exemplaribus toto corrupte legatur. Non exploratis uentis.nō intellecta Cauni uolūtate .Eſt enim metaphora a nauigantibus ſumpra. In ſcopulos .In maximas anxietates. Nec habent . neſcit enim uox emiſſa reuerti:ut inquit Horatius. Cera.Tabella cerata. Nonne uel illa dies.Se arguit Byblis quod caſu tabellæ admonita in alium diem nō diſtulerit litteras Cauno mittendas. Et tamen ipſa loqui.hic quoq; colligit Byblis ſe temere ad Caunum fratrem litteras dediſſe . ſatiuſq; fuiſſe ſi ipſa coram ſuos amores confeſſa fuiſſet. Cepere:continere potuerunt. Affuſeq; . pro fuſa. proiecta ad pedes Cauni : id quod fit cum aliquid ardui uolumus impetrare. Sit eſſe poſſit. Non adiit.apte.decenter opportune . Nec legit:elegit. Credo.ut puto.Animūq; uacantem Aliis curis uacuū.Si facta mihi reuocare liceret . hoc ē.ſi poſſē efficere:ut facta eſſent ifecta. Cœpta expugnare.Incœpta perficere.Quippe nec ille poteſt . multis rationibus colligit Byblis melius eſſe ut incœpto perſiſtat q̄ ab eo deſiſtat :

Relinquam.deponam. Leuiter.leui amore impulſa . Qui plurimus maximus : grauiſſimus. Hoc deo.Cupidine. Deniq; iā nequeo Omnino inquit iam nefanda commiſi:neq; innocens poſſum exiſtimari. Temerata Violata.

Indicium feci? quid? quæ celanda fuerunt.
Tam cito cōmiſi properatis uerbera tabellis?
Ante erat ambiguis animi ſententia dictis
Prætēptanda mihi: ne nō ſequerētur euntem:
Parte aliqua ueli qualis foret aura notare
Debueram: tutoq; mari decurrere: quæ nunc
Non exploratis impleui lintea uentis.
Nunc feror in ſcopulos igitur: ſubmerſaq; toto
Obruor oceano: nec habēt mea uela recurſus.
Q uid? q; & ominibus certis ꝓhibebar amori
Indulgere meo tunc cum mihi ferre iubenti
Excidit: & fecit ſpes noſtras cera caducas?
Nonne uel illa dies fuerat uel tota uoluptas?
Sed potius mutanda dies? deus ipſe monebat.
Signaq; certa dabat: ſi non male ſana fuiſſem.
Et tamen ipſa loqui: nec me cōmittere ceræ
Debueram preſenſq; meos aperire furores.
V idiſſet lachrymas: uultus uidiſſet amantis:
Plura loqui poteram: q̄ quæ cepere tabellæ.
Inuito potui circundare brachia collo.
Et ſi reiicerer: potui moritura uideri:
Amplectiq; pedes: affuſaq; poſcere uitam.
Omnia feciſſem: quorum ſi ſingula duram
Flectere non poterāt: potuiſſent omnia mentē.
Forſitan & miſſi ſit quædam culpa miniſtri.
Non adiit apte: nec legit idonea credo
Tēpora: nec petiit horāq; animumq; uacātem.
Hæc nocuere mihi: neq; enim de tigride natus
Nec rigidos ſilices ſolidumue in pectore ferrū
Aut adamanta gerit: nec lac bibit ille leænæ.
Vincetur: repetendus erit: nec tædia cœpti
Vlla mei: capiam: dum ſpiritus iſte manebit.
Nam primum: ſi facta mihi reuocare liceret.
Non cœpiſſe fuit: cœpta expugnare ſecūdū ē.
Q uippe nec ille pōt: ut iā mea uota relinquā.
Non tamen auſorum: ſemp memor eē meorū.
Et quia deſierim: leuiter uoluiſſe uidebor.
Aut etiam temptaſſe illum inſidiiſq; periſſe.
Vel certe non hoc: qui plurimus urget & urit
Pectora noſtra deo: ſed uicta libidine credar.
Deniq; iam nequeo nil cōmiſiſſe nefandum.
Et ſcripſi: & petii: temeraria eſt noſtra uolūtas.



Vt nihil adiiciam: non poſſum innoxia dici.
Q uod ſupeſt: multū ē in uota: in crimia puū.
Dixit: & incertæ tanta eſt diſcordia mentis:
Cum pigeat tēptaſſe: libet temptare: modumq;
Exit: & infœlix cōmittit ſæpe repelli.
Mox ubi finis abeſt: patriā fugit ille nefaſq;:
Inq; peregrina ponit noua mœnia terra.
Tum uero mœſtam tota Miletida mente
Defeciſſe ferunt. tum uero a pectore ueſtem
Diripuit: planxitq; ſuos furibunda lacertos.
Iamq; palam eſt demens: incōceſſamq; fatetur
Spē ueneris: ſine qua patriā: inuiſoſq; penates
Deſerit: & profugi ſequitur ueſtigia fratris.
Vtq; tuo motæ proles Semeleia Thyrſo
Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchæ:
Byblida nō aliter latos ululaſſe per agros
Bubaſides uidere nurus: quibus illa relictis
Caras & armiferos Lelegas Lyciamq; pererrat.
Iā Cragon & Lymiren: xāthiq; reliqrat undas:
Q uodq; chimæra iugū mediis i partibus ignē
Pectus & ora leæ. caudam ſerpentis habebat.
Deficiunt ſyluæ: cum tu laſſata ſequendo
Concidis. & dura poſitis tellure capillis
Bybli iaces: frōdeſq; tuo præmis ore caducas.
Sæpe illam nymphæ teneris Lelegeides ulnis
Tollere conātur. ſæpe ut medeatur amori
Præcipiunt: ſurdæq; adhibent ſolatia menti.
Muta iacet: uirideſq; ſuis tenet ūguibꝰ herbas
Byblis. & humectat lachrymaꝝ gramina riuo.
Naiades his uenam quæ nunq̄ areſcere poſſet
Suppoſuiſſe ferūt: qd eni dare maius habebāt?
Protinus ut ſecto piceæ de cortice guttæ.
Vt ue tenax grauida manat tellure bitumen.
Vtq; ſub aduentum ſpirantis lene fauonii
Sole remolleſcit: quæ frigore conſtitit unda.
Sic lachrymis conſumpta ſuis phœbeia Biblis
Vertitur in fontē: qui nunc quoq; uallibus illis
Nomē habet dominæ. nigraq; ſub ilice manat
Fama noui centum Cretæas forſitan urbes
Impleſſet monſtri. ſi non miracula nuper
Iphide mutato Crete propiora tuliſſet.

Vt nihil adiiciam:q̄uis nihil iis quæ iā cōmiſi adiungā. In uota.ad uota explēda. Incertæ mētis:iſtabilis animi. Cōmittit ſæpe repelli:cōmittit ut ſæpe repellatur. Mox ubi finis abeſt:deide inqt cū nullus finiſ imponitur Byblidos flagitio: Caunus patriā reliqt. Inq; pegrina:nā in Caria urbē:ædificauit: q̄ de noīe ſuo caunū appellauit & æſtate & autūno peſtiferā. Diſcedit aūt ab hyſtoria poeta:quo magis uériſimilē fabulā reddat nā cauni cōditores a Strabōe ex creta ueniſſe ſcribūtur. Miletida.Byblida Mileti filiā. Plāxit.percuſſit. Sine q̄:qua erepta. Profugi:porro fugati. Vtq; tuo motæ. Eo furore Byblida agitatam fuiſſe ait poeta.quo bacchæ dū tertio quoq; āno orgia celebrant. Proles ſemeleia:apoſtrophe ad Bacchū. Motæ.cōcitatæ. Tuo Thyrſo:tuis ſacris p ſinecdochē: eſt nāq; thyrſus. haſta pāpinis tecta:q̄ in ſacris bacchi iactabatur. Iſmariæ:thraciæ. Triēnia:trieterica græce dicūtur:eo q̄d tertio quoq; anno celebrarētur. Bubaſides nurus: Cariæ:nā bubaſus uñ Bubaſides declinantur:cariæ regio ē. Caras:cariæ populos. Et armi.le. Leleges populi ſunt Cariæ bellicoſiſſimi. Iā cragon:Cragus mons ē Lyciæ: q ꝓmōtoria octo habere ſcribitur ac eiuſdē noīs urbē. Et lymiren:limire oppidū ē lyciæ iuxta cragō. Xanthiq;:xanthus & fluui lyciæ & urbis maxiæ nomē ē. Quoq; chi.iu.chimæra mons ē lyciæ: q ut ætna in ſicilia fumū ac flamaꝝ globos emittit : id q̄d poetis cām p̄buit:ut fingerēt chimærā eſſe mōſtrū ptem anteriorē leonis hñs flāmas euomentē:mediū ac uentrē capræ: poſteriorē draconis: uñ & Home. inqt. πρόσ θελοων οπιθε δρακων. μεσσω δεχίμαιρα. Sane chimæra capra interp̄tatur.

Quid.n.dare maius habebāt.i. poterāt:ac ſi diceret nihil. Protinus ut ſecto: quo mō in fontē fuerit reſoluta Byblis triplici ſimilitudine poeta exponit. Piceæ de cortice:picea arbor ē ex cuius trūco ſi incidatur:reſina fluit. Vt ue tenax bi.bitumen genus eſt picis ex terra naſcēs. Spirantis lene:leniter nomē pro aduerbio. Remolleſcit: iteꝝ mollis ac liqda fit:liq̄ſcit. Cōſtitit: congelata fuit. Phœbeia Byblis. Phœbi neptis. Fama noui centū:lyctus qdā de plebe Thelethuſam duxit uxorē: cui grauidæ mandauit: ut ſi marē qdē pareret educaret:ſin fœminā exponeret: ſollicitæ igitur ac mœſtæ ꝑpter uiri mandata Telethuſæ: Iſis dea ī ſōnis app̄uit: eāq; hortata eſt:ut qcquid pareret:educare nihil dubitaret. ſe enī auxilio cū opus eēt futuram:quare Telethuſa cū puellā pepeퟁriſſet:marem eſſe mentita eſt marito:qui ei nomē aui īpoſuit:Iphimq; appellauit:atq; ut maſculū educauit:ſed cū ad tertiū & decimū ætatis annū pueniſſet : ei pater Ianthē Teleſtæ cuiuſdam uicini filiam deſpōſauit:cū uero dies nuptiarum adeſſet? Telethuſa una cū Iphide tēplū Iſidiſ adiit: illiuſq; implorato quod pollicita erat auxilio Iphis in marem conuerſus Ianthe q̄ fruſtra ab ſe amari crediderat : potitus eſt. Cretæas urbes: Cretenſes:Vnde Miletus byblidos pater coloniā deduxerat in Aſiam. eſt aūt Creta inſula centum urbium fama nobilis:a Creta nympha Heſperidis filia cognominata:ut Doſiades ſcripſit: ut Anaximander a rege Curetum. Hæc aeria primum:deinde Curetis tum Macaros a temperie cæli fuit appellata: hæc Plinius.

Iphis ī marē

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Phæſtia tellus.Phæſtus urbs fuit Cretæ a Minoe ædificata:& Gortyniis deleta. Cnoſſiaco regno. Cnoſos una fuit ex ꝓſtantibus Cretæ urbibus. Quæ uoueam:optem:cupiam. Vt releuere:ut parias. Oneroſior altera ſors eſt. Fœmina.nõ ſolum enim educare:ſed etiam dotem parare oportet. Quod abominor.quod omne dii auertant. Vſq;:ſemper:continue. In arcto:in auguſto:ut bene ſperet:deos non eſſe defuturos. Inachis:io inachi filia.quæ in uaccam conuerſa cum priſtinæ figure foret reſtituta ab ægyptiis pro dea fuit culta Iſiſq; appellata:huius autem ornatum & comites deſcribit:poeta. Lunaria cornua:cum cornibus nãq; pingebatur Iſis:ut q̃ eadem cum luna eſſe dicatur:nã primi hoĩes Aegypto geniti hunc mũdi ornatũ admiranteſq; uniuerſoꝝ naturam duos eẽ deos & qdem æternos:ſunt arbitrati:ſolẽ & lunam: & illum qdem Oſiridem:hanc uero Iſidem appellarunt.ut Diod.ſcribit. Luna aũt primis diebus cum creſcit cornua habere uidetur.Bos quoq; ei ab Aegyptiis ſacrificatur. Et regale decus.diadema. Cum qua latrator Anubis. Mercurius ab Aegyptiis colitur ſub canis figura:ſignificantibus eum fuiſſe cuſtodem Oſiridis & Iſidis: Anubiſq; appellatur. Sanctaq; Bubaſtis comes Iſidis uidetur fuiſſe bubaſtis:eadẽ cum Diana eẽ ab Herodoto ꝓhibetur.Sed pro quoq; Iſide accipi ſolet a Bubaſto urbe cognominata: hoc uero ex iis q̃ in colũna eius ſacris litteris ſcripta fuiſſe tradũtur percipi poteſt.Ego Iſis ſum Aegypti regina:a Mercurio erudita:quæ ego legibus ſtatui nullus ſoluet.ego ſum Oſiridis: ego ſum prima frugum inuentrix:ego ſum Ori regis mater:ego ſum in aſtro Canis refulgens:mihi Bubaſta urbs condita eſt:gaude:gaude Aegypte.me nutriſti. Hæc Diod. Variiſq; coloribus api:apis bos uarias habens maculas in Aegypto colebatur in ꝑpetuam memoriam Oſiridis frugum frumẽtiq; repertoris:q̃q̃ boues ruffi imolari permitterent: quod color Typhoni:qui Oſiridem necauit: ſimiles uiderentur. Quiq; premit uocem:harpocratem ſignificat:qui cum digito ad os appoſito pingebatur. Siſtraq; erant.tympana. Nunq̃q; ſatis quæſitus Oſiridis.Deus eſt Aegyptiorum Iſidis maritus:quẽ ſingulis quibuſq; annis Aegyptii:& amiſſum maximo cum mœrore querunt: & inuentum maxima cum lætitia proſequũtur: ut Diodo.aliiq; auctores ſcribunt. Plenaq; ſõniferis:in pompa ſacrorum Iſidis geſtabatur etiã ſerpens:quæ dormire uidebatur. Excuſſam:excitatam. Dea ſum auxiliaris ad id alludit: qđ: ut ſcribit Diodo.Aegyptii aſſerunt Iſidem pluriũ inuentricem fuiſſe ad morbos medicamentorũ: & medicinæ arti admodum contuliſſe:quã immortalitate quoq; potitam gaudere hominũ cultu:inq; eorum ualitudine ꝓcipue uerſari:quin ẽt in ſomnis palam eis opitulari:quos cenſuerit dignos:ſigna autem horum eſſe nõ Græcas fabellas ſed opera certa:totum enim ferme orbẽ hanc deam colere propter manifeſtas morborum curationes:ſiquidem in ſomnis illam non recte ualentibus auxilia præbere:& qui eius monitis obtemperent:præter opinionem curari etiam quorum medici ſalutem deſperarint. Creſſa.Cretenſis Telethuſa. Seq; ipſum põdus in auras expulit:hoc eſt:poſtq̃ peperit:ponduſq; uteri in lucem extulit. Fideq; res habuit:res credita fuit.

Iſidis comites

Proxima Cnoſſiaco:nã quondã Phæſtia regno
Progenuit tellus ignotum nomine Lyctum
Ingenua de plebe uirum:nec cenſus in illo
Nobilitate ſua maior:ſed uita fideſq;
Inculpata fuit:grauidæ qui coniugis aures
Vocibus his monuit:cũ iã ꝓpe partus adeſſet
Q uæ uoueã duo ſũt:nimio ut releuere dolore
Vtq; marem parias:oneroſior altera ſors eſt:
Et uires fortuna negat:quod abominor:ergo
Edita forte tuo fuerit ſi fœmina partu:
Inuitus mando(pietas ignoſce)necetur.
Dixerat:& lachrymis uultum lauere profuſis
Tam qui mandabat:q̃ cui mandata dabantur.
Sed tamen uſq; ſuum uanis Telethuſa maritũ
Sollicitat precibus:ne ſpem ſibi ponat in arcto
Certa ſua eſt Lycto ſententia:iamq; ferendo
Vexerat illa grauem maturo pondere uentrẽ:
Cum medio noctis ſpacio ſub imagine ſomni
Inachis ante torum pompa comitata ſacrorum
Aut ſtetit:aut uiſa eſt:inerant lunaria fronti
Cornua cum ſpicis nitido flauentibus auro:
Et regale decus:cum qua latrator Anubis:
Sanctaq; Bubaſtis:uariiſq; coloribus apis.
Q uiq; premit uocem:digitoq; ſilentia ſuadet
Siſtraq; erant:nunq̃q; ſatis quæſitus Oſiris.
Plenaq; ſomniferis ſerpens peregrina uenenis.
Tũ uelut excuſſam ſono & manifeſta uidẽtẽ
Sic affata dea eſt:pars o Telethuſa mearum
Pone graues curas:mandataq; falle mariti.
Nec dubita:cum te partu Lucina leuarit:
Tollere q̃cquid erit:dea ſum auxiliaris:opẽq;
Exorata fero:nec te coluiſſe quereris
Ingratum numen:monuit: thalamoq; receſſit.
Læta toro ſurgit:duraſq; ad ſidera ſupplex
Creſſa manus tollens:rata ſint ſua uiſa precatꝰ.
Vt dolor increuit:ſeque ipſum põdus in auras
Expulit:& nata eſt ignoto fœmina patri.
Iuſſit ali mater puerum mentita:fidemq;



Res habuit:neq; erat facti niſi conſcia nutrix.
Vota pater ſoluit:nomenq; imponit auitum.
Iphis auus fuerat:gauiſa eſt nomine mater.
Q uod cõmune foret:nec quẽq; falleret illo.
Impercepta pia mendacia fraude latebant.
Cultus erat pueri.facies quam ſiue puellæ
Siue dares puero:fieret formoſus uterq;.
Tertius interea decimo ſucceſſerat annus:
Cum pater Iphi tibi flauam deſpõdet Ianthem
Inter Phæſtiadas quæ laudatiſſima formæ
Dote fuit uirgo Dictæo nata Teleſte.
Par ætas:par forma fuit:primaſq; magiſtris
Accepere artes.elemẽta ætatis ab iiſdem.
Hic amor amboꝝ tetigit rude pectus:& æquũ
Vulnus utriq; dedit:ſed erat fiducia diſpar.
Coniugium pactæq; expectãt tempora tædæ.
Q uẽq; uirũ putat eſſe ſuum:fore credit Iãthe
Iphis amat:quo poſſe frui deſperat: & auget
Hoc ipſum flammas:ardetq; in uirgine uirgo.
Vixq; tenet lachrymas:qs me mãet exitus iqtꝰ
Cognita quã nulli:quã prodigioſa:nouæq;
Cura tenet Veneris:ſi dii mihi parcere uellẽt:
Perdere debuerant:ſi non & perdere uellent:
Naturale malum ſaltem & de more dediſſent.
Nec uaccã uaccæ:nec equas amor urit equarũ
Vrit oues aries:ſequitur ſua fœmina ceruum.
Sic & aues coeunt:interq; animalia cuncta
Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla eſt.
Vellem nulla forem:ne non tamẽ omnia Crete
Monſtra ferat:taurum dilexit filia ſolis.
Fœmina nempe marẽ:meus eſt furioſior illo:
Si uerum profitemur:amor:tamẽ illa ſecuta eſt
Spem ueneris:tamẽ illa dolis & imagine uacce
Paſſa bouem eſt:& erat qui deciperetur adulter.
Huc licet ex toto ſollertia confluat orbe:
Ipſe licet reuolet ceratis Dedalus alis.
Q uid faciet:num me puerũ de uirgine doctis
Artibus efficiet:num te mutabit Ianthe:
Q uin animũ firmas:teq; ipſa recolligis Iphi:
Conſiliiq; inopes & ſtultos excutis ignes:
Q uid ſis nata uides:niſi te quoq; decipis ipſã.
Et pete quod fas eſt:& ama qđ fœmina debes.
Spes eſt quæ capiat.ſpes ẽ quæ paſcat amorẽ.

Quod cõmune foret. Puero & puellæ. nam Iphis tam fœmĩa q̃ mas appellari poteſt. Inde cepta mendacia.non percepta:non cognita:non intellecta.Intercepta autem ĩdeprehẽſaue rectius forſitan legeretur.hoc eſt.non deprehenſa non animaduerſa. Dictæo Teleſte.cretenſi.a dicte nanq; monte Cretæ dictæus declinatur. Tetigit.Commouit. Rude pectus. Rudem animũ & amandi imperitum. Sed erat fiducia diſpar. Nam iphis diffidebat ſe uiri officio fungi poſſe Ianthe uero pulchre fidebat ſe munera mulieris optime obituram. Pactæ tedæ.pactarũ nuptiarum. Quemq; uirum eſſe.Ianthe inquit eum putat eſſe uirum & marem quẽ credit ſuum maritum eſſe futurum. Et auget hoc ipſum flammas.Quod uirgine amata ſe frui poſſe deſperabat. Ardetq; in uirgine Virgo.Virgo ĩquit uirginis amore inflammatur.Hinc uero apte colligitur hoc nomen uirgo apud priſcos fœminini duntaxat generis fuiſſe. Quis me manet exitus Quem inquit exitum meus amor ſortietur:cum Ianthe amata frui non poſſim. Naturale malum.Naturalem amorem:ut nõ uirginis ſed uiri amore caperer. Vellem nulla forem.hoc ẽ.uellem non eſſe. Ne nõ ferat.Vt ferat. Crete uero cum ſit caſus nominandi citra diphthõgum ſcribatur. Taurum dilexit filia ſolis.Paſiphae: cuius fabula ſæpius iam mihi eſt enarrata. Sollertia.Ingenii perſpicacitas & acumen. Cõfluat. Conueniat. Quin animũ firmas.cur nõ ſcipſã autem alloquitur Iphis. Excutis.Abiicis:repellis. Niſi te quoq; decipis ipſam.Non ſolũ alios: q ipſam maſculũ eſſe credebant. Et pete quod fas eſt.Et appete inquit quod aſſequi poſſis.

Crete

n

Hanc tibi res adimit:non te cuſtodia caro
Arcet ab amplexu:nec cauti cura mariti.
Non patris aſperitas:nec ſe negat ipſa roganti.
Nec tamen eſt potiẽda tibi:nec ut omnia fiant.
Eſſe potes fœlix:ut diiq; homineſq; laborent.
Nunc quoq; uotorũ pars nulla eſt una meorũ
Diiq; mihi faciles quicquid ualuere dederunt.
Q đq; ego:uult gẽitor:ſocer & uľt ipſe futurus
An non uult natura potentior omnibus iſtis.
Q uæ mihi ſola nocet : uenit ecce optabile tp̃s
Luxq; iugalis adeſt:& iam mea fiet Ianthe.
Nec mihi continget:mediis ſitiemus in undis.
Pronuba qd Iuno:qd ad hæc hymenæe uẽitis
Sacra:qbus q ducat abeſt:ubi nubimuſ ambæ
Preſſit ab his uocem:nec lenius altera uirgo
Aeſtuat:utq; celer uenias Hymenæe precatur.
Q đ petit hæc:telethuſa times:mõ tp̃a differt :
Nunc ficto languore morã trahit : omina ſæpe
Viſaq; cauſatur:ſed iam conſumpſerat omnẽ
Materiam ficti:dilataq; tempora tædæ
Inſtiterant:unuſq; dies reſtabat.at illa
Crinalem capiti uittam nataeque ſibique
Detrahit:& paſſis aram complexa capillis:
Iſi parætonium mareoticaq; arua pharonq;
Q uæ colis:& ſeptem digeſtũ in cornua nilũ :
Fer precor iquit opem:noſtroq; medere timori.
Te dea.te quondam:tuaq; hæc inſignia uidi:
Cunctaq; cognoui:ſonitum comiteſq;:faceſq;
Siſtrorum:memoriq; animo tuo iuſſa notaui.
Q uod uidet hæc lucem.q; nõ ego pũior ipſa .
Conſiliũ monitumq; tuum ẽ:miſerere duarum
Auxilioq; iuua:lachrymæ ſunt uerba ſecutæ
Viſa dea eſt mouiſſe ſuas:& mouerat aras.
Et templi tremuere fores:imitataq; lunam
Cornua fulſerunt:crepuitq; ſonabile ſiſtrum.
Non ſecura quidem:fauſto tamen omine læta
Mater abit tẽplo:ſequit' comes iphis euntẽ.
Q uã ſolita eſt maiore gradu:nec cãdor in ore
Permanet:& uires augentur:& acrior ipſe eſt
Vultus:& incomptis breuior mẽſura capillis.
Pluſq; uigoris abeſt habuit q̃ fœmina(nãq;
Fœmina nup eras)puer es :date munera tẽplis
Nec timida gaudete fide:dant munera templis

Hanc tibi res adimit.Neceſſitas & ſexus qualitas tibi hanc eripit:quam uxorem ducere cupis. Nec tamen eſt potienda tibi. nec tamẽ illa potes potiri. Nulla eſt.nõ eſt. Luxq; iugalis adeſt.Nuptiarum dies. Vbi nubimus ambæ Nubere fœminarum eſt proprium. Nec mihi cõtinget.quia illa potiri non potero. Ad hæc ſacra nuptiarum.nam in nuptiis & Iuno pronuba & Hymenæus inuocabantur. Preſſit ab his uocem.Poſt hæc inquit ſiluit. Nec lenius.nec minus. Aeſtuat.Amore ardet. Altera uirgo Ianthe:quæ Iphin cũi fuerat deſponſata marem eſſe credebat. Vtq; celer uenias Apoſtrophe ad Hymenæum nuptiarum deum . Omina uiſaq; . auguria & ſomnia. Cauſatur. Excuſat ac cauſam eſſe ait. Ficti.fingendi. Iſi parætonium

Paretonium

oppida Aegypti ubi potiſſimum colitur Iſis: cõmemorat Telethuſa.nam Paretonium Aegypti oppidum eſt & portus ingens quadraginta fere ſtadiorum:ut Strabo ſcribit. Mareoticaq; arua

Marcotis
Pharos

Mareotis lacus eſt Aegypti iuxta alexandriam q antea arapotes nominabat̃. Pharonq;.Pharos inſula eſt alexandriæ adiacenſ:in qua eſt turris altitudine inſignis quam eodem nomine:quo inſula:multis tabulatis excelſam & albo lapide mirifice ſtructam Soſtratus Gnidius Aegypti regũ amicus ob nauigãtium ſalutem exædificauit:ut hoc epigramma in ea ſcriptum declarat . Soſtratus Gnidius Dexiphanis filius d is ſeruatoribus p nauigãtibus.nam cum ora importuoſa & humilis eẽt:& cautes & breuia mare haberet .ſignũ aliquod neceſſariũ fuit altum & clarum:quo nauigantes ad portus ingreſſum dirigerẽtur . Inde factum eſt ut huiuſmodi ſigna ad portus collo-

Phari

cata phari dicantur.In ſeptem cornua.hoſtia.nã Nilus ſeptem hoſtiis egreditur in mare. Tuaq; hæc iſignia uidi.In ara nanq; Iſidis ea omnia ſimulacra erãt quæ p ſomnũ uiderat Telethuſa.

Siſtrum

Sonitũ comiteſq; faceſq;.ordo ẽ.Sonitũ Siſtrorum: Siſtrum nãq; inſtrumẽtum.eſt quod cõcuſſum ſonitum emittit. Vnde & nomen απο Τȣ σιειν hoc eſt a concutiendo accepit. Quod uidet hæc lucem . quod hæc iuuit . Digito autem puellam oſtendit . Non ſecura . non ſine cura & ſollicitudine. Fauſto omine. felici augurio .



Ad ignes:ad ſacrificicia que in nuptiis Iunoni Hymenæoq; ac Veneri celebrabantur.

Raphaelis Regii in decimum metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

i Nde per imenſum: Totũ hunc librum undecimiq; partẽ Orphei geſtis carminibuſq; ita dicauit poeta:ut ab inſtituto nõ diſcedat:uariaſq; tranſfiguratiões exponit :nam Orpheus Apollinis : uel ut alii ſcribunt:Oeagri fluuii & Calliopes muſæ filius:ſcientia ac cantus ſuauitate mortales omnes dicitur ſuperaſſe:citharamq; ad ſimilitudinem teſtudinis a Mercurio confectam:donecq; Apollini datam a patre accepiſſe:cuius modulatione nõ homines ſolum:ſed feras ſiluaſq; ac ſaxa mota fuiſſe.Is enĩ ut ſcribit Diodorus:doctrinæ deditus:cum theologiæ operam impendiſſet:in ægyptum tranſiit: plurimarumq; ibi rerum percepta ſcientia: Græcorum doctiſſimus:tum in deorum cerimoniis: tum in theologia tum in poematis cantuq; eſt habitus:nauigauit iſuper cum argonautis ob q; uxoris amorem ad inferos cum deſcendiſſet : a Proſerpina ſuauitate cantus allecta impetrauit : ut defunctam uxorem ab inferis excitaret . Nam

Orphei nuptiæ

Eurydice quam in fauſto omine ſibi copularat : dum per prata ſimul cum aliis nymphis uagaretur:a ſerpente percuſſa interiit : tantoq; dolore moriens affecit maritum:ut non ſatis eſſe duxerit lugere ſed ad inferos quoq; ad eam repetendam deſcendere nihil dubitarit.eo igitur cum p ueniſſet:tãtum carminis ſuauitate affecit:ut uxorem a Plutone ea acciperet conditione:ne illam prius : q̃ ad ſuperos reuerſus eſſet reſpiceret : ſed Orpheus ueritus ne uxor ſequeretur cum iam fere ad ſuperos perueniſſet:eam reſpexit:quæ illicõ

Orpheus ad inferos

ad inferos retracta Orpheum in maximis cruciatibus reliquit:qui cum deſperaret ſe iterũ ea potiri poſſe:omnes aſpernatus mulieres dicitur: primuſq; apud Thraces puerorum amoribus indulſiſſe.Id uero ægreferentes thraciæ mulieres ſacra Bacchi celebrantes illum cithara canentem feraſq; mulcentem diſcerpſerunt:cuius caput una cũ cithara in Hebrum proiectum:cum Leſbum uſq; perueniſſet:idq; ſerpens laniare uellet:in ſaxũ

Serpens in ſaxum
Cicones

ab Apolline dicitur fuiſſe tranſformatus. Ad oras Ciconum.Cicones populi ſũt Thraciæ iuxta Hebrum fluuium habitantes. Et orphea uoce.adiectiuum eſt orphea . Vnde etiam penultimam producit quæ a græcis per.ει.ſcribitur .

Ne quicq̃ fruſtra:neq; enim felices illæ nuptiæ fuerunt. Sed nec ſolennia uerba : qualia hæc eſſent:fauſtæ feliceſq; hæ ſint nuptiæ. Vſq;:ſemper. Rhodopeius uates Orpheus poeta Thracius cuius hymni in pleroſq; deorum etiamnũ extant.Rhodope autem mons eſt Thraciæ altiſ-

Tænarus

ſimus. Tænaria porta.Tænarus Laconiæ promontorium eſt:in quo ſpecus eſſe dicitur: p quẽ ad inferos deſcenditur. Perq; leues populos : corporibus carentes. Perſephonem : Proſerpinam. Vmbrarum dominum.Plutonẽ. O poſiti.Hac oratione Orpheus perſuadere conatur Plutoni atq; Proſerpinæ:ut ſibi Eurydicem uxorem reſtituant:ac per aliquot adhuc annos uiuere apud ſuperos permittant. Mundi poſiti ſub terra.Periphraſis eſt inferorum . Opaca tartara:obſcura:tenebroſa Eſt enim tartarus inferorꝫ locus pfũdiſſimus. Meduſæi mõſtri. Cerberi canis iferorꝫ tricipitis : q ut Medea p capillis:ita p pilis colubros ac ſerpentes hẽt.Merito aũt ſe excuſat Orpheus : ne ut Hercules credat̃ ad extra-

Addũt & titulũ:titulus breue carmẽ habebat.
Vota puer ſoluit:quæ fœmina uouerat iphis.
Poſtera lux radiis totum patefecerat orbem.
Cũ uenus & iuno ſociuſq; hymenæuſ ad igneſ
Conueniunt:potiturq; ſua puer iphis Ianthe.

## P.Ouidii naſonis metamorphoſeos. Liber.X.

i Nde per immenſum croceo uelatus amictu
Aethera digreditur:ciconumq; hymenæus ad horas
Tendit:& orpheia nequicq; uoce uocatur.
Affuit ille quidem:ſed nec ſolennia uerba.
Nec lætos uultus:nec fœlix attulit omen.
Fax quoq; quã tẽuit lachrymoſo ſtridula fũo
Vſq; fuit:nulloſq; inuenit motibus ignes.
Exitus auſpicio grauior:nam nupta p herbas
Dum noua naiadum turba comitata uagatur
Occidit in talum ſerpentis dente recepto.
Q uã ſatis ad ſuperas poſtq̃ rhodopeius auras
Defleuit uates: ne non temptaret & umbras.
Ad ſtyga tenaria eſt auſus deſcendere porta .
Perq; leues pp̃los:ſimulacraq; fũcta ſepulchro
Perſephonen adiit:inamœnaq; regna tenentẽ
Vmbrarũ dominũ:pulſiſq; ad carmina neruis .
Sic ait:o poſiti ſub terra numina mundi.
In quẽ decidimus quicquid mortale creamur.
Si licet:& falſi poſitis ambagibus oris.
Vera loqui ſinitis : non huc ut opaca uiderem
Tartara deſcendi:nec uti uilloſa colubris
Terna meduſæi uincirem guttura monſtri.
Cauſa uiæ eſt coniunx in quã calcata uenenũ
Vipera diffudit:creſcenteſq; abſtulit annos.
Poſſe pati uolui:nec me temptaſſe negabo.
Vicit amor:ſupera deus hic bñ notus in ora ẽ



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Auguror
Auguro

hendum Cerberum illuc deſcendiſſe. Auguror.coniecto & ſignis colligo:auguror autem & auguro in eadē ſignificatione dicimus. Veteris rapinæ.nā Pluto Proſerpinæ amore captus eā rapuit. Per chaos hoc ingens. Per has immenſas tenebras. Retexite:reſoluite:ut ad uitā poſſit redire. Omnia debentur uobis:oīa inqt ad uos uenire neceſſe eſt. Longiſſima regna.utpote q̄ nunq̄ ſint finem habitura. Peregerit: compleuerit. Iuris ueſtri.poteſtatis & ditionis ueſtræ. Pro munere poſcimus uſum:ut Euridice uti fruiq; poſſim. Quod ſi fata negant ueniam:ſed ſi inquit fata mihi hoc beneficium pro uxore petitū negauerint:decreui nolle ad ſuperos redire. Veniam:beneficium.Interdū uenia pro pace ponitur.Virg.cuncti nam lecti nauibus ibant orantes ueniam. Cæterum qui peccarunt ueniam petere proprie dicuntur: cum ut ſibi parcatur orant.Aut certe mortem loco uxoris ſubibo:ut uerbum ſit ueniam non appellatio

Talia dicentem:quanta fuerit uis Orphei orationis facile hinc colligitur:quod inferos omnes lachrymas emittere coegit. Neruoſq;: citharæ cordas pulſantem. Nec Tantalus undam captauit refugam.Tantalus Paphlagoniæ rex fuit regionis fertilitate ditiſſimus:que mēſa deorum dignatus Iouis arcana prodidit mortalibuſ.Quare ad inferos detruſus:& inter aquas ori allabentes ſitit:nec pendentibus pomis famem expellere poteſt:cum enim ea captare uult a uento:ut ſcribit Home.diſſipantur. Captauit:capere curauit. Stupuitq; Ixionis orbis:Ixiō phlegiæ:uel ut quidā ſcribunt:Antionis & Melanthus filius cū Iunonem de ſtupro interpellaſſet.Siue ut Homerus ait:Latonam:ad inferos damnatus rota aſſidue circūagitur. Stupuit:imobilis permanſit:ut Orphei carmina audiret. Orbis:rota. Ne carpſere iecur uolucres.Titii ſubaudiatur:nam Titius Iouis filius & Helaræ:qui terræ alūnus dicit̄: qm̄ a matre ſub ſpecu metu Iunonis fuit educatus:cum Latonam uiolare tēptaſſet: in nouē iugera diſtentus iecore ſuo uultures aſſidue paſcere narratur. Vrniſq; uacaruntBelides:Beli neptes:hæ uero Danai filiæ fuere quinquaginta: q̄ totidem patrueles eoſdēq; maritos Aegypti filioſ iuſſu Danai patris:ſuum quæq; præter unā Hipmeſtram:quæ linceo pepercit:prima nocte interemerunt:unde ad inferoſ detruſæ cribris aquam haurire fingūtur:hac aūt fabula Lucretius amore captos ſignificari putat: q in re leuiſſima diu laborent. Vacarunt:ceſſerunt:ab urnis geſtidis

Tantalus

Ixionis damnatio

Belides

Inq; tuo ſediſti:Siſyphe ſaxo.Siſyphus Aeoli filius cum Iſthmum infeſtaret:ad inferos truſus ſaxum in montis cacumen ſubuoluere cogitur qđ ſemp in uallem deuoluitur:quo ambitioſi ſignificantur:qui q̄uis ferant repulſam: ab ambiēdis tamen magiſtratibus non deſiſtunt. Eumenidum:furiarum. Nec regia coniunx.Proſerpina Nec q regit ima:periphraſis eſt Plutonis: Vmbras inter:anaſtrophe eſt. Carpitur accliuis:per tramitem arduum Orpheus ab inferis ad ſuperos aſcendit. Nec procul:ne longe. Margine: extremitate. Summæ telluris:ſupernæ terræ.

Iſthmos ad inferos

Hic ne deficeret metuens:tunc inquit timens Orpheus ne Euridice ſe deſereret: ad eā oculos

An ſit & hic dubito:ſed & hic tam̄ auguror eē
Famaq; ſi ueteris non eſt mentita rapinæ.
Vox quoq; iūxit amor:p ego hæc loca plēa tio
Per chaos hoc igēs uaſtiq; ſilētia regni: (ris
Eurydices oro properata retexite fata.
Omnia debentur uobis:paulumq; morati
Serius aut citius ſedem properamus ad unam
Tēdimus huc oēs:hæc ē domus ultima: uoſq;
Humani generis longiſſima regna tenetis.
Hæc quoq; cū iuſtos matura peregerit annos
Iuris erit ueſtri:pro munere poſcimus uſum.
Quod ſi fata negant ueniam p cōiuge: certū
Nolle redire mihi:lēto gaudete duorum.
Talia dicentem:neruoſq; ad uerba mouentem
Exangues flebant animæ:nec tantalus undam
Captauit refugam:ſtupuitq; Ixionis orbis
Nec carpſere iecur uolucres:urniſq; uacarunt
Belides:inq; tuo ſediſti ſiſyphe ſaxo.
Tūc primū lachrymis uictaꝝ carmine fama ē
Eumenidū maduiſſe genas:nec regia coniunx
Suſtinet oranti:nec qui regit ima:negare.
Euridicēq; uocant:umbras erat illa recentes
Inter:& inceſſit paſſu de uulnere tardo.
Hāc ſimꝉ & legē rhodopeius accipit Orpheus
Nec flectat retro ſua lumina:donec auernas
Exierit ualles:aut irrita dona futura.
Carpitur accliuis per muta ſilentia trames
Arduus:obſcurus:caligine denſus opaca.
Nec pcul abfuerant telluris margine ſummæ
Hic ne deficeret metuens auiduſq; uidendi
Flexit amans oculos:& ptinus illa relapſa eſt.
Brachiaq; intendens prēdiq; & prēdere captās
Nil niſi cedentes infœlix arripit auras.
Iamq; iterū moriēs nō eſt de cōiuge quicq̄
Queſta ſuo:qd enī niſi ſe quereret amatam?
Supremumq; uale: quod iam uix auribus ille
Acciperet dixit:reuolutaq; rurſus eodem eſt.
Nō aliter ſtupuit gemia nece cōiugis orpheus



conuertit. Quā tria qui timidus.quis nam hic fuerit:nuſq̄ me legiſſe memini.Quiſquis aūt fuit:cum Cerberꝫ ab hercule ad ſuperos attractum uidiſſet:tanto affectus eſt tremore:ut in ſaxum fuerit cōuerſus. Medio.collo ſubaudiatur.Nam e tribus Cerberi ceruicibus media catenis fuerat ligata. Quiq; in ſe traxit crimen. Olenus quidam Letheam duxit uxorem eximia pulchritudine adeo ſuperbam:ut ſe deabus preferret.Cæterum deæ iratæ cum de lethea ſupplicium ſumere uellēt: Olenus in ſe culpam uxoris tranſfere auſus:una cum illa in lapidē fuit conuerſus. Humida ide.fontibus abundans:Nam ida phrygia multis fontibus irrigatur. In ripa.ſtygis paludis. Cereris ſi.mu.ſine ullo cibo. Pulſumq; aquilonibus Hæmum.Mons eſt Thraciæ Hæmus Boreæ obnoxius. Annum pi.equo.in hoc eſt piſcibus terminatum.nam piſces zodiaci ultimum optinent locum annumq; terminant. Significat igitur tres annos tranſiuiſſe poſt Eurydices quibus Orpheus nullam tetigerat mulierē

Olenus & lethea in lapides

Auctor ttanſferre.Conſtructio eſt græca.Trāſferrēdi.enim latine diceret. Collis erat. locum deſcribit ubi canēs Orpheus a Bacchis fuit diſcerptus. Diis genitus uates. Orpheus Apollinis & Calliopes muſæ filius. Loco.i locū.Virg. It clamor cælo. Chaonis arbor.quercum dicit. Nam quercus arbor eſt glandifera que in chaonia Eripi regione a Chaone dicta copioſe prouenit.unde in.i.georgicon Virg.Si ueſtro munere tellus Chaoniā pingui glandem mutauit ariſta. Chaon autem frater fuiſſe helēi ſcribitur:quē cū helēus ipſe p īprudētiā occidiſſet:regionē cui īperabat Chaoniam ab illius noīe uocauit:cum antea Moloſſia appellaret. Vnde Virg.Morte Neoptolemi regnoꝝ reddita ceſſit:Pars Heleno qui Chaonios cognomine campos:Cheoniāq; oēm Troiano a Chaone dixit.Plinius autem Chaoniam a Chaonibus populis denoīatam eē ſcribit. Nō nemus Heliadū:populi in quas ſororeſ Phaethontis conuerſas fuiſſe in ſecundo uolumine poeta narrauit. Heliadū ſolis filiarum. Helios enim ſol dicitur. Aeſculus arbor eſt glandifera Ioui dicata. Et innuba laurus.Virgo Daphne enī quā in laurum conuerſam legimus: nunquā nubere uoluit. Enodis abies:ſine nodis.Et platanus genialis:genio ac uoluptati dicata: foliis enim æſtate ſolem auertit:hyeme uero admittit: ut Plinius ſcribit. Acerq;:acer arbor eſt uariis diſtincta coloribus.Vnde acernæ menſe poſt citreas in precio apud priſcos fuiſſe ſcribuntur. Amnicolæ ſalices:iuxta fluuios naſcentes: Salix autē arbor eſt notior:q̄ ut hoc loco ſit deſcribenda. Et aquatica lotos: arbor eſt lotos locis humidis gaudens. Vnde & aquatica uocatur a poeta. Ea fert ſuauiſſimum fructum in Aphrica præſertim.Vnde Lotophagi populi fuerunt denominati.Eſt etiam lotos herba: quā inter primas deorū uoluptati naſci Homerus ait. Tenueſq; myricæ:humiles non multum creſcentes.Vnde & Virgi.in Bucolicis humiles myricas appellat. Et bicolor myrtus:arbor eſt myrtus Veneri dicata.

Chaon

Lotos

Baccis:immaturas ficos baccas uocat poeta.
Pampineæ uites: Pampinis & foliis oneratæ. Orniq; & piceæ.Arbores ſunt mōtanæ ornus: & picea.Sane hornus cum aſpiratione huius anni intelligitur. Arbutus:arboris eſt ſpecies arbutus haud ualde creſcens. Pomo rubenti:pomis rubicundis. Et lentæ palmæ.Flexibiles. Victoris præmia:iccirco palmæ uictoris præmia dicūtur: quod uictores palma coronantur: palmæ enim

Quam tria q timidus medio portante catenas
Colla canis uidit:quē non pauor ante reliquit.
Quam natura prior:ſaxo per corpus oborto.
Quiq; in ſe traxit crimen:uoluitq; uideri
Olenus eſſe nocens:tuq; o confiſa figura
Infœlix Lethæa tua:iunctiſſima quondam
Corpora:nūc lapides quos humida ſuſtiet īde
Orantem:fruſtraq; iterum tranſire uolentem
Portitor arguerat:ſeptem tamen ille diebus
Squalidus in ripa Cereris ſine munere ſedit.
Cura:dolorq; animi:lachrymæq;: alimēta fuere
Eſſe deos Herebi crudeles quæſtus in altam
Se recepit Rhodopē:pulſūq; aqlōibus hemū
Tertius æquoreis incluſum piſcibus annum
Finierat Titan:omnemq; refugerat Orpheus
Fœmineam uenerem:ſeu q, male ceſſerat illi.
Siue fidē dederat:multas tamē ardor habebat
Iungere ſe uati:multæ doluere repulſæ.
Ille etiam Thracū populis fuit auctor amorē
In teneros tranſferre mares:citraq; iuuentam
Aetatis breue uer & primos carpere flores.
Collis erat:collemq; ſuper planiſſima campi
Area:quam uiridem faciebāt graminis herbæ.
Vmbra loco deerat:qua poſtq̄ parte reſedit
Diis genitus uates:& fila ſonantia mouit.
Vmbra loco uenit:non Chaonis abfuit arbor.
Nō nemus Heliadū:nō frōdibus æſculus altiſ
Nec tiliæ molles:nec fagus:& innuba laurus.
Et coryli fragiles:& fraxinus utilis haſtis.
Enodiſq; abies:curuataq; glandibus ilex.
Et platanus genialis:acerq; coloribus impar.
Amnicolæq; ſimul ſalices:& aquatica lotos.
Perpetuoq; uirens buxus:tenueſq; miricæ
Et bicolor myrtus:& baccis cærula ficus.
Vos quoq; flexibiles hederæ ueniſtis:& una
Pampinæ uites:& amictæ uitibus ulmi.
Orniq; & piceæ.pomoq; onerata rubenti
Arbutus:& lentæ uictoris præmia palmæ.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nuuq̃ oneri cedunt:ut qui uincunt:hoſtibus cedere non uidentur. Et ſuccincta comas:ſuccinctas.& altas habent comas & frõdes:Nam pinus in uertice ſolum frondes emittit. Grata deũ matri Cybelæ.Si quidem Cybeleius Atys: Atim eximia pulchritudine puerum deoꝝ mater:ut in faſtis ſcribit poeta:ſibi caſto deuinxit amore:iuſſitq; ut caſtus uiueret:ſuaq; templa tueretur.At ille mandatorum immemor:cũ Sangarithide nympha coiuit:quare in furias actus ſe ipſe primum caſtrauit:deinde cum ſe interficere uellet:in pinum arborem fuit cõmutatus. Affuit huic turbæ.Cypariſſus puer fuit formoſiſſimus.Apollini gratus:qui cum ceruum quẽ in delitiis habebat imprudens occidiſſet:tanto eſt affectus dolore: ut cum mori omnino uellet:in arborem cupreſſum ab Apolline fuerit cõmutatus. Metas imitata.Metarum ſimilis:quæ ut cupreſſi: in acutũ tendunt. Ab illo deo:ab Apolline:nam Apollo cum cithara & arcu pingebatur. Carthæa arua:ſic quidem ſcribitur:ſed Carthæa cum tha ſpirato legendum uidetur.Nam Carthæa una ẽ ex ex quatuor urbibus Cææ inſulæ:in qua natus eſt Cypariſſus:Principale autem pro deriuatiuo poſitum eſt. Gemmata:monilia. Torques gemmis ornati.Baccæ:margaritæ:iuniões. Cææ gẽtis.Cæa inſula eſt Aegæi:Vnde Cæus deriuatur.

Atys in pinũ

Cypariſſus ĩ cupreſſum

Carthæa

Quãlibet ignotis:quantumlibet incognitis:

Soliſq; uapore:ſignificat ſolem in cancro fuiſſe:quo tempore maximi excitantur æſtus: Frigus ducebat. Trahebat: capiebat. Pro materiaq;:pro qualitate rei perditæ doleret. Egeſto ſanguine:exhauſto:emiſſo. Sumptoq; rigore. accepta duricie. Sidereum cælum.Sideribus ornatum. Lugebiſq; alios.Hoc ex romana conſuetudine dictum eſt:Nam:ut Seruius ſcribit: cupreſſi rami ante fores domus in qua eſſet cadauer:ponebantur:ne quis per imprudentiam igrediens pollueretur:unde illam inferis fuiſſe conſecratam dicunt:hoc ẽ:lachrymis & luctibus: uel quod cæſa nunq̃ reuireſcit. Dolentibus:morte propinquorum. Impulſas:percuſſas. Chordæ aũt quæ fides latinæ dñr:muſicoꝝ tñmodo ſunt

Et ſuccincta comas.hirſutaq; uertice pinus
Grata deum matri. ſiquidem Cibelius Atys
Exuit hac hominem:truncoq; induruit illo.
Affuit huic turbæ metas imitata cupreſſus.
Nunc arbor.puer ante deo dilectus ab illo.
Q ui citharam neruis.& nerui temperat arcũ.
Nãq; ſacer nymphis Carthæa tenẽtibus arua
Ingens ceruus erat.lateq; patentibus altas
Ipſe ſuo capiti præbebat cornibus umbras.
Cornua fulgebãt auro demiſſaq; in armos
Pendebant tereti gemmata monilia collo.
Bulla ſuper frontem paruis argentea loris
V incta mouebatur:parilíq; ætate nitebant
Auribus e geminis circũ caua tempora baccæ.
Iſq; metu uacuus:naturaliq; pauore
Depoſito celebrare domos:mulcendaq; colla
Q ualibet ignotis manibus ꝑbere ſolebat.
Sed tamen ante alios Cææ pulcherrima gentis
Gratus erat Cypariſſe tibi:tu pabula ceruum
Ad noua: tu liquidi ducebas fontis ad undas.
Tu modo texebas uarios per cornua flores:
Nũc eques in tergo reſidens huc lætus:& illuc
Mollia purpureis frenabas ora capiſtris.
Aeſtus erat:mediuſq; dies:ſoliſq; uapore
Concaua littorei feruebant brachia cancri.
Feſſus in herboſa poſuit ſua corpora terra
Ceruus:& arborea frigus ducebat ab umbra.
Hũc puer imprudẽs iaculo Cypariſſus acuto
Fixit:& ut ſæuo morientem uulnere uidit.
Velle mori ſtatuit:quæ non ſolatia Phœbus
Dixit:& ut leuiter pro materiaq; doleret
Admonuit:gemit ille tamẽ:munuſq; ſupremũ
Hoc petit a ſuperis:ut tempore lugeat omni.
Iamq; per immenſos egeſto ſanguine fletus.
In uiridem uerti cœperunt membra colorem.
Et modo qui niuea pendebant fronte capilli.
Horrida cæſaries fieri:ſumptoq; rigore
Sidereum gracili ſpectare cacumine cælum.
Ingemuit:triſtiſq; deus lugebere nobis.
Lugebiſq; alios:aderiſq; dolentibus inquit.
Tale nemus uates attraxerat:inq; ferarum
Concilio medius turba uolucrumq; ſedebat.
Vt ſatis impulſas temptauit pollice chordas.



inſtrumentorum. Diuerſa.diuerſe.Nomen enim pro aduerbio poſitum eſt. Varios modos:uarios ſonos:ex quibus conſtat harmonia. Ab Ioue muſa parens Calliopen muſam ſibi matrem inuocat Orpheus. Cedũt Iouis oĩa regno:Oĩa inquit Iouis potẽtiæ ſubiiciuntur.Eſt aũt parentheſis:cauſam continens:cur ab Ioue ſit inchoandũ. Plectro grauiore:ſtilo grauiore:quali bella deſcribi ſolẽt.Eſt aũt plectrum inſtrumentũ muſicũ q latine pecten appellatur:quo chordæ percutiũtur.απο του αλητειν.hoc eſt a:ꝑcutiendo declinatũ. Gigantes:gigãtomachian:hoc eſt gigantũ pugnã. Phlægæis campis:ubi fulminibus gigantes fuere cõfecti. Phlegæi uero cãpi & in Thracia & in cãpania & in Theſſalia fuiſſe ſcribuntur. Leuiore lyra: humiliori ſtilo amoribus cõueniẽti. Incõceſſis ignibus. Nefãdis amoribus.Eſt aũt Orpheus canit in mulieꝝ odium atq; contemptũ. Phrygii ganymedis. Troiani:Nam Ganymedes Trois Dardanorum regis fuit filius:qui admiranda pulchritudine Iouẽ ĩ ſui amorẽ pellexit:a quo ĩ aqlam mutato raptus:ac ſibi menſæ miniſter adhibitus perhibetur.Quod quidẽ iccirco fingitur:quod Iupiter aut per legionẽ Ganymedẽ rapuit:cuius inſigne erat Aquila:aut nauis in qua fuit impoſitus tutelam habuit in aqla figuratam:ut Lactantius exponit. Niſi quæ portat ſua fulmina terræ:periphraſis eſt aquilæ:quæ fulmina Ioui ſubminiſtrare dicitur.Hoc aũt iccirco fingitur: quod ſola ex auibus aquila fulmine non tangitur. Iliaden: Ili nepotem. Inuita Iunone:contra uoluntatẽ Iunonis quæ egre ferebat Ganymedẽ ꝓpter pulchritudinem tantopere ab Ioue amari. Te quoq; Amyclide.Hyacithus puer fuit formoſiſſimus ab Apolline amatus:a quo cum forte diſco in aerem iacto ſic percuſſus eſſet:ut uiuere nõ poſſet: in florem ſui nominis fuit conuerſus:in quem ẽt Aiax cõmutatus dicitur fuiſſe. Amyclide: pro Amyclææ.Patronymicum poſuit pro poſſeſſiuo. Nã Amyclae urbs eſt Laconiæ Hyacinthi patria pueri adeo formoſi: ut Apollo illius amore captus:e cælo deſcendere in terras ſuſtinuerit:quo diutius pulchritudine ipſius frui poſſet.Cum uero ludere diſco cum illo cœpiſſet Apollo:diſcuſq; in aerem iactus ĩ pueri caput recidiſſet: ipſmq; iterfeciſſet:in florem ſui nominis uolũtate Apollinis fuit commutatus. Meus genitor:Apollo. Nam Apollinis & calliopes muſæ filium ſe eſſe Orpheus ipſe teſtatur. In medio orbe. Delphi urbs eſt Phocidis Apollinis oraculo clariſſima:q̃ a geographis in medio terrarum orbe eſſe perhibetur. Eurotã:fluuius eſt Laconiæ Eurotas.

Immunitã Spartẽ:ſine muris:Virtute eñi non muris Lacedæmoni urbem ſuam tutabantur.

Immemor ipſe ſui:ſuæ diuinitatis. Aſſuetudine:conſuetudine. Iamq; fere medius titan:Meridiem fuiſſe ſignificat. Actæ:præteritæ noctis Vtrinq; & a præterita & a ueniente nocte. Lati diſci:nam diſcus & latus eſt & rotundus lapis: quem in aerem iacientes ſe exercebant. dit in ſolidam longo poſt tpe.Emphaſis eſt: qua intelligimus diſcũ longe in aerẽ fuiſſe iactũ.Cito nãq; in terrã cecidiſſet:niſi in altũ iactus fuiſſet.

Et exhibuit:oſtendit. Artẽ:nã ita emittebat: ut in gyrũ ſe uoluens caderet in terrã. Tænarides:Tænarius Hyacithus lacõ:a Tænaro Lacõiæ

Plectrum

Ganymedes

Ales Iouis aquila Ganimedis raptus

Hyacinthus in florem Delphi

Diſcus

Et ſenſit uarios:quãuis diuerſa ſonarent.
Concordare modos: hoc uocẽ carmine mouit.
Ab Ioue muſa parẽs (cedũt Iouis oĩa regno)
Carmina noſtra mouere:Iouis ẽ mihi ſepe ptãs
Dicta:prius cecini plectro grauiore gigantes.
Sparſaq; Phlægræis uictricia fulmina campis.
Nunc opus eſt leuiore lyra:pueroſq; canamus
Dilectos ſuperis:inconceſſiſq; puellas
Ignibus attonitas.meruiſſe libidine pœnam.
Rex ſuperꝝ Phrygii quodã Ganymedis amore
Arſit:& inuentum eſt aliquid quod Iupiter eẽ:
Q uã quod erat mallet:nulla tamen alite uerti
Dignatur:niſi quæ portat ſua fulmina terræ.
Nec mora:percuſſo mendacibus aere pennis
Arripit Iliadem:qui nunc quoq; pocula miſcet
Inuitaq; Ioui nectar Iunone miniſtrat:
Te quoq; amyclide poſuiſſet in æthere Phœbo
Triſtia ſi ſpatium ponendi fata dediſſent.
Q ua licet æternus tamen es:quotiẽſq; repellit
Ver hyemem:piſciq; aries ſuccedit aquoſo.
Tu totiens oreris:uiridiq; in ceſpite flores.
Te meus ante omnes genitor dilexit:& orbe
In medio poſiti caruerunt præſide Delphi.
Dum deus Eurotan:immutatamq; frequentat
Sparten:nec citharæ:nec ſũt in honore ſagittæ
Immemor ipſe ſui non retia ferre recuſat.
Non tenuiſſe canes:non ꝑ iuga montis iniqui
Ire comes:longaq; alit aſſuetudine flammas
Iamq; fere medius titan uenientis:& actæ
Noctis erat:ſpatioq; pari diſtabat utrinq;.
Corpora ueſte leuant:& ſucco pinguis oliuæ
Splendeſcunt:latiq; ineunt certamina diſci.
Q uẽ prius aerias libratum Phœbus in auras
Miſit:& oppoſitas diſiecit pondere nubes.
Recidit in ſolidam longo poſt tempore terram
Põdus:& exhibuit iunctam cum uiribus artẽ.
Protinus imprudens actuſq; cupidine luſus
Tollere:Tænarides orbem properabat:at illũ



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Dura repercuſſo ſubiecit in aere tellus
In uultus Iacinthe tuos expalluit æque
Q uã puer:ipſe dus collapſoſq; excipit artus.
Et modo te refouet:mõ triſtia uulnera ſiccat.
Nũc aiam admotis fugientẽ ſuſtinet herbis.
Nil proſunt artes:erat immedicabile uulnus.
V t ſi quis uiolas riguoq; papauera in horto.
Liliaq; infringat fuluis hærentia uirgis.
Marcida demittant ſubito caput illa grauatũ.
Nec ſe ſuſtineãt:ſpectentq; cacumine terram
Sic uultus moriens iacet:& defecta uigore
Ipſa ſibi eſt oneri ceruix:humeroq; recumbit.
Laberis Oebalide prima fraudate iuuenta
Phœbus ait:uideoq; tuũ mea crimina uulnus.
Tu dolor es facinuſq; meum:mea dextera leto
Inſcribẽda tuo eſt:ego ſum tibi funeris auctor.
Q uæ me culpa tamen:niſi ſi luſiſſe uocari
Culpa põt:niſi culpa poteſt & amaſſe uocari:
Atq; utinam pro te uitam tecumq; liceret
Reddere:quod quoniam fatali lege tenemur.
Semper eris mecum:memoriq; hærebis in ore.
Te lyra pulſa manu:te carmina noſtra ſonabũt
Floſq; nouus ſcripto gẽitus imitabere noſtros.
Tempus & illud erit:quo ſe fortiſſimus heros
Addat in hunc florem: folioq; legatur eodem.
Talia dum uero memorantur Apollinis ore.
Ecce cruor qui fuſus humi ſignauerat herbas.
Deſinit eſſe cruor:tyrioq; nitentior oſtro
Flos oritur: formamq; capit quã lilia:ſi non
Purpureus color his argenteus eſſet in illis.
Nõ ſatis hoc Phœbo ẽ(is.n.fuit auctor hono-
Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit.& αι αι ris)
Flos habet inſcriptũ:funeſtaq; littera ducta eſt.
Ne genuiſſe pudet:Spartẽ hyacinthõ honorq;
Durat in hoc æui:celebrandaq; more priorum
Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.
At ſi forte roges fœcundã amatũta metallis
An genuiſſe uelit propœtidas:annuat æque
Atq; illos:gemino quondam qbus aſpa cornu
Frons erat:unde ẽt nomen traxere ceraſtæ.
Ante fores horum ſtabat Iouis hoſpitis ara
Lugubris ſceleris:quã ſi quis ſanguine tinctã
Aduena uidiſſet:mactatos crederet illic

promõtcrio. Subiecit.Surſum iecit. Aeq; tã tum. Erat immedicabile Vulnus. Cauſa cur nil artes pdeſſent. Vt ſiquis uiolas. q̃ facile de fecerit hyacintus pulchris ſimilitudinibus poeta oſtendit. Defecta. derelicta. Oebalide. hic quoq; patronymicũ pro poſſeſſiuo poſitum eſt.
Oebalia — nam Oebalia urbs eſt laconiæ ab œbalo conditore appellata. Quod quoniã fatali lege tenemur:Niſi ſubaudiatur.efficere non poſſum:imp fectus erit hic ſenſus.Dii autem cum natura ſint immortales:nulla ratione uitam deponere poſſunt. Scripto.litteris:nam in hyacinto flore.ai. ſyllaba gemitum ſignificãs bis inſcripta uidetur: Tametſi quidam aliter ſentientes putanteſq; hya ſyllabas in hyacinto flore eſſe inſcriptas:manifeſte decipiantur. Fortiſſimus heros. Aiax Telamonius:ut in tertiodecimo poeta narrat:in hyacinthum fuit conuerſus. Folioq; legatur eodẽ nam in hyacinthi foliis:ut dixi:prima ſyllaba huius nominis.αιασ:inſcripta uidetur. Ethia.ſic quidem fere legitur. Sicq; legendum eſſe quidam percipiunt:ſed aperte falluntur:cum hia litteræ nullum gemitum præ ſe ferant αιαι:uero q̃ uox eſt aperte gemitus ſignificatiua legendum eſſe facile contenderim:q̃uis omnia quæ quidẽ mihi uidere contingit exemplaria refragentur.

Funeſtaq; littera.luctuoſæ litteræ quibus in funeribus utuntur. Ducta eſt.ſcripta eſt.Nam litteræ dum ſcribuntur:duci proprie dicũtur: Hinc autem aperte etiam colligitur.ai ai. legendum eſſe.Hæc enim eſt uox:qua etiam:num infuneribus & fletibus uti ſolemus. Hyacinthia. feſta in honorem hyacinthi pueri inſtituta. At ſi forte roges.Per comparationem oſtendit Orpheus pueros formoſos & diis placuiſſe:& maximo ornamento ſuis fuiſſe ciuitatibus.puellas uero cõtra & diis perq̃ diſplicuiſſe:& maximo ſuas urbes dedecore affeciſſe.nam ppœtides quædam Venerem deam eſſe negare auſæ non minore ſunt odio ciuibus ſuis:q̃ Ceraſtæ quidam: qui in ara hoſpites immolabant:quos ut Venus in iuuencos conuertit:ita propætidas & ſua corpora: primas proſtituere coegit:& in ſaxa commutauit.
Propœtides in ſaxa Ceraſtæ in tauros

Amathus — Fœcundam Amathunta. Amathus urbs ẽ Cypri ære abundans.unde & cyprus ipſa Amathuſia olim fuit uocata.eſt etiã urbs Laconiæ. Annuat.nutu affirmet tam illas uelle genuiſſe q̃ eos Ceraſtas:q hoſpites immolando maximo ſibi dedecori fuerũt:Vnde etiam nomẽ traxere Ceraſte. κερασ:Vnde ceraſtæ declinantur cornu dicitur. nam in fronte duo cornua habebant:unde & cyprus ipſa Ceraſtis a quibuſdam fuit appellata.
Ceraſtis Hyacinthia

Iouis hoſpitis.ξενιοσ a græcis appellaꝛ: quod hoſpitiis pſit.unde Virgilius. Iupiter hoſpitibus nã te dare iura loquũtur. Lugubris ſceleris.luctuoſi ſceleris quo hoſpites decepti necabantur.



Lactentes uitulos amathuſiacaſq; bidentes.
Hoſpes erat cæſus:ſacris offenſa nefandis
Ipſa ſuas urbes ophiuſiaq; arua parabat
Deſerere alma uenus:ſed qd loca grata:qd ur-
Peccauere meæ:qd dixit crimẽ in illis: (bes.
Exilio pœnam potius gens impia pendat.
Vel nece:uel ſi quid medio ẽ mortiſq; fugæq;.
Idq; quid eſſe poteſt:niſi uerſæ pœna figuræ:
Dũ dubitat:quo mutet eos:ad cornua uultũ
Flexit:& admonita eſt hæc illis poſſe relinqui.
Grãdiaq; in toruos trãſformat mẽbra iuuẽcos.
Sunt tamen obſcœnæ Venerẽ ppœtides auſæ
Eſſe negare deam:pro qua ſua num inis ira
Corpora cum forma primæ uulgaſſe feruntur.
Vtq; pudor ceſſit:ſanguiſq; induruit oris.
In rigidum paruo ſilicem diſcrimine uerſæ.
Q uas quia Pygmaliõ euũ p crimina agẽtes
Viderat:offenſus uitiis:quæ plurima menti
Fœmineæ natura dedit:ſine coniuge cælebs
Viuebat:thalamiq; diu conſorte carebat.
Interea niueum mira fœliciter arte
Sculpſit ebur:formãq; dedit:qua fœmina naſci
Nulla poteſt:operiſq; ſui concepit amorem
Virginis eſt ueræ facies:quam uiuere credas.
Et ſi non obſtet reuerentia:uelle moueri.
Ars adeo latet:arte ſua miratur:& haurit
Pectore Pygmalion ſimulati corporis ignes.
Sæpe manus operi tẽptantes admouet:an ſit
Corpus:an illd ebur:nec adhuc ebur cẽ fateꝛ.
Oſcula dat:reddiq; putat:loquiturq;: tenetq;:
Et credit tactis digitos inſidere membris.
Et metuit:preſſos ueniat ne liuor in artus.
Et modo blãditias adhibet:mõ grata puellis
Munera fert illi conchas:tereteſq; lapillos.
Et paruas uolucres:& flores mille colorum
Lilia:per pictaſq; pilas:& ab arbore lapſas
Heliadũ lachrymas:ornat quoq; ueſtibꝰ artus
Dat digitis gẽmas:dat longo monilia collo.
Aure leues baccæ:redimicula pectore pendent
Cuncta decẽt:nec nuda minus formoſa uideꝛ.
Collocat hanc ſtratis concha ſidonide tinctis.
Appellatq; tori ſociam:acclinataq; colla
Mollibus in plumis tanq̃ ſenſura reponit.

Amathuſiacas bidentes.Cyprias oues. Nã Cyprus:ut dixi: Amathuſia etiam fuit apellata.

Ophiuſia arua. Cypria. alludit autem poeta ad priſcum illius inſulæ nomen. Ceraſtis nanq; cagnominata fuit a genere quodam ſerpentis. uel quod multa cornua hoc eſt montium uertices habebat.ophuſia uero ſerpentina poſſumus interpretari. Gens impia.Ceraſtarum. Fugæ q;.exilii. Tornos.truces:terribiles aſpectu.

Sunt tamen obſcœnæ Quãuis iquit Ceraſtas in iuuencos conuertit Venus:Propœtides tamẽ auſæ ſunt eam negare deam eſſe. Obſcœnæ. Turpes. Vulgaſſe.proſtituiſſe. Ceſſit.Receſſit. Pro quo.propter quam rẽ. Numinis ira. Veneris indignatione. Sanguiſq; iduruit oris. Ita durus eſt factus:ut nihil erubeſcerent. Paruo diſcrimine.Parua differentia. Lapideæ nãq; ſtatuæ uidebantur propœtidibus ſimiles.

Verſæ.Fuerant ſubaudiatur. Quas q̃ Pygmalion quidam flagitiis propetidum offenſus uitam cælibem exigere decreuit.ſed ex ebore uirginis ſimulacrum adeo fabre effinxit:ut perinde atq; ſi uiua eſſet:illius amore caperetur. Quare Venerem orauit:ut ſibi talem concederet uxorẽ. Venus autẽ pluſq̃ petebatur:effecit. Nam ſtatuæ illi:quam in lecto Pygmalion collocauerat: animam inſpirauit:nubilemq; ætatem donauit. ex in ſperato igitur Pygmalion uoti compos factus ex ea Paphum ſuſtulit:a quo & inſula & urbs Paphos fuit appellata. Sine coniuge cælebs. Alterum ex altero pendet. Qui enim uxore caret cælebs uiuit.& q cælibẽ ducit uitã:uxorẽ non habet.cælebs autẽ diciꝛ.quaſi cæleſtẽ uitã agens.
Eburnea ſtatua in uirginem
Paphos

Thalami cõſorte.Vxore. Qua fœmĩa naſci Nulla poteſt.Pulcherrimã fuiſſe illã ſtatuã intelligimus:ut quæ ne a natura qdẽ poſſet ſupari Et ſi nõ obſtet reuerẽtia. Acute elegãterq; hoc dictũ ẽ.Nã uirgines bñ educatæ præ pudore in uiroꝝ cõſpectu uix audẽt ſe mouere.Ea igiꝛ ſtatua nõ qd eburnea eſſet:ſed pudore quodã uirginibus iſito imobilis uidebaꝛ. Ars adeo latet:ut uiua uidereꝛ:nõ ex ebore cõfecta. Arte ſua miraꝛ ſtatuã ſubaudiamus. Simulati corporis.In ſimilitudinẽ uirginis effecti. Nec adhuc ebur cẽ fateꝛ.q̃uis tãgat ſtatuã:eburneãq; cẽ ſẽtiat:ſibi tamẽ eburneã cẽ pſuadere nõ poteſt adeo uiua uidebaꝛ. Inſidere.inhere re.iſigi ac ſubſidere: ſic ut mẽbra digitis cederẽt. Et metuit preſſos ueniat ne liuor in artus.Et timet iqt ne mẽbra manu pſſa liuorẽ & nigra q̃dã ſigna cõcipiãt.Liuor autem eſt illud ſignum ſubnigrum:quod in corpore percuſſo uideri ſolet cui quoniam inuidoꝝ color ſimilis eſt: liuor pro inuidia ſæpe numero ponitur. Heliadum lachrymas.ſuccina:quæ e populis in quas ſorores Phaethontis conuerſas fuiſſe narrauit poeta defluere dicũtur. Baccæ. uniones. Concha ſidonide. purpura tyria.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Cyprus uñ

Tota Cypro.per totam Cyprum.Veneri nãq; dicata eſt Cyprus inſula Ciliciæ Syriæq; obiecta: quõdam nouem regnorum ſedes:uariis quidem nominibus appellata.nam & Atamantida:& Ceraſtin:& Aſpeliam:& Amathuſam:& macaran:& Crypton:& Coliniam Plynius ſcribit fuiſſe appellatam.Cyprus autem dicta eſt a Cypro Cinyre filia:uel a cypero fiore: uel ut Aſtynomus ſcribit: quia prius Cryptos appellata fuit:eo quod ſæpe numero a mari fuit occultata:deinde littera abiecta Cypros uocata. Blandis cornibus.non infeſtis.ſed mitibus cornua autem uictimarum in aurari ſolebant. Munere.Sacrifico. Ad aras. Aupd altaria: Venus aurea pulchra. Et amici numinis omen Flamma ter accenſa eſt.ordo ẽ & flamma ter accenſa eſt: omẽ amici & propicii numinis. Apicem.ſcintillam. Subſedit.cedit.

Hymetus
Corpus
Caro

Vt Hymetica cera.Hymetus Atticæ mons eſt optimi mellis fertiliſſimus. Corpus erat prope dixit.nam corpus uiuum proprie uocatur. caro autem mortua:ut que a cadendo ſit dicta. Saliunt.Mouentur. Paphius heros.Cyprius Pygmation. Verba pleniſſima.copioſiſſima:ornatiſſima. Ora non falſa. Veram faciem. De quo tenet inſula nomen.Nam Cyprus dicta eſt etiam paphos a Papho Pygmalionis filio. Editus & ille eſt.Cinyras Pygmalionis filius Myrrhã gẽuit:quæ nefando patris amore capta: nutricis opera cum eo inſcio concubuit:Adonimq; concepit:quod cum reſciuiſſet pater:ſtricto enſe filiam perſequi cœpit.illa uero fugiens in Arabiam uſq; peruenit:ubi longo errore feſſa:deorum miſeratione in arborem ſui nominis fuit mutata.

Inter fœlices.nam Cypriorũ rex fuit in primis potens. Aut mea ſi ueſtras. Aut inquit ſi mea carmina uos delectabunt.nolite credere ea fuiſſe facta:quæ hoc loco ſcribẽtur de Myrrha Cinyræ filia. Si tamen admiſſum.bene dubitat poeta an tantum ſceler s fuerit commiſſum. Nam contra naturam eſſe uidetur :ut liberi parentes flagitioſe:ac uſq; ad coitum ament. Gentibus Iſmariis.Thraciis. Noſtro orbi.Thraciæ.Nam Orpheus Thrax fuit. Abeſt.Remota eſt. Sit

Amomum

diues amomo.Amomum herba eſt ſuauiſſimi odoris:non in Arabia modo:ſed in ponto Armeniaq; naſcẽs:ut Plynius ſcribit. Cinnama Cinnamum herba ẽ medica:qua arabia fœlix maxime cõmendatur. Coſtumq; ſuam. coſtus frutex eſt grati odoris in Arabia naſcens. Sudata thura.per ſudorem quodammodo emiſſa. Thurifera autẽ regio ẽ Sabæa. Panchaica tellus.Pãchæa regio apud Sabæos:in q̃ thuriferæ arbores naſcunť.Vñ Vergilius.Totaq; thuriferis Pãchaia pinguis ariſtis. Tãti noua nõ fuit arbor:ut pater cum filia coire debuerit. Vindicat. liberat.

Cinamomũ
Coſtus

Panchæa

Feſta dies Veneris tota celeberrima Cypro
Venerat:& blandis indutæ cornibus aurum
Conciderant ictæ niuea ceruice iuuencæ.
Thuraq; fumabant:cũ munere fũctus ad aras
Conſtitit:& timide(ſi dii dare cuncta poteſtiſ)
Sit coniunx opto:non auſus:eburnea uirgo.
Dicere Pygmalion :ſimilis mea dixit eburnæ.
Senſit ut ipſa ſuiſ(aderat Venus aurea)feſtis.
Vota quid illa uelint:& amici numinis omen:
Flãma ter.accẽſa eſt:apicẽq; per aera duxit.
Vt rediit:ſimulacra ſuæ petit ille puellæ.
Incumbẽſq; toro dedit oſcula:uiſa tepere eſt.
Admouet os iterũ:mãibꝯ quoq; pectora tẽptat
Temptatum molleſcit ebur:poſitoq; rigore
Subſedit digitis:cæditq;:ut hymetia ſole
Cæra remolleſcit:tractataq; pollice multas
Flectitur in facies:ipſoq; fit utilis uſu.
Dum ſtupet:& dubie gaudet:falliq; ueretur.
Rurſus amãs:rurſuſq; mãu ſua uota retractat.
Corpus erat:ſaliunt tẽptatæ pollice uenæ.
Tum uero paphius pleniſſima concipit heros
Verba:qbus Veneri grates agit : oraq; tandẽ
Ore ſuo non falſa premit:data oſcula uirgo
Senſit:& erubuit : timidumq; ad lumina lumẽ
Attollens:pariter cum cælo uidit amantem.
Coniugio quod fecit adeſt dea:iamq; coactis
Cornibus in plenum nouies lunaribus orbem.
Illa Paphum genuit:de quo tenet inſula nomẽ
Editus & ille eſt:qui ſi ſine prole fuiſſet:
Inter fœlices Cinyras potuiſſet haberi.
Dira canã:procul hinc natæ:ꝓcul eſte parẽtes
Aut mea:ſi ueſtras mulcebunt carmina mẽtes
Deſit in hac mihi parte fides:nec credite factũ.
Vel credetis:facti quoq; credite pœnam.
Si tamen admiſſum fuit hoc natura uideri.
Gentibus Iſmariis & noſtro gratulor orbi.
Gratulor huic terræ:q̃d abeſt regionibus illis,
Quæ tãtum genuere nefas:ſit diues amomo
Cinnamaq;:coſtumq;:ſuam ſudataq; ligno
Thura ferat:floreſq; alios Pãchaica tellus.
Dum ferat & myrrhã:tanti noua nõ fuit arbor
Ipſe negat nocuiſſe tibi:ſua tæla cupido
Myrrha:faceſq; ſuas a crimine uindicat iſto.



Stipite te ſtygia tumidiſq; afflauit Echidnis
E tribus una ſoror:ſcelus eſt odiſſe parentem
Hic amor eſt odio maius ſcelus:undiq; lecti
Te cupiunt proceres:totoq; oriente iuuentus.
Ad thalami certamen:adeſt:ex omnibus unum
Elige Myrrha uirũ:dũ nõ ſit ex omnibus unuſ
Illa quidem ſentit:fœdoq; repugnat amori.
Et ſecum:quo mente feror? quid molior iquit?
Dii precor & pietas ſacrataq; iura parentum
Hoc prohibete nefas:ſceleriq; reſiſtite noſtro.
Si tamẽ hoc ſcelus ẽ:ſed enim damnare negať
Hanc uenerẽ pietas:coeuntq; animalia nullo
Cætera delicto:nec habetur turpe iuuencæ
Ferre patrem tergo:fit equo ſua filia coniunx.
Quaſq; creauit:init pecudes caper:ipſaq; cuius
Semine concepta eſt:ex illo concipit ales.
Felices quibus iſta licent:humana malignas
Cura dedit leges:& quod natura remittit:
Inuida iura negant:gentes tamen eſſe feruntť
In quibus & nato genitrix:& nata parenti
Iungitur:& pietas geminato creſcit amore.
Me miſeram:q; non naſci mihi contigit illic:
Fortunaq; loci lædor:quid in iſta reuoluor?
Spes interdictæ diſcedite:dignus amari
Ille:ſed ut pater eſt:ergo ſi filia magni
Nõ eẽm Cinyræ :Cinyræ concũbere poſſem?
Nũc qui iã meus eſt:nõ eſt meus : ipſaq; dãno
Eſt mihi proximitas:aliena potentior eſſem.
Ire libet procul hinc:patriæq; relinquere fines.
Dũ ſcelus effugiã:retinet malus ardor amãtẽ.
Vt preſens ſpectẽ Cinyrã:tangãq;:loquarq;.
Oſculaq; admoueam:ſi nil conceditur ultra.
Vltra aũt ſperare aliquid potes impia uirgo?
Et quod confundas & iura & nomina ſentis?
Tu ne eris & matris pellex:& adultera patris?
Tu ne ſoror nati? genitrixq; uocabere fratris?
Nec metues ſacro crinitas angue ſorores?
Quas facibus ſæuis oculos atq; ora petentes
Noxia corda uident? at tu dum corpore nõ es
Paſſa nefas:animo ne concipe:ne ue potentis
Concubitu uetito naturæ pollue fœdus.
Velle puta:res ipſa uetat:pius ille:memorq;
Moris:& o uellem ſimilis furor eſſet in illo.

E tribus una ſoror.una ex tribus furiis tiſiphone Alectoue aut megæra. Vndiq; lecti proceres.Electi principes. ad thalami certamen. Ad nuptias tuas certatim petendas aduenit. Dũ non ſit ex omnibus unus.Hoc eſt.uno patre excepto quem uis ex omnibus elige.Si tamen hoc ſcelus eſt.Myrrha amore uicta dubitat an ſit nefas cum patre coire. Init pecudes.Cum pecudibus coit.Nam inire cum accuſatiuo iunctum animal coire ſignificat. Fœlices quibus iſta licet Ex nimio ardore iſta prouenit exclamatio : qua Myrrha & brutorum uitam commendat & ciuilem deteſtatur ut difficilem & duram. Inuida iura.Quæ humano generi inuidere uidẽtur : ne is que a natura permittuntur:frui poſſit. Negant.Prohibent. Gentes tamen eſſe feruntur Hi ſunt troglodyte uariæq; Aethiopum natiões: qui & Vxores habent communes:& brutorum more uiuunt. Spes interdictæ.Legibus prohibitæ Remittit.permittit. Cinyre concumbere poſſem.cum Cinyra.græca enim loquendi eſt figura.Nunc quia iam meus eſt.pater. Nõ eſt meus.non poteſt eſſe meus maritus. Eſt mihi proximitas .conſanguinitas ipſa mihi obeſt.

Inire cũ accuſatiuo quid

Troglodyte

Malus ardor.turpis amor. Amantem. me ſubaudiamus. Si nil cõceditur ultra.coitum inuit.hoc eſt ſi mihi concumbere non licet : quæ ẽ ultima amoris linea. Vltra autem.ſeipſam increpat Myrrha:quod coire cum patre affectet: quo quidem modo & iura conſanguinitatis & nomina confunderentur.Nam filia:id quod eſt nefandiſſimum & matris pellex eſſet & adultera patris.Eſſet preterea filiorum & ſoror & mater: quod penitus conſanguinitatis nomina confundit. Sacro angue.execrandis anguibus & uiperis. Crinitas ſorores.Eumenidas furias .Se aũt ipſam Myrrha repræhẽdit:quãuis ab alio icrepari uideať. Velle puta.Te ſubitelligamus.nõ patrẽ:ut qdã. Res ipſa.rei turpitudo. Memor moris.Iuris & honeſti. Similis furor eẽt in illo.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Vt quid iura uelint obliuiſceretur. Nominibus dictis.Expoſitis procorum nominibus Tepidis lachrimis. Hæc credens. Signa ſubaudiamus. Datis.oſculis. Conſulta.interrogata.

Non intellectam uocē. Figuram.qua Myrrha ſe patris amore captam innuerat patri: reſpōdens ſe illi maritum ſimilem habere uelle. Demiſit uultus.Demiſit oculos in terram. Carpitur.cruciatur.Igne indomito.Amore quem domare ac uincere non poterat. Furioſa uota retractat.Furioſam cupiditatem cum patre coeundi reſumit & animo reuoluit. Eleganter autem: poeta exprimit:puellæ amore ardentis cogitationes atq; affectus. Saucia.Percuſſa ſecuribus.

Trabs ingens.Maxima arbor. Hac autem ſimilitudine oſtendit poeta quanta in ambiguitate foret animus Myrrhæ. Vbi plaga nouiſſima Quando ultimus ictus reſtat. Quo cadat: In quam partem cadat.anteriorem an poſteriorem dextram an ſiniſtram. Vario uulnere:uario affectu. Vtroq;.in utranq; partem. Nec modus. finis ac terminus. Deſtinat.deliberat. Zona cingulo. De ſummo poſte.de ſummitate hoſtii.

Reuincta religata. Care uale Cinyra. amatorie Myrrha cinyram nomine proprio appellat Patris enim nomen odio habebat : ut quod ſibi eſſe impedimento putabat: ne optato concubitu potiretur Pallēti collo.hypallage eſt. Ipſa enī Myrrha palleſcēs intelligitur. Seruantis. cuſtodientis. Reſerat.Aperit. Sciditq; ſinus: ueſtium ſubaudiatur. id autem in magnis doloribus fieri conſueuit. Tum deniq; flere uacauit. hoc eſt poſteaq̄ uincula dilaniauit.tum tandem flendi tempus habuit nutrix. Muta ſilet uirgo.

Tanq̄ muta. Tuetur.Aſpicit id quod īdignātes dolenteſq; facere ſolent. Et depreſa dolet tardæ conamina mortis:hoc ē.Myrrha dolet conatus mortis a nutrice deprehēſos fuiſſe & intellectos.Proprie autem minus honeſta deprehendi dicuntur. Vt ſibi committat.Vt ſibi reuelet.

Auerſata.Aſpernata cū quadam uultus auerſione. Nec ſolam ſpondere fidem. Nec ſolam fidem promittere.ſed etiam opem & auxilium.

Me ſine.me permitte. Seu furor eſt. inſanus amor. Siue aliquis nocuit. carminibus & incantationibus. Luſtrabere. purgaberis.

Dixerat:at Cinyras:quē copia digna procoꝝ
Q uid faciat dubitare facit:ſcitatur ab ipſa
Nominibus dictis:cuius uelit eſſe mariti.
Illa ſilet primo : patriſq; in uultibus hærens
Aeſtuat:& tepido ſuffundit lumina rore.
Virginei Cinyras hæc credens eſſe timoris.
Flere uetat:ſiccatq; genas:atq; oſcula iungit.
Myrrha datis nimiū gaudet : conſultaq; qualē
Optet habere uirum:ſimilem tibi dixit:at ille
Non intellectam uocem collaudat:& eſto
Tam pia ſemper ait : pietatis nomine dicto.
Demiſit uultus ſceleris ſibi conſcia uirgo.
Noctis erat mediū:curaſq; & corpora ſomnus
Soluerat:at uirgo Cinyreia peruigil igne
Carpitur indomito:furioſaq; uota retractat.
Et modo deſperat:modo uult tēptare:pudetq;.
Et cupit:& quid agat:non inuenit:utq; ſecuri
Saucia trabs igēs:ubi plaga nouiſſima reſtat.
Q uo cadat in dubio ē:omniq; a parte timetur
Sic animus uario labefactus uulnere nutat
Huc leuis atq; illuc:momētaq; ſumit utroq;.
Nec modus & reqes:niſi mors reperit̄ amoris.
Mors placet:erigitur:laqueoq; innectere fauces
Deſtinat:& zona ſummo de poſte reuincta
Care uale Cinyra:cauſamq; intellige mortis :
Dixit:& aptabat pallenti uincula collo.
Murmura uerborum fidas nutricis ad aures
Perueniſſe ferunt limen ſeruantis alumnæ.
Surgit anus:reſeratq; fores:mortiſq; paratæ
Inſtrumenta uidens ſpacio conclamat eodem.
Seq; ferit:ſcinditq; ſinus:ereptaq; collo
Vincula dilaniat:tum deniq; flere uacauit.
Tū dare cōplexus:laqueiq; requirere cauſam.
Muta ſilet uirgo:terraq; immota tuetur.
Et depreſa dolet tardæ conamina mortis.
Inſtat anus:canoſq; ſuos & inania nudans
Vbera:per cunas alimentaq; prima precatur:
Vt ſibi cōmittat:quicquid dolet illa rogantem.
Auerſata gemit.certa eſt exquirere nutrix.
Nec ſolam ſpondere fidem:dic inquit: opemq;
Me ſiue ferre tibi:non eſt mea pigra ſenectus.
Seu furor ē:habeo qd̄ carmine ſanet & herbis.
Siue aliquis nocuit:magico luſtrabere ritu.



Ira deum ſiue eſt : ſacris placabilimus iram.
Q uid rear ulterius? certe fortuna domuſq;
Soſpes ab incurſu ē:uiuūt genitrixq; : paterq;.
Myrrha patre audito:ſuſpiria duxit ab imo
Pectore:nec nutrix etiam nunc concipit ullum
Mente nefas:aliquēq; tamen p̄ſentit amorem.
Propoſitiq; tenax:quodcūq; eſt orat:ut ipſi
Indicet:& gremio lachrymantem tollit anili.
Atq; ita cōplectens infirmis membra lacertis.
Sēſimus inqt amas : & in h̄ mea( pōe timorē)
Sedulitas erit apta tibi:nec ſentiet unquam
Hoc pater:exiliit gremio furibunda:torumq;
Ore premēs: diſcede precor:miſeroq; pudori
Parce ait:inſtanti diſcede:aut deſine: dixit.
Q uærere qd doleā:ſcelus ē:qd̄ ſcire laboras:
Horret anus:tremulaſq; māus anniſq; metuq;
Tēdit:& ante pedes ſupplex ꝓcumbit alūnæ.
Et modo blanditur:modo ſi non conſcia fiat:
Terret:& indicium laquei cœptæq; minatur
Mortis:& officium commiſſo ſpondet amori.
Extulit illa caput:lachrymiſq; impleuit obortis
Pectora nutricis:conataq; ſæpe fateri.
Sæpe tenet uocem:pudibundaq; ueſtibus ora
Texit:& o dixit fœlicem coniuge matrem.
Hactenus:& gemuit:gelidos nutricis in artus
Oſſaq;(ſenſit eni)penetrat:tremor albaq; toto
Vertice canicies:rigidis ſtetit hirta capillis.
Multaq; ut excuteret diros:ſi poſſet : amores
Addidit:at uirgo ſcit ſe non falſa moneri.
Certa mori tamē eſt:ſi non potiatur amore.
Viue ait hæc:potiere tuo:non auſa parente
Dicere conticuit:promiſſaq; numine firmat.
Feſta piæ Cereris celebrabant annua matres
Illa quibus niuea uelatæ corpora ueſte
Primitias frugum dant ſpicea ſerta ſuarum.
Perq; nouem noctes uenerē tactuſq; uiriles
In uetitis numerant:turba Cinyreis in illa
Regis adeſt cōiunx:arcanaq; ſacra frequentat.
Ergo legitima uacuus dum coniuge lectus.
Nacta graue uino Cinyrā male ſedula nutrix
Nomine mentito ueros exponit amores.
Et faciem laudat:quæſitis uirginis annis.
Par ait ē Myrrhæ:quā poſtq̄ adducere iuſſa ē.

Propoſitiq; tenax. In propoſito perſeuerans anus. Vt ipſi.Sibi in ſoluta diceretur oratione.

Furibunda.furēti ſimilis.uirginis autem amātis decorum pulchre ſeruat poeta. Solent enim quo uehementius quod appetunt uirgines amore captæ:eo magis diſſimulare. Inſtanti. nutrici ſubaudiatur Et indicium laquei.hoc eſt minatur ſe indicaturam patri:quod ſe ſuſpendere uoluerit Myrrha. Et officium ſpondet. Auxiliū promittit. Obortis.ſubito natis.Et o dixit felicem coniuge matrem. Figurata oratione utitur myrrha:quo hōeſtius amorem ſuum in patrem nutrici confiteatur.Eſt autem emphaſis:cum ex aliquo dicto latēs aliquid eruitur:ut apud Virgilium.Non licuit thalami expertem ſine crimine uitam Degere more feræ.q̄q̄.enim ut ſcribit Quītilianus de matrimonio q̄ritur Dido:tamen huc erupit eius affectus ut ſine thalamis uitam hominum non putet:ſed ferarum.Hac uero figura ea ſignificare ſolemus:quæ ſi apte dicerētur minus decerent:turpiaq; uiderētur. Hactenus.Locuta eſt ſubintelligatur. Et gemuit. gemitum & ſuſpirium emiſit. Senſit.enim hoc ē cognouit nefandum myrrhæ amorem.eſt autem parētheſis cauſam ſignificans. Stetit hirta.erecta eſt.

Addidit.Dixit. Excuteret.expelleret ex animo eiiceret. Diros amores.Tetros ac turpes.

Scit ſe non falſa moneri:Hoc eſt cognoſcit ea quæ a nutrice dicuntur eſſe uera. Potiere tuo. hic eſt diſtiguēdum:nam nutrix non eſt auſa dicere parente impedita pudore. Numine. iure iurādo. Feſta pie Cereris.theſmophoria a græcis ſacra Cereris appellantur:quæ quidem tanta caſtitate per decem dies:ut ſcribit Diodorus:celebrabantur: quantam inuenti frumenti donum poſtulabat. Sacra autem Cereris cū Proſerpinæ ſacrificiis confudiſſe uidetur poeta.Cereri nanq; ſacrificabant priſci:decemq; dies feſtos agebant: cū ſemen in terram iactabatur:quibus quidē diebus conuiciis inuicem uti cōſueuere.uti deæ dolor ex filiæ raptu cōceptus riſu ac uerborum ſcurilitate mitigaretur.Proſerpinæ uero meſſis tempore ſacra faciebant.quo quidem tempore coronas ſpiceas ex frugum primitiis deæ dicabant.

Velatæ corpora.uelata corpora habentes & tecta. Niuea ueſte.candida:quali in ſacris Cereris utebantur matronæ:ad ſignificāndam animi puritatem. In uetitis.inter uetita ac legibus ꝓhibita. Male ſedula.Ad malū ſtrenua. Quæſitis annis. A Cinyra: Par ait eſt Myrrhæ. Aequalis & tot annos : quod Myrrhæ eſt nata.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Vicimus.optinuimus id quod tãtopere optas.

Præſaga pectora.Malorum ſubaudiatur.Tanta eſt diſcordia mẽtis ut ſimul & gauderet & mœreret myrrha.eſt autem acclamatio in myrrhæ leuitatem. Tempus erat. intempeſtam noctem deſcribit ac mediam:quæ quod cuncta ſileát: cõ

Conticiniũ

ticinium uocatur. Inter triones Stellæ ſunt ad polum arcticum triones: quæ a numero ſeptentriones uocantur. Bootes.ſidus eſt qui & arctophilax appellatur. Aurea luna pulchra & nitida. Sidera latitantia.Ne tantum ſcelus aſpicerent. Igne ſuo.Propriis ſiderum luminibus.

Primus tegis Icare uultus.ne tantum ſcelus aſpiceres.Icari autem Erigoneſq; filiæ hiſtoria fuit

Erigone

nobis expoſita.nam Erigone in Icarum patrem adeo pia fuit: ut cum eum a ruſticis interemptũ comperiſſet mori omnino decreuerit.ſed miſeratiõe deorum ambo inter ſidera fueres collocati.

Ter pedis offenſi.ter enim cum ad cubiculum patris duceretur pedes offendit: id quod eam a tãto ſcelere reuocare uidebatur. Funereus bubo.funeſtus. eſt autem auis peſſimi ominis.

Cæcum iter.obſcurum.Morem autem exprimit in tenebris ambulantium. Iam ducitur intus.aduerbium loci pro aduerbio ad locum eſt poſitum.Intro enim duci quis dicitur. Poplite ſucciduo.qui cadenti ſimilis erat.Eleganter autẽ exprimit geſtum timidæ uirginis aliquid ſceleris aggreſſuræ. Magis horret. ualidius timet.

Longæua:nutrix uetula. Deuota pectora. deteſtata execrata. Sua uiſcera .ſuam filiã quã ex ſuis uiſceribus genuerat. Aetatis nomine. ratione ætatis.Nam Cinyras ſenex erat. Nenomina.pia & omni ueneratione digna ſubaudiátur. Plena patris.Semine ſubaudiatur. hoc eſt.grauida ex patre facta. Auidus cognoſcere Cupidus cognoſcendi. Deripit Extrahit. Intercepta.erepta. Palmiferos arabas.apud quos multæ palmæ naſcuntur. Panchæa rura.arabi

Panchaia

ca.ẽ eni Pãchaia regio Arabiæ felicis. Per nouẽ cornua.p nouẽ mẽſes. Terra Sabæa.Sabæi po-

Sabæi

puli ſunt Arabiæ foelicis. apud quos thus myrrhaq; abũde naſcunt. Neſcia uoti.quid cuperet ignara. Eſt tales complexa preces. apprehendit tales preces. Patetis confeſſis.hoc ẽ.ſi exau

Vtq; domum rediit:gaude mea dixit alumna.
Vicimus:infœlix non toto pectore ſenſit
Lætitiam uirgo:præſagaq; pectora mœrent.
Sed tamen & gaudet:tanta ẽ diſcordia mẽtis
Tempus erat quo cũcta ſilent:iterq; triones
Flexerat obliquo plauſtrum temone bootes.
Ad facinus uenit illa ſuum:fugit aurea cælo
Luna:tegunt nigre latitantia ſidera nubes.
Nox caret igne ſuo:primus tegis Icare uultus.
Erigoneq; pio ſacrata parentis amore.
Ter pedis offenſi ſigno eſt reuocata: ter omen
Funereus bubo letali carmine fecit.
It tamẽ:& tenebræ minuũt noxq; atra pudorẽ:
Nutricíſq; manum leua tenet:altera motu
Cæcũ iter explorat:thalami iam limina tangit
Iamq; fores aperit:iam ducitur intus:at illi
Poplite ſucciduo genua intremuere: fugitq;
Et color & ſanguis:animuſq; reliquit euntem
Quoq; ſuo ꝓpior ſceleri ẽ:magiſ horret & auſi
Pœnitet:& uellet non cognita poſſe reuerti.
Cũctantem longæua manu deducit & alto
Admotam lecto cum traderet:accipe dixit.
Iſta tua eſt Cinyra:deuotaq; pectora iunxit.
Accipit obſcœno genitor ſua uiſcera lecto.
Virgineoſq; metus leuat:hortaturq; timentem
Forſitan ætatis quoq; nomine filia dixit.
Dixit & illa pater:ſceleri ne nomina deſint.
Plena patris thalamis excedit:& impia diro
Semina fert utero:cõceptaq; crimina portat.
Poſtera nox facinus geminat:nec finis in illa ẽ.
Cũ tandẽ Cinyras auidus cognoſcere amantẽ
Poſt tot concubitus:illato lumine uidit
Et ſcelus & natam:uerbiſq; dolore retentis:
Pendenti nitidum uagina deripit enſem.
Myrrha fugit:tenebriſq; & cæcæ mũere noctis
Intercepta neci eſt:latoſq; uagata per agros
Palmiferos Arabas panchæaq; rura reliquit.
Perq; nouem errauit redeuntis cornua lunæ.
Cum tandem terra requicuit feſſa Sabæa.
Vixq; uteri portabat onus:tum neſcia uoti:
Atq; inter mortiſq; metus & tedia uitæ.
Eſt tales complexa preces:ſi qua patetis
Numina confeſſis:merui:nec triſte recuſo



Supplicium:ſed ne uiolem uiuoſq; ſuperſtes:
Mortuaq; extinctos:ambobus pellite regnis.
Mutatæq; mihi uitamq;:necemq; necate.
Numen confeſſis aliquod patet:ultima certe
Vota ſuos habuere deos:nam crura loquentis
Terra ſupuenit: ruptoſq; obliqua per ungues
Porrigitur radix longi firmamina trunci.
Oſſaq; robur agunt: mediaq; manẽte medulla
Sanguis it in ſuccos:in magnos brachia ramos
In paruos digiti:duratur cortice pellis.
Iamq; grauem creſcẽs uteꝝ ꝑcinxerat arbor:
Pectoraq; obruerat:collũq; operire parabat
Non tulit illa moram:uenientiq; obuia ligno
Subſedit:merſitq; ſuos in cortice uultus.
Quæ q̄q̄ amiſit ueteres cum corpore ſenſus.
Flet tamen:& tepidæ manãt ex arbore guttæ.
Eſt honor & lachrymis:ſtillataq; cortice Myrrha
Nomẽ herile tenet:nulloq; tacebit æuo
At male conceptus ſub robore creuerat infans
Quærebatq; uiam:qua ſe genitrice relicta
Exereret:media grauidus tumet arbore uenter
Tẽdit onus matrẽ:neq; hñt ſua uerba dolores.
Nec lucina poteſt parientis uoce uocari.
Nitenti tamen eſt ſimilis:curuataq; crebros
Dat gẽitus arbor:lachrymiſq; cadẽtibus hũet.
Conſtitit ad ramos mitis Lucina dolentes.
Admouitq; manus & uerba puerpera dixit.
Arbor agit rimas:& ſciſſo cortice uiuum
Reddit onus:uagitq; puer:quẽ mollibꝰ herbis
Naiades impoſitum lachrymis unxere parẽtis.
Laudaret faciem liuor quoq;:qualia nãq;
Corpora nudorum tabula pinguntur amorũ:
Talis erant:ſed ne faciat diſcrimina cultus.
Aut huic adde leues:aut illis deme pharetras
Labitur occulte:fallitq; uolatilis ætas.
Et nihil eſt annis uelocius:ille ſorore
Natus auoq; ſuo:qui conditus arbore nuper.
Nuper erat genitus:mõ formoſiſſimus infans.
Iam iuuenis:iam uir: iam ſe formoſior ipſo eſt.
Iam placet & Veneri:matriſq; ulciſcitur ignes.
Nãq; pharetratus dũ dat puer oſcula matri.
Inſcius extanti diſtrinxit arundine pectus.
Læſa manu natum dea repulit:altius actum

ditis cõfitentes ſua crimina. Ambobus regnis. & uiuorum & mortuorum. Mutatæ mihi .trãſformatæ. Optat enim ut in aliam tranſmutetur figuram ſic ut neq; uiuat neq; moriatur. Vltima uota.ultimæ preces. Suos deos.propicios.

Porrigitur.Protenditur:prolongatur. Firmamina.firmamenra atq; fundamẽta. Oſſaq; robur agunt.hoc ẽ oſſa lignum efficiunt:in lignũq; craſſius conuertuntur. In paruos digiti. eũt ſubaudiatur.eſt enim protozeugma. Duratur cortice pellis.hoc ẽ.pellis in durum corticem cõmutatur. Grauem uterum.grauidum.Nondũ enim pepererat. Obruerat.texerat operuerat.

Non tulit illa moram.hoc eſt.Non potuit expectare:ut cortex collũ caputq; operiret:ſed creſcenti cortici caput ſummittẽs occurrit: faciemq; occultauit. Cum corpore Cũ carne. Venienti ligno.ſuccreſcenti. Subſedit.ſummiſit ſe.

Flet tamen.hoc ad naturam arboris myrrhæ

Myrrha

refertur.ſponte nãq; ſudat:ut ſcribit Pli.etiam anteq̄ incidatur.guttæ autem illæ quæ ex arbore ca

Stacte

dunt:ſtactæ uocãt:quæ in omni myrrhæ genere optinent principatum.multa uero ſunt myrrhæ genera:de quibus copioſe plinius ſcribit. Eſt honor & lachrymis.preciũ. At male conceptus Adonis ex inceſto patris ac filiæ coitu natus in tantam creuit pulchritudinem:ut eius amore Venus caperetur:quo cum ut diutius eſſe poſſet: una cum illo uenatiõibus indulgebat:precipueq; fugacium animalium.Feras autem natura armatas uitabat: Adonimq; ut ſibi ab illis caueret admõebat.Ille uero gloriæ ſuauitate motus:apꝛe excipere auſus:ab eo fuit interemptus. quod cũ Venus reſciuiſſet:in purpureum florem illum cõ

Adonis in florem

mutauit. At male.ſcelerate. Exereret .egereret. Tendit.extendit ac diſtẽtam reddit. Humet.Madeſcit. Verba puerpera. hoc eſt puerperio profutura. Arbor agit rimas.ſcinditur atq; aperitur. Onus uiuum.puerum uiuum.Lachrymis parentis.periphraſis eſt myrrhæ quæ ab arbore ſtillat:guttatimq; cadit:ut lachrymare uideatur. Liuor quoq;.Inuidia.eximia autẽ maxime ẽ facies:quæ ab inuidis quoq; laudatur.

Amorum .Cupidinum qui nudi cum pharetris pinguntur. Matris ignes.amores:furoreſq; Myrrhæ matris. Nanq; pharetratus. Cupido pharetratus ornatus Inſcius.Inuitus. Extanti arũdie.extra pẽdẽti ſagitta: Diſtrinxit .raſit uulnerauit. Altius ſpecie:Altius q̄ uidebatur.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

**Cythera**

Cythereia littora.Cythera inſula ē cum oppido antea Porphyruſa appellata:a pulchritudine marmorum quæ ibi effodiebantur:ut ſcribit Ariſtoteles:una ex cycladibus Veneri dicata: quod in mari nata ad eam primum cōcha perueniſſe fertur.Dicta eſt autem Cythera a Cythero phœnicis filio Paphō Cyprum. Sed Cypri quoq; ē urbs Paphos Veneris templo nobilis. Piſcoſamq; Gnidon.Gnidos urbs eſt Dorica:ubi Veneris & templum & ſimulachrum uiſebatur a Praxitele ſculptum tanta arte. ut quidam illius amore captus ſuſtinuerit intra ſacellum per noctem includi:ac deæ ſimulacrum ita amplecti:ut ſpermate quoq; inquinaret. Grauidamq; Amathūtha Amathus urbs fuit Cypri ærifodinis abundās: propter quod poeta illam metallis grauidam uocat. Cælo præfertur Adonis.Lepida emphaſis ex qua colligitur q̄ formoſus fuerit Adōis. Succincta ueſtem.Succinctam & ſubtractam uſq; ad genua ueſtem habens. Aut pronos lepoers.

**Paphos**

**Gnidos**

In caput inclinatos.crura nanq; anteriora habent breuiora. Fugacibus.aduerſus fugaces feras. Parce eſſe.Noli eſſe. Nec quæ uenerem mouere.hoc eſt.ætas.forma pulchritudo.quibus ego mota ſum:nihil feras mouent. Animos ferarum.Iram & rabiem ferarum. Fulmen habēt Sic enim omnia proterunt apri dentibus:ut fulmen illis ineſſe uideatur. Opportuna. cōmoda. Et ipſum Adonin.Illum enim ſedere coegit. Poſita ceruice.Repoſito capite. Recliuis. Reclinata. Interſerit.iterponit. Forſitan audieras.Atalanta Schœnei regis filia: cū oraculū de marito conſuluiſſet: reſponſum accepit ipſi non opus eſſe marito.Cum uero & perniciſſima & formoſiſſima eſſet:a multis uxor petebat. Ipſa uero ne eos prorſus aſpernari uideretur:edixit ſe nulli alii nupturam q̄ a quo curſu foret ſuperata.Quod ſiquem ipſa ſuperaret:illum iri interfectum. Cum autē iā multos peremiſſet: Hippomenes Macarei filius ac Neptuni nepos uirginis amore captus in certamen cum ea deſcendit ac Veneris ope quam iuocauerat:puellam ſuperauit.Sed cum uoti compos Veneri nihil gratiarum egiſſet Hippomenes:dea irata:ſic illum in libidinem concitauit:ut in ſacello matri deum dicato cum Atalanta concumbere coactus ſit.

**Atalanta in leænam HipPomeneſ in leonem**

Quo flagitio mater deum indignata:& Hippomenem in leonem: & Atalantam in leænam conuertit atq; currui ſuo ſubiecit. Aliquā Quādam in ſoluta diceremus oratione. Non fabula rumor ille fuit.Ille rumor non fuit falſus. Scitanti.roganti:ut ſciret. Deus.Apollo. Sorte. oraculo reſponſo. Teq; ipſa uiua carebis. hoc eſt.Tua forma adhuc uiua priuaberis. Nam in leænam fuit tranſfigurata. Innuba.Innupta Virgo. Procorum. Iuuenum ipſam uxorem petentium. Conditione fugat. Duram illis proponendo conditionem a petendis ſuis nuptiis deterret. Potienda. Habenda. Pedibus contendite mecum. Curſu mecum certate.

Vulnus erat ſpecie:primoq; fefellerat ipſam.
Capta uiri forma.non iam Cythereia curat
Littora:nō alto repetit Paphō æquore cinctam
Piſcoſaq; gnidō grauidaq; Amathūta metallis
Abſtinet & cælo:cælo præfertur Adonis.
Hūc tenet:huic comeſ ē aſſuetaq; ſp in umbra
Indulgere ſibi:formamq; augere colendo.
Per iuga:per ſiluas:dumos & ſaxa uagatur
Vſq; genu ueſtem ritu ſuccincta Dianæ.
Hortaturq; canes:tutæq; animalia prædæ
Aut ꝓnos lepores:aut celſū in cornua ceruū:
Aut agitat damas:at fortibus abſtinet apris.
Raptoreſq; lupos armatoſq; unguibus urſos
Vitat:& armenti ſaturatos cæde leones.
Te quoq; ut hos timeas:ſi qd ꝓdeſſe monēdo
Poſſet Adoni monet:fortiſq; fugacibus eſto
Inquit in audaces non eſt audacia tuta.
Parce meo iuuenis temerarius eſſe periclo.
Ne ue feras:qbus arma dedit natura:laceſſe.
Stet tibi ne magno tua gloria:nō mouet ætas:
Nec facies nec quæ uenerem mouere:leones:
Setigeroſq; ſues:oculoſq; animoſq; ferarum.
Fulmē habēt acres in aduncis dētibus apri.
Impetus eſt fuluis:& uaſta leonibus ira.
Inuiſumq; mihi genus eſt:quæ cauſa roganti:
Dicam ait:& ueteris monſtrū mirabile culpæ.
Sed labor inſolitus iam me laſſauit:& ecce
Opportuna ſua blanditur populus umbra:
Datq; toꝛū ceſpes:libet hac requeſcere tecum.
Et requieuit humo:preſſitq; & gramē & ipſū.
Inq; ſinu iuuenis poſita ceruice recliuis
Sic ait:ac mediis interſerit oſcula uerbis.
Forſitan audieras aliquam certamine curſus
Veloces ſupaſſe uiros:non fabula.rumor
Ille fuit:ſupabat enim:nec dicere poſſis
Laude pedum:formæ ne bono p̄ſtantior eēt.
Scitanti deus huic de coniuge:coniuge dixit
Nil opus eſt Atalanta tibi:fuge cōiugis uſum.
Nec tamē effugies:teq; ipſa uiua carebis.
Territa ſorte dei per opacas innuba ſiluas
Viuit:& inſtantē turbam uiolēta procorum
Conditione fugat:nec ſum potiēda:niſi inquit
Victa prius curſu:pedibus contendite mecū.



Præmia ueloci coniunx thalamiq; dabuntur:
Mors præcium tardis:ea lex certaminis eſto.
Illa quidem imitis:ſed tanta potentia formæ
Venit ad hāc legem temeraria turba procorū:
Sed erat Hippomenes curſus ſpectator iniqui
Et petitur cuiq̄ per tanta pericula coniunx?
Dixerat:ac nimios iuuenum dānarat amores.
Vt faciem & poſito corpus uelamine uidit.
Quale meum uel quale tuum:ſi fœmina fias.
Obſtupuit:tollenſq; manus ignoſcite dixit.
Quos modo culpaui nōdū mihi præmia nota
Que peteretis erant:laudando concipit ignē.
Et nequis iuuenum currat uelocius optat.
Inuidiamq; timet:ſed cur certaminis huius
Intemptata mihi fortuna relinquitur inquit?
Audentes deus ipſe iuuat:dum talia ſecum
Exigit Hippomenes:paſſu uolat alite uirgo.
Quæ q̄q̄ Scythica non ſegnius ire ſagitta
Aonio uiſa eſt iuueni:tamen ille decoris
Mirator magis eſt:& curſus facit ipſe decorē.
Aura refert ablata citis talaria plantis.
Tergaq; iactantur crines per eburnea:quæq;
Poplitibus ſuberant picto genualia limbo.
Inq; puellari corpus candore ruborem
Traxerat:haud aliter:quā cū ſup atria uelum
Candida purpureū ſimilē dat:& īficit umbram
Dū notat hæc hoſpeſ:dcurſa nouiſſima meta ē
Et tegitur feſta uictrix Atalanta corona.
Dant gemitū uicti:pēdūtq; ex fœdere pœnas.
Non tamen euentu iuuenum deterritus horū
Conſtitit in medio:uultuq; in uirgine fixo.
Quid facilem titulum ſuberando q̄ris inertes?
Mecum confer ait:ſeu me fortuna potentem
Fecerit:a tanto non indignabere uinci.
Nāq; mihi genitor Macareus:Aeſtius illi.
Eſt neptunus auus:ꝓnepos ego regis aquarū.
Nec uirtus citra genus ē:ſeu uincar:habebis
Hippomene uicto magnū & memorabile nomen
Talia dicentē molli ſcœneia uultu
Aſpicit:& dubitat ſuperari an uincere malit.
Atq; ira:quis deus hūc formoſis dixit iniquus
Perdere uult?caræq; iubet diſcrimine uitæ
Coniugiū petere hoc?nō ſum me iudice tanti.

Illa quidem immitis.Crudelis. Sed tāta potentia formæ.acclamatio: qua procorum temeritas excuſatur. Et petitur cuiquam. Affectui & indignationi ſeruit illa particula &. Indignatur enī Hippomenes:quod quiſq̄ ſe tanto periculo exponat gratia illius habendæ uxoris. Poſito uelamine Depoſita ueſte. Culpaui. accuſaui damnaui Concipit ignem.In amorem incidit

Et nequis iuuenum. Amore nanq; Atalantæ Captus Hippomenes timebat nequis ante ſe uicto euaderet. Inuidiamque timet.Ne inuidia ſibi ſit impedimento:quo minus Atalanta potiatur:Hippomenes metuit. Paſſu alite.ueloci curſu. Exigit.Cogitat. Scythica ſagitta: uelociſſima.Scythæ nanq; plurimum ſagittando ualēt

**Scythæ**

Aonio iuueni.Hippomeni Bœotio. Decoris:Pulchritudinis. Refert.retrofert.Exponit autem poeta:quo modo curſus ipſe Atalantæ pulchritudinem augeret. Talaria.alata erant calciamenta. Genualia. genuum tegmina & ornamenta. Haud aliter.non aliter inquit candidum Atalantæ corpus ruborem contraxerat: q̄ cum auleum purpureum in dealbatis atriis extē tum ſolet umbra rubicunda parietes inficere.

**Genualia**

Dat.Tribuit parieti. Inficit.efficit & immitit. Hoſpes.Hippomenes. Decurſa nouiſſima meta eſt.ad ultimam metam decurſum eſt. Eſt autem participium cōtra grammatices rationem formatum decurſa. Penduntq;.perſoluūt dant. Ex fœdere.ex lege. Facilem titulum. gloriam facile partam. Mecum confer. mecum te compone. Potentem. uoti compotem. A tanto.a tam generoſo. Nanq; mihi genitor.Maiores ſuos recenſet Hippomenes: ut ſua generoſitate Atalantæ animum ad ſe amandum pelliciat.a Neptuno nanq; originem ducit. Nec uirtus citra genus eſt.hoc eſt:a uirtute maiorum non degenero. Seu uincar.Dilemato colligit Hippomenes Atalantam ſecū certare debere. Schœneia.Atalanta Schœnei regis filia. Molli uultu.miti ac māſueto. Quis deus formoſis iniquus. hoc eſt. Quis deus pulchris & formoſis inimicus hunc perdere cupit: iubetq; p caræ uitæ periculū meas querere nuptias: Diſcrimine.periculo. Non ſum me iudice tanti.ut tam formoſus iuuenis debeat perire.

**Schœnei**



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nec forma tangor: nec pulchritudine moueor. Sed quod puer adhuc eſt. Subaudiatur tangor. Et mens interrita leti: quæ nullo mortis timore terretur. Ab æquorea origine:a Neptuno æquoris deo. Dum licet hoſpes abi. Dum potes:recede o peregrine: eſt autem apoſtrophe ad Hippomenen:quem etſi amice admonere uidetur atalanta:ne ſecum currendo certet:ſecum tamen ipſa hæc loquitur. Tibi nubere nulla nollet:hoc eſt: omnis uirgo tibi nubere cupiet. Viderit. Hippomenes ſubaudiatur. Hec enim ſecũ cogitans loqtur Atalanta Hippomenis pulchritudine iacta. Agiturq; in tædia uitæ:quia illlum uiuere tedet. Occidet hic igitur:nunc Atalanta colligit Hippomenẽ indignum eſſe qui pereat.

Non erit inuidiæ:hoc eſt. inuidia uictoriã noſtram pferre non poterit. Ah q̃ uirgineus: uirgini cõueniens. Miſeretur aũt Hippomenis atalanta:& ætate & pulchritudie illius mota. Fata importuna.Difficilia quæ exorari nõ poſſunt. Cũ quo ſociare cubilia uellem:cui nubere uellem. Illi nãq; ſociari cubilia dicuntur qui una dormiũt

Rudis:iperita amoris. Primo cupidine:amore. Tacta: percuſſa. Proles neptunia: Hippomenes Neptuni pronepos. Quos dedit: quos mihi iniecit. Ignes:amores. Aura nõ inuida: uentus benignus & Hippomeni fauens. Nec opis mora longa dabatur:nec longa auxilii mora mihi concedebatur: cum ipſum ilico oporteret inire curſum. Eſt ager:topographia:Hoc eſt loci deſcriptio. Deſcribit.n. agrum nomine Damaſcenum: unde Venus tria aurea poma q̃ Hippomeni tradidit:ſe ſumpſiſſe ait. Indigenæ:inde geniti homines.Damaſcenum nomine dicũt: quem ſubaudiamus: ut itelligamus quẽ proprio nomine Damaſcenũ uocant:nam eſt etiam ager

Ager Damaſcenus Damaſcenus:a Damaſco urbe Syriæ declinatus. Accedere:adiungi. Iuſſere.Voluere:Decreuere.

Nitet:ſplendet. Fulua comã:fuluas & aureas frondes habens. Aurea namq; mala ferebat.

Decerpere Hinc:illinc: ex agro Damaſceno. Decerpta: accepta.Proprie autẽ decerpi & poma & frondes & roſæ dicuntur. Quis uſus:quæ utilitas. Dederant:fecerant. Carcere abuſiue p carceribus.

Carcer Carcer nãq; eſt locus ubi ſerantur rei a coercẽdo dictus.Carceres aũt ſunt funes illi qui p̃tenduntur equis curſuris: ut una oẽs emittantur. Pronus uterq; emicat:exilit: habitũ aũt exprimit poeta uelociter currentiũ. Libat:leuiter tãgit. Poſſe putes illos Hiperbole poetica: qua ſũma Hippomenis Atalãtæq; uelocitas declaratur: Sic Virgilius de camilla. Illa uel intactæ ſegetis p ſumma uolaret Gramina : nec teneras curſu læſiſſet ariſtas. Vel mare per mediũ fluctu ſuſpẽſa tumẽti:Ferret iter celeres nec tingeret æquore plantas. Stantes ariſtas: erectas. Ariſtæ aũt ab arendo ſunt dictæ quod primæ inſpica areſcant.

Nec forma tangor.poterã tñ hac quoq; tangi.
Sed qđ adhuc puer ẽ:ñ me mouet ipẽ:ſed ætas
Quid? q, ineſt uirtus:& mens interrita læti?
Quid? q, ab æquorea nũerat̃ origie quartus?
Quid? q, amat:tantiq; putat cõnubia noſtra:
Vt pereat:ſi me ſors illi dura negarit?
Dũ licet hoſpes abi:thalamoſq; relinq; cruẽtoſ.
Coniugium crudele meũ eſt:tibi nubere nulla
Nollet:& optari potes a ſapiente puella.
Cur tamen eſt mihi cura tui tot iã añ pemptis?
Viderit.interea quoniam tot cæde procorum
Admonitus non eſt:agiturq; in tædia uitæ.
Occidet hic igitur:uoluit quia uiuere mecum?
Indignãq; necem præcium patietur amoris?
Non erit inuidiæ uictoria noſtra ferenda.
Sed nõ culpa mea eſt.utinã deſiſtere uelles.
At quoniã es demẽs:utinam uelocior eſſes.
Ah q̃ uirgineus puerili uultus in ore eſt.
Ah miſer Hippomene:nollẽ tibi uiſa fuiſſem.
Viuere dignus eras.q, ſi fœlicior eſſem.
Nec mihi cõiugium fata importuna negarent.
Vnus eras cum quo ſociare cubilia uellem.
Dixerat utq; rudis primoq; cupidine tacta
Quod facit ignorãs amat.& nõ ſentit amorẽ.
Iam ſolitos poſcunt curſus:populuſq;:paterq;.
Cum me ſollicita proles Neptunia uoce
Inuocat hyppomenes.Cythereia cõp̃cor auſis
Adſit ait noſtris.& quos dedit adiuuet ignes.
Detulit aura p̃ces ad me nõ inuida blandas.
Motaq; ſũ:fateor.nec opis mora lõga dabatur.
Eſt ager:indigenæ Damaſcenũ nomine dicũt:
Telluris cypriæ pars optima:quã mihi priſci
Sacrauere ſenes:templiſq; accedere dotem
Hanc iuſſere meis.medio nitet arbor in aruo
Fulua comã.fuluo ramis crepitantibus auro.
Hinc tria forte mea ueniẽs decerpta ferebam
Aurea poma manu:nulliq; uidenda niſi ipſi.
Hippomenen adii.docuiq; quis uſus in illis.
Signa tubæ dederãt.cũ carcere pnus uterque
Emicat.& ſummam celeri pede libat harenam.
Poſſe putes illos ſicco freta radere paſſu.
Et ſegetis canæ ſtantes percurrere ariſtas.
Adiiciunt animos iuueni clamorque fauorq;



Verbaq; dicentum:nũc nunc incũbere tẽpus.
Hippomene propera:nunc uiribus utere totis.
Pelle morã:uinces:dubium Macareius heros
Gaudeat an uirgo magis his Schœnæia dictis
O quotiens cũ iam poſſet tranſire : morata eſt.
Spectatoſq; diu uultus inuita reliquit.
Aridus a laſſo ueniebat anhelitus ore .
Metaq; erat longe:tum deniq; de tribus unum
Fœtibus arboreis proles Neptunia miſit .
Obſtupuit uirgo:nitidiq; cupidine pomi
Declinat curſus:aurumq; uolubile tollit.
Præterit hippõenes:reſonãt ſpectacula plauſu.
Illa moram celeri ceſſãtaq; tempora curſu
Corrigit:atq; iterũ iuuenem poſt terga reliquit.
Et rurſus pomi iactu remorata ſecundi
Conſequit̃:tranſitq; uirũ:pars ultima curſus
Reſtabat:nũc inqt ades dea muneris auctor.
Inq; latus campi:quo tardius illa rediret
Iecit ab obliquo nitidum iuueniliter aurum.
An peteret uirgo uiſa eſt dubitare:coegi
Tollere:& adieci ſublato pondera malo.
Impediiq; oneris pariter grauitate moraq;.
Ne ue meus ſermo curſus ſit tardior ipſo.
Præterrita eſt uirgo:duxit ſua præmia uictor .
Digna ne cui grates ageret ? cui thuris honorẽ
Ferret Adoni fui? nec grates immemor egit.
Nec mihi thura dedit:ſubitã cõuertor in iram .
Contẽptuq; dolens : ne ſim ſpernenda futuris.
Exẽplo caueo : meq; ipſam exhortor in ambos
Templa deum matri:q̃ quondã clarus Echion
Fecerat ex uoto:nemoroſis abdita ſiluis
Tranſibat:& iter longum requieſcere ſuaſit.
Illic concubitus intempeſtiua cupido
Occupat Hippomenẽ:& a numie ɔcita noſtro
Luminis exigui fuerat prope templa receſſus
Speluncæ ſimilis natiuo punice tectus.
Religione ſacer priſca:quo multa ſacerdos
Lignea contulerat ueterum ſimulacra deorum
Hunc init:& uetito temerat ſacraria probro .
Sacra retorſerunt oculos;turritaq; mater
An ſtygia ſontes dubitauit mergeret unda.
Pœna leuis uiſa eſt:ergo modo leuia fuluæ
Colla iubæ uelant:digiti curuantur in ungues.

Incumbere tempus.Incumbẽdi . eſt enim græca figura. Macareius heros.Hippomenes Macarei filius. O quotiẽs.Hinc quoq; colligit Venus Atalantam Hippomẽis amore fuiſſe captã .

Aridus anhelitus.Siccus ac difficilis:id quod ſignificat Hippomenem laſſum fuiſſe . Metaq; erat longe . Ad quam currentes peruenire debebant. Fœtibus arboreis.Periphraſis ẽ pomorum. Aurumq;.aureum pomum. Plauſu.eorum qui Hippomeni fauebant . Ceſſata tempora quibus ipſa a curſu inſtituto ceſſauerat eſt autem participium cõtra grammatices rationem audacter a poeta declinatum. Corrigit . reſarcit:reparat. Curſu.uelocitate curſus. Remorata.retẽta:tardata. Ades.auxilio ſis. Dea muneris auctor. Venus que mihi hoc dediſti munus. Iecit iuueniliter . fortiter ut iuuenem decebat:per quod innuit eum longe pomum iecisse. Impediiq;.curſum ſubaudiamus . Duxit ſua præmia uictor .Hippomenes iquit uictor duxit Atalantam uxorem. Cui thuris honorẽ ferret?Cui ſacrificaret thure. Immemor. ingratus.Contemptuq; dolens . me eſſe contemptam ægre ferens. Spnenda.cõtemnenda. In ambos.contra ambos Hippomenem & Atalantam.

Clarus Echion.unus fuit ex Cadmi ſociis Echion. Concita.commota ſtimulata. A numie noſtro.a noſtra potentia. Receſſus.locus ſeceſſui aptus. Natiuo.naturali. Hunc init.ingreditur intrat. Temerat.uiolat. Probro.ſcelere flagitio. Sacra.ſimulacra deorum . Retorſerunt oculos:auerterunt oculos ne tantum ſcelus uiderent: Turrita mater.turribus ornata.nam Cybele eadem cum tellure putatur eſſe. Sontes.nocẽtes Hippomenẽ atq; Atalantam. Mergeret ſtygia unda.hoc eſt ad inferos demitteret.

Modo leuia.Pauloãte mollia ac ſine ullis pilis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Minthe ꝗ̃ herbam

Mynthes

Bulla

In pectora totum pondus abit: leones enĩ pectus reliquo corpore craſſius habent. Verruntur:trahuntur. Iram uultus habet:facies leonũ præ ſe fert iram: Trucem nãq; habent aſpectum. Cybeleia frena: nam matris deum currũ a leonibus trahi fingunt poetæ. Quod nõ terga fugæ:Quod non fugit. Sed pugnæ pectora ꝓbet. Sed repugnat ac reſiſtit. Dãnoſa duobus:& mihi & tibi. Iunctis cygnis:currus nãq; Veneris ab oloribus trahi fingitur. Sed ſtat monitis cõtraria uirtus. Sed fortitudo inquit Adonidis Veneris admonitionibus eſt aduerſa. Suem:aprum. Exciuere:excitarunt. Iuuenis Cynireius:Adonis Cyniræ filius. Pando roſtro:recuruo. Et tuta petentem:Loca ſubintelligamus. Trux aper: terribilis. Abdidit: abſcõdidit. Moribundum: morientẽ. Rupit:dilaniauit:lacerauit. Et indignis pcuſſit. Indigne. Nomen nãq; pro aduerbio poſitũ eſt. Et non tamẽ: ordo ẽ:& tamẽ oĩa non erunt ueſtri iuris. Illa aũt & copula affectui ſeruit. Luctus monumenta. Signa:memoria: ẽ aũt Apoſtrophe ad Adonim. Annua ſimulamina:ſimulacra:nam ſingulis qbuſq; annis ſacra in Adonis honorem celebrabãtur: in qbus Adonis plangebatur:ac luctus Veneris referebatur. An tibi quondam.Mynthe nympha fuit:quã Plutonis pellicem fabulæ tradunt extitiſſe:Eam cũ proſerpina dolo circũueniſſet: in hortẽſem mentam fuiſſe transfiguratã:quã pleriq; Hedyoſmon uocant.Eſt & mons ꝓpe Pylum cognomine Mynthes iuxta quem Plutonis quoq; eſt templũ. Nobis erit inuidiæ:in nos inuidiã concitabit. Perlucida bulla:trãſlucida:quæ ex aqua naſci ſolet ſtatimq; euaneſcere:bulla aũt ſpiritu ex aqua excitatur rotunda figura: quæ qm̃ cito diſſoluitur: ueriſſimum illud ſumptum eſt ꝓuerbium.Quo humanæ uitæ breuitas fragilitaſq; deſignatur. Homo bulla.Inde fit bullare:quod eſt bullas facere. Vnde Pli. bullantem urinam uocat bullas emittentem:bulla etiam eſt ornamentũ pectoris:ingenuoꝝ quidem aureũ: Libertinoꝝ uero ſcorteum ut copioſe Macrobius ſcribit. Plena hora:perfecta. Concolor: Eiuſdem cũ ſanguine coloris: ẽ enim purpureus. In Anemonen aũt adonin fuiſſe conuerſum innuere uidetur:cuius flos:ut inqt Plinius: nunq̃ ſe aperit niſi uento ſpirante: unde & nomen accepit. Punica: quæ & mala granata dicuntur. Qui ꝓſtant omnia uenti: ſecundũ phyſicam rationem hoc dictum eſt. Nam uenti rerum omnium generationis cauſa eſſe perhibentur.

Ex humeris armi fiunt.in pectora totum
Pondus abit:ſummæ cauda uerrũtur harene
Irã uultus habet: pro uerbis murmura reddũt.
Pro thalamis celebrant ſiluas:alijſq; timendi
Dente præmũt:domito Cybeleia fræna leones.
Hos tu care mihi cũq; his genus oẽ ferarum.
Q đ nõ terga fugæ:ſed pugne pectora ꝓbet:
Effuge:ne uirtus tua ſit damnoſa duobus.
Illa quidem monuit: iunctiſq; per aera cygnis
Carpit iter.ſed ſtat monitis contraria uirtus.
Forte ſuem latebris ueſtigia certa ſecuti
Exciuere canes:ſiluiſq; exire parantem
Fixerat obliquo iuuenis Cynireius ictu.
Protinus excuſſit Pando uenabula roſtro
Sanguine tincta ſuo:trepidũtq; & tuta petentẽ
Trux aper inſeqtur:totoſq; ſub inguine dẽtes
Abdidit:& fulua moribundum ſtrauit harena.
Vecta leui curru medias Cytherea per auras
Cypron olorinis nondum peruenerat alis.
Agnouit longe gemitum morientis:& albas
Flexit aues illuc.utq; æthere uidit ab alto
Exanimem: inq; ſuo iactantẽ ſanguine corpus:
Deſiliit:pariterq; ſinum pariterq; capillos
Rupit:& indignis percuſſit pectora palmis.
Q uæſtaq; cũ fatis:& nõ tamen omnia ueſtri
Iuris erunt:dixit.luctus monumẽta manebũt
Semper adoni mei.repetitaq; mortis imago
Annua plangoris peraget ſimulamina noſtri.
At cruor in florem mutabitur.an tibi quondã
Fœmineos artus in olentes uertere mentas
Perſephone licuit:nobis cynireius heros
Inuidiæ mutatus erit? ſic fata cruorem
Nectare odorato ſparſit:qui tactus ab illo
Intumuit:ſic ut fuluo perlucida cælo
Surgere bulla ſolet:nec plena longior hora
Facta mora ẽ: cũ flos de ſanguie cõcolor ortus
Q ualẽ quæ lento celant ſub cortice granum
Punica ferre ſolent.breuis eſt tamẽ uſus i illo
Nãq; male hærentẽ & nimia leuitate caducũ.
Excutiunt iidem:qui præſtant omnia uenti.

P. Ouidii Naſonis metamorphoſeos. Liber Vndecimus.



c Armine dum tali ſiluas animoſq; ferarum
Threicius uates & ſaxa ſequentia ducit.
Ecce nurus Ciconum tectæ lymphata ferinis
Pectora uelleribus tumuli.de uertice cernunt
Orphea:percuſſis ſociantem carmina neruis.
E quibus una leues iactato crine per auras
En ait:en hic eſt noſtri contemptor: & haſtam
Vatis Apollinei uocalia miſit in ora.
Q uæ foliis præſuta notam ſine uulnere fecit.
Alterius telum lapis eſt:qui miſſus in ipſo
Aere concentu uictus uociſq; lyræq; eſt.
Ac ueluti ſupplex pro tam furialibus auſis
Ante pedes iacuit:ſed enim temeraria creſcunt
Bella:moduſq; abiit:inſanaq; regnat Erinnis.
Cunctaq; tela forent cantu mollita: ſed ingens
Clamor:& inflato Berecynthia tibia cornu.
Tympanaq; & plauſus:& Bacchei ululatus
Obſtrepuere ſono citharæ:tum deniq; ſaxa
Non exauditi rubuerunt ſanguine uatis.
Ac primum attonitas etiam nũc uoce canẽtis
Innumeras uolucres angueſq; agmenq; ferarũ
Mænades Orphei titulum rapuere theatri.
Inde cruentatis uertuntur in orphea dextris.
Et coeunt:ut aues:ſi quando luce uagantem
Noctis auẽ cernũt:ſtructoq; utriq; theatro
Vt matutina ceruus periturus harena
Præda canũ eſt:uateq; petũt:& fronde uirẽtes
Coniiciunt thyrſos non hæc in munera factos.
Hæ glebas:illæ direptos arbore ramos.
Pars torquent ſilices:neu deſint tela furori.
Forte boues preſſo ſubigebant uomere terrã.
Nec procul hinc multo fructũ ſudore parãtes
Dura lacertoſi fodiebant arua coloni.
Agmine qui uiſo fugiunt: operiſq; relinquunt
Arma ſui:uacuoſq; iacent diſperſa per agros
Sarculaq; & raſtri:graueſq; longiq; ligones.

Raphaelis Regii in undecimũ Metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

c Armine dum tali. Orpheus Thracias mulieres aſpernatus:ut diximus:in ſe earum odium contraxit. Quare cũ Bacchi ſacra celebrarent:ipſum in ſe-tarum cœtu canentem aſpexerunt:ac impetu facto dilacerarunt: caputq; ac lyram in Hebrum fluuium coniecerunt. Quæ ad inſulam leſbon uſq; delata cum eſſent:ſerpens Orphei caput dilaniaturus ab Apolline in ſaxum fuit conuerſus. Primum itaq; Orphei cædem poeta deſcribit. deinde ſerpentis in ſaxum tranſmutationem.

Ducere

Ciconis

Thyrſi

Berecynthus

Threicius uates. Orpheus Thracius. Ducit Delectat. Ducere nanq; interdum ſignificat delectare: ut Nõius ſcribit. Cicero de finibus bonorũ & malorum. fabellarumq; auditione ducuntur.

Animoſq; ferarum. Sẽſus neq; enim feræ animos habere dicũtur:niſi poeta ad ueritatem potius alludat:ut intelligamus ferorum hominum animos ab Orpheo fuiſſe excultos:id qđ Oratius aperte his uerſibus ſcribit. Silueſtres homines ſacer interpreſq; deorum: Cædibus & uictu fœdo deterruit Orpheus. Dictus ob hoc lenire tigres rapidoſq; leones. Ecce nurus Ciconum. Repentinus baccharum impetus illa particula ecce ſignificatur. Cicones autẽ populi ſunt Thraciæ ad Hebrum habitantes. Tumuli de uertice:de montis ſummitate. Lymphata pectora. furentia. Ferinis uelleribus. Ferarum pellibus.

En ait en hic eſt. Conduplicatio indignationi conueniens: tametſi hoc aduerbium en fere indignationi ſeruiat. Apollinei uatis. Orphei Apollinis filii. Vocalia ora. optimam uocem emittentia. Præſuta. præfixa tecta. Nam haſtæ baccharum quæ thyrſi dicuntur:pampinis hederaq; cooperiebantur. Notam. ſignum. Ac ueluti ſupplex. tanq̃ ueniam petiturus. Ante pedes. Orphei. Concẽtu. harmõia. Eſt autẽ pulchra poetæ phantaſia:qua ſignificat̃:quanta uis ſit muſici cantus. Bella baccharum furores bella uocat poeta. Inſana erinnis. Ab effectu quod furia homines inſanos furioſoſq; reddit. Mollita. Mitigata ſic ut Orpheo nunq̃ nocere potuiſſent.

Berecynthia tibia. qua in ſacris Cybeles primũ uſi fuere. Berecynthus autẽ Phrygiæ mons ẽ & ciuitas matri deũ dicata. Obſtrepuere ſono citharæ. Cõtra Citharæ ſonum ſtrepuerunt. Attonitas. Stupefactas ſuauitate cantus Orphei. Mænades. bacchæ ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι hoc eſt a furendo dictæ. Titulum. gloriam. Orphei theatri. Spectaculi ab Orpheo congregati. Eſt autem adiectiuum Orphei. Alii triumphi legunt: intelliguntq; agmen illud ferarum a bacchis raptũ in titulum & gloriam triumphi de Orpheo acti.

Et coeunt. cõgregant̃. cõueniũt. Noctis auẽ noctuam. Structo utrimq; theatro. ſpectaculo. eſt autem amphiteatri periphraſis: Matutina harena. hoc eſt. Matutino tempore in harena. Quod enim eſt temporis: attribuit loco. Vna autẽ omnes bacchas in Orpheum impetum feciſſe his ſimilitudinibus oſtendit poeta. Petunt. Aggrediunt̃ inuadunt. Hæc in munera. ad hos uſus. Torquent. iaciunt. Subigebant. arabant. Lacertoſi. Magna & ualida brachia habentes. Fructum. frumentum. Agmine. baccharum furentum. Arma inſtrumenta.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Methymna

Diuulſere:dilaceraucre. Feræ:crudeles. Ad uatis fata:ad Orphei mortem. Irrita: Vana uerba:quæ bacchas nihil cõmouebant. Proh iupiter: exclamatio poetæ doloris ac cõmiſerationis plena. Exhalata:emiſſa in uentos:eoq; ſequitur opinionem qui animã uentum eſſe putant. Te mæſtæ: apoſtrophe ad Orpheum quærimoniæ ac cõmiſerationis plena. Obſcura carbaſa:pullas ac nigras ueſtes. Flumen populare:fluuium patrium.Hebrus enim Thraciæ fluuius eſt. Methymnææ Leſbi: Methymna urbs eſt Leſbi optio uino íſignis: dicta a Methymne Macaris filia ac Lepydni uxore : unde methymnæus deriuatur. Leſbos autem inſula eſt clariſſima:quã nũc Mitylenen a nóíe urbis uocant. Ferus anguis: crudelis:qui illius uatis caput uiolare ſuſtineret: cuius cantu ſerpentes quoq; ſæpius delectati cẽnt.

Inhiat diuellere: Appetit ore aperto dilacerare. Hymniferos uultus:qui hymnos in deorum fere ſingulos compoſuerant. Vmbra ſubit terras:umbra Orphei inferos petit: eorum autẽ opinionem ſecutus uidetur poeta: qui hominem ex tribus conſtare aiunt:corpore:anima: & umbra: quorũ corpus terræ: anima cælo: umbra inferis redditur. Hic:illic. Apud inferos. Spaciantur. Deambulant. Non impune tamẽ.Thraciæ mulieres quæ Orphei cædi interfuerunt: oẽs a Baccho cædem Orphei ægre ferente in uarias arbores fuere conuerſæ. Vate ſuorum ſacrorum:nã Orpheus in Bacchum pulcherrimos ſcripſerat hymnos. Alludere autem ad id poeta uidetur quod ſcribit Diodorus:Cerimonias a Dioniſo repertas cum ad orgia quædam Orpheus addidiſſet:Orpheia a poſteris fuiſſe appellata. Matres ædonidas:mulieres Thracias:Aedones nãq; populi ſunt Thraciæ. Plangitur:percutitur a ſeipſa.

.hraciæ mulieres in arbores

Ac trepidans quãto nãq; magis trepidant:tanto magis uinculo aſtringũtur aues. Externata. Cõſternata:perterrefacta. Lenta:flexibilis. Coercet:continet. Exultantem:exultare uolentem.

Q uæ poſtq̃ rapuere feræ:cornuq; minaces
Diuulſere boues:ad uatis fata recurrunt:
Tendentẽq; manus:atq; illo tẽpore primum
Irrita dicentem:nec quicq̃ uoce mouentem
Sacrilegæ pimũt: perq; os(proh iupiter)illud
Auditum ſaxis intellectumq; ferarum
Senſibus in uentos anima exhalata receſſit.
Te mæſte uolucres Orpheu.te turba ferarum
Te rigidi ſilices:tua carmina ſæpe ſecutæ
Fleuerunt ſilue.poſitis te frondibus arbos
Tõſa comas luxit. lachrymis quoq; flumina di
Increuiſſe ſuis:obſcuraq; carbaſa pullo (cunt
Naiades & dryades:paſſoſq; habuere capillos:
Mẽbra iacẽt diuerſa locis.caput hæbre lyrãq;
Excipis:& mirum:medio dum labitur amne:
Flebile neſcio quid queritur lyra. flebile lingua
Murmurat exanimis.reſpõdent flebile ripæ.
Iamq; mare iuectæ flumẽ populare relinquũt.
Et methymnææ potiuntur littore leſbi.
Hic ferus expoſito peregrinis anguis harenis
Obſtitit:& ſparſos ſtillanti rore capillos
Lambit:& hymniferos inhiat diuellere uultus.
Tandẽ phœbus adeſt:morſuſq; inferre parantẽ
Arcet:& in lapidem rictus ſerpentis apertos
Congelat:& patulos:ut erant:indurat hiatus
Vmbra ſubit terras:& quæ loca uiderat ante
Cuncta recognoſcit:quærenſq; per arua piorꝫ
Inuenit eurydicen:cupidiſq; amplectitꝰ ulnis.
Hic modo cõiunctis ſpatiãtur paſſibus ambo.
Nũc præcedentẽ ſequitur:nũc præuius anteit:
Euridicẽq; ſuam iam tuto reſpicit orpheus.
Non ipune tamen ſcelus hoc ſinit eſſe lyæus:
Amiſſoq; dolens ſacrorum uate ſuorum
Protinus in ſiluis matres ædonidas omnes:
Q uæ uidere nefas:torta radice ligauit.
Q uippe pedũ digitos i quãtũ ẽ quæq; ſecuta
Traxit:& in ſolidam detruſit acumine terram
Vtq; ſuũ laq̃is:quos callidus abdidit auceps:
Crus ubi cõmiſit uolucris:ſenſitq; teneri:
Plãgitur:ac trepidans aſtringit uincula motu:
Sic quæcũq; ſolo defixa cohæſerat harum
Externata fugam fruſtra temptabat:at illam
Lenta tenet radix:exultantemq; coercet.



Dumq; ubi ſunt digiti ordo eſt.Dum petit & quærit:ubi ſunt digiti. Succedere.ſuccreſcere. Mærenti dextra.Hyppallage eſt:ipſa nanq; mœrens intelligitur. Et non fallare putando.Non decipiare ſi putes.Re enim uera rãi erant. Nec ſatis hoc Baccho eſt.Mydas rex phrygiæ cum Silenum a ruſticis captum ſibiq; traditum Baccho reddidiſſet:iuſſus eſt a deo ut quicquid corpore ſuo tangeret:aurum fieret.Id illi conceſſit Bacchus:q̃uis inutile ipſi futurum uidebat:Cum uero panis quoq; ac uinum in aurum uerterentur:fameq; perire cœpiſſet: tandem cognouit ſtolidus ſe dannoſa petiiſſe:Bacchum itaq; rogauit:ut & peccato ueniam daret:& munus datũ

Mydæ regis petitio

Dũq; ubi ſũt digiti:dũ pes:dũ petit:& ungues
Aſpicit in teretes lignum ſuccedere ſuras.
Et conata fœmur mœrenti plangere dextra.
Robora percuſſit:pectus quoq; robora fiunt.
Robora ſũt humeri:lõgos quoq; brachia uera
Eſſe putes ramos:& non fallere putando.
Nec ſatis h̃ baccho ẽ:ipſos quoq; deſerit agros.
Cũq; choro meliore ſui uineta tymoli.
Pactolonq; petit:quãuis non aureus illo
Tempore:nec caris erat inuidioſus harenis.
Hũc aſſueta cohors ſatyri baccæq; frequẽtãt.
At Silenus abeſt : titubantem anniſq; mœroq;
Ruricolæ cœpere phryges:uinctũq; coronis
Ad regẽ duxere Mydã:cui Thracius Orpheuſ
Orgia tradiderat cum Cæcropio Eumolpo
Q ui ſimul agnouit ſocium comitẽq; ſacrorũ.
Hoſpitis aduentu feſtum genialiter egit
Per bis quinq; dies:& iunctas ordine noctes.
Et iam ſtellarum ſublime coegerat agmen
Lucifer undecimus:Lydos cũ lætus in agros
Rex uenit:& iuueni Silenum reddit alumno.
Huic deus optanti gratum:ſed inutile fecit
Muneris arbitrium gaudens altore recepto.
Ille male uſurus donis ait:effice quicquid
Corpore contigero fuluum uertatur in aurum.
Annuit optatis:nocituraq; munera ſoluit
Liber:& indoluit quod non meliora petiſſet.
Lætus abit:gaudetq; malo Berecynthius heros
Pollicitiq; fidem tangendo ſingula temptat.
Vixq; ſibi credens:nõ alta fronde uirentem
Ilice detraxit uirgam:uirga aurea facta eſt.
Tollit humo ſaxum:ſaxũ quoq; palluit auro.
Contigit & glebam:contactu gleba potenti
Maſſa fit:arentes Cereris decerpſit ariſtas.
Aurea meſſis erat:dẽptũ tenet arbore pomum.
Heſperides donaſſe putes:ſi poſtibus altis
Admouit digitos:poſtes radiare uidentur.
Ille etiam liquidis palmas ubi lauerat undis.

irritum faceret.Bacchus autem illi mandauit:ut ad fontẽ pactoli pergeret:ſeq; totum in eo lauaret.quod cum feciſſet : uis illa aurum efficiendi quicquid tangeret in fluuium trãſiuit.unde etiã harenas aureas efficere memorat. Ipſos agros Thraciæ. Cumq; choro meliore.Quã fuerant thraciæ ille mulieres que Orpheum trucidarunt

Sui Tymoli.a ſe amati:Eſt enim Tymolus qui & tmolus dicitur.mons lydiæ optimi uini fertilis ut in ſuperioribus quoq; diximus.Neq; eſt ſpondaicus uerſus cum tymolus etiam triſyllabũ ſit nomen non ſolum biſyllabum. Pactolonq;. Pactolus fluuius eſt lydiæ aureis harenis notiſſimus. Caris harenis.Prætioſis. Frequentant. Celebrant. Titubantem.Vacillantem. Vinctũ.Ligatum. Ad regem Mydam.Mydas Gordiæ Bubulci filius phrygæ rex fuit ditiſſimus :eoq; fictus ẽ oĩa q̃cunq; tãgeret in aurũ trãſmutare. de quo Herodotus i p̃mo multa ſcribit. Orgia. Bacchi ſacrificia. Cũ cæcropio eumolpo. Eumolpus uates fuit Atheniẽſis Bacchi ſacerdos.

Tymolus

Pactolus

Mydas

Genialiter.uoluptuoſe ac læte. Lucifer undecimus.Lucifer ſtella ẽ q̃ adueniẽte die ultia deſinit lucere:eoq; a poetis alias ſtellas cogere cõgregareq; dicitur. Coegerat. congregauerat. Significat autem undecimum diem aduẽiſſe . Sublime agmen ſtellarum.Sublimium & altarum ſtellarũ multitudinem .eſt enim hypallage . Lydos in Agros.In lydiam.Cõtra grammatices autem rationem deriuatiuum nomen pauciores q̃ primitiuum ſyllabas habet. Iuuẽi alumno.Baccho.

Lucifer

Altore.ſileno nutritore. Male uſurus.In ſuũ malum & perniciem.paulum enim abfuit qui fame periret Mydas. Annuit.Nutu conſenſit.

Soluit.perſoluit:præſtitit. Berecynthius heros.Mydas Phrygius:a Berecyntho Phrygiæ oppido: Polliciti fidẽ.Promiſſi ueritatem. Tẽptat.experitur. Non alta. ſed humili . Illud eñi aduerbium non hoc loco ad uerbum detraxit referri non poteſt:Sed uirgam ex non alta fronte decerptam fuiſſe oſtendit. Cereris.frumenti per metonymiam . Heſperides donaſſe putes

Scite.nã Heſperides hortos habuiſſe dicuntur aurea poma ferentes. Radiare . fulgere .



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Danaen eludere poſſit.Eleganter. Iupiter.n. in guttas cōuerſus aureas in ſinum Danaes deſcendit: Sicq; illa eſt potitus. Vix ſpes ipſe ſuas animo capit. Nam maxima quæq; ſibi pollicebatur Midas. Poſuere:Appoſuere. Toſtæ frugis: periphraſis eſt panis. Cerealia dona:panes. Rigebant:duri fiebant:quippe qui in aurum cōuertebantur. Cōuellere. Mandare. Præmebat: tegebat. Auctorem muneris:Bacchum per metonymiā pro uino. Fuſile:liquidum ac fuſum & liquefactū. Diueſq;: quia auro abūdabat. Miſerq;:quia auro frui nō poterat. Modo uouerat. uoto pauloante cōcupiuerat. Torquetur: cruciatur. Meritus. Quia ꝑpter auariciam illud a Baccho petierat. Lenææ pater. Bacche. Specioſo dāno:quod pulchrū & bonū uidetur:cū alioqui dānum ſit & malum. Mite deū mitiſſimū. Poſitiuū pro ſuplatiuo eſt poſitū. Facti fide: ob fidem quā præ ſe tulerat Silenū reſtituendo. Data munera ſoluit:Reſoluit & irrita fecit. Circūlitus:infectus. Male optato: Stulte ac ꝑnitioſe petito.

Sardis

Magnis ſardibus. Sardis urbs ē Lydiæ crœſi regia. Ceſſit:tranſiuit. Ille peroſus opes:Midas facultate auri efficiūdi quicqd tangeret liberatus:opeſq; peroſus: in ſyluis habitabat: panaq; paſtoꝝ deū colebat.Qui cum fiſtula inuenta ſibi multū nymphis placere uideretur:auſus ē Apollinē in certamen prouocare Tmolo montis deo iudice cōſtituto.Cū uero ſentētia pro apolline lata oībus placeret: ſolus Midas naturali ſtultitia ductus eam ut iniuſtam īprobauit. Quare Apollo indignatus aures illius ī Aſininas cōuertit quibus ipſius ſtoliditas indicaretur. Longiores nāq; aures ex phyſicoꝝ ſentētia uecordiā præſe ferunt:cæteꝝ

Midæ aures ī Aſininas

Midas aures aſininas thiaris purpureis occultauit:tonſoriq; mādauit ne uerbū cuiq̄ de illis faceret. Tonſor uero cum reticere non poſſet:ī locum deſertū ſeceſſit: ibiq; foueæ factæ īmurmurauit. Midam aures aſininas habere:deinde foueam terra repleuit. Arundines aūt eo in loco natæ uentoq; agitatæ eadem uerba:hoc eſt. Midas rex aſininas aures habet:referebant. Peroſus opes: odio habens opes qbus pœne fame fuerat confectus. Pingue:tardū. Vt ante:quando optauit ut qcquid cōtingeret:aureum fieret.

Nā freta ꝓſpiciens. Tmoli montis deſcriptio.

Hypæpa

Paruis Hypæpis Hypæpa urbs eſt Lydiæ: ut diximus. Cærata.Cæra iūcta. Iudice ſub Tmolo. Tmolus & mons & deus mōtis ipſius dicitur. Nā mōteſ ut flumīa deos ſuos habere dicūtur.Et aures Liberat arboribus. Ab auribus arbores re-

Vnda fluens palmis Danaen eludere poſſit.
Vix ſpes ipſe ſuas animo capit aurea fingens
Omnia.gaudenti menſas poſuere miniſtri
Extructas dapibus:nec toſtæ frugis egentes.
Tum uero:ſiue ille ſua cerealia dextra
Munera contigerat:cerealia dona rigebant.
Siue dapes auido conuellere dente parabat:
Lamina fulua dapes admoto dēte præmebat.
Miſcuerat puris auctorem muneris undis:
Fuſile per rictus aurum fluitare uideres.
Attonitus nouitate mali:diueſq;:miſerq;:
Effugere optat opeſ:& qua modo uouerat odit
Copia nulla famem releuat.ſitis arida guttur
Vrit.& inuiſo meritus torquetur ab auro:
Ad cælūq; manus & ſplēdida brachia tollens.
Da ueniam Lenææ pater peccauimus inquit.
Sed miſerere præcor:ſpecioſoq; eripe damno.
Mite deum numen Bacchus peccaſſe fatētem
Reſtituit:factiq; fide data munera ſoluit:
Ne ue male optato maneat circūlitus auro:
Vade ait ad magnis uicinū Sardibus amnem:
Perq; iugum ripæ labentibus obuius undis
Carpe uiam: donec uenias ad fluminis ortus.
Spumigeroq; tuum fonti:qua plurimus exit:
Subde caput.corpuſq; ſimul.ſimul elue crimē.
Rex iuſſæ ſuccedit aquæ.uis aurea tinxit
Flumen:& humano de corpore ceſſit in amnē.
Nunc quoq; iam ueteris ꝑcepto ſemine uenæ
Arua rigent auro madidis pallentia glebis.
Ille peroſus opes:ſiluas & rura colebat:
Panaq; montanis habitantem ſemper in antris:
Pingue ſed ingeniū manſit:nocituraq; ut ante
Rurſus erant domino ſtultæ ꝑcordia mentis.
Nam freta proſpiciens late riget arduus alto
Tmolus in aſcenſu:cliuoq; extenſus utroq;
Sardibus hinc.illinc paruis finitur hypæpis.
Pan ibi dū teneris iactat ſua carmina nymphis:
Et leue cerata modulatur arundine carmen:
Auſus Apollineos præ ſe contemnere cantus:
Iudice ſub Tmolo certamen uenit ad impar.
Monte ſuo ſenior iudex conſedit.& aures
Liberat arboribus quercu:coma cærula tantū
Cingit̄:& pendent.circū caua tēpora glandes.



Iſq; deum pecoris ſpectans:in iudice dixit
Nulla mora eſt.calamis agreſtibus iſonat ille.
Barbaricoq; Midan(aderat nam forte canenti)
Carmine deliniit.poſt hunc ſacer ora reſoluit.
Tmolus ad os phœbi. uultū ſua ſilua ſecuta ē.
Ille caput flauum lauro Parnaſide uinctus:
Verrit humum tyrio ſaturata murice palla.
Diſtinctamq; liram gemmis & dētibus indis
Suſtinet a leua. tenuit manus altera plectrum.
Artificis ſtatus ipſe fuit.tum ſtamina docto
Pollice ſollicitat:quorum dulcedine captus
Pana iubet Tmolus citharæ ſūmittere cannas.
Iudicium ſanctiq; placet ſententia montis
Omnibus.arguitur tamen:atq; iniuſta uocatur
Vnius ſermone Midæ.nec Delius aures
Humanam ſtolidas patitur retinere figuram.
Sed trahit in ſpatium:uilliſq; albentibus iplet.
Inſtabileſq; illas facit:& dat poſſe moueri.
Cætera ſunt hoīs.partem damnatur in unam.
Induiturq; aures lente gradientis aſelli.
Ille quidem cælare cupit:turpiq; pudore
Tempora purpureis temptat uelare tiaris.
Sed ſolitus longos ferro reſecare capillos
Viderat hoc famulis:qui nec cū prodere uiſum
Dedecus auderet:cupiens efferre ſub auras:
Nec poſſet reticere tamen ſecedit:humumq;
Effodit:& domini quales aſpexerit aures:
Voce refert parua: terræq; imurmurat hauſtæ:
Indiciumq; ſuæ uocis tellure regeſta
Obruit:& ſcrobibus tacitus diſcedit opertis.
Creber arundinibus tremulis ibi ſurgere lucus
Cœpit:& ut primum pleno maturuit anno
Prodidit agricolam leni nam motus ab auſtro
Obruta uerba refert:dominiq; coarguit aures
Vltus abit Tmolo:liquidumq; per aera uectus
Anguſtum citra pontum Nepheleidos Helles
Laomedonteis Latoius aſtitit aruis.
Dextera Sigæi.Rhœtæi leua profundi
Ara Panomphæo uetus eſt ſacrata tonanti.
Inde nouæ primum moliri mœnia Troiæ
Laomedonta uidet:ſuſceptaq; magna labore
Creſcere difficili:nec opes expoſcere paruas.
Cumq; tridentigero tumidi genitore profundi

mouet. Deliniit.Blāditus ē. Sacer.Apollo. Reſoluit ora.Aperuit ora: & canere cœpit. Tmolus ad os phœbi.Se conuertit ſubaudiendū. Ille caput flauū uinctus.Flauum caput habens coronatū. Parnaſide:Parnaſia:qua parnaſus abūdat. Forma nāq; patronimica pro poſſeſſiua eſt uſus poeta.Apollinis aūt cytharedi habitū deſcribit. Saturata:infecta:bis tincta. Tyrio murice. Tyria purpura.

Palla

Palla: aūt ueſtis ē muliebris ſyrma habens:qua & cytharœdi utebantur. Verrit humum.Innuit pallā Apollinis ſyrma habuiſſe quod per terrā trahebatur. Sic Horatius de tibicine loquēs.Traxitq; uagus p pulpita ueſtem.

Diſtinctāq;: ornatam.Dentibus indis:ebore.
Stamina:chordas. Sollicitat: tangit:percutit.
Cānas:Tibiam ex cānis confectam. Arguitur: Reprehenditur. Nec Delius: Apollo. Aures ſtolidas.Oī carentes iudicio. Sed trahit in ſpatium:Protrahit:producit:ac longas efficit. Inſtabiles:mobiles.Et dat poſſe moueri: Concedit facultatem ſeipſas mouendi. Lente gradiētis:tarde euntis.

Tiara

Purpureis Tiaris.Tiara qui & Tiaras dicitur tegmē eſt capitis regū orientis. Velare: Celare:occultare. Efferre ſub auras:Vulgare.

Secedit:In locum ſecretū uadit. Voce parua: murmure. Hauſtæ: Effoſæ. Regeſta: reiecta.

Scrobibus opertis: Rep'eta fouea. Prodidit agricolam. Indicauit eū: qui illam effoderat terrā. Obruta uerba: Quæ talia fuerunt. Midas rex aſini aures habet. Dn̄iq; coarguit aures:hoc eſt.Midæ regis aures cōuincit eſſe aſininas. Vltus abit Tmolo.

Apollo Neptunus in homines

Atq; Neptunus cū Laomedontē mœnia Troiæ ædificantē uidiſſent: ī humanā figurā conuerſi:pacto auro ſe cito opus illud abſoluturos receperunt. Mœnibus uero perfectis cū ꝑmiſſum aurum repoſcerent: a Laomedonte illo fraudati:qui iureiurando ſe nihil ꝑmiſiſſe affirmauit:tātam perfidiā inultam eſſe nō ꝑmiſerūt. Neptunus enim & diluuium immiſit:quo totus ager Troianus eſt deuaſtatus:& Heſionen filiam monſtro marino exponere Laomedontem coegit. Quem quidem cum Hercules illac cū Argonautis tranſiens liberaſſet: ac ꝑmiſſis equis a pſido rege fraudaretur:& Troiā expugnauit:& Heſionen captā Thelamoni ſocio donauit. Nepheleidos Helles.Nepheles filiæ:Helle nāq; athamātis & nepheles filia fuit ac ſoror phryxi: a qua in mari ſubmerſa helleſpontus fuit cognominatus.

Latoius.Apollo Latonæ filius. Dextera ſigæi: Sigeum & Rhetæum promōtoria ſunt troiæ notiſſima. Ara panōphæo tonāti. Sic quidem in exemplaribus legitur:ſed corrupte legi facile Homeri carmine coarguitur. Nam in.viii. Ilia.li. ſic ſcrib. de hac eadem ara ενθα πανομφαίω ζηνὶ ρεεσκον αχαιοι hoc eſt: ubi Panomphæo Ioui ſacra faciebant Achiui.Quare hic quoq; panomphæo legēdū eſſe:uel refragātibus exēplaribꝰ audacter cōtēderim.

Panōphæus Iuppiter

Panōphæus aūt Iupiter dictus ē:ut exponit Euſta:uel ꝙ oīum uoces audiat:uel quod oīum uoce colatur:nā παν oē. ομφη uox dicitur. Suſcepta magna.Incœpta grandia.

Mortalem induitur formã.phrigie tyrãno
Aedificant muros pacto pro mœnibus auro.
Stabat opus præcium rex inficiatur:& addit
Perfidiæ cumulum falſis periuria uerbis.
Non ĩpune feres rector maris inqt: & omnes
Inclinauit aquas ad auaræ littora Troiæ.
Inq; freti formam terras conuertit:opeſq;
Abſtulit agricolis:& fluctibus obruit agros.
Pœna neq; hæc ſatis ẽ. regis quoq; filia mõſtro
Poſcitur æquoreo: quã dura ad ſaxa reuinctam
Vindicat Alcides:promiſſaq; munera dictos
Poſcit æquos:tantiq; operis mercede negata
Bis periura capit ſuperatæ mœnia Troiæ.
Nec pars militiæ Telamon ſine honore receſſit
Heſioneq; data potitur.nam coniuge Peleus.
Clarus erat diua.nec aui magis ille ſuperbit
Nomine q̃ ſoceri.ſiquidem Iouis eſſe nepotem
Contigit haud uni.coniunx dea cõtigit uni.
Nam ſenex Thetidi proteus prædixerat udæ.
Cõcipe.mater eris iuuenis:qui fortibus armis
Acta patris uincet:maiorq; uocabitur illo.
Ergo ne quicq̃ mundus Ioue maius haberet:
Q uãuis haud tepidos ſub pectore ſẽſera igneſ
Iupiter:æquoreæ Thetidis cõnubia uitat.
Inq; ſua Aeacidem ſuccedere uota nepotem
Iuſſit:& amplexus in uirginis ire marinæ.
Eſt ſinus Aemoniæ curuos falcatus in arcus.
Brachia procurrunt.ubi ſi foret altior unda:
Portus erat.ſũmis ĩductũ eſt æquor harenis:
Littus habet ſolidũ:quod nec ueſtigia ſeruet:
Nec remoretur iter:nec opertũ pendeat alga.
Myrthea ſilua ſubeſt bicoloribus obſita baccis
Eſt ſpecus in medio:natura factus an arte
Ambiguũ.magis arte tamen:quo ſæpe uenire
Frenato delphine ſedens Theti nuda ſolebas.
Illic te Peleus:ut ſomno uicta iacebas
Occupat:& quoniã p̃cibus tẽptata repugnas:
Vim parat innectens ambobus colla lacertis.
Q uod niſi ueniſſes uariatis ſæpe figuris
Ad ſolitas artes.auſo foret ille potitus.
Sed mõ tu uolucris:uolucrẽ tñ ille tenebat.
Nũc grauis arbor eras:hærebat ĩ arbore Peleus
Tertia forma fuit maculoſæ tigridis.illa

Stabat opus:erectum erat. Inficiatur:negat. Nam inficiari & inficias ire negare eſt. Monſtro æquo:ceto. Vindicat:liberat. Dictos:pactos:promiſſos ex ſolis æquorꝫ ſemine ꝓgenitos.

Heſionæ liberatio

Bis periura mœnia. Nam primum Apollini atq; Neptuno ædificatis muris: Deinde Herculi pro liberata Heſiona pacta præmia denegarat.

Nec pars militiæ Telamon. Telamon Aeaci filius ex Heſiona Laomedontis filia Teucrum ſuſcepit. Nam cõiuge Peleus. Clarus erat diua. Peleus Aeaci filius ac Telamonis frater: nepoſq; Iouis ſolus ex hominibus deam uxorẽ ducere meruit. Cũ enim Proteus Thetidi prædixiſſet: ipſam eſſe parituram filium patre maiorẽ: Iupiter q̃uis eius amore captus:illo quidem abſtinuit coniugio. Nepoti autem Peleo mandauit:ut illam duceret uxorem. Quare Peleus Thetida in ſpelunca quieſcentem fruſtra eſt amplexus. Nam dea:cũm & in uolucrem & arborem cõuerſa a Peleo non dimitteretur:in Tigridem ſe transfigurauit:cuius ſæuitia territus Peleus eam dimiſit. Admonitus aũt a Proteo: ut eam dormientẽ & uinclis ligaret & quãuis in mille uarias figuras conuerteretur: detinere: donec in priſtinam rediiſſet formam:illa tandem eſt potitus:ex qua Achillem ſuſcepit.

Thetis in uarias formas

Pulchra autem phantaſia uarias Thetidis transfiguratiões poeta deſcribit. Nec aui.Iouis. Quã ſoceri.Nerei.Nam Thetis Nerei filia fuit. Siquidem Iouis eſſe nepotem.Nam multis inquit nepotibus eſſe Iouis contigit.Siquidem uero interdum una eſt dictio ut hoc loco:iterdum duæ: id quod facile ex ipſo dignoſcitur ſenſu. Coniunx dea cõtigit uni.Vxor inquit dea ſoli Peleo obuenit. Vdæ:humidæ.Nympha enim fuit marina.

Siquidem

Quãuis haud tepidos. Quanuis magno Thetidis amore Iupiter teneretur. Haud tepidos ignes.Vehementes amores. Cõnubia.Nuptias.

Aeaciden:Peleum Aeaci filium Iouis ex Aegina nepotem. Eſt ſinus Aemoniæ.Topographia eſt.Deſcribit enim ſpecum:in quo Thetis feſſa requieſcere ſolebat. Aemoniæ. Theſſaliæ. Falcatus.In ſimilitudinem falcis figuratus.eſt autẽ nomen ſimile participio a falce declinatum. Brachia procurrunt:promontoria quæ brachia uidẽtur:in mare protenduntur. Seruet. Cuſtodiat.

Remoretur.Retardet. Pendeat:ſuſpẽſum ſit. Myrthea ſilua ſubeſt.hoc eſt.Silua myrthis cõſita illi adiacet ſinui. Subeſſe autẽ illam ait: qđ ex phyſicorꝫ ſentẽtia mare q̃ terra altius ẽ. Obſita: conſita : præpoſitio namq; pro præpoſitione poſita eſt. Occupat. Inuadit. Ad ſolitas artes.Ad conſuetas tibi transformationes. Auſo. Re temptata : & concubitu appetito.



Territus Aeacides a corpore brachia ſoluit.
Iſq; deos pelagi uino ſuper æquora fuſo
Et pecoris fibris:& fumo thuris adorat:
Donec carpathius medio de gurgite uates
Aeacide dixit:thalamis potiere petitis.
Tu modo:cũ gelido ſopita quieſcit in antro:
Ignaram laqueis uincloq; innecte tenaci.
Nec te decipiat centum mentita figuras.
Sed p̃me qcqd erit:dum qđ fuit añ reformet.
Dixerat hæc ꝓteus:& cõdidit æquore uultũ:
Admiſitq; ſuos in uerba nouiſſima fluctus.
Pronus erat Titan:inclinatoq; tenebat
Heſperiũ temone fretũ:cum pulchra relicto
Nereis ingreditur conſueta cubilia fluctu.
Vix bene uirgineos Peleus inuaſerat artus:
Illa nouat formas:donec ſua membra teneri
Senſit:& in partes diuerſas brachia tendit.
Tũc demũ ĩgemuit. neq; ait ſine numie uinciſ:
Exhibita eſtq; Thetis:cõfeſſam ãplectit̃ heros:
Et potitur uotis:ingentiq; implet Achille.
Fœlix & nato:fœlix & coniuge Peleus.
Et cui ſi demas iugulati crimina phoci:
Omnia contigerant.fraterno ſanguine ſontem
Expulſumq; domo patria Trachinia tellus
Accipit.hic regnum ſine ui:ſine cæde regebat
Lucifero genitore ſatus: patriumq; nitorem
Ore ferens Ceyx:illo qui tempore mœſtus
Diſſimiliſq; ſui fratrem lugebat ademptum.
Q uo poſtq̃ Aeacides feſſus curaq; uiaq;
Venit: & intrauit paucis comitantibus urbem:
Q uoſq; greges pecorꝫ q̃ ſecũ armẽta trahebat:
Haud procul a muris ſub opaca ualle reliquit:
Copia cũ facta eſt adeundi tecta tyranni:
Velamenta manu prætendens ſupplice: qs ſit:
Q uoq; ſatus memorat tãtũ ſua crimina cælat:
Mentiturq; fugæ cauſam.petit urbe uel agro
Se iuuet.hunc contra placido trachinius ore
Talibus alloqtur.mediæ quoq; cõmoda plebi
Noſtra patẽt Peleu:nec ĩhoſpita regna tenemꝰ.
Adiicis huic animo monumẽta potẽtia:clarum
Nomẽ:auũq; Iouẽ:nec tẽpora perde p̃cando.
Q uod petis oẽ feres: tuaq; hæc ꝓ p̃te uocato:
Q ualiacũq; uides:utinam meliora uideres.

Carpathius uates: Proteus qui in carpathio habitat mari a carpatho inſula dicto. Thalamis petitis:Nuptiis optatis.Innecte:cõnecte:colliga. Centum mentita figuras: mutata in centũ falſas figuras.Eſt autem numerus finitus pro infinito poſitus. Sed præme:comprime ac retine.

Dum quod fuit ante reformet.Hoc ẽ:dum in priſtinam redeat formam. Suos fluctus: Marinas undas. Inclinato temone: inclinato curru. Partem enim pro toto poſuit. Currus autem ſolis cum tendit ad occaſum deſcendere uidetur.

Heſperium fretum. Atalantum mare : in quo ſol condi uidetur. Conſueta cubilia: Solitã ſpeluncam. Relicto fluctu. Derelicto mari. Donec ſua membra teneri ſenſit: Donec ſe ligatam eſſe animaduertit. Sine numie:Siue auxilio numinis alicuius & dei. Exhibita eſtq; Thetis.i. in figuram Thetidis eſt reuerſa. Ingenti: Achille: Semine ex quo magnus Achilles eſt natus. Iugulari phoci. Phocus Aeaci filius ex pſamathe nympha a peleo fuit interfectus. Qua re peleus a patre in exiliũ eiectus ad cæycem Trachinæ regem infœlici Dædalionis fratris caſu lugẽtẽ confugit. Nam Dædalion luciferi filius chionem filiam habuit:quæ cũ iam ex Mercurio Autolycũ: ex Apolline Philemonem genuiſſet:Diana ſe formoſiorem eſſe iactauit: Qua re dea irata ſagittis eam confecit:cuius morte Dædalion tñ concepit dolorem:ut ex parnaſi uertice ſe in mare præcipitarit:ſed Apollo non ĩmemor uoluptatis:quã de illius filia conceperat: eum in accipitrem antequã in mare caderet:cõmutauit. Oĩa contigerant:ad fœlicitatem faciẽtia intelligamus. Trachinia tellus. Trachi quæ & Trachis dicitur urbs eſt Theſſaliæ ſub Oeta monte ab Hercule ædificata αποτησ τραχυτητοσ. hoc eſt: ab aſperitate dicta:Vnde Trachinius deriuatur. Lucifero genitore ſatus cæyx: cæyx Phoſphori hoc ẽ luciferi fuit filius: Alcyoneſq; maritus. Diſſimilis ſui.Nam præ ſe quandam hylaritatem antea ferre conſueuerat: quæ tunc in mœſtitiã fuerat conuerſa. Fratrem ademptum: Dædalionẽ in accipitrem cõmutatum.Velamẽta:Ramum oliuæ dicit:qui ab externis qui pacem afferebant geſtabatur.Vnde Virgilius ĩ octauo æneidos. Tum pater Aeneas puppi ſic fatur ab alta.Paciferæq; manu ramum prætendit oliuæ. Sua crimina.Phoci fratris cædem. Menţiturq; fugæ cauſam.Falſam fugæ cauſam refert. Mediæ plebi:Infimæ.

Ceyx in auẽ

Dædalion in accipitrem

Patẽt. Parata ſunt. Hac autem oratione Ceyx ſe in omnes benigniſſimum eſſe oſtendit. Inhoſpita:Inhoſpitalia. Huic animo:noſtro animo per ſe benigno ac liberali. Omne feres:habebis : accipies. Meliora. Fœliciora.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Chione

Peleuſq; comiteſq; rogant. Sic quidem corrupte legitur. Neq; enim ratio carminis patitur: ut q; copula breuis producatur. Qua re illa q; eraſa hác copulam & in uerſus principio putaui reponēdam. Quæ rapto uiuit. Rapina. Qui uocat auroram. Luciferi periphraſis. Nam lucifer & primus ſtellarum īcipit:& ultimus lucere deſinit.

Tenendæ. Conſeruandæ. Thiſbeas colūbas: Thiſbe urbs eſt Bœotiæ a Thiſbe Aeſopi filia cognominata colūbis abundans. Vnde Thiſbeon: ut ſcribit Stephanus ex ſententia Epaphroditi: columbis plenum erat. Agitat. Vexat: perſequitur. Accipitres nāq; maxime colūbas infeſtant. Nata erat huic Chione: ab eximio candore forſitan ſic fuit appellata. Nam chione nix interprætatur.

Maiaq; creatus. Mercurius. Hic uertice cyllenæo. Hic mercurius a Cyllene Arcadiæ mōte: ubi Mercurius ipſe natus eſſe fingitur. Pariter traxere calorem. Vna ambo cœperunt amare.

Mouente ſoporem: inducente ſomnum. Iacet: In ſomnum reſoluitur. Prærepta gaudia. Ante a Mercurio rapta. Alipedis dei. Mercurii talaria alata geſtātis. Quod iccirco fingitur: qa Mercurius uelociſſimus eſt omnium planetarum.

Verſuta. Aſtuta: callida: quæ nigrum in candida uertere ſciat. Cādida de nigris. Hoc de aſtutis uerſutiſq; dici ſolet. Carmine uocali: cantu ſonoro ac ſuaui. Progenitore: tonante. Auo Ioue qui luciferi pater eſt. Curuauit cornu. Flexit arcum ex cornu cōfectum: eſt enim Metonymia.

Arundine. Sagitta ex arundine & calamo facta. Verba temptata. Quæ chione emittere conata eſt. Sequuntur. Linguam ſubaudiamus.

Quam miſer ego tunc. Fui ſubaudiatur. Cum quadam exclamatione autem hæc efferuntur. At ſi diceret. O quātū miſer ego tūc fui. O pietas: exclamatio affectui ſeruiēs. Delamētatur. Valde lamētatur: ut Deamare ualde amare dicimuſ.

Et flebat. moueat tantos quæ cauſa dolores:
Et Peleus comiteſq; rogant: quibus ille ꝓfatur.
Forſitan hanc uolucrem: rapto q̄ uiuit: & oēs
Terret aues: ſemper pennas habuiſſe putetis.
Vir fuit: & tanta eſt animi conſtantia: quantū
Acer erat: belloq; ferox ad uim q; paratus:
Nomine Dædalion: illo genitore creatus:
Qui uocat auroram: cæloq; nouiſſimus exit.
Culta mihi pax eſt: pacis mihi cura tenendæ
Coniugiiq; fuit. fratri fera bella placebant.
Illius uirtus gentes regeſq; ſubegit:
Quæ nunc Thiſbeas agitat mutata columbas
Nata erat huic Chione: quæ dotatiſſima forma
Mille procis placuit bis ſeptem nubilis annis.
Forte reuertentes Phœbus Maiaq; creatus:
Ille ſuis delphis. hic uertice Cyllenæo
Videre hanc pariter: pariter traxere calorem.
Spem ueneris differt i tempora noctis Apollo.
Non fert ille moras: uirgaq; mouente ſoporem
Virginis os tangit. tactu iacet illa potenti.
Vimq; dei patitur. nox cælum ſparſerat aſtris.
Phœbus anū ſimulat: ꝑreptaq; gaudia ſumit.
Vt ſua maturus compleuit tempora uenter.
Alipedis de ſtirpe dei uerſuta propago
Naſcit Autolycus furtum igenioſus ad omne:
Qui facere aſſuerat patriæ nō degener artis
Candida de nigris: & de candentibus atra.
Naſcitur e Phœbo (nāq; eſt enixa gemellos)
Carmine uocali clarus cytharaq; Philemon.
Quid peperiſſe duos: & diis placuiſſe duobus
Et forti genitore & progenitore tonante
Eſſe ſatā ꝓdeſt? an obeſt quoq; gloria multis?
Obfuit huic certe: quæ ſe præferre Dianæ
Suſtinuit: faciemq; deæ culpauit. at illi
Ira ferox mota eſt: factiſq; placebimus inquit.
Nec mora. curuauit cornu: neruoq; ſagittam
Impulit: & meritam traiecit arundine linguam.
Lingua iacet: nec uox tēptataq; uerba ſequunt
Conantemq; loqui cū ſanguine uita reliquit.
Quā miſer (o pietas) ego tūc: patrioq; dolorē
Corde tuli: fratriq; pio ſolatia dixi.
Quæ pater haud aliter q̄ cauteſ murmura pōti
Accipit: & natam delamentatur ademptam.



Vt uero ardentem uidit: quater impetus illi
In medios fuit ire rogos: quater inde repulſus
Concita mēbra fugæ mādat: ſimiliſque iuuēco
Spicula crabronum preſſa ceruice gerenti.
Qua uia nulla ruit. iam tū mihi currere uiſus
Plus homine ē: alaſq; pedes ſumpſiſſe putares.
Effugit ergo omnes: ueloxq; cupidine læti
Vertice Parnaſſi potitur. miſeratus apollo:
Cum ſe Dædalion ſaxo miſiſſet ab alto:
Fecit auem: & ſubitis pendentem ſuſtulit alis.
Oraq; adūca dedit: curuos dedit unguibꝰ hamos
Virtutē antiquā. maiores corpore uires.
Et nunc accipiter nulli ſatis æquus in omnes
Sæuit aues: aliiſq; dolens fit cauſa dolendi.
Quæ dum lucifero genitus miracula narrat
De conſorte ſuo: curſu feſtinus anhelo
Aduolat armenti cuſtos Phocæus Anetor.
Et Peleu Peleu magnæ tibi nuncius adſum
Cladis ait. quodcūq; ferat: iubet edere Peleus.
Pendet & ipſe metu trepidi Trachinius oris.
Ille refert. feſſos ad littora curua iuuencos
Appuleram: medio cum ſol altiſſimus orbe
Tantū reſpiceret: quātum ſupereſſe uideret:
Parſq; boum fuluis genua inclinarat harenis:
Latarumq; iacens campos ſpectabat aquarum.
Pars gradibus tardis illuc errabat & illuc.
Nātq; alii: celſoq; extant ſuper æquora collo.
Tēpla mari ſubſt: nec marmore clara: nec auro
Sed trabibus denſis lucoq; umbroſa uetuſto.
Nereides nereuſq; tenent. hos nauita ponti
Edidit eſſe deos: dum retia littore ſiccat.
Iuncta palus huic eſt denſis obſeſſa ſalictis:
Quā reſtagnātis fecit maris unda paludem.
Inde fragore graui ſtrepitus loca ꝓxima terret.
Bellua uaſta lupus ſiluiſq; paluſtribus exit.
Oblitus & ſpumis & craſſo ſanguine rictus.
Fulmineus: rubra ſuffuſus lumina flamma.
Qui q̄q̄ ſæuit pariter rabieq; fameq;
Acrior eſt rabie. neq; enim ieiunia curat
Cæde boum diramq; famem finire: ſed omne
Vulnerat armētū: ſternitq; hoſtiliter omnes.
Pars quoq; de nobis funeſto ſaucia morſu:
Dum defenſamus: læto ē data. ſanguine littus

Spicula crabronum: Crabro uolatile ē ut ueſpa maxime iuuencos infeſtans. Alaſq; pedes: Iam enim in accipitrem uerti cœptus erat. Cupidine læti. Cupiditate mortis. Vertice parnaſſi potitur. In uerticem ac ſummitatem parnaſi aſcēdit. Ab alto ſaxo. Monte. Subitis alis: Subito natis. Ora adunca: Roſtrum aduncum. Maiores corpore uires: Maiores q̄ ut illi tam paruo corpori conueniant. Nulli ſatis æquus. Rapto enim uiuit accipiter. Sexdecim aūt accipitrū genera eſſe ſcribit Plinius: quæ ſiquis noſſe cupit: inde petat. Illud ſciēdum apud priſcos accipitres manſueſcere non conſueſſe: id quod facile cū ex aliis quæ de accipitribus ſcribuntur: tum ex his Plynii uerbis colligi poteſt In Thraciæ parte ſup Amphipolim homines atq; accipitres ſocietate quadam aucupantur. Hi ex ſyluis & arundinetis excitant aues: Illi ſupuolantes deprimūt: Rurſus captas aucupes diuidunt cum his. Traditum eſt miſſas in ſublime ibi excipere eos: & cum tempus ſit capturæ: clangore ac uolatus genere inuitare ad occaſionem. Deniq; Plinius de māſuetis accipitribus ne unum quidem uerbum facit: nequaquā taciturus: ſi tempore ſuo in uſu fuiſſent. — Crabro

De conſorte ſuo: Fratre ſuo Dedalione. Lupi autem qui Pelei armēta lacerarat: metamorphoſin in ſaxum ſubtexit poeta. Curſu feſtinus anhelo. Hypallage eſt. Feſtino ſiquidē curſu illum anhelantē ueniſſe intelligimus. Phocæus anetor: a Phocide regione phocæus phocaicuſq; declinantur. Et peleu. Peleu. Conduplicatio ſubitum malum nuncianti maxime conueniens. — Lupus in ſaxum

Trepidioris: Trepide nunciantis. Pendet: ſolicitus eſt. Tantum reſpiceret. Periphraſis meridiei. Campos latarum aquarum: æquor. Gradibus: paſſibus. Templa mari ſubſunt: Adſunt: Iuxta mare ſunt. Edidit: dixit. Huic: Lucos ſubintelligatur. Reſtagnantis: æſtuantis. Elegāter autem deſcribit locum luporū latebris accōmodatum. Inde: ex ea palude. Oblitus: infectus. Eſt autem ſynegdoche. Rictus enim oblitos & īfectos habens intelligitur. Fulmineus: Inſtar fulminis omnia proſternens. Funeſto morſu: mortali. Saucia: uulnerata. Læto data: interfecta.

Defenſamus: Defendere conamur.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Vndaq; prima rubet:demugitæq; paludes.
Sed mora dānoſa ē:nec res dubitare remittit.
Dum ſupeſt aliquid:cuncti coeamus ad arma.
Arma capeſſamus:coniunctaq; tela feramus.
Dixerat agreſtis.nec pelea damna mouebant.
Sed memor admiſſi nereida colligit orbam
Damna ſuo inferias extincto mittere phoco.
Induere arma uiros:uiolentaq; ſumere tela
Rex iubet Oetæus: cū quis ſimul ipſe parabat
Ire.ſed Alcyone coniunx excita tumultu
Proſilit:& nondum totos ornata capillos
Diſiicit hos ipſos:colloq; infuſa mariti
Mittat ut auxilium ſine ſe uerbiſq; præcatur
Et lachrymis:animaſq; duas ut ſeruet in una.
Aeacides illi pulchros regina pioſq;
Pone metus.plena eſt promiſſi gratia ueſtri.
Nō placet arma mihi ɔtra noua mōſtra mouē.
Numē adorandū pelagi eſt.erat ardua turris:
Arce locus ſumma:feſſis loca grata carinis.
Aſcendunt illuc:ſtratoſq; in littore thauros
Cum gemitu aſpiciunt:uaſtatoremq; cruento
Ore ferum longos infectum ſanguine uillos.
Inde manus tendens in aperti littora ponti:
Cæruleam Peleus Pſamathen:ut finiat iram
Orat:opemq; ferat.nec uocibus illa rogantis
Flectit͛ Aeacidæ:Thetis hāc ꝓ cōiuge ſupplex
Accepit ueniam.ſed enim irreuocatus ab acri
Cæde lupus perſtat dulcedie ſanguinis aſper:
Donec inherentem laceræ ceruice iuuencæ
Marmore mutauit corpus pariterq; colorem.
Omnia ſeruauit.lapidis color indicat illum:
Iam non eſſe lupum:iam nō debere timeri.
Nec tamē hac ꝓfugum cōſiſtere pelea terra
Fata ſinūt.magnetas adit uagus.exul:& illic
Sumit ab Aemonio purgamina cædis acaſto.
Interea fratriſq; ſui fratremq; ſecutis
Anxia prodigiis turbatus pectora Ceyx.
Cōſultat ut ſacras hominū oblectamia ſortes:

Demugitæq; paludes.Mugitu boum repletæ:eſt aūt participiū contra grāmatices rōnem formatū. Remittit: pmittit. Arma capeſſamus:Anadiploſis pulchra exhortationi accōmodata. Agreſtis:paſtor. Admiſſi:Cōmiſſi:& fraternæ necis. Nereida colligit orbam.hoc ē. Ratiocinatur pſamathen nympham Phoci matrē filio inferias mittere. Rex Oetæus:Ceyx rex Trachinæ:quæ cōtermina eſt Oethe monti.A qbuſdam tamē æthereus legitur:hoc eſt.Sidereus & ſplendidus. Excita. Euocata ex intima ædiū parte ac Gynæceo.Significat aūt Alcyonen de uiri ſalute quē uehemētiſſime amabat:maxie ſollicitam eſſe. In una.Nam alcyones uitā a Ceycis uita pendiſſe exitus fecit manifeſtū. Eo nāq; in mari ſubmerſo:ipſa quoq; uitam dolore finiuit. Aeacides illi: inqt uerbum: quod facile ſubauditur: fuit ꝑtermiſſum. Plena eſt: perfecta atq; cumulata. Numen pelagi. Plamathe nympha marina. Ardua turris.alta. Turris aūt a terrendis hoſtibus dicta uidetur. Feſſis loca grata carinis. Illum enim nautæ aſpicientes in portū naues dirigebant: ſeq; terræ ꝓpinquos eſſe cognoſcebant.

Turris unde

Inde.Ab illa turri. In littora.Verſus littora.

Apti ponti.Maris late parentis. Pſamathen. Pſamathe nympha fuit Nerei filia & phoci mater. Aeacide rogantis:Pelei p̄cantis:illi nāq; fuerat irata:eoq; præcibus illius nihil mouebatur.

Pſamathe.

Sed eni irreuocatus ab acri cæde lupus pſtat: ſed enim lupus ferox inqt imperterritus pſtat in agri cæde dulcedie ſanguinis allectus. Marmore mutauit: ī marmor: Thetis aūt ſubaudiatur.

Magnetes ad it.Magnetes populi ſunt theſſaliæ æquoꝶ domitores clariſſimi: de qbus Lucanus in.vi.Et magnetes eqs:Minyæ gens cognita remis.Magneſia uero ē regio theſſaliæ.Eſt ēt magneſia urbs iuxta Mæandrū: & regio a magnete dicta. Ab æmonio acaſto: acaſtus Rex fuit theſſaliæ Peliæ filius:ut ex Senecæ Medea colligitur.

Magnetes

Magneſia

Acaſtus

Interea fratriſq; ſui. Ceyx luciferi filius fratris caſu admodū ſollicitus: ad clariū oraculū conſulendū ire cū uellet:diu ab Alcyone uxore fuit remoratus.Cū uero illi ꝓmiſiſſet ſe intra duos mēſes reuerſuꝶ:abire pmiſſus ē: ſed in Aegeo tēpeſtate depræhenſus naufragium fecit:nauiq; amiſſa una cū ſociis ſubmerſus:quē uxori ꝓmiſerat reditum:ꝑſtare nō potuit. Vxor aūt cū quotidie ꝓ mariti ſalute diis oībus Iunoniq; in primis uota ſolueret:opera illius:per ſomnū admonita ē:maritū in mari periiſſe. Quare expergefacta ad littus unde ſoluerat maritus acceſſit: ac dū infortunia ſua quæreretur:cadauer in mari lōgius aſpexit:q̄ cū mariti eſſe cognouiſſet: ad illudq; p undas exilire uellet:in auem alcyonen conuerſa ad os mariti aduolauit:q miſeratione deoꝶ pia uxoris oſcula ſentiens:in eiuſdem generis auem ipſe quoq; fuit trāſfiguratus. Ab his aūt auibus.xiiii. dies alcyonii ſunt dicti: qbus mare quietū ē. Nā tempore brumæ nidificant:ac dū & excludāt pullos & educēt: mare omni tēpeſtate caret. Anxia pectora turbatus:ſynegdoche poetica.hoc ē:ſollicitum animū & turbatū habens. Prodigiis:fratris ſui:cuius filia Dianæ ſagitta ſubito fuerat interfecta. Fratremq; ſecutis:qui in accipitrem fuerat cōmutatus. Hominum oblectamina:mortalium oblectamenta: nō infortunioꝶ remedia.

Ceyx Alcyōe in aues

Alcyonii dieſ



Ad clariū parat ire deū.nā templa prophanus
Inuia cū Phlegyis faciebat delphica phorbas:
Conſilii tamen ante ſui fidiſſima certam.
Te facit Alcyone:cui protinus intima frigus
Oſſa receperunt:buxoq; ſimillimus ora
Pallor obit:lachrymiſq; genæ maduere ꝓfuſis
Ter conata loqui:ter fletibus ora rigauit.
Singultuq; pias interrumpente quærelas:
Quæ mea culpa tuam dixit cariſſime mentē.
Vertit? ubi ē quæ cura mei prior eſſe ſolebat?
Iam potes Alcyone ſecurus abeſſe relicta.
Iam uia lōga placet:iam ſum tibi carior abſens
At puto per terras iter ē? tantumq; dolebo:
Nō etiā metuā? curæq; timore carebunt?
Aequora me terrent:& ponti triſtis imago.
Et laceras nuper tabulas in littore uidi.
Et ſæpe in tumulis ſine corpore nomina legi
Ne ue tuum fallax animum fiducia tangat:
Q đ ſocer Hippotades tibi ſit: q carcere fortes
Contineat uētos:& cū uelit æquora placet.
Cum ſemel emiſſi tenuerunt æquora uenti:
Nil illis uetitum eſt:incōmendataq; tellus
Oīs:& omne fretū eſt:cæli quoq; nubila uexāt
Excutiuntq; feris rutilos cōcurſibus ignes.
Quo magis hos noui (nā noui & ſæpe pat͛na
Parua domo uidi)magis hos reor eē timendos.
Quod tua ſi flecti p̄cibus ſententia nullis
Care poteſt coniunx: nimiumq; es certus eūdi.
Me quoq; tolle ſimul.certe iactabimur una.
Nec niſi quæ patiar metuā:pariterq; feremus.
Quicqd erit pariter:ſup æquora lata feremur.
Talibus Aeolidis dictis lachrymiſq; mouetur
Sidereus cōiunx.neq; eni mior ignis i ipſo eſt.
Sed neq; ꝓpoſitos pelagi dimittere curſus:
Nec uult Alcyonen i partem adhibere pericli.
Multaq; reſpondit timidum ſolantia pectus.
Non tamē iccirco cauſam probat.addidit illis
Hoc quoq; lenimen: quo ſolo flexit amantem.
Lōga quidem ē nobis omnis mora ſed tibi iuro
Per patrios ignes:ſi me modo fata remittant.
Ante reuerſurum:q̄ luna bis impleat orbem.
His ubi promiſſis ſpes eſt admota recurſus.
Protinus eductam naualibus æquore tingi

Ad clarium deum: ad oracula Clarii Apollinis:quæ olim in lycia fuerunt: nam Claros urbs eſt Lyciæ: Apollinis oraculo clariſſima. Nā templa delphica:tacitæ obiectioni occurrit. Prophanus phorbas: phorbas phlegyarū rex fuiſſe perhibetur:ac contra Delphos bellum ſuſcepiſſe. Phlegyę autem populi fuerunt Theſſaliæ aduerſus deos impii: qui tandem a Neptuno diluuio immiſſo fuerunt deleti. Prophanus:ſacrilegus: q nulla ſacrorum cura tangebatur. Te facit certā: in ſoluta oratione certiorem diceremus: eſt autē apoſtrophe ad Alcyonem. Cui protinus intima frigus oſſa receperunt.i. quæ ſtatim tremere cœpit. Receperunt: conceperunt: traxerunt.

Claros

Phorbas

Phlegiæ

Obit:occupat. Rigauit:madefecit:eleganter aūt effingit mores uxoris maritū efflictum deamantis. Pias quærelas: a pio amore ꝓuenietes lamentationes. Vertit:cōuertit:cōmutauit. Securus: ſine ulla mei cura. Triſtis imago ponti: aſpera facies maris. In tumulis ſepulchris. Sine corpore:erant nāq; Cenotaphia:hoc ē:inania ſepulchra. Hippotades: Aeolus Hippotæ Troiani nepos:filius nāq; fuit Iouis & Segeſtæ Hippotæ filiæ. Placet:mitiget. Incōmutata: ſic quidē legebatur:ſed nihil ſenſui conuenire uidetur.Incōmendata uero maxime quadrare:ut intelligamus neq; terram:neq; mare uentis eſſe cōmēdata:ſed uiolenter perturbari atq; uaſtari. Excutiuntq; feris:ex concurſu nubium: ut ſcribūt phyſici:fulmina generantur. Rutilos ignes:fulmia: Aeolidis:Alcyones æoli filiæ. Ignis:amor. Propoſitos pelagi curſus:propoſitam ac deliberatam nauigationem. Non tamen iccirco cauſam ꝓbat.hoc eſt nō tamen iccirco uxori perſuadet: ut ſe diſcedere permittat:neq; diſceſſum ſuum ægre ferat. Per patrios ignes:per luciferi ſplendorem.

Aeolus

Quam luna bis impleat orbem: quam duos tranſeant menſes. Recurſus: uelocis reditus.

Aequore tingi: in æquor deduci.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Pinum: nauem ex pino confectam. Veluti
præſaga: tanq̄ præſentiens malū futurum. Col-
lapſa corpore tota eſt: ſemimortua in terram ceci
dit. Quærente moras Ceyce: lachrymis enim
uxoris motus diſcedebat inuitus. Ordinibus
geminis: nam biremis erat. Ad fortia pectora:
geſtum exprimit remigantium. Aequali ictu:
æquali percuſſione: id enim exigit ars remigādi.
Vbi terra receſſit: longius: hoc ex uulgari ſen-
ſu dictum eſt. Neq; enim terra cum ſit imobilis
recedere poteſt: q̄uis abeunte naue refugere ui-
deatur. Dum licet: dum poteſt. Fluitantia ue
la: ſe motantia. Vacuum lectum: marito caren-
tem. Quæ pars abſit. Nā optima pars lecti abe-
rat maritus. Portubus exierant: e portu egreſſi
erant. Aura. Ventus. Rudētes: funes ſunt nau-
tici rudentes a ſtrepitu: quem uento agitati emit-
tunt dicti. Rudere nāq; quod aſinorū eſt ꝓprium
uidentur. Obuertit. Cōuertit. Lateri. In latus.
Cornua: Antemnarum. In ſumma locat ar-
bore: In ſummitate arboris eo locat & ponit. Id
autem fieri ſolet: cum ſecundus flare cœperit uē
tus. Carbaſa. Vela. Deducit: detrahit. Ma-
lo: Arbore nauis. Vtraq; tellus. & a qua diſceſ-
ſerat: & quam petebat Ceyx. Sub noctem: ꝓpe
noctem: ſignum eſt autem maximæ tempeſtatis
futuræ cum undæ albeſcere uidentur. Præceps
eurus: uiolentus. Valentius: uehemētius. Ar-
dua cornua: alta. Procellæ: uentorum impetus: Procella q̄d & unde:
eſt enim procella: ut Seruius tradit: Vis uenti cū
pluuia dicta quod omnia percellat & concutiat.
Fragor: ſtrepitus. Pars munire latus: ne aqua
ingrediatur. Pars uentis uela negare: uela cō-
plicare. Egerit: eiicit. Aequor: aquam maris.
Refundit: reiicit. Rapit: celeriter detrahit.
Sine lege: ſine ordine. Ab omni p̄te: ab oriē
te & occidente: a ſeptētrione a meridie. Freta ī-
dignantia: tumeſcentia. Miſcent. perturbant.
Nec ſe quis ſit ſtatus ipſe fatetur. Scire ratis re
ctor: ordo eſt & ſenſus. & ipſe rector & guberna-
tor nauis fatetur ſe neſcire quis & qualis rerū ſit
ſtatus: aut quid iubere uelleue debeat. Tanta
mali moles: magnitudo. Eſt autem acclamatio:
qua tempeſtatis ſæuitia declaratur. Quippe ſo-
nant namq; ſtrepunt: ea uero omnia deſcribit ele
gantiſſime: quæ in magnis tempeſtatibus eue-
nire ſolent. Incurſu: Impulſu. Erigitur: ex-
tollitur. Aſpergine: aſperſione.

Aptariq; ſuis pinum iubet armamentis.
Qua rurſus uiſa ueluti præſaga futuri
Horruit Alcyone: lachrymaſq; emiſit obortas:
Amplexuſq; dedit. triſtiq; miſerrima tandem
Ore uale dixit: collapſaq; corpore toto eſt.
At iuuenes quærente moras Ceyce: reducunt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos:
Aequaliq; ictu ſcindunt freta: ſuſtulit illa.
Humētes oculos: ſtātemq; i puppe recurua:
Concuſſaq; manu dantem ſibi ſigna maritum
Prima uidet: redditq; notas: ubi terra receſſit
Lōgius: atq; oculi nequeūt cognoſcere uultus.
Dum licet inſequitur fugientem lumine pinū:
Hæc quoq; ut haud poterat ſpatio ſūmota ui-(deri:
Vela tamē ſpectat ſūmo fluitātia malo.
Vt nec uela uidet: uacuum petit anxia lectum:
Seq; toro ponit. renouat lectuſq;: locuſq;:
Alcyones lachrymas: & q̄ pars admōet abſit.
Portubus exierant: & mouerat aura rudētes.
Obuertit lateri pendentes nauita remos.
Cornuaq; i ſumma locat arbore: totaq; malo
Carbaſa deducit: ueniēteſq; accipit auras:
Aut minus aut certe mediū nō āplius æquor
Puppe ſecabatur: longeq; erat utraq; tellus:
Cum mare ſub noctē tumidis albeſcere cœpit
Fluctibus: & præceps ſpirare ualentius eurus.
Ardua iam dudum demittite cornua rector
Clamat: & antemnis totum ſubnectite uelum.
Hic iubet. impediunt aduerſæ iuſſa procellæ.
Nec ſinit audiri uocem fragor æquoris ullam.
Sponte tamen ꝓperāt. alii ſubducere remos:
Pars munire latus: pars uentis uela negare.
Egerit hic fluctus: æquorq; refundit in æquor.
Hic rapit antemnas: quæ dū ſine lege gerūtur:
Aſpera creſcit hyems: omniq; a parte feroces
Bella gerūt uenti: fretaq; indignātia miſcent.
Ipſe pauet: nec ſe quis ſit ſtatus: ipſe fatetur
Scire ratis rector. nec quid iubeatue uelitue:
Tanta mali moles tantoq; potentior arte eſt.
Quippe ſonāt clamore uiri: ſtridore rudētes.
Vndarū incurſu grauis unda. tonitribus æther.
Fluctibus erigitur cælumq; æquare uidetur
Pontus: & inductas aſpergine tangere nubes.



Et modo cum fuluas ex imo uertit harenas.
Concolor eſt illis: ſtygia modo nigrior unda.
Sternitur iterdum: ſpumiſq; ſonātibus albet.
Ipſa quoq; his agitꝰ uicibus trachinia puppis.
Et nunc ſublimis ueluti de uertice montis
Deſpicere in ualles imumq; acheronta uidetur
Nūc ubi demiſſam curuum circūſtetit æquor.
Suſpicere inferno ſummum de gurgite cælum
Sæpe dat ingētem fluctu latus icta fragorem.
Nec leuius pulſata ſonat: q̄ ferreus olim
Cum laceras aries baliſtaue concutit arces.
Vtq; ſolent ſumptis incurſu uiribus ire
Pectore in arma feri: protentaq; tela leones.
Sic ubi ſe uentis commiſerat unda coortis.
Ibat in arma ratis: multoq; erat altior illis.
Iamq; labant cunei: ſpoliataq; tegmine ceræ
Rima patet: præbetq; uiam lætalibus undis.
Ecce cadunt largi reſolutis nubibus imbres.
Inq; fretum credas totum deſcendere cælum.
Inq; plagas cæli tumefactum ſcandere pontū.
Vela madent nimbis: & cum cæleſtibus undis
Aequoreæ miſcentꝰ aquæ: caret ignibus æther.
Cæcaq; nox premitꝰ tenebris hyemiſq; ſuiſq;.
Diſcutiunt tn̄ has: præbentq; micantia lumen
Fulmina: fulmineis ardeſcunt ignibus undæ.
Dat quoq; iam ſaltus intra caua texta carinæ
Fluctus: & ut miles numero præſtantior omni
Cum ſæpe aſſiliit defenſæ mœnibus urbis.
Spe potitur tandem: laudiſq; accenſus amore
Inter mille uiros murū tamē occupat unus.
Sic ubi pulſarunt celſi latera ardua fluctus.
Vaſtius inſurgēs decimæ ruit impetus undæ.
Ne prius abſiſtit feſſam oppugnare carinam.
Quā uelut in captæ deſcēdat mœnia nauis.
Pars igitur temptabat adhuc inuadere pinum.
Pars maris itus erat: trepidāt haud ſegnius oēs
Quā ſolet urbs aliis murū fodiētibus extra.
Atq; aliis murum trepidare tenentibus intus.
Deficit ars: animiq; cadūt: totidemq; uidētur
Quot ueniūt fluctus: ruere atq; irrūpe mortes.
Nō tenet hic lachrymas: ſtupet hic: uocat ille
Fūera quos maneāt: hic uotis num̄ ado-(rat
Brachiaq; ad cælū: q̄ n̄ uidet: irrita tollēs (btōs

Concollor eſt illis: eundem cum ipſis harenis
habet colorem. Sternitur interdum: ſtratum ui
detur & æquale. Agitur: agitatur. His uicibus:
mutationibus. Deſpicere. deorſum aſpicere: in Deſpicere
terdum con tēnere ſignificat. Imum acheron
ta: infernum. Eſt enim acheron unus ex inferni
fluuiis. Suſpicere: ſurſum aſpicere. aliquando Suſpicere
mirari ſignificatꝰ. Icta latus: in latere percuſ-
ſa. ſynegdoche eſt poetica. Pulſata: percuſ-
ſa. Ferreus aries: inſtrumentum eſt bellicum Aries
aries: quo priſci ad diruendos muros utebantur.
Balliſtaue: baliſta quoq; inſtrumētum eſt bel- Baliſta
licum quo ſaxa longe emittuntur. Incurſu .im
petu. Protenta: porrecta. In arma ratis: in na
uis inſtrumenta & armamenta. Multoq; erat
illis: armamentis ipſius nauis: unde nāq; multo
q̄ nauis erant altiores. Ceræ: picis qua naues
integuntur. Letalibus undis: mortiferis aquis.
Scandere: aſcendere. Caret ignibus æther:
ſideribus æther carere uidebatur: quia nulla ap-
parebant. Cæcaq; nox: obſcura. Diſcutiunt:
depellunt. Ardeſcunt: ſplendeſcunt. Intra ca-
ua texta: intra concauitatem carinæ. Omni nu
mero: omni multitudine. Mœnibus: in muros.
Spe potitur tandem: hoc eſt: tādem uoti fit cō
pos: in murumq; aſcendit. Decimæ undæ: ma
ximæ atq; uaſtiſſimæ: nam decima quæq; unda
maxima eſſe uidetur: ut Ouidius in primo de tri
ſtibus libro teſtatur: cum inquit. Qui uenit hinc
fluctus: fluctus ſupereminet omnes. Poſterior no
uo eſt undecimoq; prior. Hinc factum eſt ut
decimum decumanūq; ꝓ maximo ampliſſimo- Decumanus
q; accipiatur: ut decumana porta in caſtris maxi
ma: ut quæ ab hoſtibus foret auerſa: & decuma-
na ſcuta ampliſſima: & decumanis in agro limes
qui longiſſimus & maximus foret. Vaſtius: ua
lidius. Abſiſtit: deſiſtit. Velut in Mœnia: ſimi
litudo eſt a captis urbibus ſumpta ſignificat autē
fluctus partem intra nauem irripuiſſe. Pinum
nauem. Trepidant: timent. Haud ſegnius:
non minus: pulchra autem ſimilidine exprimit ti
morem nautarum a tempeſtate deprehenſorum
Tenentibus: defendentibus. Deficit ars: tē-
peſtati ars ſuccumbit. Irrumpere: cum impetu
intrat. Non tenet hic lachrymas. alius inquit
lachrymat: alius ſtupet: attonituſq; uidetur. Fu-
nera quos maneant: qui exequiarum honore nō
priuentur. Hic uotis numen adorat: alius inq̄t



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

diis uota facit. Subeunt illi:in mentem ueniũt
Cum pignoribus:cum liberis. In domũ:uer-
ſus domum. Tanta uertigine:euerſione :pertur
batiõe. Eſt aũt acclamatio qua maxima tẽpeſtas
declarat̃. Piceis e nubibus:nigris:aq̃ plenis. In
curſu:impetu. Turbinis.uenti uiolentioris. Re
gimen:gubernaculum. Superſtes:ſuperans :ſu-
perextans. Sinuata:in ſinum coacta: conuoluta.
Quam ſi quis Athon Pindum ue:montes eſſe
Macedoniæ Athon & Pindum Theſſaliæ ſuperi
us diximus. Præcipitata:impulſa uẽtis. Et ictu:
impulſu. In ima:in profundum. Functa ſuo fa
to:mortua eſt:ex ſentẽtia autem Stoicorum hoc
ait:qui omnia fato fieri putant. Et membra :fru
ſtra abrupta. Socerum:Aeolum. Patremq;:luci
ferum. Exanimis:mortuus. Tumuletur:ſepe-
liatur. Hiſcere:os aperire. Ecce ſuper medios :
repentini mali fere ſignificatiua eſt hæc particu-
la ecce. Niger arcus:nubes nigra:& aquarũ ple-
na arcui ſimilis. Merſum obruit:hoc eſt : obruit
& ſubmerſit. Non licuit:non potuit. Neq; enim
ſidera per noctem cælum relinquere poſſunt: ac
ne inter diu quidem:quãuis uideantur. Texit :
cooperuit:ne uideret filium pereuntem. Aeoliſ
Alcyone Aeoli filia. Feſtinat ueſtes : feſtinanter
ſuit & facit. Pia thura ferebat:pie ſacrificabat.
Qui nullus erat:qui nõ erat:neq; enim mortui
eſſe dicuntur. Hoc ſolum:ut nullam aliam ipſi
præferret. Manus funeſtas:funere & morte ma
riti pollutas. Meæ uocis:meoꝝ uerboꝝ & mã-

Poſcit opem.ſubeunt illi fraterq; pareniſq;
Huic cum pignoribus domus & q̃d cuiq; reli
Alcyone Ceyca monet.Ceycis in ore (ctũ eſt.
Nulla niſi Alcyone eſt:& cum deſideret unã:
Gaudet abeſſe tñ : patriæ quoq; uellet ad oras
Reſpicere.inq; domũ ſupremos uertere uultu.
Verum ubi ſcit neſcit.tanta uertigine pontus
Feruet:& inducta piceis e nubibus umbra
Omne latet cælũ:duplicataq; noctis imago ẽ.
Frangitur incurſu nimboſi turbinis arbor.
Frangitur & regimẽ : ſpoliiſq; animoſa ſupſtes
Vnda uelut uictrix : ſinuataq; deſpicit undas
Nec leuius q̃ ſi quis Athon Pindũq; reuulſos
Sede ſua totos in apertum euerteret æquor:
Præcipitata cadit:pariterq; & pondere & ictu
Mergit in ima ratẽ : cũ qua pars magna uirorũ
Gurgite pſſa graui:neq; in aera reddita fato
Functa ſuo eſt:alii partes & membra carinæ
Trũca tenẽt:tenet ipſe manu:q̃ ſceptra ſolebat:
Fragmina nauigii Ceyx: ſocerũq; patremq;
Inuocat heu fruſtra:ſed plurima nantis in ore
Alcyone cõiunx:illam meminitq; refertq;
Illius ante oculos ut agant ſua corpora fluctus
Optat:& exanimis manibus tumuletur amicis
Dũ natat:abſentẽ quotiẽs ſinit hiſcere fluctus:
Nominat Alcyonen:ipſiſq; im̃urmurat undis.
Ecce ſuper medios fluctus niger arcus aquarũ
Frangitur:& rupta merſum caput obruit unda
Lucifer obſcurus:nec quẽ cognoſcere poſſes:
Illa nocte fuit.quoniamq; excedere cœlo
Non licuit:denſis texit ſua nubibus ora.
Aeolis interea tantorum ignara malorum
Dinumerat noctes:& iam quas induat ille.
Feſtinat ueſtes:iam quas ubi uenerit ille.
Ipſa gerat:redituſq; ſibi promittit inanes.
Omnibus illa quidẽ ſuperis pia thura ferebat.
Ante tamen cunctos Iunonis templa colebat.
Proq; uiro:qui nullus erat:ueniebat ad aras.
Vtq; foret ſoſpes coniunx ſuus:utq; rediret
Optabat:nullamq; ſibi præferret:at illi
Hoc de tot uotis poterat contingere ſolum.
At dea non ultra pro functo morte rogari
Suſtinet:utq; manus funeſtas arceat aris.



Iri meæ dixit fidiſſima nuncia uocis.
Viſe ſoporiferam ſomni uelociter aulam.
Extinctiq; iube Ceycis imagine mittat
Somnia ad Alcyonen:ueros narrantia caſus.
Dixerat:induitur uelamina mille colorum
Iris:& arquato cælum curuamine ſignans
Tecta petit iuſſi ſub nube latentia regis.
Eſt prope Cimerios longo ſpelunca receſſu
Mons cauus:ignaui domus & penetralia ſõni
Quo nunq̃ radiis oriens mediuſue cadenſue
Phœbus adire poteſt:nebulæ caligine mixtæ
Exhalantur humo:dubiæ crepuſcula lucis.
Non uigil ales ibi criſtati cantibus oris
Euocat auroram:nec uoce ſilentia rumpunt
Sollicitiue canes:canibus ue ſagacior anſer.
Non fera:nõ pecudes:nõ moti flamine rami:
Humanæ ue ſonum reddunt conuitia linguæ.
Tuta quies habitat:ſaxo tamen exit ab imo
Riuus aquæ lethes:p quẽ cũ murmure labẽs
Inuitat ſomnos crepitantibus unda lapillis.
Ante fores antri fœcunda papauera florent.
Innumeræq; herbæ:quarum de lacte ſoporem
Nox legit:& ſpargit p opacas humida terras.
Ianua ne uerſo ſtridorem cardine reddat.
Nulla domo tota:cuſtos in limine nullus.
In medio torus eſt hebeno ſublimis in antro
Plumeus:unicolor:pullo uelamine tectus.
Quo cubat ipſe deus mẽbris langore ſolutis.
Hunc circa paſſim uarias imitantia formas
Somnia uana iacẽt : totidẽ quod meſſis ariſtas
Silua gerit frondes:eiectat littus harenas
Quo ſimul intrauit:manibuſq; obſtãtia uirgo
Somnia dimouit:ueſtis fulgore reluxit
Sacra domus:tardaq; deus grauitate iacentes
Vix oculos tollens:iterũq; iterũq; relabens.
Summaq; percutiens nutanti pectora mento.
Excuſſit tandem ſibi ſe:cubitoq; leuatus
Quid ueniat(cognouit enim)ſcitatur:at illa
Somne quies rerũ : placidiſſimæ ſomne deorũ
Pax animi:quem cura fugit:qui corpora duris
Feſſa miniſteriis mulces:reparaſq; labori.
Somnia quæ ueras æquãt imitamine formas.
Herculeam Trachina iube ſub imagine regis

datorum. Viſe:ad uidendum uade:deſcribit au
tem & Somnũ deum:& Somni aulam. Sopori
feram aulam:ſoporem:& ſomnum afferentẽ at-
q; inducentem. Somni:dei ſoporis. Arquato :
in arcus ſimilitudinem figurato. Eſt prope ci-
merios. Cimerii:ut Stra.atq; Sextus ſcribunt: po- Cimerii
puli fuerunt iuxta Baias habitantes ſubterranea
domicilia:ubi ſacra Plutonia fiebant : dabantq; Sacra pluto-
ab his reſponſa:atq; inde faciebant q̃ſtum. Con- nia
ueniebant enim aduenæ aliquid audituri:q du- Sõni domus
cebantur in cauernas illas:quas nec oriens : nec
occidens ſol aſpiciebat:ut ſcribit in odiſſea Ho-
merus.hi a quodam rege deleti fuerunt:cũ ora-
culi fides parum ſucceſſiſſet. Alii ſcribunt Cime
rios populos eſſe in Aſia Amazonibus ꝓximos:
qui ex ultimo uenerint occidente:iuxta Cimeri-
rios ſomni aulam eſſe fingit poeta : quã ut om-
nia:una cum ſomno & in ſomnis elegantiſſime
deſcribit. Ignaui:inertis:pigri:ab effectu ꝙ igna
uos & pigros homines reddat. Quo nunq̃.pul
chra poetæ phantaſia:ſolis enim radii ſomnum
auertunt:Tenebræ autem alliciunt. Exhalãtur:
emittuntur. Dubiæ lucis:crepuſculi eſt iterpræ-
tatio:nam crepuſculum eſt dubia lux. Ales cri-
ſtati oris:periphraſis eſt Galli.nihil autem in au-
la ſomni eſſe poeta ait:quo turbari ſomnus poſ-
ſit:omnia uero adeſſe quæ ſomnum ipſum alli-
cere ualeant. Vnda labens:murmure ſiquidem
aquæ ſomni efficiuntur ſuaues. Canibuſq; ſa-
gacior anſer : id maxime tum fuit compertum
quo tempore capitolium a Gallis obſidebatur :
canibus enim quieſcentibus :anſerum clangore
excitati cuſtodes:gallos iam capitolium ingreſ-
ſos ex arce deturbarũt. Lethes.nomẽ illi aquæ
conueniens. Lethe nanq; obliuio interpretatur..
Dormientes autem omnium obliti uidentur.
Fœcunda papauera.multorum ſeminum fer
tilia :quæ ſomnum maxime inducunt:unde & ſo
poriferũ papauer uocatur. Stridorem reddat.
ſtrepitum faciat. Hebeno.ex hebeni nigro li-
gno confectus.hebenus autem arbor eſt indica : Hebenus
cuius lignum natura eſt nigrum.Scite uero poe-
ta ſomni lectum nigrum eſſe fingit.pullus nanq;
color ſomnos hominibus allicit. Vix oculos
tollens.eleganter geſtus deſcribit poeta eorum :
qui graui ſomno præmuntur.eſt autem proſopo
pœia.Rei enim corpore carenti corpus attribuit
Cognouit eni illã.ueniſſe ſubaudiamus.Eſt au
tem parẽtheſis. Cubitoq; leuatus.innixus.neq;
eni aliter caput poterat ſuſtinere ſomnus. Scita
tur rogat. At illa.reſpondit uel ſimile uerbum
eſt ſubaudiendum.Somne quies rerum.elegans
ſomni deſcriptio. Quem cura fugit.ſcite . Qui
enim curis præmuntur:dormire non poſſunt.
Mulces.foues. Labori.ad laborem. Her-
culeam trachina : ab hercule ædificatam excul-
tamq;.ut pauloante diximus. Regis.Ceycis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Simulacra naufraga. ſimulacra naufragii a Ceyce facti. Fingant.effingant:exprimant.

Vim ſoporis.ſomni uiolentiam. At pater e populo ſomni deo multos eſſe filios poeta fingit:e quibus tres nominat quibus facultas eſt ſe in uarias figuras tranſmutādi. E populo.e turba & multitudine. Mille.finitum numerum p infinito poſuit. Simulatoreq; figuræ morphea. Morpheus απο της μορφης.hoc ē.a forma dicit formæ ſimulator. Hunc icelon ſupi.icelos ſimilis transfertur:quo quidem nomine is eleganter appellatur:qui ſe omnibus animalibus ſimilem exhibere poteſt. Icelon autem per L.ſcribēdum eſt:quāuis iceno uulgus grammaticorum hactenus legerit. Mortale phobetora uulgus. phobetor terrefactor interprætari poteſt.Sic autē eſt legendum:q̄uis corrupte phebetora in exemplaribus legatur. Eſt etiam diuerſæ tertius artis panthaſos.Latini quidem ſic legunt: ſed minus recte.cum id nomen a græcis non agnoſcat phantaſos autē qui imaginator transferri poteſt. forſitan ab Ouidio fuit ſcriptus. φανταζομαι náq;.unde phantaſos deriuatur imaginari ſignificat.Eleganter autem hoc nomine donatur:qui hanc hominibus immittit imaginationem: ut ſibi per ſomnum uideantur uidere undam ſaxum trabem aliudue inanimatorum. Vacant.carēt

Icelos
Morpheus
Phobetor
Phantaſos

Thaumantidos edita.Iridis iuſſa Thaumantis filiæ. Somnus.ſomni deus. Molli langore.ſuaui ſopore. Strato.lecto. In urbem Aemoniam.Trachina. In faciem Cæycis abit.in figuram Cæycis ſe conuertit. Luridus.niger.

Morpheus in Ceycem

Vda.humida. Tua uota.tue preces. Falſo:uane. Soluit.diſſoluit:reſoluit. Ambiguus. dubius. Vagis.incertis. Mea fata.meam mortem:mea infortunia. Lugubria. ueſtes luctui cōueniētes. Inania tartara.uacua. neq; enī animæ ut que ſunt icorporeæ occupāt locū. Tartarus aūt locus eſt apud inferos profundiſſimus.

Alcyonen adeāt:ſimulacraq; naufraga fingant·
Imperat hoc Iuno poſtq̄ mandata peregit.
Iris abit:neq; enim ulterius tolerare ſoporis
Vim poterat:labiq; ut ſomnum ſenſit in artus.
Effugit:& remeat p quos modo uenerat artus.
At pater e populo natorum mille ſuorum
Excitat artificem: ſimulatoremq; figuræ
Morphea:non illo iuſſos ſollertius alter
Exprimit inceſſus:uultūq; ſomnumq; loquēdi
Adiicit & ueſtes & conſuetiſſima quæq;
Verba:ſed hic ſolus homies imitatur: at alter
Fit fera:fit uolucris:fit longo corpore ſerpens.
Hūc icelon ſupi:mortale Phobetora uulgus
Nominat:eſt etiam diuerſæ tertius artis
Phātaſos:ille in humū ſaxūq; undāq; trabēq;.
Q uæq; uacant anima:fallaciter omnia tranſit.
Regibus hi ducibuſq; ſuos oſtendere uultus
Nocte ſolent:populos alii plebemq; perrant.
Præterit hoc ſenior:cūctis quoq; fratribus unū
Morphea:q pagat thaumātidos edita: ſomnus
Eligit:& rurſus molli langore ſolutus
Depoſuitq; caput:ſtratoq; recondidit alto.
Ille uolat nullos ſtrepitus facientibus alis
Per tenebras:intraq; moræ breue tps in urbem
Peruenit Aemoniā: poſitiſq; e corpore pennis
In faciem Ceycis abit:ſumptaq; figura
Luridus:exanimi ſimilis:ſine ueſtibus ullis
Coniugis ante torum miſeræ ſtetit: uda uidet
Barba uiri:madidiſq; grauis fluere ūda capillis.
Tum lecto incumbēs fletu ſuper ora profuſo
Hæc ait:agnoſcis Ceyca miſerrima coniunx?
An mea mutata ē facies nece? reſpice:noſces:
Inueniesq; tuo pro cōiuge coniugis umbram.
Nil opis Alcyone nobis tua uota tulerunt.
Occidimus:falſo tibi me promittere noli.
Nubilus Aegæo deprehēdit in æquore nauem
Auſter:& ingenti iactatam flamine ſoluit.
Oraq; noſtra tuum fruſtra clamantia nomen
Implerunt fluctus:non hæc tibi nūciat auctor
Ambiguus:non iſta uagis rumoribus audis.
Ipſe ego fata tibi præſens mea naufragus edo.
Surge age da lachrias:lugubriaq; idue: nec me
Indeploratum ſub inania tartara mitte.



Adiicit his uocem Morpheus:quā cōiugis illa
Crederet eſſe ſui:fletus quoq; fundere ueros
Viſus erat:geſtūq; manus Ceycis habebat.
Ingemit Alcyōe: lachrias mouet:atq; lacertos
Per ſomnum corpuſq; petēs amplectit̄ auras.
Exclamatq; mane.quo te rapis? ibimus una.
Voce ſua ſpecieq; uiri turbata ſoporem
Excutit:& primo ſi ſit circunſpicit illic.
Q ui modo uiſus erat( nā moti uoce miniſtri
Intulerant lumen) poſtq̄ non inuenit uſquam
Percutit ora manu:laniatq; a pectore ueſtes.
Pectoraq; ipſa ferit:nec crines ſoluere curans
Scindit:& altrici quæ luctus cauſa roganti.
Nulla eſt Alcyone:nulla eſt ait:occidit una
Cum Ceyce ſuo:ſolantia tollite uerba.
Naufragus interiit:uidi agnouiq; manuſq;.
Et diſcedentem cupiens retinere:tenenti
Vmbra fuit.ſed & umbra tamē māifeſta uiriq;
Vera mei:non ille quidem:ſi quæris habebat
Aſſuetos uultus:nec quo prius ore nitebat.
Pallentem nudumq; & adhuc humēte capillo
Infœlix uidi:ſtetit hoc miſerabilis ipſo
Ecce loco:& quærit ueſtigia ſi qua ſuperſint.
Hoc erat:hoc animo quod diuinante timebam
Et ne me fugiens uentos ſequerere rogabam.
At certe uellem:quoniam periturus abibas.
Me quoq; duxiſſes:fuit ah fuit utile tecum
Ire mihi:neq; enim de uitæ tempore quicq̄
Non ſimul egiſſem:nec mors diſcreta fuiſſet.
Nūc abſens perii:iactor quoq; fluctibus abſēs
Et ſine me te pontus habet:crudelior ipſo
Sit mihi mens pelago:ſi uitam ducere nitar
Longius:& tanto pugnem ſupereſſe dolori.
Sed neq; pugnabo:nec te miſerāde relinquam.
Et tibi nunc ſaltē ueniā comes: inq; ſepulchro
Si non urna:tamen iunget nos littera: ſi non
Oſſibus oſſa meis:at nomen nomine tangam.
Plura dolor prohibet:uerboq; interuenit omni
Plangor:& attonito gemitus a corde trahūtur.
Mane erat:egreditur tectis ad littus & illum.
Mœſta locū repetit:de quo ſpectarat euntem.
Dumq; morat̄ ibi:dūq; hinc retinacula ſoluit.
Hoc mihi diſcedens dedit oſcula littore dixit.

Lachrymas mouet.lachrymas emittit. Mane.expecta. Quo te rapis.quo fugis. Excutit expellit. Si ſit illic. an ſit illic: ubi uiſus fuerat maritus. Nam moti uoce miniſtri.hac parentheſi exponit poeta:quomodo Alcyone circunſpexit.an illic eſſet maritus: quem per ſomnum uidere ſibi fuerat uiſa. Altrici. Nulla eſt Alcyone. nulla eſt. cōduplicatio mulieri grauiſſimo dolore affectæ maxime conueniens.ait autē ſe non eſſe:uerum una cū marito periſſe. Solātia tollite uerba.auferte inquit uerba conſolatoria:& nolite me conſolari. Aſſuetos uultus.ſolitos.hoc eſt.hylares & lætos. Nitebat.ſplendebat. Humente.madido. Et ne me fugeres. apoſtrophe Alcyones ad maritum querelarum plena. Fuit ah fuit.anadiploſis dolenti accommodata. Neq; enim de uitæ tempore quicq̄ non ſimul egiſſem.hoc eſt. omne tempus uitæ meæ tecum traduxiſſem tecū que fuiſſem. Diſcreta.ſeparata:diuiſa. Nunc abſens perii.ſe cū Ceyce uiro periiſſe ait Alcyone: quāuis abſens fuerit:ꝙ ſuam quoq; animam in Ceycis corpore fuiſſe uult uideri. Abſens. corpore. non animo. Ducere.pducere. Supereſſe.ſupuiuere.

Nunc ſaltem.poſtq̄ tu periſti. Littera.epitaphium. Prohibet.loqui ſubaudiamus. Attonito.doloribus ſtupefacto: Mane erat. prima pars diei aderat. Euntem.recedentem maritū.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tuetur.aſpicit. Appulit ipulit.ad littus ſub-
intelligatur. Corpus . cadauer . Et ſi qua eſt
coniunx.heu & miſera ſubaudiatur . Quo ma
gis . quanto magis . Tuetur . aſpicit . Hoc
minus .tanto minus eſt compos mentis . Ad-
motum.appulſum. Et una.& ſimul cum excla
matione . Ad Cæyca . ad Cæycis cadauer .
Moles.mutus maximus:quo portus ab unda
rum incurſu tutus reddebatur. Quæ prædelaſ
ſat.laſſos ac debiles reddit anteq̄ in portum per-
ueniāt. Inſilit huc illuc.in illam molem manu
factam. Potuiſſe.inſilire. Volabat.iam enim
in auem fuerat conuerſa. Stringebat.radebat.
leuiter attingebat. Dilectos artus.amata Cæy-
cis membra. Tollere.extollere. Alite . in ali-
tes: Obnoxius.ſubiectus.debitus. Perq;.dies
placidos . Alcyones:ut refert Plinius : fœtificant
Alcyonides
bruma. qui dies Alcyonides uocantur placido
mari per eos & nauigabili:Siculo maxime. Faci-
unt autem ſeptem ante brumam diebus nidos :
& totidē ſequētibus pariunt. Quibus quidē qua
tuordecim diebus maxime tranquillatur mare .
Alcedonia
Vnde & Alcedonia pro trāquillitate a Plauto in
caſſina accipiuntur:cum inquit: Tranquillum ē.
alcedōia ſunt circa forum.nam ut ſcribit Sextus:
Alcedones
Alcedōes ueteribus latinis dictæ ſunt:quæ a græ
cis Alcyones uocantur.& Alcedonia dies.qui Al
cyonides appellantur.Sane Ariſtoteles in octa-
uo de animalibus alcyonū duo eſſe genera ait .
Alcionū duo genera
alterum uocale:quod arundinibus inſideat.alte
rum mutum paulo maiori corpore. Plinius ue
ro ſcribit alcyonem paulo paſſere eſſe ampliorē:
colore cyaneo & ſubnigro . Dictæ ſunt alcyones
απο Τον κνεἰμεμτηαλἰ.Hoc eſt. a concipiēdo
in mari. Incubat alcyone.incubare proprie di
cūtur aues:dum oua fouent . Alcyone autem &
Alcyon dicitur. Pendentibus nidis.Alcyonum
nidi admirationem habent:ut refert Plinius. pi-
læ figura paululum eminentiore ſore perq̄ angu
ſto grandium ſpongiarum ſimilitudine. interci-
di non queunt.frangūtur ictu ualido : ut ſpuma
arida maris.nec unde confingantur inuenitur .
putant ex ſpinis aculeatis. Tum uia tuta maris .
nam:ut diximus:per quatuordecim illos dies .q
bus fœtificant alcyones mare tranquillatur . id
quod benignitate Aeoli fieri ait poeta:ut cōmo-
dū nepotibus faciat . nam Alcyone. ut uidimus
Aeoli filia fuit. Præſtat. accommodat : ac tutū
reddit æquor alcyonū pullis. Hos aliquis ſeni
or. Aeſacus Priami filius ex Alyxothoe nympha
cū amore Eperies nymphæ captus cam fugien-
tem perſequeretur:in cauſa fuit:ut illa periret.nā
inter fugiendum a ſerpente icta interiit . tantoq;
dolore Aeſacon affecit:ut moriturus e ſcopulo ſe
in mare precipitarit.Quem Tethys miſerata in
Aeſacus in mergum
mergum trāſmutauit.Ille uero indignatus ꝙ mo
ri non potuerit:ſe mergere nunq̄ deſiſtit.Vnde &
mergus a ſæpius ſe mergendo a latinis eſt di-
ctus. Proximus aut idem ſi fors tulit.hoc eſt:ali
quis proximus:aut forte idem ſenior. Subſtri-
cta crura.ſubtilia.longaq;. Sunt huius origo .
Ilus & Aſſaracus.Ilus & Aſſaracus & Ganyme

Dumq; notata oculis reminiſcit̄ acta: fretūq;
Proſpicit:in liquida ſpacio diſtante tuetur
Neſcio quid quaſi corpus aqua: prioq; qđ illđ
Eſſet erat dubiū:poſtq̄ paulum appulit unda.
Et q̄uis aberat:corpus tamen eſſe liquebat.
Q uis foret ignorās:qa naufrago.omie mota ē.
Et tāq̄ ignoto lachrymas daret:heu miſer inqt
Q uiſquis es:& ſi q̄ ē cōiūx tibi:fluctibus actū
Fit propius corpus:quod quo magis illa tuet̄ .
Hoc minus & minus eſt mētis:iā iāq; ꝓpiquæ
Admotū terræ:iam quod cognoſcere poſſet.
Cernit:erat coniunx:ille eſt exclamat : & una
Ora:comas:ueſtem lacerat:tēdenſq; tremētes
Ad Cæyca manus:ſic o cariſſime coniunx:
Sic ad me miſerande redis: ait:adiacet undis
Facta manu moles:quæ primas æquoris undaſ
Frangit:& incurſus quæ prædelaſſat aquarum
Inſilit huc:mirumq; fuit potuiſſe:uolabat.
Percutienſq; leuem modo natis aera pennis
Stringebat ſummas ales miſerabilis undas .
Dūq; uolat mœſto ſimilem plenumq; querelæ
Ora dedere ſonum.tenui crepitantia roſtro.
V t uero tetigit mutū & ſine ſanguine corpus :
Dilectos artus amplexa recentibus alis.
Frigida nequicq̄ duro dedit oſcula roſtro.
Senſerit hoc Cæyx:an uultum motibus undæ
T ollere ſit uiſus:populus dubitabat :at ille
Senſerat:& tandē ſuperis miſerantibus ambo
Alite mutantur:fatis obnoxius iiſdem.
T ūc quoq; māſit amor:nec cōiugale ſolutū eſt
Fœdus in alitibus:coeunt:fiuntq; parentes.
Perq; dies placidos hyberno tempore ſeptem
Incubat Alcyone pendentibus æquore nidis .
T um uia tuta maris:uentos cuſtodit:& arcet
Aeolus egreſſu:præſtatq; nepotibus æquor.
Hos aliquis ſenior circum freta lata uolantes
Spectat:& ad finem ſeruatos laudat amores.
Proximus aut idē:ſi fors tulit:hic quoq; dixit .
Q uē mare carpētē ſubſtrictaq; crura gerentē
Aſpicis:oñdēs ſpacioſum in guttura mergum.
Regia progenies:& ſi deſcendere ad ipſum
Ordine perpetuo quæris:ſunt huius origo
Ilus & Aſſaracus:raptuſq; Ioui Ganymedes.



Laomedōq; ſenex:Priamuſq; nouiſſima T roiæ
T empora ſortitus:frater fuit Hectoris iſte.
Q ui niſi ſenſiſſet prima noua fata iuuenta.
Forſitan inferius nō Hectore nomen haberet .
Q uāuis eſt illum proles enixa Dymantis.
Aeſacon umbroſa furtim peperiſſe ſub Ida
Fertur Alyxothoe gracili conata bicorni.
Oderat hic urbes:nitidaq; remotus ab aula
Secretos montes & inambitioſa colebat
Rura:nec Iliacos cœtus niſi rarus adibat.
Non agreſte tamen nec inexpugnabile amori
Pectus habens:ſiluas captatam ſæpe ꝑ omnes
Aſpicit Eperien patria Cebrinida ripa
Iniectos humeris ſiccantem ſole capillos.
Viſa fugit nymphe:ueluti perterrita fuluum
Cerua lupum:longeq; lacu deprenſa relicto
Accipitrem fluuialis anas:quā T roius heros
Inſequit̄ :celerēq; metu celer urget amore.
Ecce latens herba coluber fugientis adunco
Dente pedem ſtrinxit:uiruſq; in corpore liquit.
Cum uita ſuppreſſa fuga eſt : amplectit̄ amēs
Exanimē:clamatq;:piget:piget eſſe ſecutum.
Sed non hoc timui:nec erat mihi uincere tanti .
Perdidimus miſerā nos te duo:uĭnus ab āgue:
A me cauſa data eſt:ego ſum ſceleratior illo.
Q ui tibi morte mea mortis ſolatia mittam :
Dixit:& e ſcopulo:quē rauca ſubederat unda .
Decidit in pontum Thetys miſerata cadentem
Molliter excepit:nantem ꝑ æquora pennis
T exit:& optatæ non eſt data copia mortis .
Indignatur amans inuitum uiuere cogi.
Obſtariq; animæ miſera de ſede uolenti
Exire:utq; nouas humeris aſſumpſerat alas
Subuolat:atq; iteꝝ corpus ſuꝑ æquora mittit :
Pluma leuat caſus:furit Aeſacus: inq; ꝓfundū
Pronus abit:lætiq; uiam ſine fine retemptat.
Fecit amor maciem:lōga internodia crurum .
Longa manet ceruix : caput ē a corpore longe.
Aequora amat:nomēq; manet : qa mergit̄ illo.

Publii Ouidii Naſonis metamorphoſeos.
Liber duodecimus.

des filii fuerunt Trois Troianorum regis . Lao-
medon uero Ili fuit filius:ac priami pater : ut cū
ex aliis permultis:tum ex Homero aperte colligi
tur. Proles Dymantis.Hecuba:quam Dyman
Hecuba Dymantis filia uel Ciſſei
tis filiam fuiſſe ſcribit Homerus.Eurypides uero
Ciſſei Thracum regis. Alyxothoe.nympha fu-
Ayxothoe
it:ex qua Priamus Aeſacon ſuſcepit . Conata .
nixa & hærens.Gracili bicorni bicorne inſtrumē
tum eſt ruſticum. Captatam.quam ſæpe cape
Cebrinia
re temptauerat. Eperiem Cebrinida .Cebrinis
fluuii ignobilis filiam.unde etiam: ut Herodia-
nus ſcribit . Cebrinia urbs & regio Troadis fuit
cognominata. Longe lacu relicto.ſcite.nam in
lacu capi non poſſunt:cum aduolante accipitre
ſe mergant:ut iis qui illo aucupio delectantur eſt
notum. Lacu.gurgite. Fluuialis anas.fluui-
os incolens. Vrget.impellit. Coluber.ſerpēs
Strinxit.percuiſſit. Virus.uenenum. Sup-
preſſa.repreſſa. Nec erat mihi uincere tanti.ut
tu perires intelligamus . Nos duo . ego & ſer-
pens. Subederat.ſubroſerat: Decidit in pon
tum.ſic quidem etiam legi poteſt . Sed deiicit
forſitan elegantius legeretur : ut intelligamus .
Aeſacum ipſum ſe in mare præcipitaſſe . Co-
pia mortis.facultas moriendi. Miſera de ſede .
de miſero corpore. Subuolat.ſurſum uolat.
Super æquora.in mare. Furit . indignatur .
Pronus in caput.eleganter autem mergi na-
turam poeta deſcribit. Fecit amor maciē.amor
quem morte finire cupiebat.illum fecit macilen-
tum. Longa internodia crurum.Internodium
id dicitur ſpatii:quod eſt inter duos nodos .No-
doſa autem crura mergus habere uidetur. No
menq; manet.a mergendo nanq; mergus a lati-
nis fuit denominatus.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Raphaelis Regii in duodecimum metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

Eſcius aſſumptis.Quæ tempore belli Troiãi factæ ſunt metamorphoſeis:hoc libro fere deſcribit poeta.ac primum draconis qui pullos cum matre apud Aulidem ſpectantibus Græcis deuorauit. perſpicue exponit.Nam cum mille Græcorum Helenam repetentium naues ad Aulidem conueniſſent:ac Ioui ſacrificare Græci uellent:ecce ſerpens platanum aræ imminentem aſcendit : ac primum pullos octo qui adhuc in nido erant: deinde circumuolantem matrem deuorauit.quod quidem cum alii admirarentur:Calchas ex eo collegit bellum nouem annos duraturum :ac decimo demum anno Troiam captam iri.Cæterum ſerpens ille ad perpetuam rei memoriam in ſaxum a diis fuit commutatus.

Serpens in ſaxum

Neſcius aſſumptis.more ſuo poeta cõcinne & librum libro cõnectit:& quædam prænarrat:quo commodius quam dixi draconis metamorphoſin in ſaxum exponat. Tumulo quoq; nomen habenti.Cenotaphio in quo nomen ſine corpore erat inſcriptum. Inferias dederat . ſacrificia fecerat.nam inferiæ dicuntur ſacrificia:quæ inferis & mortuis fiunt. hæc autẽ a poeta narrantur:ut hunc librum cum ſuperiore aptius connectat. Paridis preſentia.periphraſis eſt.Paris enĩ defuit exequiis Aeſaci fratris. Nam in Græciam ad rapiendam Helenam nauigarat. Poſtmõ. poſtea. Longum bellum.decem nanq; annos durauit. Cum coniuge. Helena. Communẽ gentis Pelaſgæ.cõcilium totius Græciæ. Inuia.innauigabilia. Aulide picoſa.aulis urbs ẽ Bœotiæ Chalcidi finitima:ab Aulide Euonymi filii Cephiſi filia cognominata. Piſcoſa . piſcibus abundante. Tenuiſſet.retinuiſſet:remorata fuiſſet. Incanduit.calefacta fuit. Ceruleũ draconẽ.nigrũ. Quæ ſtabat proxia.q̃ iminebat ſacrificiis cœptis. Theſtorides:calchas Theſtoris filius. Circũ ſua dãna . circũ ſua pignora:q̃ cũ maxio ſuo dãno deuorari a dracone uidebat

Aulis unde

Atq; nouẽ uolucres.ordo ẽ & ſenſus Atq; Calchas digerit & diſtribuit nouẽ uolucres & aues in nouẽ belli ãnos. Permãet Aoniis.Agamemnõ ad bellũ troianũ ꝓficiſcẽs:cũ apud Aulidẽ reliquos Græciæ prĩcipes expectaret:ĩprudẽs Dianæ ceruã occidit.q̃re dea irata :in tantã tẽpeſtatẽ mare excitauit : ut Græcorũ claſſis ĩde diſcedere nõ poſſet:cũ aũt etiã peſte laboratẽt.cõſultus Calchas reſpõdit:Dianæ irã Agamẽnonio ſanguine eſſe placandã.Tãdẽ igiť Agamẽnonis quoq; cõſenſu adducta Iphigẽia ad aras ut ĩmolaretur : a Diana diciť fuiſſe ſacerdoti ſubrepta:ac illius loco cerua ſuppoſita. Bellaq; ñ trãſſert.e Græcia ad Troiã. Quia mœnia fecerat urbis.Nã una cum Apolline muros urbis Troiæ ædificauit Neptunus. Neq; enĩ neſcitue tacetue.hoc ẽ.& ſcit & ait uirginis ſanguine Dianã eẽ placãdã. Virginis deæ.Dianæ. Publica cauſa.publica utilitas. Rexq; patrẽ.hoc ẽ.officiũ regis patris pietatẽ expugnauit. Mycenida Iphigeniam Mycenæam.Mycenæ autem urbs eſt Peloponeſi : a Mycenæo Spartaõis filio:ac Phoronei fratre dicta Ergo ubi.ut Cygni Neptũi filii:cuius corpus nulla ex parte poterat uulnerari . metamorphoſin cum ſuperiore cõnectat poeta:multa prænarrat.ac primũ famæ aulã deſcribit:deĩde aduẽtum græcorum ad littus Troianũ.tum Proteſilai cædem:qui primus egredi in littus Troiãum auſus ab Hectore fuit ĩterfectus. Phœbes.Dianæ.

Iphigenia in ceruam

Mycenææ unde

Eſcius aſſumptis Priamus pater Aeſacon alis
Viuere:lugebat:tumulo quoq; nomen habenti.
Inferias dederat.cum fratribus Hector inanes.
Defuit officio Paridis præſentia triſti.
Poſtmodo qui rapta longum cũ coniuge bellũ
Attulit in patriam:coniurataq; ſequuntur
Mille rates:gentiſq; ſimul commune Pelaſgæ.
Nec dilata foret uindicta:niſi æquora ſæui
Inuia feciſſent uenti:Bœotaq; tellus
Aulide piſcoſa puppes tenuiſſet ituras.
Hic patrio de more Ioui cum ſacra paraſſent.
Vt uetus acceſis incanduit ignibus ara.
Serpere cæruleum Danai uidere draconem
In platanum:cœptis quæ ſtabat ꝓxima ſacris.
Nidus erat uolucrũ bis quattuor arbore ſũma:
Q uas ſimul & matrem circũ ſua dãna uolãtẽ
Corripuit ſerpens:auidaq; recondidit aluo.
Obſtupuerẽ omnes:at ueri prouidus augur
Theſtorides uincemus ait:gaudete Pelaſgi.
Troia cadet:ſed erit noſtri mora longa laboris:
Atq; nouem uolucres in belli digerit annos.
Ille ut erat uirides amplexus in arbore ramos.
Fit lapis:& ſeruat ſerpentis imagine ſaxum.
Permanet Aoniis Nereus uiolentus in undis.
Bellaq; non trãſſert:& ſunt qui parcere Troiæ
Neptunũ credant:quia mœnia fecerat urbis.
At nõ Theſtorides:neq; enĩ neſcitue tacetue
Sanguine uirgineo placandam uirginis iram
Eſſe deæ:poſtq̃ pietatem publica cauſa
Rexq; patrem uicit:caſtũq; datura cruorem.
Flẽtibus ante aram ſtetit Iphigenia miniſtris.
Victa dea eſt:nubemq; oculis obiecit:& inter
Officium turbamq; ſacri uocemq; præcantem
Suppoſita fertur mutaſſe Mycenida cerua.
Ergo ubi qua decuit:lenita eſt cæde Diana.
Et pariter Phœbes:pariter maris ira receſſit.



Accipiunt uentos a tergo mille carinæ.
Multaq; perpeſſæ Phrygia potiuntur harena.
Orbe locus medio eſt inter terraſq; fretumq;.
Cæleſteſq; plagas triplicis confinia mundi.
Vnde quod eſt uſq̃:quãuis regionibus abſit.
Inſpicitur:penetratq; cauas uox ois ad aures.
Fama tenet:ſummaq; domũ ſibi legit in arce.
Innumeroſq; aditus ac mille foramina tectis
Addidit:& nullis incluſit limina portis.
Nocte dieq; patet:tota eſt ex ære ſonanti.
Tota fremit:uoceſq; refert:iteratq; quod audit.
Nulla quies intus:nullaq; ſilentia parte.
Nec tñ ẽ clamor:ſed paruæ murmura uocis.
Q ualia depelagi ſi quis procul audiat undis
Eſſe ſolent:qualemue ſonũ cũ Iuppiter atras
Increpuit nubes:extrema tonitrua reddunt.
Atria turba tenet:ueniunt leue uulgus :euntq;
Mixtaq; cum ueris paſſim cõmenta uagantur
Milia rumorum:confuſaq; uerba uolutant.
E quibus hi uacuas implẽt ſermonibus aures.
Hi narrata ferunt alio:menſuraq; ficti
Creſcit:& auditis aliq̃d nouus adiicit auctor.
Illic credulitas:illic temerarius error.
Vanaq; lætitia eſt:conſternatiq; timores.
Seditioq; recens:dubioq; auctore ſuſurri.
Ipſa quid in cœlo rerum pelagoq; geratur.
Et tellure uidet:totumq; inquirit in orbem.
Fecerat hæc notum:Graias cum milite forti
Aduentare rates:neq; inexpectatus in armis
Hoſtis adeſt:prohibẽtq; aditus: littuſq; tuenť
Troes:& Hectorea primus fataliter haſta
Proteſilae cadis:commiſſaq; prælia magno
Stãt Danais:fortiſq; aiæ :nec cognitus Hector
Nec prhygeſ exiguo q̃d Achæica d̃xtera poſſit
Sanguine ſenſerunt:& iam ſignata rubebant
Littora:iam læto proles Neptunia Cygnus
Mille uiros dederat:iã currus ſtabat Achillis.
Totaq; Peliacæ ſternebat cuſpidis ictu
Agmia:pq; acies:aut Cygnũ:aut Hectora q̃rẽs
Congreditur Cygno:decimũ dilatus in annũ
Hector erat:tum colla iugo canentia preſſos
Exhortatus equos currum direxit in hoſtem.
Concutienſq; ſuis uibrantia tela lacertis.

A tergo.a puppi: Phrygia harena littore Troiano. Orbe locus medio.famæ ædium elegãs deſcriptio. Triplicis mundi.in tris partes diuiſi cælum mare & terram ſiue tribus partibus conſtantis cælo aqua & terra. Vſq̃ aliquo in loco. Abſit.diſtet. Regionibus.regionum multarum ſpatio. Fama tenet.habitat:famam autem incorpoream:tanq̃ corpus habentem deſcribit. Legit.elegit. Summa in arce. in arcis ſummitate. Innumeros aditus . innumerabiles & infinitos ingreſſus. Et nullis incluſit limina portis.iãuas ædium famæ ſemper ait patere :nec unq̃ cludi cum nullæ inſint. Qualia depelagi. qualia inquit eſſe ſolent murmura ab undis pelagi uenientia. Increpuit.crepare & ſtrepere fecit. Commenta ficta.ſic Virg.Tam ficti prauiq; tenax q̃ nuncia ueri. Confuſa:obſcura:quæ difficulter percipi poſſunt. Vacuas aures.ocioſas. Illic credulitas . famæ comites enumerat poeta. Conſternatiq; timores.ab effectu.ꝙ cõſternatos atq; perturbatos homines reddant.

Famæ ædiũ deſcriptio

Seditioq; recens nouus tumultus. Suſurri. murmura. Ipſa quid in cœlo . fama inquit oia quæcũq; in mundo aguntur uidet. In totum orbem.de iis quæ in toto orbe aguntur. Fecerat hæc notum.uulgauerat. Hoſtis adeſt . hoſtes aduenjunt. Fataliter.ex fatorum.lege .Proteſilae cadis.Protiſilaus Iſiphyli fuit filius: ac Laodomiæ Acaſti filiæ maritus:qui Græcorum primus in littus Troianum egredi auſus:ab Hectore fuit interfectus. Stant magno.conſtãt . quia fortiſſimum uirum amiſerũt. Forteſq; animæ. conſtant.uerbum eſt ſubaudiendum. Nec cognitus Hector. conſtat magno ſubaudiatur.Eſt enim Ordo & Senſus:& Hector nõ cognitus magno conſtat Græcis . ſi enim cognitus fuiſſet: facile illum uitaſſet:Proteſilaus: Achæica dextera . Græcorum uires : quanuis ad Achillem & Aiacem alludere uideatur: qui multos ex Troianis interfecerunt: Signata.infecta ſanguie ſubaudiatur. Proles Neptunia Cygnus . tandem ad Cygni metamorphoſin id quod a principio libri intendebat poeta peruenit . Nam Cygnus Neptuni filius:quod dono patris nullo ferro poſſet uulnerari:Achillis impetum expectare auſus eſt:a quo ſæpius haſta fruſtra percuſſus:cum ferri acies corpore illius retunderetur:tandem correptus & ſtrãgulatus eſt.quem cum Achilles ſpoliare uellet : arma ſine corpore fuiſſe relicta animaduertit.nam pater Neptunus illum in auem cygnum iam cõmutarat. Stabat .erectus erat.

Proteſilai cædes

Cygnus in auem

Peliacæ cuſpidis . pellias haſta Achillis dicta eſt:a Pelio monte:ex quo fuerat reciſa. unde peliacus declinatur. Equos preſſos:colla canẽtia hoc eſt preſſa & onerata iugo colla albẽtia hñtes ẽ.n.ſynegdoche:maxime huic poetæ familiaris.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Hactenus Aeacides.locutus eſt ſubaudiatur. Vt hebeti.tanq̃ hebeti & obtuſo:non autem acuto. Caſſis.galea. Caua parma.concauũ ſcutum. Decor.pulchritudo:ornamentum. Mars quoq; ob hoc.propter decorem:ut ornatus uideatur:non aũt ut protegatur. Indiſtrictus.inuulneratus. Eſt aliquid modeſte genus ſuum oſtentat Cygnus:ac matri Achillis anteponit. Nereide.Thetide nympha Nerei filia.Sed qui Nereaq; ex eo ſubaudiatur.eſt autem Neptuni periphraſis. Terga nouena.nouem tergora & pelles. Decimo orbe.decimo tergore. Moratum eſt.retentum eſt:atq; remoratum. Syncerumq; fuit.integrum. Apertum.nudatũ

Et ſe prebentem.ſe haſtæ opponentem. Diſtringere.uulnerare. Circo aperto.ſpacioſo.In circo autem uenationes exhibebantur. Phœniceas ueſtes.purpureas:qbus maxime agreſtes tauri in harena irritabãtur. Eluſa.irrita & uana. Ergo affectui & indignationi ſeruit hæc dictio ergo. Indignatur enim Achilles ꝙ Cygnus acuta haſtæ cuſpide uulnerari non poſſit. Cum maxima uero indignatione in dextra ſuæ debilitatis cauſam refert. Lyrneſia mœnia. Lyrneſus urbs Troadis:quam Græci diripuerunt. Vndeq; Briſeida rapuit Achilles. Solus Echionias corrupte quidem ſic legitur eorum culpa:qui ſibi omnia permittunt in iis inuertendis: que in priſcis exemplaribus deſcripta non percipiunt. Cum enim quaſnam Ouidius Acetionias Thebas uocaret:minus intelligerent homines & imperiti & temerarii:non ſolũ Acetionias in Echionias inuerterunt:ſed hoc quoq; nomen Solus ex commodo ſuo aſcripſerunt:ignorantes Echionias Thebas in Bœotia eſſe:quæ pro Græcis contra Troianos ſenſerunt:ut aperte in ſecundo iliados narrat Homerus.quas autem ſe iactat expugnaſſe Achilles in Cilicia ſunt:Acetioniæ dictæ ab Acetiõe Andromaches patre:quem ab Achille ĩterfectum Thebenq; urbem.Ciliciæ excelſam fuiſſe depopulatam apud homerum Andromache ipſa conqueritur. Thebæ autem multarum urbium eſt nomen. Siquidem & in Aegypto: & in Bœotia.& in Cilicia:& in Syria & in Ionia iuxta miletum:& in attica:& in theſſalia Phthiotide:& in Italia thebæ fuerunt. Thebæ ſane Ciliciæ pro Troianis contra Græcos arma ſumpſerunt. Purpureus Caycus.fluuius ẽ Myſiæ Caycus: quã regionẽ Græci deuaſtarũt:ne Troianis ferre auxilium poſſet. Cæde populari.occiſione populi ſui. Bis ſenſit Telephus. Telephus herculis fuit filius ex Auge nympha: qui expoſitus a cerua dicitur fuiſſe educatus: robuſtuſq; effectus Lyciis ĩperauit.Sentiens autem pro Troianis ab Achille quidẽ in fœmore fuit uulneratus ſed a ſuis protectus mortem effugit. Cum uero nulla remedia uulneri inuenirentur:Apollo conſultus reſpondit aliter non poſſe ſanari:niſi iterũ ſe Achilli præberet uulnerandum.Quod cum feciſſet:incolumis euaſit.hoc autem Plinius ad naturalem referens rationem ait. Ferri naturam ſtipticam eſſe: Ideoq; medicos emplaſtris plagarum limaturam ferri adhibere ſolere. Vnde & Achilles ĩquit doctus a Chirone per decuſſionẽ ferri Telephi uulnus dicitur curaſſe. Anteactis cædibus ante factis. Plangente.percutiente.

Thebæ Acetione

Thebæ multarum urbiũ nomen

Caycus

Telephus

Quiſquis es o iuuenis dixit:ſolamen habeto
Mortis ab Aemonio qđ ſis iugulatus Achille.
Hactenus Aeacides:uocẽ grauiſ haſta ſecuta ẽ
Sed q̃q̃ certa nullus fuit error in haſta.
Nil tamen miſſi profecit acumine ferri.
Vtq; hebeti pectus tantũmodo cõtudit ictu.
Nate dea(nam te fama prænouimus)inquit
Ille:quid a nobis uulnus miraris abeſſe?
(Mirabatur enim)nõ hæc quã cernis equinis
Fulua iubis caſſis:nec onus caua pma ſiniſtræ
Auxilio mihi ſunt:decor eſt quæſitus ab iſtis.
Mars quoq; ob hoc capere arma ſolet: rẽouebit
Tegminis officiũ:tñ indiſtrictus abibo. (oẽ
Eſt aliquid non eſſe ſatum Nereide ſed qui
Nereaq;:& natas:& totum temperat æquor.
Dixit:& hæſurum clypei curuamine telum
Miſit in Aeaciden:quod & æs & pxima rupit
Terga nouena boũ:decimo tñ orbe moratũ ẽ.
Excipit hoc heros:rurſuſq; trementia forti
Tela manu torſit:rurſus ſine uulnere corpus
Syncerũq; fuit:nec tertia cuſpis apertum
Et ſe præbentem ualuit diſtringere Cygnum
Haud ſecus exarſit:q̃ circo taurus aperto.
Cum ſua terribili petit irritamina cornu
Phoeniceas ueſtes:eluſaq; uulnera ſentit.
Num tamen exciderit ferrũ:cõſiderat haſtæ.
Hærebat ligno:manus eſt mea debilis ergo?
Quaſq; ait ante habuit uires effudit in uno?
Nam certe ualuit:uel cum Lyrneſia primum
Mœnia deieci:uel cum Tenedonq; ſuoq;
Aeetionias impleui ſanguine Thebas:
Vel cum purpureus:populari cæde Caycus
Fluxit:opuſq; Meæ bis ſenſit Telephus haſtæ.
Hic quoq; tot cæſis: quorũ per littus aceruos
Et feci & uideo:ualuit mea dextra ualetq;.
Dixit:& ante actis ueluti male crederet:haſtã
Miſit in aduerſum Lycia de plebe Meneten.
Loricamq; ſimul ſubiectaq; pectora rupit.



Quo plãgẽte grauẽ moribũdo pectore terrã.
Extrahit illud idem calido de uulnere telum.
Atq; ait:hæc mãus ẽ:hæc q̃ mõ uicimus haſta.
Vtar in hoc idem:ſit in hoc præcor exitus idẽ.
Sic fatur:Cygnũq; petit:nec fraxinus errat.
Inq; humero ſonuit non euitata ſiniſtro.
Inde uelut muro ſolidaq; a caute repulſa eſt.
Qua tamẽ ictus erat:ſignatũ ſanguie Cygnũ
Viderat:& fruſtra fuerat gauiſus Achilles.
Vulnus erat nullũ:ſanguis fuit illæ Menetæ.
Tum uero pceps curru fremebundus ab alto
Deſilit.& nitido ſecurum cominus hoſtem
Enſe petens parmam gladio galeamq; cauari
Cernit:& in duro lædi quoq; corpore ferrum.
Haud tulit ulterius:gladioq; aduerſa reducto
Ter quater ora uiri capulo caua tẽpora pulſat.
Cedentemq; ſequens inſtat:turbatq; ruitq;.
Attonitoq; negat requiẽ:pauor occupat illum.
Ante oculoſq; natant tenebræ:retroq; ferenti
Auerſos paſſus.medio lapis obſtitit aruo.
Quẽ ſup ipulſum reſupino corpore Cygnum
Vi multa uertit:terræq; affixit Achilles.
Tum clypeo genibuſq; pmens pcordia duris
Vincla trahit galeæ:quæ preſſo ſubdita mento
Elidunt fauces:& reſpiramen iterq;
Eripiunt animæ:uictum ſpoliare parabat.
Arma relicta uidet:corpus deus æquoris albã
Cõtulit in uolucrẽ:cuius modo nomen hẽbat.
Hic labor:hæc requiem multorũ pugna dierũ
Attulit:& poſitis pars utraq; ſubſtitit armis.
Dũq; uigil Phrygios ſeruat cuſtodia muros.
Et uigil Argolicas ſeruat cuſtodia foſſas.
Feſta dies aderat:qua Cygni uictor Achilles
Pallada mactatæ placabat ſanguine uaccæ.
Cuius ut impoſuit proſecta calentibus aris.
Et diis acceptus penetrauit in æthera nidor.
Sacra tulere ſuam:pars eſt data cætera menſis.
Diſcubuere toris proceres:& corpora toſta
Carne replent:uinoq; leuant curaſq; ſitimq;.
Non illos citharæ:non illos carmina uocum.
Longaq; multifori delectat tibia buxi:
Sed noctẽ ſermone trahunt:uirtuſq; loquendi
Materia eſt:pugnam referũt hoſtiſq; ſuamq;.

Vtar in hoc idem.egò idem utar haſta eadem contra hunc Cygnum. Fraxinus.fraxinea haſta.Non euitata.a Cygno qui nihil illa offendebatur. Solida caute.ſolido lapide. Securum hoſtem.Cygnum nihil timentem:quia uulnerari non poterat. Ferrum lædi.retũdi. Ter quater.ſæpius. Cedentem.retro ſubintelligatur.

Ruit.eruit. Tenebræ natãt.uolitant.attonitus enim nihil proſpicere poterat. Quem ſup.anaſtrophe eſt.ſuper quem enim in ſoluta dicimus oratione. Affixit terræ.Proſtrauit. Trahit.trahens ſtringit. Elidunt.comprimunt.

Contulit in uolucrem.conuertit in uolucrem non nouam: ſed in quam cygnus Steneli regis Lygurum filius caſu Phaetontis ſine fine dolens fuerat commutatus:ut in ſecundo poeta narrauit. Hic labor.deſcripturus poeta duplicẽ Cænei mutationem.Nam & ex fœmina in uirum: & ex uiro in auem eſt tranſfiguratus. ſacrificia conuiuiaq; Græcorum pricipum præliumq; Lapytharum cum centauris in Pirithoi nuptiis prænarrat. Foſſas.caſtrorum. Proſecta.exta.

Acceptus.gratus. Nidor.odor proprie toſtatum carnium. Sacra tulere ſuam.ſacrificia habuere ſuam portiõem. Toris.in lectulis.ſtratis.nãq; tribus lectis antiqui diſcumbebant. Toſta carne.nã heroes elixis nõ ueſcebantur carnibus.

Multifori buxi.multa foramina habentis.hæc autem oblectamenta ocioſorũ & delicatorũ ſunt non fortium atq; bellicoſorũ. Virtus:fortitudo.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ex hauſta.expugnata ac ſuperata. Inuictumq; a uulnere erat.inſuperabile atq; expers uulneris erat. Terebat.hebetabat:retūdebat. Forabilis. penetrabilis. Perrhæbū Cænea uidi:Cænis Elathei lapythæ filia fuit:cui Neptunus cū ui ītulliſſet:copiamfecit:ut quicquid uellet peteret:Se enī omnino conceſſurum.Puella ut uir in uulnerabilis efficeretur petiit. Id illi benigne preſtitit Neptunus Cæneuſq; uocatus in pugna a cētauris in nuptiis Pirithoi excitata:multos hoſtium cum interfeciſſet:neq; ipſe cuiuſq̄ ferro uulnerari poſſet : a centauris tandem coniectis arboribus fuit oppreſſus:in auemq; a Neptuno tranſmutatus.

Cænis in uirū

Perrhæbus

Perrhæbum.perrhæbus urbs eſt Theſſaliæ.unde perrhæbæus & perrhæbus nomē gentile declinatur:cuius nominis cū prima ſyllaba ſit breuis: duplicato.r.a poeta producta eſt. Inclytus.præclarus. Othryn.mons eſt theſſaliæ othrys notiſſimus. Voluntas audire.figura eſt græca.nā audiendi latine dicitur. Cur incontraria uerſus.ex fœmina in marem Si uictus ab ullo eſt. bene dubitat Achilles:an ab ullo ſit uictus Cæneus:cum inuulnerabilis eſſet. Quamuis obſtet mihi.quamuis inquit Neſtor memoriam meam ſenectus impediat:multorumq; ſim oblitus:plura tamen recordor .Pulchre autem ſenis decorū ſeruatur.nam & ætatē excuſat Neſtor:& ſe iactat: id quod ſenili ætati peculiare eē horatius tradit.

Nunc tertia uiuitur ætas.poetica licentia hoc uerbum uiuitur paſſiuum effectum eē uidetur. ætatem uero pro ſæculo poſuit poeta.nam ſæculum centum annorum ſpatium comprehendit. Multaq; me fugiant.multorū ſim oblitus. Proles Elateia:Elatii filia. Theſſalidum.Theſſalarum patronimica nanq; forma pro poſſeſſiua ē poſita. Tibi.n.popularis Achille. ex eodē quo o tu Achille.populo fuit. Multorꝫ fruſtra uotis. nulli.n.unq̄ nubere uoluit. Tuæ matris.Thetidis. Secretaq; littora carpēs:ꝑ ſecreta littora ābulās. Aequorei dei. Neptuni. Ita fama ferebat. ſic dicebatꝰ ab oībus Cænī a Neptuno fuiſſe cōpreſſam. Sint tua uota licet.hoc eſt.ſecure potes omnia quæcunque uis optare .nullam enim feres repulſam. Secura repulſæ.nullam timentia repulſam. Quid uoueas.quid optes. Magnum facit hæc iniuria uotum.hæc iniuria īquit qua mihi uirginitatē eripuiſti : efficit :ut magna petere poſſim. Nihil tale.talē uiolentiā ne pati poſſet concede. Omnia præſtiteris . omnia mihi uideberis præſtitiſſe. Grauiore ſono.maiore uoce iam enī in marē fuerat conuerſa . Mariū enim uoces q̄ fœminarꝫ ſolēt eſſe grauiores.

Inq; uices adita atq; exhauſta pericula ſæpe
Cōmemorare iuuat:qd enī loqueret Achilles?
Aut qd apd magnū potius loquerent Achillē
Proxima præcipue domito uictoria Cygno
In ſermone fuit:uiſum mirabile cunctis.
Q uod iuuenis corpus nullo penetrabile telo
Inuictūq; a uulnere erat ferrumq; terebat.
Hoc ipſe Aeacides:hoc mirabantur achiui.
Cum ſic Neſtor ait:ueſtro fuit unicus æuo
Contemptor ferri:nulloq; forabilis ictu
Cygnus:at ipſe olim patientem uulnera mille
Corpore non læſo Perrhæbum Cænea uidi.
Cænea perrhæbum:qui factis inclytus othryn
Incoluit:quoq; id mirum magis eſſet in illo.
Fœmina natus erat.monſtri nouitate mouent
Q uiſqs adeſt:narretq; rogāt.quos iter achilles
Dic age(nā cūctis eadē eſt audire uoluntas)
O facunde ſenex æui prudentia noſtri.
Q uis fuerit Cæneus:cur in contraria uerſus.
Q ua tibi militia .cuius certamine pugnæ
Cognitus:a quo ſit uictus:ſi uictus ab ullo eſt.
Tum ſenior:quis obſtet mihi tarda uetuſtas.
Multaq; me fugiant primis ſpectata ſub annis
Plura tñ memini:nec quæ magis hæreat ulla
Pectore res noſtro eſt inter belliq; domuſq;
Acta tot:ac ſi quem potuit ſpacioſa ſenectus
Spectatorem operum multorum reddere: uixi
Annos bis centum:nunc tertia uiuitur ætas
Clara decore fuit proles Elateia Cænis
Theſſalidū uirgo pulcherrima: ꝑq; ꝓpinquas
Perq; tuas urbes(tibi eni popullaris Achille)
Multorum fruſtra uotis optata procorum.
Tēptaſſet Peleus thalamos quoq; forſitā illos
Sed iam aut contigerant illi connubia matris:
Aut:fuerant promiſſa tuæ:nec Cænis in ullos.
Denupſit thalamos:ſecretaq; littora carpens
Aequorei uim paſſa dei eſt:ita fama ferebat.
V tq; noua Veneris Neptunus gaudia cœpit.
Sint tua uota licet dixit ſecura repulſæ.
Elige quid uoueas:eadem quoq; fama ferebat
Magnum:Cænis ait:facit hæc iniuria uotum
Tale pati iam poſſe nihil:da fœmina ne ſim.
Omnia præſtiteris:grauiore nouiſſima dixit



Verba ſono:poteratq; uiri uox illa uideri.
Sicut erat:nam iam uoto deus æquoris alti
Annuerat:dederatq; ſuper:ne ſaucius ullis
Vulneribus fieri:ferroue occumbere poſſet.
Munere lætus abit:ſtudiiſq; uirilibus æuum
Exigit atracides:peneiaq; arua pererrat.
Duxerat Hippodamen audaci Ixyone natus,
Nubigenaſq; feros poſitis ex ordine menſis
Arboribus tecto diſcumbere iuſſerat antro.
Aemonii proceres aderant:aderamus & ipſi.
Feſtaq; confuſa reſonabat regia turba.
Ecce canunt hymenæon:& ignibꝰ atria fumāt.
Cinctaq; adeſt uirgo matrūq; nurūq; caterua
Præſignis facie:fœlicem diximus illa
Coniuge Pirithoū:quod pene fefellimus omē:
Nam tibi ſæuorum ſeuiſſime centaurorum
Euryte q̄ uino pectus:tam uirgine uiſa
Ardet:& ebrietas geminata libidine regnat.
Protinus euerſæ turbant conuiuia menſæ.
Rapturq; comis ꝑ uim noua nupta prehēſis
Eurytus hippodamen alii quā qſq; probabat.
Aut poterat:rapiūt: captæq; erat urbis imago.
Fœmineo clamore ſonat domus: ocius omnes
Surgimus:& primus:q̄ te uecordia Theſeus
Euryte pulſat? ait:qui me uiuente laceſſas
Pirithoum:uiolaſq; duos ignarus in uno?
Ne ue ea magnāimus fruſtra mēorauerit herōſ
Sūmouet inſtātes:raptāq; furentibus aufert.
Ille nihil contra:neq; enim defendere uerbis
Talia facta poteſt:ſed uindicis ora proteruis
Inſeqtur manibus:generoſaq; pectora pulſat
Forte fuit iuxta ſignis extantibus aſper
Antiquus crater:quem uaſtum uaſtior ipſe
Suſtulit ægides:aduerſaq; miſit in ora.
Sāguinis ille globos pariter cerebrūq; mœrūq;
Vlnere & ore uomēs madida reſupinus harēa
Calcitrat:ardeſcunt germani cæde bimembres.
Certatimq; oēs uno ore arma arma loquuntur.
Vina dabāt animos:& prima pocula pugna
Miſſa uolant:fragileſq; cadi curuiq; lebetes.
Res epulis quōdā:nūc bello & cædibus aptæ.
Primus Ophionides amicus penetralia donis
Haud timuit ſpoliare ſuis:& primus ab æde

Annuerat uoto.concefferat id quod cupiebat.

Dederatq; ſuper.inſuper conceſſerat. Atracides.Attrax urbs eſt Theſſaliæ ab Attrace Penei & Buræ filio ædificata & denominata.unde atracides declinatur & attracius.Patronymicum autem pro poſſeſſiuo eſt poſitum. Peneia arua. per quæ Peneus labitur. Duxerat Hippodamē Pirithous Ixyonis non ex nube:ſed ex coniuge filius Hippodamiam uxorem duxit.ad cuius nuptias Cētauros Lapythaſq; inuitauit.ſed centauri in ꝑmiſq; Eurytus uio calēs uim nouæ nuptæ afferre cū uellet: maximā excitauit pugnam : in qua cum multi utrinq; cecidiſſent.Lapythæ tādē ſuperiores euaſerunt. Audaci Ixyone . qui auſus eſt de ſtupro interpellare Iunonem : quæ ei nubē ſibi ſimilē obiecit:ex qua centauri ſūt nati.

Attrax urbs unde

Nubigenas.feros centauros feroces ex nube genitos. Aemonii proceres.Theſſali principes

Cōfuſa turba.uariorum populorum . Cinctaq; adeſt uirgo.circundata multitudine matronarum. Quod pene fefellimus omen: quod omen pene falſum effecimus propter eam : que ſecuta eſt:rixam. Ebrietas geminata.duplicata.

Libidine. appetitu coeundi cū Hippodamia uirgine.Probabat.laudabat. Sonat . reſonat . ſtrepit. Quæ te uecordia Theſeus Euryte pulſat? ait.bene Theſeus partes Pirithoi ſuſcepit: cui amicitia tanta cōiunctus erat:ut inter paria amicorum primi numerentur. Pulſat.uexat. Laceſſas.ad iram ꝓuoces. Violaſque duos ignarus in uno.ex prouerbio græco de ueris amicis hoc ſumptum eſſe uidetur .σωματαμεν δύο : ψυχη δε μία.hoc eſt corpora quidem duo: anima uero una. Summouet: repellit. Iuſtātes. reſiſtentes. Furentibus . centauris. Sed uindicis . Theſei qui nouam nuptam a centaurorum iniuria liberarat. Extantibus . eminentibus. Crater.urceus. Vaſtum.maximum .

Græcum prouerbium

Aegides.Theſeus Aegei filius. Calcitrat.calcibus terram percutit. Bimembres : centauri qui & hominis & equi membra habebant.

Arma arma loquuntur . clamant . Eſt autem μίμησις & imitatio clamoris centaurorum .

Fragiles cadi.ex creta cōfecti . Ophionides amycus. Ophionis filius. Penetralia ſacraria .

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Funale

Denſum funale.funale quidẽ hoc locò inſtrumentum eſſe uidetur lampadibus ſuſtinẽdis accommodatum.Sed ut tradit Seruius:funale a funibus dicitur quos ante uſum papyri cæra circũdatos:priſci habuere.Vnde & funera dicta ſunt: ꝙ funes incenſi mortuis præferebantur.Lampadibus corruſcis.lucernis coruſcantibus. Sacrifica ſecuri.ſacrificiis dicata. Illiſit.intorſit:cũ impetu miſit. In ore non cognoſcendo . in facie quæ propter oſſium confuſionem cognoſci non poterat. Diſiectis diuiſis:diſſipatis.Mẽſæ acernæ.ex acere confectæ. Strauit.proſtrauit. Pellæus pelates.Pella nomen eſt multarum urbium nã & in Macedõia: & in Theſſalia:& ĩ Achaia:& ĩ Syria ẽ Pella.Vñ pellæus deriuat̃.Sed Pella macedoniæ Alexandri magni patria Bunomos & Bunomia prius fuit dicta.Pella autem cognominata eſt a Pella conditore. Spumantem.expuentem:cum ſpuma eiicientẽ. Immanem.Maximam. Reluctantis.repugnatis reſiſtẽtis . Canendo.incantando.Figitur gryneus lumina . figurate per ſinegdochem poeticam talia dicũtur. nam ſoluta oratio lumina figuntur.expoſceret:& oculi eruuntur. Primitium torrem principalẽ titionem. Dedit.edi dit:emiſit. Igne rubens. cãdens. Eduxit.extraxit ex igne. Lacubus.in lacus. Sibilat.ſibilare uidet̃ . Onus plauſtri . magnitudinem ſaxi oſtendit. Permittat.immittat.iaciat. Ipſa grauitas.ipſum pondus . Saxea moles.ſaxi magnitudo. Gaudia nec retiet Rhœtus.hoc eſt.præſe fert lætitiam de Cometæ morte conceptam. Semicremo.ſemicremato .

Pella multarum urbium nomen

Pella Alexandri magni patria dicta Bunomos

Terq; quater.ſæpius.numerus enim finitus ꝓ infinito eſt poſitus. Verticis.capitis.a parte nãq; per ſinegdochen intelligimus totum. Sederunt.depreſſa fuerunt. Deſcenderunt.in cerebrum A ſidendo nanq; hoc præteritum uenit.

Lampadibus denſum rapuit funale coruſcis.
Elatumq; alte:ueluti qui candida tauri
Rumpere ſacrifica mollitur colla ſecuri.
Illiſit fronti Lapithæ Celadontis : & oſſa
Non cognoſcendo confuſa reliquit in ore.
Exiliere oculi:diſiectiſq; oſſibus oris
Acta retro naris:medioq; eſt fixa palato.
Hũc pede conuulſo menſæ Pellæus acernæ
Strauit humi Pelates.deiecto in pectora mẽto.
Cũq; atro mixtos ſpumantẽ ſanguine dentes
Vulnere tartareas geminato miſit ad umbras.
Proximus ut ſteterat:ſpectans altaria uultu
Fumida terribili:cur non ait utimur iſtis?
Cũq; ſuis Gryneus immanem ſuſtulit aram
Ignibus:& mediũ Lapitharum iecit in agmẽ.
Oppreſſitq; duos Brotean & Orion:Orío
Mater erat Mycale:quam deduxiſſe canendo
Sæpe reluctantis conſtabat cornua lunæ.
Non impune feres:teli modo copia detur.
Dixerat Exadius:teliq; habet inſtar:in alta
Quæ fuerant pinu.uotiui cornua cerui.
Figitur hinc duplici Gryneus lumina ramo.
Eruiturq; oculos:quorũ pars cornibus hæret.
Pars fluit in barbã:cõcretaq; ſanguine pendet.
Ecce rapit mediis flagrãtẽ Rhœtus ab aris
Primitium torrem:dextraq; a parte Charaxi
Tempora perfregit.fuluo protecta capillo.
Correpti rapida:ueluti ſeges arida:flamma
Arſerunt crines:& uulnere ſanguis inuſtus
Terribilem ſtridore ſonũ dedit:ut dare ferrum
Igne rubens plerũq; ſolet:quod forcipe curua
Cum faber eduxit:lacubus demittit:at illud
Stridet:& in tepida ſubmerſum ſibilat unda.
Saucius hirſutis auidum de crinibus ignem
Excutit:inq; humeros lumen tellure reuulſum
Tollit onus plauſtri:q; ne permittat in hoſtem
Ipſa facit grauitas:ſocium quoq; ſaxea moles
Oppreſſit ſpacio ſtantem propiore Cometen.
Gaudia nec retinet Rhœthus:ſic cõprecor iqt
Cætera ſit fortis caſtrorum turba tuorum.
Semicremoq; nouat repetitũ ſtipite uulnus.
Terq; quaterq; graui iũcturas uerticis ictu
Rupit:& in liquido ſederunt oſſa cerebro.



Victor ad Euagrum Coritũq; Dryãtaq; trãſit.
E quibus ut prima tectus lanugine malas
Procubuit Coritus.puero quæ gloria fuſo
Parta tibi eſt Euagrus ait:nec dicere Rhœtus
Plura ſinit.rutilaſq; ferox in aperta loquentis
Condidit ora uiri.perq; os in pectora flammas
Te quoq; ſæue Drya circum caput igne rotato
Inſequitur:ſed non in te quoq; conſtitit idem
Exitus:aſſiduæ ſucceſſu cædiſ ouantem:
Qua iũcta ẽ humero ceruix:ſude figis obuſta.
Ingemuit:duroq; ſudem uix oſſe reuellit
Rhœtus:& ipſe ſuo madefactus ſanguie fugit
Fugit & Arnæus Lycidaſq;:& ſaucius armo
Dexteriore Medon:& cum Piſenore Caumas:
Quiq; pedum nuper certamie uicerat omnes
Mermeros:accepto tum uulnere tardius ibat
Et Pholus:& Meneleus.& abas p̃dator aproꝶ
Quiq; ſuis fruſtra bellum diſſuaſerat augur
Aſtylos.ille etiam metuenti uulnera Neſſo
Ne fuge.ad Herculeos inquit ſeruaberis arcus
At nõ Eurynomus Lycidaſq; Arnæos & ibre
Effugere necẽ:quos oẽs dextra Dryantis (us
Perculit aduerſos.aduerſum tu quoq; q̃uis
Terga fugæ dederas:uulnus Cænæe tuliſti.
Nã graue reſpiciens inter duo lumina ferrum
Qua naris fronti committitur:accipis imæ.
In tanto fremitu cunctis ſine fine iacebat
Sopitus uenis inexperectus Aphidas:
Languentiq; manu Carcheſia mixta tenebat:
Fuſus in Oſſææ uilloſis pellibus urſæ:
Quẽ ꝓcul ut uidit fruſtra nulla arma mouẽtẽ
Inſerit amento digitos:miſcendaq; dixit.
Cũ ſtyge uia bibes phorbas:nec plura locutus
In iuuenem torſit iaculum:ferrataq; collo
Fraxinus:ut caſu iacuit reſupinus:adacta eſt.
Mors caruit ſenſu:plenoq; e gurgite fluxit
Inq; toros:inq; ipſa niger carcheſia ſanguis.
Vidi ego Petræum conantem tollere terra
Glãdiferã quercum:quã dũ cõplexibus ambit
Et quatit huc illuc:labefactaq; robora pulſat:
Lancea Pirithoi coſtis immiſſa petræi
Pectora cum duro luctantia robore fixit.
Pirithoi cecidiſſe Lycum uirtute ferebant.

Prima lanugine.prima barba. Tectus malas.tectas & coopertas habens maxillas.eſt enim ſynegdoche pœtica:ut ſæpius diximus.malaſ autem pro maxillis poſuit poeta . Nam malæ quæ homini tãtum tributæ ſunt.ut tradit Plinius lãugine nõ ueſtiuntur:Sunt enim partes illæ quæ inter oculos & buccas in pomi ſimilitudinem eminent:Vnde etiam malæ fuerunt appellatæ:quod malo & pomo ſimiles eſſe uideantur . Puero fuſo.Strato:interfecto.Puerum autem illum uocat:ut illius cædis auctorem in inuidiam adducat. Condidit.coniecit. Sed non in te quoq; conſtitit idem exitus . Nam Dryas Centauros ipſumq; in primis Rhoetum in fugam conuertit

Ma'c

Aſſiduæ cædis.Nam particula:ſimilis ue ſubaudiatur. Exponit enim quo modo idem exitus Euagri & Dryantis non fuerit . Dryas enim Rhœtum ſe perſequentem uulnerauit . & in fugam conuertit. Sude obuſta:Præuſto palo.

Quiq; ſuis fruſtra.Centauris. Ad herculeos arcus.Nam Neſſus : ut in ſuperiore libro poeta expoſuit:cum Deiáiræ Herculis uxori uim af[illegible]re uellet: ab hercule ipſo ſagitta hydræ ueneno tincta tranſfixus eſt Perculit.percuſſit. Committitur.Cõiungitur. Imæ fronti.Infimæ frontis parti. Sopitus uenis.propter ebrietatẽ.Quæ quanta fuerit ex eo oſtẽditur:quod in tanto ſtrepitu dormiebat :neq; expergiſci poterat . Carcheſia . Carcheſium uas eſt uinarium : Vrſæ oſſææ.Vrſæ quæ in oſſa monte fuerat capta . Ab oſſa nanq; oſſæus deriuatur . Amento . Loro quo iaculatores utuntur:ut longius haſtaſ emittant. Cum ſtyge.Cum aqua ſtygis paludis.

Fraxinus ferrata.Haſta ex fraxino munita ferro ac cuſpidem ferreum habens. Mors caruit ſenſu . Sopitus enim ac ebrius erat . Plenoq; e gurgite Ventre:quẽ propter magnitudinem gurgitẽ uocat. Inq; toros.In lectum & urſæ pellem

Tollere.Euellere. Labefacta robora . labefactam quercum.Robora autem legendum ẽ non corpora:ut fere in exemplaribus eſt deprauatũ .

Coſtis:per coſtas. Luctantia.renitentia .

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Pirithoi uirtute.Fortitudine.Repetitione autē in Pirithoi laudem uſus eſt poeta. Minorem titulum.minorem gloriam. Dictys.Cētauri nomen eſt:non appellatio. Quod peruia tempora fecit.Quod per media tempora penetrauit.

Ancipiti acumīe.Præcipiti & alto montis uertice atq; cacumine. Et pondere corporis ornū. Quantus eſſet Dictys centaurus pulchra empha ſi demonſtratur. Qui enim cadens maximam ornum frangit non poteſt non uaſtiſſimus eſſe.

Suaq; induit ilia fractæ. hoc eſt.Suiſq; ilibus cooperuit fractam ornum.dicimus autem īduo te ueſtem & tibi. Mittentem.mittere uolentē.

Occupat.Ante aggreditur. Inutile.propter brachium fractum. Vacat.otium habet. Niſ. ipſum:ſeipſum. Robore nodoſo. Claua nodis plena. Immiſſa.Protēſa : longa. Extantē Eminentem. Tereaq; Aemoniis qui prenſos. Quanta fuerit Theſei uirtus:magnitudo fortitudoq; centauroꝝ quos interficit aperte oſtendit.

Vltra.Vlterius. Magno molimine. magno conatu. Receſſit.Refugit. Credi ſic ipſe uolebat.ſe a pallade admōitum fuiſſe Theſeus credi uolebat. Abſcindit.Auellit. Amyntor.rex Dolopū fuit ac Phœnicis pater. Pacis pignuſq; fidem ſignificat Crantorem Peleo obſidem ab Amyntore fuiſſe datum. Diſiectum.Diſſipatū

Mentis quoq; uiribus.etiam indignatiōe mētis. Laterum Cratem. coſtas quæ ita cōpoſitæ ſunt.ut cratē efficere uideant. Aeger. Indignatus & uulneratus. Erigit.Concitatur. Proculcat.Conculcat. Vig. Peleum uirtute præditū.

Pirithoi uirtute Chromum:ſed uterq; minorē
Victori titulum q̄ Dictys Elopſq; dederunt.
Fixus Elops iaculo:quod peruia tēpora fecit.
Et miſſum a dextra leuam penetrauit ad aurē.
Dictys ab ancipiti delapſus acumine montis.
Dum fugit inſtantem trepidans Ixione natum
Decidit in præceps:& pondere corporis ornū
Ingentem fregit:ſuaq; induit ilia fractæ.
Vltor adeſt Phereus:ſaxūq; e monte reuulſū
Mittere conatur:mittentem ſtipite querno
Occupat ægides:cubitiq; ingentia fregit
Oſſa:nec ulterius dare corpus inutile læto
Aut uacat:aut curat:tergoq; Bianoris alti
Inſilit haud ſolito quēq̄ portare niſi ipſum.
Oppoſuitq; genu coſtis:prenſamq; ſiniſtra
Cæſariem retinens uultum minitantiaq; ora
Robore nodoſo præduraq; tempora fregit.
Robore Nedymnum iaculatoremq; Lycoten
Sternit:& immiſſa protectum pectora barba
Hippaſon:& ſummis extantem Ripea ſiluis.
Tereaq; Aemoniis q̄ prenſos montibus urſos
Ferre domum uiuos indignanteſq; ſolebat.
Haud tulit utentem pugnæ ſucceſſibus ultra
Theſea Demoleon:ſolidoq; reuellere dumo
Annoſam pinum magno molimine temptat.
Q uod qa nō potuit:præfractā miſit in hoſtē.
Sed procul a telo Theſeus ueniente receſſit
Pallados admonitu(credi ſic ipſe uolebat.)
Nō tamē arbor iners cecidit:nā Crantoris alti
Abſcindit iugulo pectuſq; humerūq; ſiniſtrū.
Armiger ille tui fuerat genitoris Achille.
Q uē Dolopū rector bello ſuperatus Amintor
Aeacide dederat pacis pignuſq; fidemq;.
Hunc procul:ut fœdo diſiectū uulnere Peleuſ
Vidit:at inferias iuuenum gratiſſime Crantor
Accipe ait:ualidoq; in Demoleonta lacerto
Fraxineam miſit mentis quoq; uiribus haſtam
Q uæ laterū cratē perrupit:& oſſibus hærens
Intremuit:trahit ille manu ſine cuſpide lignum
Id quoq; uix ſequitur:cuſpis pulmōe retēta ē.
Ipſe dolor uires animo dabat:æger in hoſtem
Erigitur:pedibuſq; uirum proculcat equinis.
Excipit ille ictus galea clypeoq; ſonantes.



Defenſatq; humeros:p̄tentaq; ſuſtinet arma.
Perq; harmos uno duo pectora perforat ictu.
Ante tamen læto dederat Phlegræon & Hilen
Eminus. Hiphinoum collato marte Daminq;.
Additur his Dorilas qui tēpora tecta gerebat
Pelle lupi:ſæuiq; uicem præſtantia teli
Cornua dura boum multo rubefacta cruore.
Huic ego(nā uires animus dabat)aſpice dixi:
Q uantū concedant noſtro tua cornua ferro.
Et iaculum torſi:quod cum uitare nequiret:
Oppoſuit dextram paſſuræ uulnera fronti.
Affixa eſt cum frōte manus. fit clamor.at illum
Hærentem Peleus & acerbo uulnere uictum:
(Stabat enī ꝓpior)mediā ferit enſe ſub aluū.
Proſiluit.terraq; ferox ſua uiſcera traxit:
Tractaq; calcauit:calcataq; rupit:& illis
Crura quoq; impediit:& inani concidit aluo.
Nec te pugnantem tua Cyllare forma redemit
Si modo naturæ formam concedimus illi:
Barba erat icipiēs:barbæ color aureus: aureaq;
Ex humeris medios coma pendebat i harmos:
Gratus i ore uigor ceruix:humeriq;:manuſq;:
Pectoraq; artificum laudatis proxima ſignis:
Ex qua parte uir eſt:neq; equi mendoſa ſub illo
Deteriorq; uiro facies.da colla caputq;:
Caſtore dignus erit.ſic tergum ſeſſile:ſic ſunt
Pectora celſa toris.totus pice nigrior atra.
Cādida cauda tn̄:color ē quoq; cruribuſ albus.
Multæ illū petiere ſua de gente.ſed una
Abſtulit Hylonome: qua nulla decentior inter
Semiferas altis habitauit fœmina ſiluis.
Hæc:& blanditiis:& amando:& amare fatēdo:
Cyllaron una tenet.cultus quoq; quātus i illis
Eſſe poteſt mēbris:ut ſit coma pectine lenis.
Vt modo rore maris:modo ſe uiolaue roſaue
Implicet:interdum canentia lilia geſtet:
Biſq; die lapſis Pagaſææ uertice ſiluæ
Fōtibus ora lauet:bis flumine corpora tingat.
Nec niſi quæ deceant:electarumq; ferarum
Aut humero aut lateri prætēdat uellera leuo.
Par amor eſt illis.errant in montibus una.
Antra ſimul ſubeunt:& tum Lapitheia tecta
Intrarant pariter:pariter fera bella gerebant.

Duo pectora.Et equi & hominis.Centaurus enim fuit. Collaro marte:cominus. Quantū concedant.Quanto ſint inferiora noſtro enſe.

Torſi:Cum impetu ieci. Hærentem: Dubitantem. Sub mediam aluum. Circa medium uentrem. Terra:per terram: Sua uiſcera:ſua inteſtina. Impediit: Colligauit. Tua cyllare forma:Tua pulchritudo.Cyllarus autem & centauri & equi a Caſtore domiti nomen eſt.Virgilius Domitus pollucis habenis Cyllarus. Redemit.Seruauit: Liberauit a cæde. Illi naturæ. Centaurorum:qui cum ſint ex parte equi: ex parte homines:non uidentur eſſe poſſe formoſi. Cyllarus

Barba erat incipiens.Quanta eſſet pulchritudine Cyllarus centaurus eleganter poeta deſcribit. Color aureus: fuluus. Laudatis ꝓxima ſignis. Statuis non uulgaribus ſed approbatis ſimillima. Mendoſa facies: Turpis figura. Sic tergum ſeſſile:latum aptūq; ad ſedendum.Aliter ſeſſiles lactucas dicimus. Sedentes enim intelligimus. Pectora celſa: eminentia:alta. Toris: ꝓpter toros & eminētes carnes. Candida cauda tamē. Generoſiſſimi equi ſigna deſcribit poeta.

Petiere:appetiuere. Sua de gente: De Cētaurorum genere. Hylonome: Syluam depaſcens interprætari poteſt Hylonome. Abſtulit:habuit Potita eſt. Semiferas.Centauras. Cultus: ornatus. Rore maris:Rore marino herba ſuauis odoris. Canentia Lilia.Alba. Pagaſææ ſiluæ: Vicinæ Pagaſis urbi Theſſaliæ: quæ fōtibus abūdat:unde & nomē πηγὴ nāq; fons dicitur. Prætēdat:opponat. Vellera.Pelles. Lateri leuo: Siniſtro.Dextrū enī erat nudū. Errant. Vagātur.



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Auctor in incerto eſt. Auctor ignoratur. Par
uo uulnere. Scite. Nam ex ſententia phyſicorum
cor ne minimum quidem uulnus pati poteſt.
Refrixit: Frigidum factum & extinctum eſt.
Arcuit: Vetuit: prohibuit. Incubuit telo. Incũ
bens telo ſe tranſfixit. Quod ihæſerat illi. Quod
illi Cyllaro fuerat infixum. Morienſq; ſuũ com
plexa maritum eſt: hypallage eſt. Cõplectens ná-
q; maritum mortua fuiſſe itelligitur. Et ille ſtat:
Etiam ille ſtare & eſſe uidetur. Sæua uellera: ma
gnas pelles. Vinxerat: colligauerat. Phæoco-
mes. Fuſcá ac nigrá habens barbam interpræta-
tur. φαῖον náq; fuſcum ſignificat. Hominem ſi
mul protectus. Qui coma & ſe & hominem ꝑte-
xerat & cooperuerat: eſt enim Synegdoche poe
tis maxime familiaris. Codice qui miſſo: ſtipite:
trunco. Pholonidem. Pholonidis filium. Fra
cta uolubilitas capitis. Rotunditas capitis. Lac
concretum: Coagulatum. Manat. Fluit. Hicce
legendum eſt: ne iambus fiat: quem non recipit
heroicus uerſus. Hic enim pronomen corripi no
tius eſt: q̃ ut ſit admonendum. Nudare. Spolia
re. Scit tuus hoc genitor. Peleus: nam Achillem
alloquitur Neſtor. Ramum bifurcum. Stipitem
duas in partes diuiſum. Signa uides. Cicatricẽ
uulneris accepti indicat Neſtor. Tunc ego de-
bueram. Eleganter ſenis mores exprimuntur. So
lent náq; ſenes ſe laudare. Nullus. Non. Nomẽ
pro aduerbio poſitum eſt. Cornum: haſtam ex
corno confectam. Quadrupedantis: quattuor
pedibus currentis. Cẽtaurus náq; erat. In ad-
uerſo uultu: In oppoſito ore. Vecte pelethro-
Pelethroniũ — nius Macareus. Pelethronium Theſſaliæ mons ẽ
unde pelethronius declinatur. Eridupum: Gra
uiter ſtrepens Eridupus interprætatur. Ingui-
Inguen — ne. Inguen & pudẽda ſignificat: & morbum ma-
xime pudenda infeſtãs. Ampycidẽ mopſum.
Mopſus — Mopſus filius fuit Apollinis ex Hymante: ut qui
dam dicunt: ut alii: ex Manto Tyreſiæ filia. Hic
fuit uates Venerandus: qui: ut Pomponius Me-
la ſcribit: in finibus Pamphiliæ Phaſelim urbem
condidit. Cur autem Ampycides dicatur: legiſ-
ſe me non memini: niſi forte Ampycis fuerit fi-
lius: quãuis Apollinis putaretur.

Auctor in incerto eſt. iaculum de parte ſiniſtra
Venit: & inferius qua collo pectora ſubſunt:
Cyllare te fixit: paruo cor uulnere læſum
Corpore cum toto poſt tela educta refrixit.
Protinus Hylonome morientes excipit artus:
Impoſitaq; manu uulnus fouet: oraq; ad ora
Admouet: atq; animæ fugiẽti obſiſtere tẽptat.
Vt uidet extinctũ: dictis quæ clamor ad aures
Arcuit ire meas: telo quod inhæſerat illi
Incubuit: morienſq; ſuum complexa maritũ ẽ.
Ante oculos ſtat & ille meos: qui ſæua leonum
Vinxerat inter ſe cõnexis uellera nodis
Phæocomes hominẽ ſimul ꝑtectus equumq;
Codice qui miſſo: quẽ uix iuga bina mouerent
Iuncta: Pholoniden a ſummo uertice fregit.
Fracta uolubilitas capitis latiſſima: perq; os:
Perq; cauas nares. oculos aureſq; cerebrum
Molle fluit: ueluti concretum uimine querno
Lac ſolet: ut ue liquor rari ſub pondere cribri
Manat: & exprimitur ꝑ denſa foramina ſpiſſus.
Aſt ego dum parat hic armis nudare iacentem:
(Scit tuus hoc genitor) gladiũ ſpoliãtis in ima
Ilia dimiſi. Chthonius quoq; Teleboaſq;
Enſe iacent noſtro: ramum prior ille bifurcum
Geſſerat: hic iaculũ. iaculo mihi uulnera fecit.
Signa uides. apparet adhuc uetus ide cicatrix.
Tunc ego debueram capienda ad ꝑgama mitti
Tunc poteram magni: ſi non ſuperare: morari
Hectoris arma meis. illo ſed tempore nullus
Aut puer Hector erat. nũc me mea deficit ætaſ.
Quid tibi uictorẽ gemini Periphanta Pyreti?
Ampyca quid referã? qui quadrupedãtis Oicli
Fixit in aduerſo cornum ſine cuſpide uultu?
Vecte Pelethronius Macareus ĩ pectus adacto
Strauit Eridupum. memini & uenabula condi
Inguine Neſſæi manibus coniecta Cymeli.
Nec tu credideris tantum cecinisse futura
Ampicidẽ Mopſum. Mopſo iaculãte biformis
Occubuit: fruſtraq; loqui temptauit Odites:
Ad mentum lingua: mentoq; ad guttura fixo.
Quiq; neci ceneuſ d̃derat: ſtiphelũq; bromũq;
Antimachũq; helymũq; ſecuriferũq; Pyrãmõ:
Vulnera non memini numerũ nomẽq; notaui.



Prouolat æmathii ſpoliis armatus aleſi:
Quẽ dederat læto mẽbris & corpore Latreus
Maximus. huic ætas inter iuuenẽq; ſenemq;.
Vis iuuenilis erat. uariabant tempora cani:
Qui clypeo gladioq; macedoniaq; ſariſſa
Conſpicuus: faciẽq; obuerſus in agmen utrũq;
Armaq; concuſſit: certumq; equitauit in orbem
Verbaq; tot fudit uacuas animoſus in auras.
Et te cæni feram? nam tu mihi fœmina ſemper.
Tu mihi Cænis eris. nec te natalis origo
Cõmouit: mentemq; ſubit: quo ꝑmia facto:
Quaq; uiri falſam ſpeciem mercede paraſti?
Quid uel nata uide: uel qd ſis paſſa: columq;
Icape cum calathis: & ſtamina pollice torque.
Bella relinq; uiris. iactanti talia Cæneus
Extentum curſu miſſa latus eruit haſta:
Qua uir equo cõmiſſus erat. furit ille dolore.
Nudaq; pellei iuuenis ferit ora Sariſſa.
Non ſecus hæc reſilit: q̃ tecti a culmine grãdo:
Aut ſi quis paruo feriat caua tympana ſaxo.
Cominus aggreditur: lateriq; recõdere duro
Luctatur gladiũ. gladio loca peruia non ſunt.
Haud tamen effugies: medio iugulaberis enſe:
Quãdo qdẽ mucro ẽ hebes iqt: & ĩ latus enſẽ
Obliquat: longaq; amplectitur ilia dextra.
Plaga fecit gemitus: ut corpore marmoris icto
Fractaq; diſiluit percuſſo lamina collo:
Vt ſatis illeſos miranti præbuit artus:
Nũc age ait Cæneus: noſtro tua corpora ferro
Temptemus: capuloq; tenus demiſit ĩ harmos
Enſem fatiferum: cæcamq; in uiſcera mouit
Verſauitq; manũ. uulnuſq; in uulnere fecit.
Ecce ruunt uaſto trepidi clamore bimembres
Telaq; in hunc omnes unũ mittũtq;: feruntq;.
Tela retuſa cadũt. manet iperfoſſus ab omni:
Inq; cruentatus Cæneus Elateius Ictu
Fecerat attõitos noua res. heu dedecus ingens
Monychꝰ exclamat. populus ſupamur ab uno
Vixq; uiro: q̃q̃ ille uir eſt: nos ſegnibus actis
Qd̃ fuit ille: ſumus. qd mẽbra inania ꝑſunt
Quid gemine uires? & qd̃ fortiſſima rerum?
In nobis duplex natura animalia iunxit?
Nec nos matre dea: nec nox Ixyone natos

Aemathii: Theſſali. Læto dederat: Interfece
rat. Variabant: Alii náq; ex capillis albi: alii erãt
nigri. Macedoniaq; ſariſſa. Sariſſæ haſtæ ſunt — Sariſſæ
Macedonum: Vt pila Romanoꝝ: geſſa gallorũ. — Pila — Geſſa
Et te cæni feram: cum magna indignatione
hæc dicit Latreus: Ac ſi diceret. Nequaq̃ patiar
te meos ſocios interficere. Cæneum autem per
contemptum Cænim uocat: ac ſi adhuc fœmina
eſſet. Quo præmia facto: cõcubitum cũ Neptu
no illi exprobrat. Quid uel nata uide: Nam fœ
mina. Vel qd ſis paſſa: Neptuni náq; uim paſ-
ſa es. Colũq;. Colus inſtrumẽtum eſt: quo mu — Colus
lieres filant notius: q̃ ut ſit deſcribendum. Cum
calathis. Calathus uas eſt: quem latini quaſillũ — Calathus
uocant: reponendis fuſis accõmodatũ. Iactan-
ti: Inaniter clamãti. Eruit: Aperuit. Cõmiſſus:
coniunctus. Pellei iuuenis: Cænei a Pella urbe
originem ducentis. Cominus: aggreditur: enſe
inuadit Cæneum: id quod niſi propius accede-
ret: facere nõ poterat Duro lateri: Impenetrabi
li. Luctatur: conatur. Mucro ẽ hebes: cuſpis.
eſt retuſa. Gemitus: ſtrepitus. Vt corpore mar
moris icto tanq̃ marmore percuſſo. Præbuit.
Exhibuit. Fatiferum. Mortiferum. Cæcam ma
num: occultam coopertam. Vulnuſq; in uulne
re fecit: Nam cum iam uulnus feciſſet: manum
uerſando alia uulnera faciebat. Inq; cruenta-
tus. Dyalyſis unius dictionis in duas: quæ & Te-
meſis dicitur. Nam incruentatuſq; integrum eſt.
Noua res: nouum miraculum. Monychus
exclamat. Monychus ſolidæ ungulæ interpræta- — Monichus
ri poteſt. Centaurus autẽ fuit fortiſſimus: de quo
Iuuenalis. Quantas iaculetur Monychus ornos.
Populus ſuperamur: Figurata locutio. Quá-
q̃ ille uir eſt: ualidus atq; robuſtus: Eſt autem cor
rectio ſuperioris dicti. Segnibus actis. Ignauis
factis. Quod fuit ille ſumus: fœminæ. Nam Cæ
neus antea fœmina fuerat. Animalia fortiſſi-
ma: hominem & equum. Matre dea: Iunone.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tantus erat. Tā magnanimus. Iunonis ut altæ ſpem caperet. Potiundæ ſubaudiatur. Semimari:Semiuiro. Miſſis ſiluis. Iniectis ſiluarū arboribus. Elidite: Opprimite.Exprimite. Inſanis:Maxis. Trabē.Arborē. Validū in hoſtem: Potentē:ut qui ferro uulnerari nō poterat. Exēplūq; fuit. Exemplū eſt quod aut ſequamur: aut uitemus. Fuit ergo exēplū Monychus aliis cētauris:ut in Cæneū arbores coniicerent. Hocq; ē illud quod Iuuenalis innuit cū ait. Quātas iaculetur Monychus ornos. Nudus arboris:Arboribus in ſoluta diceretur oratione. Nec habebat pelion umbras.Per μετάληψιμ intelligimus Pelion montem arboribus ſpoliatū fuiſſe. Othrys aūt & Pelion montes ſunt Theſſaliæ notiſſimi.

Immani cumulo.Maxia lignorū cōgerie. Obrutus:oppreſſus. Aeſtuat:Angitur:Anhelat. Nec habet quas ducat ſpūs auras:Nec reſpirare pōt.

Deficit interdum.Deficere & mori interdū uidetur. Super aera:ad aera. Tollere: erigere.

Euoluere:Excutere. Ecce:hoc aduerbio ſignificat ſe digito oſtendere Idam Phrygiæ montē.

Exitus ī dubio eſt.Mors inqt Cænei ī dubio ē. Nā alii mortuū eſſe contēdunt: alii in aqlā trāſmutatū. Siluarū mole: arborū pōdere. Abnuit Ampycides.Mopſus negat. Fuluis pēnis:in aqlam Cæneū fuiſſe cōuerſū innuit poeta. Luſtrātem:Circūdantē. Vnica:ſola. ſingularis. Credita res ē.hoc ē. Mopſi uatis auctoritate creditus ē Cæneus in aqlam fuiſſe cōmutatus. Aegre tulimus:Indignati ſumus. Abſtitimus:Deſtitimus.

Cæneus ī aqlam

Exercere dolorē. Sæuire in Cētauros ob dolorem de Cænei morte cōceptū. Hec inter Lapithas. Hæc iccirco a poeta narrātur: quo cōcinius Periclimeni Neſtoris fratris metamorphoſeis īſerantur. Periclymenus.n.Nelei filius cui Neptunus facultatē ſe in uarias figuras trāſformādi cōceſſerat:cū aqlæ figurā ſuſcepiſſet:ab Hercule cū quo pugnabat:ſagitta tranſfixus interiit. Triptolemus.Ita qdē fere in exēplaribus legitur:qđ grāde flagitiū eſt:cū Triptolemus: nuſq̄ bello Troiano interfuiſſe legatur. Tlepolemus igitur loco Triptolemi reponatur. Fuit enī Tlepolemus:ut ī ſecūdo Ilia.narrat Home:Herculis & Aſtyocheæ filius:q cū Licymniū matris germanū īterfeciſſet cōparata claſſe magnaq; comitum multitudine Rhodū pfugit:ubi impiū adeptus:cū nouē nauibus:una cū aliis Græciæ pncipibus ad bellū Troianū eſt pfectus:ubi tandē a Sarpedone fuit īterfectus. Præteriti Alcidæ:prætermiſſi Herculis.

Periclymēus in uarias formas

Tlepolemus

Non ptulit:nō eſt paſſus. Obliuia acta: obliuionem eſſe factā. Herculeæ laudis:Herculis: eſt enim periphraſis. Triſtis.Pylius:Mœſtus:Neſtor:quod & ſe a Tlepolemo notari uidebat:& ea commemorare cogebatur quæ ſibi luctus cauſa fuerant. Obductos annis: multitudine annorum obrutos atq; oblitos. Reſtringere:renouare. Offenſas iniurias:quibus me affecit. Maiora fide:maiora q̄ credi debeat. Sed neq; Deiphobum:hoſtes non eſſe laudandos colligit Neſtor. Deiphobus autem Priami fuit filius. Polydamas uero unus ex principibus Troianis fuit fortiſſimus: ſic uocatus: q̄ multos domaret.

Eſſe reor:qui tantus erat:Iunonis ut altæ
Spē caperet.nos ſemimari ſupamur ab hoſte.
Saxa trabeſq; ſup totoſq; inuoluite montes:
Viuacemq; animam miſſis elidite ſiluis.
Silua pmat fauces:& erit pro uulnere pondus.
Dixit:& inſanis deiectam uiribus auſtri
Forte trabē nactus ualidum cōiecit in hoſtem:
Exemplumq; fuit:paruoq; in tempore nudus
Arboris Othrys erat: nec habebat Peliō ūbras.
Obrutus imani cumulo.ſub pondere Cæneus
Aeſtuat arboreo:cōiectaq; robora duris
Fert humeris.ſed enim poſtq̄ ſup ora caputq;
Creuit onus:nec hēt quas ducat ſpūs auras:
Deficit interdum.modo ſe ſuper aera fruſtra
Tollere conatur:iactaſq; euoluere ſiluas:
Interdūq; mouet:ueluti quā cernimus:ecce
Ardua ſi terræ quatiatur motibus Ide.
Exitus in dubio eſt.alii ſub inania corpus
Tartara detruſum ſiluarum mole ferebant.
Abnuit Ampycides:medioq; ex aggere fuluis
Vidit auem pennis.liquidas exire ſub auras:
Q uæ mihi tūc primū:tūc ē cōſpecta uolucris.
Hanc ubi luſtrantem leni ſua caſtra uolatu
Mopſus:& ingenti circum clamore ſonantem
Aſpexit:pariterq; animo eſt oculiſq; ſecutus:
O ſalue dixit Lapithææ gloria gentis:
Maxime uir quōdā:ſed auiſ nūc unica Cæneu.
Credita res auctore ſuo eſt.dolor addidit iram.
Oppſſūq; ægre tulimus tot ab hoſtibus unū:
Nec prius abſtitimus ferro exercere dolorem:
Q uā data pars læto.pte fuga noxq; remouit.
Hæc inter Lapithas & ſemihomines Cētauros
Prœlia Tlepolemus Pylio referente dolorem
Præteriti Alcidæ tacito non pertulit ore.
Atq; ait.Herculeæ(mirum eſt) obliuia laudis
Acta tibi ſenior.certe mihi ſæpe referre
Nubigenas domitos a ſe pater ipſe ſolebat.
Triſtis ad hæc Pylius.qd me memiſſe malorū.
Cogis:& obductos annis reſtringere luctus:
Inq; tuum genitorem odium offenſaſq; fateri:
Ille quidem maiora fide quoq; geſſit:& orbem
Impleuit meritis:quod mallem poſſe negare.
Sed neq; Deiphobū:nec Polydamāta:nec ipm



Meſſenia mœnia.Meſſene & urbs eſt & regio adiacens Arcadiæ:eſt etiam Siciliæ urbs: unde Meſſenius deriuatur. Elimq; pylūq;:elis urbs eſt Arcadiæ iuxta Olympiā ab Elio Tātali filio cognoīata: unde Elieus & Eleus decliatur.Pylus uero Meſſeniæ:Vnde Pylius Pyleus ac Pylion gētilia noīa deriuātur. Bis ſex Neleiadæ fuimus. Duodecim Nelei:Neleus aūt Neptuni fuit filius & Tyrus nymphæ: q a fratre Pelia domo pulſus Pylon urbē in Meſſenia cōdidit. Vxorē habuit Clorim ex qua duodecim filios ſuſcepit Neſtorem:Periclimenū:Agerochum & reliquos. Me minus uno.Me excepto. Nelei ſanguinis:auctor.Neptuni eni Neleus fuit filius. Quæ fulmina curuis:Periphraſis eſt aquilæ. Viri: Herculis.

Meſſene

Elis

Pylus

Neleus

Hectora laudamus.quis.n.laudauerit hoſtem:
Ille tuus genitor Meſſenia mœnia quondam
Strauit:& immeritas urbes Elinq; Pylumq;
Diruit:inq; meos ferrum flammaſq; penates
Impulit(utq; alios taceam:quos ille peremit)
Bis ſex Neleiadæ fuimus conſpecta iuuentus.
Bis ſex Herculeis ceciderunt me minus uno
Viribus.atq; alios uinci potuiſſe ferendum eſt.
Mira Periclymeni mors eſt:cui:poſſe figuras
Sumere quas uellet:rurſuſq; reponere ſūptas:
Neptunus dederat Nelei ſanguinis auctor.
Hic ubi ne quicq̄ eſt formas uariatus i omnes:
Vertitur in faciē uolucris: quæ fulmina curuis
Ferre ſolet pedibus.diuum gratiſſima regi.
Viribus uſus auis pennis roſtroq; redunco
Hamatiſq; uiri laniauerat unguibus ora.
Tendit in hūc nimiū certos Tirynthius arcus.
Atq; inter nubes ſublimia membra ferentem:
Pendentemq; ferit.lateri qua iungitur ala.
Nec graue uulnus erat.ſed rupti uulnere nerui
Deficiunt:motūq; negant uireſq; uolandi.
Decidit in terram non cōcipientibus auras
Infirmis pennis:& quæ leuis hæſerat alæ
Corporis affixi preſſa eſt grauitate ſagitta.
Perq; latus ſummū iugulo eſt exacta ſiniſtro.
Num uideor debere tui præconia rebus
Herculis o Rhodiæ ductor pulcherriē claſſis:
Ne tamen ulterius q̄ fortia facta ſilendo
Vlciſcar fratres:ſolida eſt mihi gratia tecum.
Hæc poſtq̄ dulci Neleius edidit ore:
A ſermone ſenis.repetito munere Bacchi
Surrexere toris.nox eſt data cætera ſomno.
At deus æquoreas: q cuſpide temperat undas:
In uolucrem corpus nati Cygneida uerſum
Mente dolet patria:ſæuumq; peroſus Achillē:
Exercet memores plus q̄ ciuiliter iras.
Iamq; fere tracto duo per quinquennia bello
Talibus intonſum cōpellat Smynthea dictis.

Hamatis unguibus. In modū hami recuruis. Eſt enī nomē pticipio ſimile hamatus ab hamo declinatū. Nimiū. Affectui & dolori ſeruit hoc aduerbiū nimiū. Tirynthius:Hercules a Tirynthe Pelopōneſi urbe. Et q̄ leuis heſerat alæ.Ordo eſt & ſenſus.Et leuis ſagitta q̄ hæſerat & affixa erat alæ:preſſa & īpulſa fuit grauitate corporis illi affixi. Eſt aūt ἀντίθετον. Leuis.n.opponit̄ graui. Exacta:expulſa. Iugulo ſiniſtro.Per ſiniſtrū iugulū. Herculis tui. Parentis ſubaudiatur.

Orhodiæ ductor pulcherrime claſſis: ad illud Homeri carmē alludit poeta in ſecundo Iliados. τληπόλεμος ἡρακλείδης ἠΰς τε μέγας τε ἐκ ῥόδου ἐννέα νῆας ἄγεν ῥοδίων ἀγερώχων. Hinc eni apte colligitur Tlepolemū Rhodiorū ductorem fuiſſe & pulchrū & magnū. Solida gratia:firma amicitia. Neleius:Neſtor Nelei filius. Dulci ore:Suaui ſermone.Nam:ut ait Homerus: Suauior melle ab ore Neſtoris oratio pdibat. A ſermone ſenis:Poſt ſermonē Neſtoris.

At deus æquoreas. Neptunus ægre ferens Cygnum filiū ab Achille interemptū Apollinē hortatur:ne ulterius ipſum uiuere patiatur:cui Apollo obſequens in aciem Troianorū deſcēdit: Pariſq; ſagittam in Achillē ita direxit: ut illius uulnere interierit. Hæc aūt iccirco a poeta narrantur:ut cōmodius & libri ſequentis initiū cum huius fine cōnectat: & Aiacis in florē metamorphoſin huic loco ſubiungat.Neq; enim ullam aliā in huius libri fine deſcribit trāſfigurationē. Memores iras:quas ī memoria habebat. Vt illud Virgilii.Memorē Iunonis ob irā. Pluſq̄ ciuiliter:hoſtiliter. Tracto bello.Protracto:pducto. Intōſum Smynthea:comatū Apollinē.Nā Smyntheuſ epytheton eſt Apollinis ppriū a muribus ſumptum: qui ut Strabo ait:Smynthi a Cretenſibus uocantur: hac ēt de cā Smyntheus Apollo fuit cognominatus:qđ Teucris e Creta pfectis datū ē oraculum:ut ibi ſedes collocarent: ubi terrigenæ ipſos adorirentur. Id aūt circa Aonaxicū ferūt cōtigiſſe. Nā maxima agreſtiū muriū multitudo noctu exorta qcqd armorū uaſorūq; ex corio inuentū ē corroſit. Teucri aūt ibi manſerūt: atq; Idā ab Ida q̄ eſt in Creta appellarunt:templūq; ac ſimulacrū Apollini Smyntheo erexerūt.Heraclides uero pōticus auctor ē mures ibi circa templū abundare & ſacros exiſtimari: Simulacrū uero ita effigiatū eſſe: ut murem pedibus præmat. Solent aūt homines noīa a paruis rebus impoſita quibuſdā lenimentis mitigare:nam & a culicibus quos Oethæi conopas uocant:Hercules conopion apud illos colitur:qm̄ ab illis eius opera liberati fuerūt apud Erithræos quoq; miliuntem habitātes ſpecto nus colitur:quod ipſe uitibus uermis īfeſtiſſimus ſit:nam ex Erithreis oībus apud illos ſolū talis beſtiola naſcitur.Rhodii aūt Apollinis Erathi-

Smyntheus



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Pornopion

biı templum habent in agro ſuo. Nam rubiginē ipſi Erethibiam uocát. Apud Aeoles qui in Aſia ſunt:mus qdam Pornopion uocatur. Bœotii ue ro hoc nomine culices uocant. Sacrificium autē faciunt Apollini pronopioni.Sed multis in locis ſunt Smynthia.hoc eſt.Smynthii Apollinis tēpla præcipue tamē in urbe Chryſa Smyntheus Apol lo colebatur:ubi erat ſtatua a Scopa Pario confe cta:cuius pedibus mus ſubiectus erat. O mihi de fratris:hac oratione Neptunus Apollinē hortatur ut Achillem Cygni iterfectorem ſagitta petimat. De fratris natis. De Iouis fratris mei filiis.a beniuolentia autem exorditur Neptunus.

Subit:in mentem cum quadam miſeratiōe uenit. Populator: deſtructor. Ex arte autē Achillē in odium Apollinis Neptunus adducit. Det mi hi ſe. Cōmittat ſe mihi & mari. Triplici cuſpide periphraſis eſt irridentis. Nec opinū: non opinantem. Indulgens:obſequens. Sanguine plebis:plebeios ac uiles interficiendo. Poſt Hectora:poſt Hectoris cædem. Ille igitur tantoꝝ:apo ſtrophe ad Achillem indignationem continens quod ab effœminato Paride fuerit interfectus.

Graiæ maritæ. Helenæ.Quā iccirco maritam poeta uocat quia uiris imperabat. Fœmineo marte:imbelli. Thermodoontiaca bipēni:Ama zonica ſecuri.Nam Amazones Thermodoontis fluui accolæ fuerunt. Armarat deus idē.Vulca nus & arma Achilli Thetidis rogatu perfecit. & eum mortuū cōbuſſit. Neſcio quid. parum qd cineris de tanto Achillis corpore ſupereſt:quo ne urna quidem impleri poteſt. Hæc menſura:Totus terrarum orbis menſura eſſe uidetur gloriæ achillis. Nec inania tartara ſentit. Nunq̄ enim gloria moritur. Vt cuius fuerit cognoſcere poſ ſis. ac ſi diceret fortiſſimi ac bellicoſiſſimi illum clypeum fuiſſe:pro quo tantæ contentiones fue re ſuſceptæ. Deq; armis arma feruntur. Propter arma achillis bella excitātur. Nam poſt mortem achillis inter Aiacem & Vlyſſem de armis ipſius Achillis grauiſſimæ ſunt ortæ contentiones. So li Telamone creato.Aiaci Telamonis filio. Laerteq;:Vlyſſi. A ſe Tantalides:agamēnon a Tā talo genus ducens. Nam Tantalus Iouis:Pelops Tantali: Pelopis atreus: atrei Agamēnon & Menelaus filii fuiſſe dicuntur. Traiecit. Tranſmiſit: tranſtulit.

O mihi de fratris longe cariſſime natis:
Irrita qui mecum poſuiſti mœnia Troiæ.
Ecquid:ubi Aſiacas caſuras aſpicis arces:
Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
Milia cæſa doles? ecquid ne perſequar omnes
Hectoris umbra ſubit circū ſua pgama tracti?
Cum tamen ille ferox belloq; cruentior ipſo
Viuit adhuc operis noſtri populator Achilles?
Det mihi ſe:faxo triplici quid cuſpide poſſim
Sentiat.& quoniam cōcurrere cominus hoſti
Nō datur:occulta nec opinum perde ſagitta:
Annuit:atq; animo pariter:patruiq;:ſuoq;
Delius indulgens:nebula uelatus:in agmen
Peruenit Iliacum:mediaq; in cæde uirorum
Rara per ignotos ſpargentem cernit Achiuos
Tela Parim. faſſuſq; deum:quid ſpicula perdis
Sanguine plebis ait? ſi qua eſt tibi cura tuorū
Vertere in æaciden:cæſoſq; ulciſcere fratres:
Dixit:& oſtendens ſternentem Troica ferro
Corpora Peliden arcus obuertit in illum:
Certaq; lætifera direxit ſpicula dextra.
Quo Priamo gaudē ſenex poſt Hectora poſ(ſet:
Hoc fuit.ille igit̄ tantoꝝ uictor Achille
Victus es a timido Graiæ raptore maritæ.
At ſi fœmineo fuerat tibi marte cadendum:
Termodoontiaca malles cecidiſſe bipenni.
Iam timor ille Phrygū.decus & tutela Pelaſgi
Nominis Aeacides.caput inſuperabile bello
Arſerat.armarat deus idem:idemq; cremarat.
Iam cinis eſt:& de tam magno reſtat Achille
Neſcio quid:paruā qd nō bene cōpleat urnā.
At uiuit totum quæ gloria compleat orbem.
Hæc illi menſura uiro reſpondet:& hæc eſt
Par tibi Pelide:nec inania tartara ſentit:
Ipſe etiam: ut cuius fuerit cognoſcere poſſis:
Bella mouet clypeus:deq; armis arma feruntur
Non ea Tydides:non audet Oileus Aiax.
Non minor Atrides:nō bello maior & æuo
Poſcere:non alii.ſoli Telamone creato
Laertæq; fuit tantæ fiducia laudis.
A ſe Tantalides onus inuidiamq; remouit:
Argolicoſq; duces mediis conſiſtere caſtris
Iuſſit:& arbitrium litis traiecit in omnes.



Raphaelis Regii in tertiūdecimū metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

Onſedere duces:Achille ſagitta Paridis interempto:magna:inter Aiacem & Vlyſſem contentio orta eſt:uter ipſorum illius armis dignior eſſet.Agamēnon aūt ne in alterius odium incideret:illius con- c tentionis iudiciū ad principes Græcoꝝ reiecit:ut pro uirtute ac meritis utriuſq; arma alteri adiudicarent.Iuſſo igitur utroq; in cōſeſſu principum cām agere: non uirtute aut meritis: ſed eloquentia: qua plurimum ualebat Vlyſſes effecit:ut ſibi arma adiudicarentur. Illam aūt repulſam aiax adeo ægre tulit: ut primū furioſus ſit effectus: deinde cū reſipuiſſet: gladio incūbens ſeipm interfecerit:Sed tandē miſeratione deoꝝ in Hyacinthū florē fuit cōmutatus. Cōſedere duces:ciuilem inſtituit cōtionem in qua pncipes ſedent:Vulgus autem cogitur ſtare. Clypei ſeptemplicis.Septem boum coriis tecti. Aiax:Telamonis Pelei fratris filius achillis patruelis fuit. Quæ autē de Aiace ſcribit poeta a Sophocle ſumpſiſſe uidetur. Sigeia littora: Sigeum & urbs & pmontorium eſt Troadis: iuxta quod Græcoꝝ claſſis ſubducta erat. Claſſemq; in littore: ſtantē ſubaudiamus. Intēdēſq; manus:ad claſſem intelligendū eſt:exprimit aūt geſtū uiri cū indignatiōe locuturi. Agimus:proh Iuppiter:aiacis pſonæ decoꝝ pulchre ſeruatur:q fortis qdē ac bellicoſus fuiſſe: ſed eloquētia parū ualuiſſe:tū a Græcis: tū a latinis fingitur poetis. Quare illi oratio ſimplex attribuitur omniq; artificio carens.Nā & in pœmio ſtatim cū magna exclamat indignatione: & ſe p totam iactat orationem:q̄ non eſſe faciēda Rhetores oēs pcipiūt. Verſatur aūt hæc oratio i duplici cōiecturali conſtitutione.Cū.n.achillis arma græcoꝝ pſtantiſſimo & uirtute & meritis forent tribuēda: uter horum ſit pſtantior q̄ritur:aiax an Vlyſſes:cū uterq; ſe dignū illis eſſe iactaret. uterq; aūt cōiecturis & ſe meruiſſe:& alteꝝ nō meruiſſe oſtendit. Proh Iuppiter: exclamatio minime pncipio cōueniēs.

Sigeum

Ante rates:a qbus ego ſolus Hectoris faces repuli:cū alii Græci iprimiſq; Vlyſſes illius uiri impetū nō ſuſtinētes eas deſeruerint. Cū.n.achilles Agamēnoni iratus ppter Briſeida ereptam intra tentorium ſe cōtineret: neq; pugnare uellet: Hector cū delecta Troianoꝝ iuuentute in hoſtium claſſem impetū fecit:quā etiā incendiſſet:niſi aiacis uirtute fuiſſet repulſus. Oīs igitur aiacis indignatio: & a loco in quo cā agitur: & ab aduerſario oriri uidetur. Et mecū confertur Vlyſſes:Et coniunctio idignationē hoc loco ſignificat.Hac a claſſe.Manū ad claſſem intēdit aiax:ſic q; illam Græcis oſtendit. Fictis:cōpoſitis. Iſti:cum magno Vlyſſis cōtemptu hoc dixit. Quantūq; ego marte feroci. Cōtra artis pcepta ubiq; & ſe & ſua Aiax non deſinit iactare. Oīs enim ſui iactatio: ut Fabius Quintilianus tradit: eſt odioſa. Præmia magna:arma achillis a Vulcano fabricata.

Tenuiſſe: obtinuiſſe: in contēptū aūt Vlyſſem quātū pōt aiax adducit. Supbū:glorioſū. Sit licet hoc igens.Quāuis id de quo cōtēditur ſit maximū. Feretur:Iactabitur. Si uirtus i me dubitabilis eſſet:nimiū arrogāter hoc ē dictū. Littora Colcha:Colchica:nā Telamon cū Iaſone i colchos nauigauit:ut plenius in ſupiori diximus libro. Vbi æolidē Siſyphon:Hoc ad Vlyſſis contemptū dictū ē.Nā fama erat a Siſypho latrone Iſthmū obſidēte Anticliā Vlyſſis matrē:cum ad laertē duceretur: fuiſſe cōpreſſā:atq; ex eo cōcubitu Vlyſſem ortū. Hæc ſeries:hæc ſtēmatis diſpoſitio. Frater erat:patruelis frat Achilles fuit Aiacis.Nā Peleus & Telamō fratres fuerūt.Patrucles āt frēs dicūtur:q e fratrib9 naſcūtur. Quid ſan

Patrucles

# P.Ouidii naſonis metamorpho.Liber.xiii.

Onſedere duces:& uulgi ſtante corona
c Surgit ad os clypei dominus ſeptemplicis Aiax.
Vtq; erāt impatiens iræ:Sigeia toruo
Littora proſpexit:claſſemq; in littore uultu:
Intendenſq; manus.agimus proh Iuppiter inqt
Ante rates cauſam.& mecū cōfertur Vlyſſes?
At non Hectoreis dubitauit cedere flammis:
Quas ego ſuſtinui:quas hac a claſſe fugaui.
Tutius eſt igitur fictis contendere uerbis:
Quā pugnare māu.ſed nec mihi dicere pmptū
Nec facere eſt iſti:quātumq; ego marte feroci
Inq; acie ualeo:tantum ualet iſte loquendo.
Nec memorāda tamē uobis mea facta Pelaſgi
Eſſe reor(uidiſtis enim)ſua narret Vlyſſes:
Quæ ſine teſte gerit.quorū nox conſcia ſola ē:
Præmia magna peti fateor.ſed demit honorē
Aemulus Aiaci.non eſt tenuiſſe ſuperbum:
Sit licet hoc ingens:quicqd ſperauit Vlyſſes:
Ipſe tulit præcium iam nūc certaminis huius:
Qui cum uictus erit:mecum certaſſe feretur.
Atq; ego: ſi uirtus in me dubitabilis eſſet:
Nobilitate potens eſſem Telamone creatus:
Mœnia qui forti troiana ſub Hercule cœpit:
Littoraq; intrauit Pagaſea Colcha carina.
Aeacus huic pater eſt:qui iura ſilentibus illic
Reddit:ubi æoliden ſaxū graue Siſyphō urget
Aeacon agnouit ſummus:prolemq; fatetur
Iupiter eſſe ſuam.ſic a Ioue tertius aiax.
Nec tamē hæc ſeries in cauſam proſit achiui:
Si mihi cum magno non eſt cōmunis achille.
Frater erat.fraterna peto.qd ſanguine Cretus



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ǵuine:Cretus Siſyphio. Aperte nunc Aiax originis turpitudinem obiicit Vlyſſi. An quod in arma prior. Vlyſſes ne ad bellum Troianū cū aliis Græciæ p̃ncipibus ꝓficiſcens: uxorem relinquere cogeretur: ſe inſanire ſimulauit. Palamedes uero prudētia ualde pollens ad hoc ſpeculandū miſſus: illi aranti ſalemq; ſeminanti: filiū paruulum obiecit: quē Vlyſſes aratro ſublato nihil offendit. Inuitus itaq; ad bellū ductus Palamedē ficta ꝓditione tandem opp̃ſſit. Nullo ſub indice: nullo indicāte. Vltia qui cœpit: ultimus p hypallagen: ut itelligatur q ultimus cœpit arma. Detractauit: uitauit. Sollertior: prudentior. Et ſibi inutilior: nā Palamedes in ſe Vlyſſem cōcitauit: cuius arte tandem ut ꝓditor a cuncto Græcorū exercitu fuit interfectus. Nā Vlyſſes litteras finxit a Priamo ad Palamedē datas: qbus ſignificare uidebatur Priamus ſe magnū auri pondus miſiſſe: aliudq; miſſuꝝ. Cū uero litteræ ad Agamēnonē fuiſſent platæ: p̃ncipeſq; oēs p̃ter Palamedē conueniſſent: uixq; illud ſcelus i Palamedem cadere poſſe cunctis uideretur: Vlyſſes nihil temere de tanto uiro credēdū dixit: niſi auꝝ: qđ ille iam per ſeruos corruptos in illius tentorio defodiendum curauerat: dep̄hēderetur. Qui igitur miſſi ad hoc inqrendū fuerāt: cū renūciaſſent inuentū: lapidibus Palamedes a toto exercitu: de quo optie meritus erat: obrutus eſt. Naupliades: Palamedes Nauplii filius. Nauplius aūt Neptuni & Amymones nymphæ filius in Euboea regnauit.

Nauplius

Optia nūc ſumat: ironia indignatiōis plena: qua Aiax ſignificat Vlyſſem nulla rōne armis Achillis eē dignū ſe aūt eſſe digniſſimū. Furor ille: iſania illa Vlyſſis. Hortator ſceleꝝ: Hactenus in cōtēptū nūc in odiū Aiax Vlyſſem adducit. Nō te pœātia ꝓles. Cū oraculū accepiſſent Græci Troiā ſine Herculis ſagittis capi nō poſſe: Vlyſſes miſſus ad Philocteten Pœantis filium: cui moriēs Hercules arcū ſagittaſq; reliqt: iueniēdū: Troiāq; adducēdū: cū forte inter nauigandū ſagitta hydræ ueneno tincta e pharetra cadens Philoctetæ pedem uulneraſſet: eum in Lemno nullo adhibito uulneri remedio reliqt. Lēnos inſula eſt una ex cycladibus Vulcano dicata: q̃ duo oppida habet Pheſtiā & Myrinam: in cuius foꝝ ſolſtitio Athos eiaculatur umbrā: ut Plinius ſcrib.

Lemnos

Qui nunc ut memorāt. Oratorie miſerias Philoctetæ amplificat Aiax: ut maius i odiū Vlyſſem adducat. Troianis fatis: Troiano excidio. Sine crimine: proditionis. Cōuictu furoris: dep̄rehēſi: detecti. Nimiū male memor: illa nāq; memoria Palamedes optie de Græcoꝝ exercitu meritus: fuit iterfectus.

Præſoderat: ante defoderat i tentorio Palamedis p ſeruos corruptos: ut diximus. Ergo aut exilio: Relinquēs Philoctetē in Lēno tanq̃ exulem.

Aut nece. Inducens exercitum ad lapidādū Palamedē. Deſertū ut Neſtora: ut in octauo Iliados narrat Homerus: Cum Neſtor una cum aliis Græcis fulmie Iouis territis fugere nō poſſet: qđ unus ex ipſius eqs foret ab Alexandro catapulta uulneratus: facile fuiſſet ab Hectore oppreſſus: niſi re cognita Diomedes & clara uoce Vlyſſem inclamaſſet ad opē Seni ferendam: & nihilominus illo fugiente ſolus ipſe Neſtorem ab impetu Hectoris ꝓtexiſſet: ac in ſuū currum recepiſſet.

Proditus a ſocio eſt: ab Vlyſſe fuit derelictus. Qui aūt ſocios in pugna derelinquunt: ut ꝓditores habētur. Trepido: timido. Alludit aūt ad uerba quæ diomedi attribuit Home. Quo fugis inquit Vlyſſes Laertæ filii? Cur terga uertis? Cur cōmittis ut tanq̃ imbellis ac timidus a tergo uulneris? Mane hic mecū: mane dum a ſene amico trucem Hectorē arceamus.

Siſyphio: furtiſq; & fraude ſimillimus illi
Inſeris Aeacidis alienæ nomina gentis?
An q in arma prior: nulloq; ſub indice ueni.
Arma neganda mihi? potiorq; uidebitur illis
Vltima qui cœpit: detrectauitq; furore
Militiam ficto? donec ſollertior iſto
Et ſibi inutilior timidi cōmenta retexit
Naupliades animi: uitataq; traxitq; ad arma?
Optima nunc ſumat: qui ſumere noluit illa.
Nos inhonorati & donis patruelibus orbi
Obtulimus quia nos ad prima pericula: ſimus.
Atq; utinā aut uerus furor ille: aut creditus eēt
Nec comes hic Phrygias unq̃ ueiſſet ad arces
Hortator ſcelerum: non te Pœantia proles
Expoſitum Lemnos noſtro cū crimie haberet:
Qui nūc: ut memorāt ſilueſtrib⁹ abditus ātris
Saxa moues gemitu: Laertiadæq; precaris
Quæ meruit q̃ (ſi dii ſunt) nō uana præceris.
Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma:
Heu pars una ducum: quo ſucceſſore ſagittæ
Herculis utuntur: fractus morboq;: fameq;:
Venaturq;: aliturq; auibus: uolucreſq; petendo
Debita Troianis exercet ſpicula fatis.
Ille tamen uiuit: quia non comitatur Vlyſſem.
Vellet & infœlix Palamedes eſſe relictus.
Viueret: aut certe lætum ſine crimine haberet.
Quē male conuicti nimiū memor iſte furoris
Prodere rem Danaum finxit: fictūq; probauit
Crimen: & oſtēdit quod iam præfoderat aurū.
Ergo aut exilio. uires ſubduxit Achiuis:
Aut nece. ſic pugnat: ſic ē metuēdus Vlyſſes.
Qui licet eloquio fidum quoq; Neſtora uicat
Haud tamē efficiet: deſertū ut Neſtora crimen
Eſſe rear nullū: qui cū imploraret Vlyſſem.
Vulnere tardus equi: feſſuſq; ſenilibus annis:
Proditus a ſocio eſt. nō hæc mihi crimina fingi
Scit bene Tydides: qui nomine ſæpe uocatum
Corripuit: trepidoq; fugā exprobrauit amico.



Mortalia: Res mortaliū: hæc aūt ſententia eo ptinet: ut qui ferre opem noluit: ea indigere cogatur. En eget auxilio: qui non tulit. hoc de undecimo Iliados libro ſumptū eſt: nā: ut ibi ſcribit Homerus: cū Vlyſſes Socum Hipaſi filiū interfeciſſet: Troianoꝝ turba in illum ſic ipetū fecit: ut & ſe retroferre: & ſuoꝝ auxiliū iplorare ſit coactus: cū iam Soci haſta fuiſſet uulneratus. Aiax igitur a Menelao admonitus ſcuto illum accurrens a ui hoſtiū intrepide ꝓtexit. Vulnuſq; tuū: nam latus illius haſta traiecerat Socius. Hector adeſt: aduenit. Deos: deoꝝ iprimiſq; Iouis auxiliū: nā ut ſcri. Homerus: ſe Iouis filiū eſſe iactabat Hector. Nō tu tm̄: Emphaſis ē. Intelligitur. n. qđ nō exprimitur. Nō tm̄ tu: q es oium timidiſſimus terreris ipetu Hectoris. Sed ēt fortes. Eſt aūt apoſtrophe cōtemptus plena. Tm̄ trahit ille timoris: acclamatio ē.

Ingenti pōdere. Maximo ſaxo: nā ut in. xiiii. Iliados uolumie legitur: cū Hector haſtā in Aiacē ieciſſet neq; uulneraſſet: Aiax ipſe ſublato maximo ſaxo pectus illius ita pcuſſit: ut cū ingēti armorū ſtrepitu in terrā caderet. Hūc ego poſcētē: ꝓuocantē. Id aūt ex. vii. Iliados libro eſt notū: ibi nāq; ſcribitur Hector Heleni uatis exhortatione Græcos oēs ad ſingulare certamē ꝓuocaſſe. Ac cū hi nouē Græcoꝝ fortiſſimi Agamēnō: Diomedes: Duo Aiaces. Idomeneus: Meriones Eurypylus: Euemonis filius. Thoas: Andremonides: Vlyſſes Neſtoris exhortatione inter ſe forent ſortiri qs ipſoꝝ cū Hectore pugnare deberet: Aiax ſorte ſe Hectori obiecit: qui cū adueniēte nocte e pugna æquali cū honore diſcederent: ſe inuicē muneribus ſunt ꝓſecuti: nā Hector Aiaci gladiū: Cōtra aiax Hectori baltheū dono dedit. Sortēq; meā uouiſtis Achiui. Hoc quoq; ab Homero ſumptū eſſe uidetur: q ſcribit Achiuos ſublatis i altū oculis māibuſq; his p̃cibus ad Iouē uſos fuiſſe. Iuppiter pater da: ut aut Aiacis Telamonii: aut Aiacis Oilei: aut Agamēnonis ſorti ſit locus: atq; ita euenit: ut Aiacis id quod maxime optabant: ſors proferretur. Vouiſtis ergo: uoto optaſtis: tametſi nouiſtis fere legatur. Et ueſtræ ualuere p̃ces: nā ut optauerant: ſors Aiacis prima prolata ē: ut cum Hectore pugnaret. Nō ſum ſupatus ab illo. pari nāq; gloria uterq; ex ea pugna receſſit.

Ecce ferunt Troes. Hoc quoq; in. xv. Iliados deſcribit Home. Iouēq; Auxiliū Iouis Hectori fauentis. Nempe ego: ſolus Aiax: aliis Græcorum ducibus perterritis: claſſem ab ignibus hoſtium protexiſſe ab Homero quoq; ſcribitur. Quod ſi uera licet: arroganter nimium contra artis oratoriæ præcepta hæc quoq; dicuntur. Conferat his Ithacus Rheſum. his geſtis meis comparet Vlyſſes: quem cum quodam contemptu Ithacum Aiax appellat. Rheſus autem rex fuit Thraciæ qui: ut ſcribit Home. cum in auxilium Troianorum cū candidiſſimis equis ueniſſet: a Diomede & Vlyſſe ea ipſa nocte: qua ad Troiam puenerat: fuit interemptus. Rheſus

Imbellemq; Dolona. Dolon: ut idē ſcribit Homerus: Eumedis præconis filius: cum ſpeculator ad caſtra Græcorum ab Hectore miſſus eēt: a Diomede ſimul & Vlyſſe captus fuit & interfectus. Dolon

Priamidemq; Helenum: Helenus Priami fuit filius: qui a Diomede & Vlyſſe captus: fata Troianorum arcana Græcis reuelauit. Helenus

Rapta cum Pallade: cum palladio: quod Vlyſſes una cum Diomede rapuit. Quo tamen hæc Ithaco? Arma Achillis incommodo potius q̃ commodo Vlyſſi futura oſtendit Aiax. Quo ad quid: ad quem finem: petuntur autem uerbū eſt ſubaudiendum. Et furtis. dol: fraudibus: inſidiis.

Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis.
En eget auxilio: qui non tulit? utq; reliquit:
Sic linquendus erat? legem ſibi dixerat ipſe.
Cōclamat ſocios. adſum: uideoq; trementem:
Pallentēq; metu: & trepidantē morte futura.
Oppoſui molem clypei: texiq; iacentem.
Seruauiq; animā (nimiū eſt hoc) laudis inertē:
Si perſtas certare: locum redeamus ad illum.
Redde hoſtes: uulnuſq; tuū: ſolitūq; timorem:
Poſt clypeūq; late: & mecū cōtende ſub illo:
At poſtq̃ eripui: cui ſtandi uulnera uires
Non dederant. nullo tardatus uulnere fugit:
Hector adeſt: ſecumq; deos in prœlia ducit:
Quaq; ruit: non tu tantū terreris Vlyſſe:
Sed fortes etiam. tantum trahit ille timoris.
Hunc ego ſanguineæ ſucceſſu cædis ouantem
Eminus ingenti reſupinum pondere fudi.
Hunc ego poſcentem cū quo cōcurreret: unus
Suſtinui: ſortemq; meam uouiſtis Achiui:
Et ueſtræ ualuere preces. ſi quæritis huius
Fortunam pugnæ. non ſum ſuperatus ab illo.
Ecce ferunt Troes ferrumq;: igneſq;: Iouemq;
In Danaas claſſes. ubi tūc facundus Vlyſſes?
Nempe ego mille meo ꝓtexi pectore puppes:
Spē ueſtri reditus. date ꝓ tot nauibus arma.
Quod ſi uera licet mihi dicere: quæritur iſtis
Quā mihi maior honos: cōiūctaq; glia noſtra ē
Atq; Aiax armis. non Aiaci arma petuntur.
Cōferat his Ithacus Rheſum ībelleq; Dolona:
Priamidēq; Helenum: rapta cū pallade captū.
Luce nihil geſtū eſt. nihil eſt Diomede remoto:
Si ſemel iſta datis meritis tam uilibus arma:
Diuidite: & pars ſit maior Diomedis in illis.
Quo tñ hæc Ithaco? q clam: q ſemp inermis
Rem gerit: & furtis incautum decipit hoſtem?

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

**Dulichium**

Dulichius uertex.Vlyſſis caput:nam Dulichium inſula eſt Ithacæ uicina. Nec nō oneroſa: Ordo eſt & Senſus.Et Pelias haſta non poteſt non eſſe oneroſa & grauis imbellibus lacertis. Nec clypeus uaſti:In clypeo Achillis:ut ſcribit Homerus:quattuor elementa ſculpta uidebantur. Quod tibi ſi populi.Hoc quoq; contra artis præcepta ab Aiace dictum eſt.Neq; enim error iudicibus fuit obiiciendus. Trahenti:ꝓprie dixit:Illa enī trahimus:quæ geſtare non poſſumus. Viri fortis:Achillis. Vulgiq; ſecutum ultima murmur erat:nā populus murmure ſuo Aiacis dicta approbare eſt uiſus. Aſtitit:ſurrexit. Atq; oculos paulum tellure moratos. Immitatur Homerum Oui.q Vlyſſem ſtetiſſe oculis in terrā defixis:immotoq; ſceptro: priuſq̄ illam eloquentiæ procellam effunderet:ſcribit. Si mea cū ueſtris. artificioſiſſima Vlyſſi attribuitur oratio:ut perſonæ decorum ſeruetur.Nam Vlyſſes cum ab aliis tum ab Homero inter eloquentiſſimos numeratur:Quare & affectus ſtatim in exordio mouet:& ſua ſine ulla arrogantia amplificat:& ab aduerſario obiecta ita refellit:ut illum in maximum adducat contemptum:ac deniq; principibus pſuadeat:ſe arma Achillis q̄ aiax magis meruiſſe.Prīcipium autem a beniuolentia ſumptū eſt. Se enī cum aliis Græcis ſemper optaſſe ait ſalutē achillis:per quod ſignificat ſe uehementer illius morte dolere: qui Græcis omnibus gratiſſimus fuiſſet. Tuq; tuis armis. Potireris : ac poſſideres. Hac aūt apoſtrophe ad Achillem aīos auditorū ad fletum inclinat. Manuq; ſimul. Hæc ex perſona poetæ dicuntur. Ex arte autē finxit ſe flere Vlyſſes:quo facilius perſuaderet ſe morte achillis graui dolore fuiſſe affectum. Quā per quem magnus Danais:hoc eſt: q̄ is: cuius opera Achilles ad bellum Troianum deductus eſt? Is autem Vlyſſes fuit.Nam:ut ip̄e paulo poſt narrat:cum

**Achilles ī uirginis habitu**

Thetis mater achillis cognoſceret filium in bello Troiano periturum:illum uirginis habitu ornatum Lycomedi Scyri inſulæ regi una cum filiabus ipſius educandum cōmendauit:ut tantiſper apud eum in uirgineo habitu lateret:dum Troia foret deleta.Cum uero ſine achille Troia capi non poſſet nec uſq̄ inueniretur:Vlyſſes id quod

**Vlyſſis oratio**

erat ſuſpicatus:mercibus quibus fœminæ capiūtur:gladium ſcutumq; ac galeam īmiſcens ad Lycomedem ſe contulit:ubi mercibus illis expoſitis achilles gladium ac ſcutum alia negligens tractare cœpit:ex quo cognitus Achilles ad bellū Troianū fuit deductus. Huic modo ne proſit. Aduerſarium ut hebetē ac ingenio tardum: omniq; facundia carentem in cōtemptum adducit. Si qua eſt. Ex arte ſuam eloquentiā extenuat Vlyſſes:ne in ſe inuidiam odiumq; auditorꝫ transferat. Inuidia careat: nam Aiax in īuidiam Vlyſſis eloquentiam adducere conatus ē: cum dixit.

Tutius eſſe fictis uerbis cōtendere q̄ manu pugnare. Bona ſua:propria uel natura data:uel īduſtria cōparata. Sed.n.quia rettulit Aiax eſſe Iouis pronepos.Figurata & poetica eſt hæc locutio.In ſoluta nāq; oratione accuſatiuo uteremur diceremuſq; aiax rettulit ſe eē Iouis ꝓnepotem.

Ipſe nitor galeæ claro radiantis ab auro
Inſidias prodet:manifeſtabitq; latentem.
Sed neq; Dulichius ſub achillis caſſide uertex
Pondera tanta feret.nec non oneroſa grauiſq;
Pelias haſta poteſt imbellibus eſſe lacertis:
Nec clypeus uaſti cælatus imagine mundi
Conueniet timidæ nataeq; ad furta ſiniſtræ.
Debilitaturum quid te petis improbe munus?
Quod tibi ſi populi donauerit error achiui:
Cur ſpolieris erit:non cur metuaris ab hoſte.
Et fuga qua ſola cunctos timidiſſime uincis:
Tarda futura tibi eſt geſtamina tāta trahenti.
Adde quod iſte tuus tam raro prælia paſſus
Integer eſt clypeus.noſtro qui tela ferendo
Mille patet plagis:nouus ē ſucceſſor habēdus.
Deniq; qd uerbis opus eſt? ſpectemur agendo.
Arma uiri fortis medios mittantur in hoſtes.
Inde iubete peti:& referentem ornate relatis.
Finierat Telamone ſatus:uulgiq; ſecutum
Vltima murmur erat:donec Laertius heros
Aſtitit:atq; oculos paulum tellure moratos
Suſtulit ad proceres:expectatoq; reſoluit
Ora ſono.neq; abeſt facundis gratia dictis.
Si mea cum ueſtris ualuiſſent uota Pelaſgi:
Non foret ambiguus tanti certaminis hæres.
Tuq; tuis armis.nos te potiremur Achille.
Quē quoniā nō æqua mihi uobiſq; negarunt
Fata(manuq; ſimul ueluti lachrymantia terſit
Lumina)quis magno melius ſuccedit achilli:
Quā ꝑ quē magnus Danais ſucceſſit achilles?
Huic mō ne proſit:qđ ut ē hebes:eſſe uidetur
Ne ue mihi noceat:quod uobis ſemper achiui
Profuit īgenium:meaq; hæc facūdia (ſi qua ē)
Quæ nūc pro domino:ꝑ uobis ſæpe locuta ē:
Inuidia careat.bona nec ſua quiſq; recuſet.
Nā genus:& proauos:& quæ nō fecimus ipſi:
Vix ea noſtra uoco.ſed enim quia rettulit aiax
Eſſe Iouis ꝓnepos:noſtri quoq; ſanguis auctor



**Acriſii duo**

Acriſius illi.Duo fuerūt nobiles Acriſii & hic Iouis filius ac Vlyſſis auus & alter abantis argiuorꝫ regis filius ac Danaes pater. Neq; in his quiſq̄ dānatus & exul.Peleum achillis patrē notat Vlyſſes:q Phoco fratre interfecto ab Aeaco patre in exiliū fuit expulſus. Eſt quoq; ꝑ matrē:Anticlia mater Vlyſſis filia fuit primi Sinonis Mercurii filii. Phthiam Scyronq; ferantur: Phthiā ad Peleū:Scyron ad Pyrrhū Achillis filiū ex Deidamia Licomedis filia. Ergo operꝫ qm̄.Quoniā inqt q̄ſtio eſt ſola uter noſtrū pluribus ac maioribus meritis Græcorꝫ exercitū affecerit:nō oīa quæ geſſi referre poſſum. Præſcia uenturi.Hinc incipit merita ſua cōmemorare ſine ulla arrogātia Vlyſſes. Genitrix Nereia:Thetis Nerei filia materq; Achillis. Diſſimulat cultu natū:hoc eſt habitu ſimulat achillē nō eē puerum ſed puellā. In q̄bus:inter quos. Arma:gladiū:haſtā:ꝑmā. Proiecerat:depoſuerat. Ad fortia:Subaudiamus gerēda. Ergo opa illius mea ſunt. Colligit Vlyſſes oīa quæcūq; geſſit achilles: ſibi eſſe aſcribenda:cū illū latitantē dep̄henderit: ad bellūq; Troianū adduxerit. a cā enī effectus ſepari non pōt.

**Telephus**

Ego Telephon haſta.Telephus Herculis filius ex auge nympha rex fuit Lyciæ: q cum reſiſteret Græcis : ab achille in fœmore fuit ꝑcuſſus:ac deīde iterato uulnere: ut in ſuꝑioribꝫ diximus:ſanatus. Quod Thebæ cecidere meū ē. De Thebis Ciliciæ patria andromaches intelligendū eſt. Nā eas diripuit achilles. Me credite Leſbon. Leſbos inſula eſt clara alcæi carminibus & Sapphus.

**Chriſe**

Chryſemq; & Cillan:Chryſe urbs ē Troadis ꝓpe Lēnū apollini ſacrata: q̄ expugnauit achilles:cum pro Troianis ſentiret. Sunt tñ & aliæ urbes hoc noīe & loca.Eſt enī urbs in Helleſponto inter Ophrynium & abidum. Eſt ēt promontoriū Leſbi in Tenedū uergens:eſt & Bithiniæ urbs & Cariæ. Cilla quoq; urbs eſt Troadis apollini ſacra a Græcis direpta.

**Syros**

Et Syrū. Syros abſq;.c.inſula ē Ioniæ cum urbe eiuſdem nomis. Nā ſcyros per.c.patria eſt Lycomedis. Tam & ſi Seſtō forſitan non inepte legeretur. Eſt.n.Seſtus urbs Helleſponti notiſſima. Lyrneſia mœnia. Lyrneſus urbs fuit Troadis:unde Briſeida rapuit achilles Sæuū Hectora:magnū:terribilē:illū.n. ex arte laudat Vlyſſes:ut inde maior achillis:qui eū ſuꝑauit:gloria cognoſcatur. Viuo dederam arma.Cū ea mercibus inſerui. Tunc.n.primū arma tractare cœpit achilles. Hic autem eſt epilogus primi meriti Vlyſſis:quo Achillē in bellum miſit. Poſt fata:poſt mortem.Vt dolor unius:Secundū exponit meritū Vlyſſes:quo ꝓbat ſe armis achillis digniorem eſſe q̄ aiax. Nā cū mille Græcorꝫ naues ad aulida conueniſſent:inde tempeſtatibus impediti ſoluere non poterant. Quare conſulti uates reſponderunt:Dianā ſanguine filiæ Agamēnonis eſſe placandam. Nam agamēnon illius ceruam imprudens necarat:cum uero pater filiam īmolari nollet:ui eloquentiæ Vlyſſis expugnatus eſt: ut publicam utilitatem priuatæ anteponeret caritati. Miſſus quoq; ad Clytemneſtram non minore arte ab ea filiam abduxit:q̄ niſi perfeciſſet Vlyſſes: claſſis Græcorum nunq̄ ab aulide profecta fuiſſet. Vt dolor unius:poſtquā dolor unius Menelai:quem ex Helena uxore ſibi ablata capiebat: omnes Græcos cōmouit.

Iuppiter eſt:totidēq; gradus diſtamus ab illo.
Nam mihi Laertes pater eſt.Acriſius illi.
Iuppiter huic.neq; ī his quiſq̄ dānatus & exul.
Eſt quoq; per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas.deus eſt in utroq; parente.
Sed neq; materno q̄ ſum generoſior ortu:
Nec mihi q̄ pater eſt fraterni ſanguinis inſons:
Propoſita arma peto.meritis expēdite cauſam:
Dummodo q̄ fratres Telamon Peleuſq; fuerūt
Aiacis meritum non ſit:nec ſanguinis ordo:
Sed uirtutis honor ſpoliis quæratur in iſtis.
Aut ſi proximitas primuſq; requiritur hæres:
Eſt genitor Peleus:eſt Pyrrhus filius illi.
Quis locus Aiaci? phthiā hæc Scyrōq; ferāt.
Nec minus eſt iſto Teucer patruelis Achilli.
Non petit ille tamen. num ſi petat auferat illa?
Ergo operꝫ quoniā nudū certamen habetur:
Plura quidē feci:q̄ quæ cōprendere dictis
In promptu mihi ſit.rerꝫ tamen ordine ducar.
Præſcia uenturi genitrix Nereia læti
Diſſimulat cultu natum:& deceperat omnes:
In quibus Aiacem:ſumptæ fallacia ueſtis.
Arma ego fœmineis animum motura uirilem
Mercibus īſerui.neq; adhuc proiecerat heros
Virgineos habitus:cum parmā haſtāq; tenenti
Nate dea:dixi:tibi ſe peritura reſeruant
Pergama.qd dubitas ingentē euertere Troiā?
Iniecīq; manum:fortēq; ad fortia miſi:
Ergo opa illius mea ſunt.ego Telephon haſta
Pugnantem domui:uictū orantemq; refeci.
Qđ Thebæ cecidere meū ē.me credite Leſbō:
Me Tenedō chryſēq;:& Cillan apollinis urbes
Et Syrum cœpiſſe.mea concuſſa putate
Procubuiſſe ſolo Lyrneſia mœnia dextra:
Vtq; alios taceam:qui ſæuum perdere poſſet
Hectora nēpe dedi.ꝑ me iacet īclytus Hector.
Illis hæc armis:quibus eſt inuentus Achilles
Arma peto.uiuo dederam:poſt fata repoſco.
Vt dolor unius Danaos peruenit ad omnes:

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Aulidaq; Euboicã: aulis Bœotiæ urbs ẽ iuxta Chalcidem portum habens ampliſſimum: conuentu mille nauium Græcorum nobiliſſima.

Atq; in rege tamẽ pater eſt:Paterna caritas.

Tenui: obtinui. Difficilẽ cauſam: ꝓpter iniquum iudicem:Nam Agamẽnon magis priuata caritate q̃ publica utilitate moueri uidebatur.

Sũma:poteſtas. Laudem:ut cũ ſanguine penſet:gloriã.Hæc aũt omnia ab Vlyſſe fuerũt Agamẽnoni cõmemorata:publica utilitaſ:Menelaus frater:ac ſumma poteſtas illi data. Mittor & Iliacas:Vlyſſes:ut Homerus quoq; ſcribit: una cum Menelao ad Helenã repetendam orator ad Priamũ miſſus eſt. Et intrata eſt. Participium cõtra grãmatices rõnem poetica licentia formatũ. Plenaq; adhuc erat illa uiris:Significat ſe non noctu ſed interdiu cum adhuc curia uiris eſſet plena:ſe intrepide regem Priamum adiſſe. Prædãq;:prædam appellat quæ una cum Helena aſportauerat Paris. Priamoq; Antenora iunctum: Nam Antenor ſemper cenſuit Helenam Menelao eſſe reddendam. Sub illo:in illo tempore. Spatioſi belli: diuturni ac longi & in decimũ uſq; annũ protracti. Poſt acies primas:poſt prima prœlia.

Demum:ſolum. Quis tuus uſus erat? Quæ tua Græcis utilitas erat. Ecce Iouis monitu. Aliud cõmemorat in Græcos meritum Vlyſſes. Nam:ut Home.in ſecundo Ilia. narrat: Iuppiter per ſomnum Agamẽnonem admonuit: ut toto exercitu cũ Troianis confligeret. Futurũ enĩ erat ut uictoriam adipiſceretur. Agamẽnon uero ut ſuorum animos temptaret:conuocatis ad cõtionem Græcis:finxit ſe in ſomnis a Ioue admonitũ:ut Græciam cũ toto exercitu repeteret. Troiam enim nulla ratione capi poſſe. Quare cum omnes deducerent naues: ut redirent in patriã: Vlyſſes id diſſuadere principibus cœpit: tantũq; eloquentia ualuit:ut oẽs mutare ſententiã coegerit. Auctore: Iouis auctoritate. Nõ ſinat hoc Aiax.Pulchra ironia qua ſignificat Vlyſſes Aiacẽ nulla præditum eloquentia illud prohibere non potuiſſe. Det.edat:dicat aliquid. Proponat aliquod conſilium quod turba ſequatur. Nõ erat hoc nimium.Aiaci inquit magna ſemper iactanti: hoc nimium non erat. Quid quod & ipſe fugit? fugere uoluit. Inhoneſta uela: inhoneſte ac turpiter : nomen enim pro aduerbio poſitum eſt. Vela autem legendum eſt : non bella: ut fere in exemplaribus oĩbus eſt deprauatum.

Aulidaq; Euboicam complerunt mille carinæ:
Expectata diu nulla aut contraria claſſi
Flamia ſunt:duraq; iubent Agamẽnona ſortes
Immeritam ſæuæ natam mactare Dianæ.
Denegat hoc genitor:diuiſq; iraſcitur ipſis.
Atq; in rege tamen pater eſt:ego mite parentis
Ingenium uerbis ad publica cõmoda uerti.
Nunc equidẽ fateor:faſſoq; ignoſcat Atrides:
Difficilem tenui ſub iniquo iudice cauſam.
Nunc tamen utilitas populi fraterq; datiq;
Sũma mouet ſceptri: laudẽ ut cũ ſãguie pẽſet.
Mittor & ad matrem:quæ nõ hortãda: ſed aſtu
Decipienda fuit:quo ſi Telamonius iſſet:
Orba ſuis eſſent etiam nunc lintea uentis.
Mittor & Iliacas audax orator ad arces:
Viſaq; & intrata eſt altæ mihi curia Troiæ:
Plenaq; adhuc erat illa uiris.interritus egi:
Q uam mihi mandarat cõmunis Græcia cãm.
Accuſoq; Parin:prædãq; Helenãq; repoſco:
Et moueo Priamũ.Priamoq; antenora iunctũ.
At Paris:& fratres:& qui rapuere:ſub illo
Vix tenuere mãus(ſcis hæc Menelae)nefãdas
Primaq; lux noſtri tecum fuit illa pericli.
Longa referre mora eſt.quæ cõſilioq; manuq;
Vtiliter feci ſpatioſi tempore belli.
Poſt acies primas urbis ſe mœnibus hoſtes
Continuere diu:nec aperti copia martis
Vlla fuit.decimo demum pugnauimus anno.
Q uid facis interea:qui nil niſi prœlia noſti?
Q uis tuus uſus erat?nã ſi mea facta requiris
Hoſtibus inſidior:foſſas munimine cingo.
Conſolor ſocios: ut longi tædia belli
Mente ferant placida.doceo quo ſimus alendi
Armandiq; modo.mittor quo poſtulat uſus.
Ecce Iouis monitu deceptus imagine ſomni
Rex iubet incœpti curam dimittere belli.
Ille poteſt auctore ſuam defendere uocem.
Nõ ſinat hoc Aiax:delendaq; Pergama poſcat.
Q uodq; põt pugnet.cur non remorat̃ ituros?
Cur nõ arma capit?det qd̃ uaga turba ſequat̃.
Nõ erat hoc nimiũ nunq̃ niſi magna loquenti.
Q uid? q ipſe fugit?uidi:puduitq; uidere.
Cum tu terga dares inhoneſtaq; uela parares.



Quid facitis.Hæc ex ea oratione ſumpta ſunt:quã Homerus artificioſiſſimã Vlyſſi attribuit. Cõcitat dimittere:ut dimittatis in ſoluta oratione diceretur. Captam Troiam: nõ quæ re uera capta eſſet. Sed quæ in eo erat: ut facile capi poſſet.Nam apud Homeꝝ colligit Vlyſſes futurũ eſſe:ut Troia decimo anno: quo uolebant recedere:oĩno capiatur. In quæ: ad quæ. Dolor ipſe diſertũ.Ex arte eloquentiã ſuam Vlyſſes ĩ dolorem refert:quo arrogantiam uitet:& magis ſibi Græcos conciliet: quorum dedecore ſe maximo affectũ fuiſſe dolore ait. Profuga de claſſe:ad fugiendũ parata. Conuocat atrides.Agamẽnon. Hoc quoq; de Homero eſt ſumptũ. Telamoniades.Aiax Telamonis filius. Inceſſere:prouocare. Dictis:conuitiis:ut in ſecũdo Iliados libro patet. Therſites quo nemo deformior.nemo lĩgua ꝓteruior in Græcoꝝ exercitu fuiſſe ab Homero ſcribitur:cũ Agamẽnonẽ quoq; cõuitiis inceſſiſſet:ab Vlyſſe ſceptro grauiter fuit ꝑcuſſus.

Nec mora.qd facitis?quæ uos dementia dixi.
Concitat o ſocii captam dimittere Troiam?
Q uidue domũ fertis decio niſi dedecus ãno?
Talibus atq; aliis:in quæ dolor ipſe diſertum
Fecerat:auerſos profuga de claſſe reduxi.
Conuocat Atrides ſocios terrore pauentes.
Nec Telamoniades etiã nunc hiſcere quicquã
Audet:& auſus erat reges inceſſere dictis
Therſites etiam:ꝑ me haud impune proteruus.
Erigor:& trepidos ciues exhortor in hoſtes:
Amiſſamq; mea uirtutem uoce refundo.
Tempore ab hoc quodcũq; põt feciſſe uideri
Fortiter iſte:meũ eſt:qui dantẽ terga retraxi.
Deniq; de Danais quis te laudatue petitue?
At ſua Tydides mecum cõmunicat acta.
Me probat:& ſocio ſemper confidit Vlyſſe.
Eſt aliquid de tot Graiorum milibus unum
A Diomede legi.nec me ſors ire iubebat.
Sed tamen & ſpreto noctiſq; hoſtiſq; periclo
Auſum eadẽ:quæ nos:Phrygia de gẽte Dolõa
Interimo:non ante tamen:q̃ cuncta coegi
Prodere:& edidici quid perfida Troia pararet.
Omnia cognorã:nec quid ſpecularer habebã
Et iam promiſſa poteram cum laude reuerti.
Haud contentus eo petii tentoria Rheſi:
Inq; ſuis ipſum caſtris comiteſq; peremi:
Atq; ita captiuo uictor uotiſq; potitus
Ingredior curru lætos imitante triumphos.
Cuius æquos ꝑciũ ꝓ nocte popoſcerat hoſtis:
Arma negate mihi:fueritq; benignior aiax.
Q uid Lycii referam Sarpedonis agmina ferro
Deuaſtata meo?cum multo ſanguine fudi
Cœranon Iphitiden:alaſtoraq;:chromiumq;:
Alcãdrũq; Haliumq;:Nœmona Prytaninq;:
Exitioque dedi cum Pheridamante Thoona
Et Charopem:fatiſque imitibus cẽnomõ actũ:
Q uiq; mius celebreſ noſtra ſub mœnibꝰ urbis
Procubuere manu.ſunt & mihi uulnera ciues
Ipſo pulchra loco:nec uanis credite uerbis:
Aſpicite en(ueſtẽq; manu diduxit)& hæc ſũt

Refundo:in animos eoꝝ remitto. Reparo. Reſtituo:quãuis in q̃buſdam exẽplaribus repoſco legatur. Tempore ab hoc:eleganter colligit Vlyſſes:quæcũq; Aiax fortiter fecit:poſteaq̃ eũ cũ aliis a fuga reuocauit:ſibi eſſe aſcribẽda. Eſt aliquid:Modeſte loq̃tur Vlyſſeſ.Innuit aũt pulchrũ ac glorioſum eſſe a p̃ſtanti uiro ſociũ eligi.Nam Diomedes unũ ex oĩbus Græcorũ optimatibus Vlyſſem ſociũ delegit ad ſpeculandũ Troianorũ caſtra iturus:ut apte in decimo ſcribit Home.

Nec me ſors ire iubebat.Significat ſe ſpõte ſociũ Diomedi iuiſſe ad ſpeculandũ qd hoſtes ĩ caſtris agerent:qua nocte & Dolonẽ : qui & ipſe ad Græcoꝝ caſtra ſpeculator ueniebat interemerũt: & Rheſum Thraciæ regẽ qui auxilium Troianis tulerat:una cũ comitibus interfecerunt:ac equos candidos in ſua caſtra: priuſq̃ quicq̃ pabulorum Troiæ guſtarent:abduxerũt:ut ex Homerico Virgilianoq; carmine notiſſimũ eſt. Auſum eadẽ quæ nos.Nã & ipſe ſpeculator ad caſtra Græcoꝝ fuerat miſſus. Perfida Troia. Perfidi Troiãi:eſt enim metonymia.Nã continens pro contẽto poſitum eſt. Specularer:explorarem:inq̃rerẽ. Cuius equos ꝑciũ. Dolon noctu ad ſpeculandũ qd hoſtes agerent:miſſus: equos Achillis ſibi ꝓ mercede dari:ſi Troiani uincerent depopoſcit.Eſt aũt ordo.Arma mihi eius uiri negate:cuius equos hoſtis Dolon pro nocturna ſpeculatiõe popoſcerat.Illa uero ironia Vlyſſes:arma Achillis & Aiaci negãda & ſibi adiudicanda eſſe oſtẽdit. Benignior:beneficentior:gratior:ironicos autẽ hæc quoq; dicuntur. Quid Lycii referam Sarpedonis:Sarpedon filius fuit Iouis ex Europa ac Minois frater.Hic cum rex eſſet Lyciæ Troianiſq; faueret:multis ex eius ſociis ab Vlyſſe cæſiſ:a Patroclo tandem fuit interfectus.Cœranon Iphitiden: Iphiti filium: fere aũt eos qui hoc loco ab Vlyſſe enumerantur: & Sarpedonis ſocios fuiſſe & ab Vlyſſe interfectos in Iliados.v.ſcrib.Home. ἔνθ᾽ ὅ γε κοίρανον εἷλεν ἀλάστορά τε χρομίον τε: ἄλκανδρόν θ᾽ ἅλιόν τε νοήμονά τε πρύτανίν τε. Veſtẽq; manu diduxit. Remouit a pectore: Diuiſit:hoc autẽ ex poetæ pſona eſt dictum.

Sarpedon

Quid tamen hoc refert:ac ſi diceret:nihil.Confutat enim Vlyſſes id quod iactauerat Aiax ſe ſolum faces Troianorum a Græcorum claſſe repuliſſe.Nam alii quoq inquit in primiſq Patroclus armis Achillis indutus:reſtitit hoſtibus naues noſtras incendere uolentibus. Iouemq: Iuppiter náq Hectori Troianiſq fauebat. Neq enim benefacta maligne.Ex arte Vlyſſes quæ aduerſario honeſte negare non poteſt:ita concedit:ut cum aliis tamen ea eſſe cõmunia aſſeueret. Maligne detrectare: cum quadam malignitate & uituperatione detrahere.

Modo ne cõmunia ſolus. Dúmodo inquit Aiax ea quæ cõmunia ipſi uobiſcum ſunt: ſibi ſoli non arroget. Qua quidem oratiõe Vlyſſes & Aiacem in inuidiam adducit:& ſibi principũ Græcorũ beniuolẽtiam conciliat. Repulit actorides. Patroclus Actoris nepos:qui armis Achillis indutus ab Hectore tandem fuit interfectus. Cũ enim Achilles Agamẽnoni iratus in aciẽ aduerſus hoſtes deſcẽdere nollet:ꝓcibus amicorũ cõceſſit Patroclo: ut ſuis armis indutus Troianorum impetum retardaret. Troas cum defenſore.Hectore:Troianorum náq defenſor fuit Hector. Auſum ẽt Hectoreis.Aiax:ut narrat Homerus:cũ Hectore ſingulari certamine pugnauit: cũ id ei ſorte cõtigiſſet. Qua ex pugna uterq ſine uulnere diſceſſit. ab altero pnicioſis donatus muneribus. Hector quidẽ Baltheo:quo ligatus circũ Ilii mœnia fuit tractus:Aiax uero gladio: in quẽ incũbens ſeipm interfecit. Regis: Agamẽnonis. Ducis:Menelai. Et ꝑlatus munere ſortis.Colligit Vlyſſes nõ uirtute ſed ſorte Aiacem cum Hectore contẽdiſſe.Cum enim nouem:ut diximus:ſe pugnaturos cum Hectore ꝓfiterentur:conſilio Neſtoris factũ eſt ut ſortem quiſq ſuam in galeam deiiceret: ac cuius prima educta foret:is in certamẽ cum Hectore deſcenderet. Et prælatus:antepoſitus aliis nulla re alia q̃ ſorte. Sed tamẽ euentus:Cũ quadam illuſione inſultat Aiaci Vlyſſes: qui iactauerat ſe ſolum cũ Hectore ſingulari certamine congredi auſum fuiſſe. Fortiſſime: Ironicos eſt dictum. Qui tibi uideris fortiſſimus: cum non ſis.

Me miſerum:Hæc lachrymans uidetur ꝓnunciaſſe Vlyſſes. Quanto dolore.Cũ ꝓpoſitio ſubaudiatur:ut cum quanto dolore intelligatur.

Graium murus.Græcorũ ꝓpugnaculũ.Eſt autem metaphora: qua maxime Achilles cõmendatur. Referrem:reportarem corpus humo ſublatum.Hoc autem facto ſe maxime dignum Achillis Armis Vlyſſes oſtendit. His humeris. Indicans humeros ſuos hæc dicit Vlyſſes.Eſt aũt pulchra anadiploſis: qua manifeſte & ab aiace obiecta diluit:& ſe aptũ eſſe ad ea gerenda arma oſtẽdit. Laboro:exopto:ſtudeo:enitor. Senſurus: cogniturus:intellecturus. Veſtros honores:Celaturá armorũ ſummo cum honore mihi a uobis adiudicatorũ. Scilicet iccirco. Ironia qua Aiacẽ in contemptũ Vlyſſes adducit. Cærula mater: Thetis:quæ cũ Hector Patroclo interfecto armis Achillis foret potitus:rogauit Vulcanum:ut filio ſuo ſcutum:galeam:tibialia:ac thoracem decẽtia fabricaret.

Pectora ſemper ait ueſtris exercita rebus.
At nihil impendit per tot Telamonius annos
Sãguinis i ſocios:& habet ſine uulnere corpuſ.
Quid tamen hoc refert:ſi ſe ꝓ claſſe pelaſga
Arma tuliſſe refert:contra Troaſq Iouemq:
Confiteorq tulit. neq enim benefacta maligne
Detrectare meũ eſt.modo ne cõmunia ſolus
Occupet:atq aliquẽ uob quoq reddat honorẽ.
Repulit Actorides ſub imagine tutus Achillis
Troas ab arſuris cum defenſore carinis.
Auſum etiam Hectoreis ſolũ concurrere telis
Se putat:oblitus regiſq:duciſq:meiq:
Nonus in officio:& prælatus munere ſortis.
Sed tamen euentus ueſtræ fortiſſime pugnæ
Quis fuit:Hector abit uiolatus uulnere nullo
Me miſerum:quanto cogor meminiſſe dolore
Temporis illius:quo Graium murus Achilles
Procubuit:nec me lachrymæ:luctuſq: timorq:
Tardarũt:quin corpus humo ſublime referrem
His hũeris.his inq̃ humeriſ ego corpus achillis
Et ſimul arma tuli:q̃ nunc quoq fere laboro.
Sunt mihi quæ ualeant in talia pondera uires.
Eſt animus certe ueſtros ſenſurus honores:
Scilicet iccirco pro nato cærula mater
Ambitioſa ſuo fuit:ut cæleſtia dona
Artis opus tantæ rudis & ſine pectore miles
Indueret:neq enim clypei cælamina nouit.
Oceanum:& terras:cũq alto ſidera cœlo
Pleiades:hyadeſq:immuneq æquoris arcton:
Diuerſaſq urbes:nitidumq Orionis enſem.
Poſtulat:ut capiat quæ non intelligit arma.

Ille uero:cum alia:tum ſcutũ ea arte expoliuit:ut in eo cœlũ cum quattuor elemẽtis ſpectaretur.Eorũ aũt artificium nõ intellectũ iri ab Aiace Vlyſſes ait:cũ & ingenio careat & omni doctrina. Sine pectore:ingenio. Cælamina:Cælaturá & ſculpturá: Oceanũ & terras:cælaturá clypei deſcribit Oui.ab Home.ſumptá pleiades Hyadeſq.Sic Homerus. πληιαδασ θυαδασ τετο τεθενοσ ωριωνοσ. Immunẽq æquoris arcton:arctos minor eſt urſa:ut ſuperius quoq diximus: quæ currus quoq: ut Homer.ſcrib. cognominatur. αρκτομενην καὶ αμαξαν επικλησιν καλεουσιν.Ideſt Vrſamq quá & currũ cognomẽto uocant.Solũ aũt ex omnibus hoc ſidus nunquá occidit:ac iccirco ab Home. quoq æquoris expers dicitur eſſe. οιη λαμπροσ ες ιλοε τροωνωκε ανοιο.Ideſt.Hæc autem ſola expers lauacrorum oceani. Diuerſaſq urbes:In ſcuto Achillis duæ diuerſæ urbes a Vulcano:ut narrat Home.cælatæ fuerunt:quarum altera pace frui: altera bello & obſidione premi uidetur.



Quid:quod me duri fugientem munera belli
Arguit incœpto ſerum acceſſiſſe labori:
Nec ſe magnanimo maledicere ſentit Achilli.
Si ſimulaſſe uocas crimẽ: ſimulauimus ambo.
Si mora pro culpa eſt:ego ſum maturior illo.
Me pia detinuit coniunx: pia mater Achillem.
Primaq ſunt illi data tempora:cætera uobis.
Haud timeo:ſi iam nequeã defendere crimen
Cum tanto cõmune uiro.deprænſus Vlyſſis
Ingenio tamen eſt ille.at non Aiacis Achilles.
Ne ue in me ſtolidæ conuitia fundere linguæ
Admiremur cum:uobis quoq digna pudore
Obiicit.an falſo Palamedẽ crimine turpe eſt
Accuſaſſe mihi:uobis damnaſſe decorum:
Sed neq Naupliades facinus defendere tãtũ:
Tãq patens ualuit:nec uos audiſtis in illo
Crimina.uidiſtis:præcioq obiecta patebant.
Nec pœantiaden q habet Vulcania Lemnos
Eſſe reus merui:crimen defendite ueſtrum.
Conſenſiſtis enim:nec me ſuaſiſſe negabo:
Vt ſe ſubtraheret belliq:uiæq labori:
Temptaretq feros requie lenire dolores.
Paruit:& uiuit.non hæc ſententia tantum eſt
Fida:ſed & fœlix cum ſit:facit eſſe fidelem:
Quẽ quoniá uates delẽda ad ꝑgama poſcunt:
Ne mandate mihi.melius Telamonius ibit:
Eloquioq uirum morbis iraq furentem
Molliet:aut aliqua præducet callidus arte.
Ante retro Simois fluet: & ſine frondibus Idæ
Stabit:& auxilium promittet Achaia Troiæ:
Quam ceſſante meo pro ueſtris pectore rebus
Aiacis ſtolidi Danais ſolertia proſit.
Sis licet infeſtus ſociis:regiq:mihiq:
Dure Philoctete.licet execrere:meumq
Deuoueas ſine fine caput:cupiaſq dolenti
Me tibi forte dari:noſtrumq haurire cruorem
Te tamen aggrediar:mecumq reducere nitar:
Vtq tui mihi:ſic fiat tibi copia noſtrum.
Tamq tuis potiar(faueat fortuna)ſagittis:
Quam ſum Dardanio:quẽ cœpi:uate potitus.

Nam in altera nuptiæ atq cõuiuia celebrãtur:iudiciaq exercentur:alteram duo exercitus:& quidem inter ſe diſſidentes: obſidere uidentur.

Quid:quod me duri.Sic ab Aiace ſibi obiecta refutat Vlyſſes: ut illum in odium contemptũq adducat. Ná obiecta ſibi eſſe cum Achille cõmunia oſtẽdit. Ego ſum ma.il. Ego citius q̃ Achilles ad bellũ ueni. Cũ tãto uiro. Quãtus Achilles fuit. Ne ue ĩ me ſtolidæ:Aiacẽ in contẽptũ adducit:q tanta ſit ſtulticia: ut ea dixerit quæ in iudicũ pudorẽ recidere poſſint:ná ſi inqt mihi turpe eſt accuſaſſe Palamedẽ: turpe itidẽ uobis ẽ eũ dánaſſe. Hæc.n. duo ſe inuicẽ cõfirmant ac ſub eandem rõnem cadũt.Vt Ci.tradit. An falſo Palamedẽ: Hoc enthymemate oſtẽdit Vlyſſes non minus ꝑncipibus Græcis turpe fuiſſe Palamedẽ dánare q̃ ſibi accuſare. Eſt autẽ αντιθετον quo maxie enthymemata exornãtur. Sed neq:Naupliades.Palamedes Nauplii filius. Se aũt Vlyſſes ita purgat:ut oñdat Palamedẽ in manifeſta ꝓditione fuiſſe deꝑhenſum:id quod ꝑncipibus quoq Græcis gratũ eſſe ſciebat:ne innocentẽ dánaſſe iniq uiderẽtur. Præcio:Auro:qđ in tẽtorio Palamedis fuit deꝑhenſum: cũ illuc opa Vlyſſis foret iportatũ. Nec pœantiaden. Quæ de Philoctete ſibi ſunt obiecta refellit Vlyſſes:Ac ſe cõſenſu ꝑncipum in Lemno iſula illũ reliqſſe ait. Eſſe reus merui.Debeo accuſari. Conſenſiſtis ẽni:ut illũ in Lemno relinquerẽ curandũ. Feros dolores:acerbos cruciatus. Quẽ quoniá uates:In fatis erat Troiá ſine Herculis ſagittis q̃ Philoctetæ traditæ fuerãt:Capi nõ poſſe.Icircoq oportebat Philoctetẽ cũ ſagittis ipſis bello Troiano itereſſe.

Melius Telamonius ibit:pulchra ironia:qua Aiacẽ deridet Vlyſſes: ut inertẽ atq ingenio eloquentiaq carentem. Eloquio: Eloquẽtia qua prorſus caret. Aliqua arte:aliqua fraude:cũ tardus ſit:& hebes.Hæc náq oía ironice dicuntur.

Ante retro Simois fluet:ante rerũ natura mutabitur:q̃ uobis Aiacis ingeniũ ꝓdeſſe poſſit. Et ſine frondibus:arboribus.a pte náq totũ intelligimus. Achaia:Græcia. Meo pectore:mea prudentia. Sollertia:Ingenii acumen. Sis licet infeſtus:apoſtrophe ad philoctetem: qua ſignificat ſe Vlyſſes eloquẽtia ſua multũ Græcorũ rebus ꝓdeſſe poſſe:ac ſe Philoctetẽ q̃libet ſibi iratũ placaturũ:ac ſecũ ad Troianũ bellũ adducturũ pollicetur. Sociis: Græcis. Rægiq:Agamẽnoni.

Meũq deuoueas ſine fine caput. hoc ẽ. Quáuis aſſidue mihi mala impræceris:atq ea omnia facias: quæ ſolent a capitalibus inimicis fieri & optari: te tamen eloquentia mea placabo. Te tamen aggrediar: Verbis & oratione: hoc eſt alloquar. Tamq tuis potiar ſagittis: Sic in poteſtate mea tuas ſagittas habebo: ut habui & Helenum uatem egregium & Palladium quod niſi hoſtibus abſtuliſſem:Troia nunq̃ capi potuiſſet. Ex arte autem Vlyſſes ea repetit merita:quæ exercitui Græcorum gratiſſima fuerunt. Faueat fortuna: Dummodo ſubintelligatur. Dardanio uate. Periphraſis eſt Heleni uatis egregii. Nam Helenus Priami fuit filius: uaticinãdi arte Helenus inſignis: ut ex carmine quoq Virgiliano ẽ notũ:Qui ab Vlyſſe captus omnia Troianorũ fata reuelare coactus ẽ.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Retexi. Aperui. Signum penetrale Phrygiæ Mineruæ. Palladium: quod Vlyſſes una cum Diomede Cæſis ſummæ cuſtodibus arcis rapuit: cum oraculum eſſet capi Troiam non poſſe q̃ diu in ea palladium ipſum ſeruaretur. Et ſe mihi comparat Aiax. affectui & indignationi ſeruit illa & copula: Nempe capi Troiam. artificioſe in commemoratione palladii ablati immoratur Vlyſſes: cum ſine illo Troia capi nõ poſſet: nec ſine maximo piculo Troiãis auferri. Per excubias. p uigilias & cuſtodias hoſtiũ. Ex arte aũt exaggerat hoc factũ Vlyſſes: ut oſtẽdat ſe auctorẽ fuiſſe Troiæ capiũdæ. Sua æde. Suo tẽplo. Leua. Mãu ſiniſtra. Tauroꝝ tergora ſeptẽ: hoc ẽ ſcutũ ſeptẽ coriis boũ tectũ. Illa nocte mihi. Se rapiẽdo palladũ Vlyſſes colligit auctorẽ fuiſſe uictoriæ Troiãæ. Tytidẽ meũ. Diomedẽ mihi amicũ. In illo. Palladio a nobis rapto.

Quam reſponſa deum̄: Troianaq; fata retexi:
Quã rapuit phrygiæ ſignũ penetrale mineruæ
Hoſtibus e mediis. & ſe mihi comparat Aiax.
Nempe capi Troiam prohibebãt fata ſine illo.
Fortis ubi eſt Aiax? ubi ſunt ingentia magni
Verba uiri? cur hic metuit? cur audet Vlyſſes
Ire per excubias? & ſe cõmittere nocti?
Perq; feros enſes: nõ tantum mœnia Troum:
Verum etiam ſummas arces intrare: ſuaq;
Eripere æde deam: raptãq; auferre per hoſtes
Quæ niſi feciſſem: fruſtra Telamone creatus
Geſtaſſet leua taurorum tergora ſeptem.
Illa nocte mihi Troiæ uictoria parta eſt.
Pergama tunc uici: cum uinci poſſe coegi.
Deſine Tytiden: uultuq; & murmure nobis
Oſtentare meum. pars eſt ſua laudis in illo:
Nec tu cum ſocia clypeum pro claſſe tenebas:
Solus eras. tibi turba comes: mihi cõtigit unus
Qui niſi pugnacem ſciret ſapiente minorem
Eſſe: nec indomitæ deberi præmia dextræ:
Ipſe quoq; hæc peteret: peteret moderatior aiax
Eurypiluſq; ferox: claroq; Andremone natus.
Nec minus Idomeneus: patriaq; creatus eadẽ
Meriones. peteret maioris frater Atridæ.
Quippe mãu fortes: nec ſũt tibi marte ſecũdi.
Conſiliis ceſſere meis: tibi dextera bello
Vtilis. ingeniũ ẽ qd̃ eget moderamine noſtro.
Tu uires ſine mente geris: mihi cura futuri.
Tu pugnare potes: pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides. tu tantum corpore prodes:
Nos animo quantoq; ratem q̃ temperat anteit
Remigis officium: quanto dux milite maior:
Tantũ ego te ſupero. nec nõ in corpore noſtro
Pectora ſunt potiora manu. uigor omnis ĩ illis.
At uos o proceres uigili date præmia ueſtro:
Proq; tot annorum curis: quos anxius egi:
Hunc titulũ meritis penſandũ reddite noſtris:
Iam labor in fine eſt. obſtantia fata remoui:

Minorẽ. iferiorẽ. Sapiẽte. eloquẽte. Oĩs. n. eloquẽs ſapiẽs eſſe exiſtimat̃. Pro claſſe. p claſſis defenſiõe. Indomitæ dextræ. Viribus rõne carẽtibus ac temeritati. Ipſe quoq; hæc peteret. Arma Achillis. Moderatior Aiax. Oilei filius q iter fortes ab Homero numerat̃. Ex arte autẽ ſibi iudices conciliat Vlyſſes: illos tũ a modeſtia: tũ a uirtute laudãdo. Eurypiluſq; ferox. eurypili duo ad bellum Troianũ pfecti ſunt. alter Herculis filius ex Co inſula augurio iſignis: alter Euæmonis filius eſt Ormẽio urbe: qui: ut ſcribit Homerus: cũ quadraginta nauibus in expeditionẽ Trõianã Agamẽnona ẽ ſecutus. Is cũ uiribus plurimũ poſſet: arma tñ Achillis nõ popoſcit. Claroq; Andremone natus. Periphraſis Thoãtis. Nã ut in ii. narrat Homerus: Thoas Andremonis filius princeps Aetoloꝝ ad bellũ Troianum cum quadraginta nauibus ẽ profectus. Nec minus idomeneus. nec nõ etiã. Idomeneũ aũt Lyctium fuiſſe: ac Cretenſibus imperaſſe: in expeditioneq; Troiana una cum Merione: quo auriga utebatur: fortiſſime ſe geſſiſſe: & Homeri & Virgilii carminibus notiſſimum eſt. Patria eadem. ambo nanq; Lyctii fuerunt. Peteret maioris frater Atridæ. Menelaus agamemnonis frater.

Eurypilus

Lyctius

Nec ſunt tibi marte ſecundi. nec te ſunt pugnando inferiores. Conſiliis meis. Meæ prudentiæ. Ingenium quod eget moderamine noſtro. ſed coniunctio ſubintelligatur. Vires. enim corporis Aiaci concedit Vlyſſes. Cæterum feroci ingenio quod ſuo regimine indigeat: illũ preditum eſſe ait. Sine mente. ſine ingenio. & prudentia. Eſt autem pulchra comparatio: qua ſe Vlyſſes Aiace multo pſtãtiorẽ eẽ oſtẽdit. Mihi cura futuri. Ego inqt pſpicio futura. qd̃ nemo niſi prudentia pollens: facere poteſt. Temperat. regit & gubernat. Pectora potiora manu. ingenii acumina uiribus corporis meliora. Vigor omnis in illis. omnis inquit uirtus in ingenii acumine conſiſtit. At uos o proceres. artificioſe in peroratione Vlyſſes & quædam ex præſtantioribus meritis ſuis commemorat: & iudices rogat ut ſe habeant commendatum: ſibiq; Achillis arma uelint adiudicare: Vigili ueſtro. Ei qui pro uobis libenter uigilare conſueuit. Tot annorum. Decem eni annos pro Græcis ſollicitus fuerat Vlyſſes. Hũc titulũ.. hũc honorẽ. Iam labor in fine ẽ. Scite. Nam finito labori præmiũ debetur. Obſtantia fata remoui. ex arte id quod maximum eſt iterum commemorat Vlyſſes: ut oſtendat ſe auctorẽ fuiſſe ut Troia capi potuerit.



Poſſe capi faciendo: ut capi poſſent in ſoluta oratione diceretur. Perq; deos oro. p Palladẽ: cuius ſimulacrũ Troiãis abſtulerat. Siquid adhuc ſupereſt. Reſtat. Siqd adhuc audax. In quo conficiendo audacia opus ſit. Ex pcipitiq; petẽdũ. Ex piculoſo loco ſumẽdũ. Fatis Troiæ. fatis phibẽtibus ne Troia capiat̃. Huic date. digito & manu palladiũ: qd̃ troiãis abſtulerat Vlyſſes idicauit. Mota mãus pceꝝ ẽ. Cõmota & pſuaſa fuit prĩcipũ Græcoꝝ multitudo Vlyſſis orãtiõe. Et qd facũdia poſſet. Tũc patuit. Tũc inqt mãifeſtũ fuit q̃tũ eloquẽtia ualeat i aĩs hoim flectẽdis. Tulit. hũit. Græci nãq; Achillis fortiſſimi uiri arma Vlyſſi potius ob facũdiã q̃ fortitudinẽ adiudicarũt. Inuictumq; uiꝝ uicit dolor. Stulte dictũ eẽ uidet̃. Quonãq; modo eũ dolor uicat q uici nõ p̃t? Sed aut ante: aut alioqn ẽ ſubaudiẽdũ: ut itelligãus: alioqn aĩnuc iuictũ Aiacẽ a dolore & idignatiõe fuiſſe ſupatũ. Et meus hic certe ẽ. Illa & copula maxia ſignificat idignatiõe Aiacẽ fuiſſe uexatũ. Tũ demũ. Tũc ſolũ.

Altaq; poſſe capi faciendo Pergama cœpi.
Per ſpes nunc ſocias: caſuraq; mœnia Troum
Perq; deos oro: quos hoſti nuper ademi.
Et ſi quid ſupereſt quod ſit ſapienter agendum
Si quid adhuc audax ex præcipitiq; petendũ ẽ:
Si Troiæ fatis aliquid reſtare putatis.
Eſte mei memores: aut ſi mihi non datis arma.
Huic date: & oſtendit ſignum fatale Mineruæ.
Mota manus procerũ eſt: & qd̃ facũdia poſſet
Tunc patuit: fortiſq; uiri tulit arma diſertus:
Hectora qui ſolus: qui ferrũq;: ignẽq;: Iouẽq;
Suſtinuit totiens: unam non ſuſtinet iram.
Inuictumq; uirum uicit dolor: arripit enſem.
Et meus h̃ certe ẽ: an & hũc ſibi poſcit ulyſſes
Hoc ait utendũ eſt in me mihi: quiq; cruore
Sæpe Phrygũ maduit: dñi nũc cæde madebit.
Ne quiſq; Aiacem poſſit ſuperare: niſi Aiax.
Dixit: & in pectus tum demũ uulnera paſſum
Qua patuit ferro: lætalem condidit enſem.
Nec ualuere manus infixum educere ferrum.
Expulit ipſe cruor: rubefacta ſanguine tellus
Purpureum uiridi genuit de ceſpite florem.
Qui prius Oebalio fuerat de uulnere natus.
Littera communis mediis pueroq; uiroq;
Inſcripta eſt foliis hæc nominis: illa querelæ.
Victor ad Hypſipyles patriam clariq; Thoãtiſ
Et ueterum terras infames cæde uirorum
Vela dat: ut referat tirynthia tela ſagittas.
Quæ poſtq̃ ad Graios dño comitãte reuexit
Impoſita eſt ſero tandem manus ultima bello.
Troia ſimul Priamuſq; cadunt: Priameia cõiũx
Perdidit infœlix hominis poſt omnia formam:
Externaſq; nouo latratu terruit auras.
Lõgus in anguſtũ qua clauditur Heleſpõtus

Qua patuit. Quatẽus patuit & ceſſit ferro. Educere. extrahere. De Oebalio uulnere. De ſãguie Hyacĩthi Oebalii: q: ut in decio narrauit poeta: in florẽ purpureũ ab Apolline amatore fuit cõuerſus. Littera cõis. In foliis iqt illius floris in quẽ Aiax fuit cõuerſus: littera cõis ẽ & hyacinthi pueri q̃relis & nomini Aiacis. Nã in illo flore: ut in decio quoq; diximus: iſcriptæ uidentur hæ duæ litteræ græcæ. αἰ. q̃ in diphthongũ coagmẽtatæ: & q̃rimoniæ ſunt indices: & in hoc nomine αιασ primæ. Hic ãt illud quoq; aperte colligit̃ eos magnope decipi q putãt hya in decimo eſſe legendũ: eaſq; litteras in flore inſcriptas. Hæc nois. Aiacis. Illa querelæ. Hyacĩthi q gemẽs ac clamãs αἰαῖ extinctus ẽ. Victor ad Hypſipyles. Hæcubæ in canẽ metamorphoſin apte cũ ſuperioribus connectit poeta. Nam Vlyſſes poſt adeptã armoꝝ Achillis uictoriã in Lẽnũ ad Philocteten cum Herculis ſagittis adducẽdũ miſſus fuit: Quo adducto: ac Troia tãdẽ icẽſa: cũ Græci claſſẽ in Thraciam appuliſſẽt: Polyxẽa Priãi atq; Hecubæ filiam manibus Achilliseam poſcentibus imolarunt: cuius corpus lotura cũ ad littus Hecuba acceſſiſſet: forte Polydori filii a Polymeſtore Thraciæ rege interẽpti cadauer ibi conſpicata: ulciſci tantũ ſcelus decreuit. Nam Priamus Polymeſtori tanq̃ amico belli euẽtum ignorans cum multis pecuniis Polydorum natu minimum filiorum cõmendarat: ut ſiquid urbi accideret: ſuorum aliquis ſupereſſet. Hecuba igit̃ accerſitum ad ſe Polymeſtora ſub ſpe theſauri indicandi: una cum aliis mulieribus captiuis excæcauit. Quare cũ Thraces ipſam lapidibus inſectarentur: in illos lattrare cœpit: uoluntate deorum in canem conuerſa. Victor. Vlyſſes in certamine armorum Achillis uictor. Vela dat. nauigat.

Aiax in hyacynthum

Hecuba in canem

Ad hypſipyles patriam. periphraſis eſt Lenni iſulæ. nã Hypſipyle filia Thoantis Lẽnioꝝ regis in Lẽno regnauit. Et ueterũ terras iſames. Lẽniæ mulieres cũ Venerem in adulterio depchẽſam cũ marte contennerent: in ſe deæ iram cõcitarũt. nã Venus hircino odore illis immiſſo effecit: ut a maritis ſpernerẽtur. Quare de illis cũ ad bella aduerſus Thraces gerenda profecti eſſent interficiendis: cum primum rediiſſent: uxores conſiliũ inierũt. Quod qdẽ cũ reliquæ effeciſſent: ſola Hypſipyle Thoãti patri pepercit. Tirynthia tela. Sagittarum Herculis eſt expoſitio. Dño. Philoctetæ cui moriens hercules donauerat ſagittas. Manus ultia. Finis. Externas auras. Externũ aerẽ. nam Hecuba in Thracia in canẽ fuit traſſormata. Lõgus. Helleſpontus. mare eſt Helleſpontus anguſtũ ac longũ: Aſiã ab Europa diſterminans. Dictus eſt autẽ Helleſpontus ab Helle phrixi ſoroꝛe: que in illo ſubmerſa eſt. Qua claudit̃ in anguſtum. Vbi cogitur in anguſtum & ſtrictum. Anguſtat̃



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

autē maxime Helleſpontus illic ubi olim fuerūt Seſtos & Abydos. Ad Helleſpontū āt uſq; Troas ubi fuit ilium:protēdit. Cōſederat. Ceſſauerat extinctus erat. Iouis ara. Ad quā priamus ipſe fuerat interfectus. Vt carmine quoq; Virgiliano eſt notū. Exiguū cruorē. In ſenibus paꝝ eē ſanguinis phyſici aiunt. Antiſtita. Caſſandra Phœbi ſacerdos. Signa. ſtatuas:Simulacra. Tenētes. colētes. Inuidioſa p̄mia. Prædā inuidiæ plenā.

Aſtyanax

Mittit̄ Aſtyanax illis: Aſtyanax Hectoris ex Andromache fuit filius:ſic dictuſ:q; urbi uideret̄ ipaturus. Nā ἄϲυ urbs. ἄναξ rex īterpretat̄. Is ab Vlyſſe poſt Troiæ direptionē ex altiſſima turri fuit p̄cipitatus. Tenentē. defendentē. Carbaſa mota ſonāt. Vela a uētis cōmota ſtrepūt. Vētis uentoꝝ cōmoditate. Troia uale. ordo eſt. Troades & mulieres Troianæ clamāt. Troia uale. Rapimur. & ui abducimur. Prenſantem tumulos Amplectentē filiorū ſepulchra Hecubam. Dulichiæ traxere manus. Vlyſſes. Nam Hecuba illi ſorte optigerat. Hauſit. accepit. Hectoris in tumulo. Anadiploſis ad miſerationē accommodata. Canū deuertice crinem. Reciſum ſubaudimus. Inferias inopes. Sacrificia inopum & pauperiorum. Eſt ubi Troia fuit. Thraciam e regione Troadis eſſe ait. Cōtraria ex aduerſo atq; e regiōe poſita.

Biſtonia

Biſtoniis uiris. Thracibus. Nam biſtonia urbs eſt Thraciæ a Biſtone martis & Calliroes filio cognominata. unde & Biſtones & Biſtonii Thraces dicuntur. Thracia autē helleſponto a phrygia ſeparatur. Polymeſtoris illic.

Polymeſtor

Polymeſtor rex fuit Thraciæ: auaricia & Polydori cæde famoſiſſimus. Hæc aūt de Eurypidis Hecuba ab Ouidio ſumpta eſſe uidentur: Conſilium ſapiens. acclamatio eſt:qua Priami prudentia commendatur. Irritamē. prouocationem.

Iugulo. In iugulum. Exanimen. mortuum.

Polydori cædes

Cadauer autē Polydori in mare iecit Polymeſtor

Sui alumni. Polydori quem a patre alendum nutriendumq; ſuſceperat. Quo petiit Agamēnona. Quo tēpore ob Briſeidē raptā in Agamēnonem ſtrinxit enſem Achilles:ut in prīo Iliados narrat Homerus. Religarat. Religari iuſſerat

Referebat. Repræſentabat præ ſe ferebat. Petiit. aggreſſus eſt Inuaſit. Immemoreſq; mei. Achillis umbra Græcos ingratitudinis accuſat.

Obruta. Sepulta. Ne facite. ne ſitis in me ingrati. Vtq; meū nō ſit ſine honore ſepulchrum hoc eſt. Vt meum honoretur ſepulchrū. Mactata Polyxena. Imolata.

Polyxeenæ imolatio

Polyxēa uero que multoꝝ hoſpita īterpretat̄:filia fuit Priāi ex Hecuba: quā Achilles & uiuus amauit:& mortuus ſibi imolari efflagitauit. Parētibus. obediētibus. Immiti ūbræ. Crudeli:quæ ſibi uirginē imolari uolebat.

Ilion ardebat:neq; adhuc conſederat ignis.
Exiguumq; ſenis Priami Iouis ara cruorem
Combiberat:tractiſq; comis antiſtita Phœbi
Non profecturas tendebat ad æthera palmas
Dardanidas matres patriorum ſigna deorum
Dum licet amplexas:ſuccēſaq; templa tenētes
Inuidioſa trahunt uictores præmia Graii.
Mittitur Aſtyanax illis de turribus:unde
Pugnātem pro ſe :proauitaq; regna tuentem
Sæpe uidere patrem mōſtratū a matre ſolebat.
Iamq; uiam ſuadet boreas:flatuq; ſecundo
Carbaſa mota ſonant:iubet utiq; nauita uentis
Troia uale:rapimur clamāt:dant oſcula terræ
Troades:& patriæ fumantia tecta relinquunt.
Vltima conſcendit claſſem(miſerabile uiſu)
In mediis Hecube natorum inuēta ſepulchris
Prēſantem tumulos atq; oſſibus oſcula dantē
Dulichiæ traxere manus : tamen unius hauſit.
Inq; ſinu cineres ſecum tulit Hectoris hauſtos
Hectoris in tumulo canum de uertice crinem.
Inferias inopes crinem lachrymaſq; reliquit.
Eſt ubi Troia fuit:Phrygiæ contraria tellus
Biſtoniis habitata uiris:polymeſtoris illic
Regia diues erat:cui te commiſit alendum
Clā Polydore pater:Phrygiiſq; rēouit ab armis
Conſilium ſapiens:ſceleris niſi præmia magnas
Adieciſſet opes:animi irritamen auari.
Vt cecidit fortuna Phrygū:capit ipiuſ enſem
Rex Thracum:iuguloq; ſui demiſit alumni.
Et tanq̄ tolli cum corpore crimina poſſent.
Exanimē ſcopulo ſubiectas miſit in undas.
Littore Threicio claſſem re ligarat Atrides.
Dum mare pacatum:dum uentus amicior eēt.
Hic ſubito quantus:cum uiueret : eſſe ſolebat
Exit humo late rupta:ſimiliſq; minanti
Temporis illius uultum referebat Achilles.
Quo ferus iniuſto petiit Agamēnnona ferro
Immemoreſq; mei diſceditis inquit Achiui.
Obrutaq; eſt mecum uirtutis gratia noſtræ
Ne facite:utq; meū nō ſit ſiñ honore ſepulchꝝ
Placet Achilleos mactata Polyxena manes.
Dixit:& immiti ſociis parentibus umbræ
Rapta ſinu matris:quā iam ꝓpe ſola fouebat.



Ad tumulum. ad ſepulchrum Achillis:quod in Sigeo promontorio erat. Diro buſto:ſepulchro. crudelium & dirorum manium qui ſibi uirginem imolari iubebāt. Quæ memor ipſa ſui. Suæ generoſitatis. Poſtq̄ crudelibus aris admota eſt. Poſtq̄ crudeliter ad aras fuit adducta. eſt. n. hypallage. Fera ſacra. Crudelia:utpote quibus ipſa interficiebat̄. Neoptolemum. Pyrrhum Achillis ex Deidamia filium: qui Neoptolemus fuit appellatus:quod iuuenis admodum ad bellum Troianum eſt ꝑfectus. νεοσ nanq; iuuenis nouuſq; πτολεμοσ q frequētius πολεμοσ dicit̄ bellū interpretat̄. Pyrrhus autē a ruffis capillis fuit cognominatus. πυρρον nāq; græci ruffum appellant.

Neoptolemus

Ferrū. Enſē:quo ipſa erat iugulanda. Vtere iamdudū. Quā forti aio Polyxena eſſet:hinc facile colligit̄:quod pyrrhum hortatur:ut ſe cito uelit immolare. Iamdudū: Cito.

Fortis & infœlix & pluſq̄ fœmina uirgo
Ducitur ad tumulum:diroq; fit hoſtia buſto.
Quæ memor ipſa ſui:poſtq̄ crudelibus aris
Admota eſt:ſenſitq; ſibi fera ſacra parari.
Vtq; Neoptolemum ſtātem ferrūq; tenentem.
Vtq; ſuo uidit figentem lumina uultu.
Vtere iam dudum generoſo ſanguine dixit:
Nulla mora eſt:aut tu iugulo uel pectore telū
Conde meo:iugulūq; ſimul pectuſq; retexit.
Scilicet haud ulli ſeruire Polyxena uellem.
Haud per tale factum numen placabitis ullū.
Mors tantū uellem matrē mea fallere poſſet.
Mater obeſt minuitq; necis mihi gaudia : q̄uis
Non mea mors illi:uerum ſua uita gemēda eſt.
Vos modo:ne ſtygios adeam nō libera manes
Eſte procul:ſi iuſta peto:tactuq; uiriles
Virgineo remouete manus. acceptior illi
Quiſquis is eſt: quē cæde mea placare paratis
Liber erit ſanguis(ſi quos tamē ultima noſtri.
Verba mouent oris) Priami uos filia regis
Nunc captiua rogat:genetrici corpuſ inemptū
Reddite : ne ue auro rediat ius triſte ſepulchri
Sed lachrymis:tūc cū poterat:rediebat:& auro
Dixerat. & populus lachrymas:q̄s illa tenebat
Non tenet:ipſe etiam flens inuituſq; ſacerdos
Præbita coniecto rupit præcordia ferro.
Illa ſuper terram defecto poplite labens.
Prætulit intrepidos ad fata nouiſſima uultus.
Tunc quoq; cura fuit:partes uelare tegendas
Cum caderet:caſtiq; decus ſeruare pudoris.
Troades excipiunt:deploratoſq; recenſent
Priamidas:& quid dederit domus una cruoris
Teq; gemunt uirgo:teq; o modo regia cōiunx
Regia dicta parens. Aſiæ florentis imago.
Nūc etiā prædæ mala ſors:quā uictor Vlyſſes
Eſſe ſuam nollet:niſi q; tamen Hectora partu
Ediderat:dominum m̄atri uix repperit Hector.

Generoſo ſanguine. Meo ſanguine: quæ ſum generoſa. generoſi uero dicūtur qui a nobilibus maioribus genus ducunt. Nulla mora eſt. In me ſubaudiatur. Conde. Cōiice. Immitte. Iugulumq; ſimul. Hec a poeta dici notius ē: q̄ ut ſit admonēdum. Scilicet haud ulli. Nulli certe inqt ſeruire uellē cū ſim Polyxena priami regis filia. Scilicet. Certe aſſeuerantis eſt aduerbium. Haud ulli. nulli. Polyxena. Emphaſis eſt:ac ſi diceret Priami regis filia Hectoriſq; ſoror. Per tale factū. p meā:cædē. Figurata aūt oratiōe utit̄ Polyxena:qua tametſi nihil de morte curare uideat̄:inuit tñ cæde ſua nullū numē iri placatū:eoq; ſe nō eē imolandam. Fallere. latere. Se autem polyxena in matrē piam oſtendit:cum de illa ſola ſe dicat eſſe ſollicitā. Hæc uero ex Hecuba Eurypidis ſumpta eſſe uidentur. Mater obeſt. Dolor:quo mater afficitur morte mea animū meū cruciat. Vos modo ne ſtygios. rogat Polyxena ne quiſquam uirorum ſe tangat : ut inuiolata ad inferos deſcendat. Ne non libera. ut libera moriar. Acceptior. gratior. Quiſquis is eſt:Siue deus:ſiue heros. Ignorat. enim Polyxena : quem cæde ſua ſint placaturi. Siquos tamen ultima noſtri. Pathetica & affectus plena oratio. Polyxenæ attribuitur : qua non amici modo : uerum hoſtes quoq; lachrymare coguntur. Ius ſepulchri. facultatem ſepeliendi. Tunc cum poterat : redimebat & auro. Quando inquit mater mea poterat non lachrymis ſolum:ſed etiam auro filiorum cadauera ab hoſtibus redimebat. Quas illa tenebat. Mira puellæ conſtantia exprimitur : que tam intrepide mortē exciperet. Præbita:exhibita. Defecto poplite. Deficientibus genibus. Ad fata nouiſſima. uſq; ad mortē. Tūc quoq; cura fuit hoc idem & Eurypides ſcribit : quā curam Iulio quoquæ Cæſari fuiſſe narrat Tranquillus : ut togam ad pedes demitteret:quo a coniuratoribus uulneratus honeſtius caderet Partes tegēdas. pudendas. Troades excipiunt. ſuſcipiūt iacēs Polyxenæ cadauer. Recenſent. recognoſcunt enumerāt. Quid cruoris. quantum ſanguinis. nam Priamidæ omnes fuerant interfecti.

Teq; gemunt uirgo. apoſtrophe ad Polyxenam atq; Hecubam:que pauloante Aſiæ regina uocabatur. Deplorat autem illius calamitatem poeta:quam omnes captiuam propter ſenectutē aſpernabātur. Nunc etiam prædæ mala ſors. Sed uel autem taliſue coniunctio ſubaudiatur : ita ſenſu exigente. nam Hecuba pauloante qdē erat regia coiunx:regia parēs:Aſiæ florentis imago:nūc autem eſt etiā prædæ mala ſors:quā oēs aſpernabant̄. Niſi quod tamē Hectora partu Ediderat. Ratio



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

qua motus Vlyſſes eam accepit captiuã. Animæ tam fortis inane. Tam conſtanti anima uacuum. Oſculaq; ore tegit. Parua Polyxenæ ora. Eſt enim ab ore diminutiuũ hoc loco oſculum. Plangit. percutit. Conſueta: plangi & percuti filiorum cædibus. Caniciem ſuam. Caput ſuum canum. Solebant autem priſci in maximis doloribus caput puluere deturpare. Concreto: coagulato. Vertens: uoluens. Nata tuæ: pathetica oratio maxime quærelis doloribuſq; accõmodata. Nata iaces: repetitio lugẽti Hecubæ quæ ex tã fœliciſſimo ſtatu in tantam ceciderat miſeriam. maxime conueniens. Tuũ pectus Vulnere tranſfixũ ſubaudiatur. Mea uulnera. Meos dolores. Orba or. noſtri. Qui nos liberis orbauit atq; ſpoliauit. Paridis Phœbiq; ſagittis. Dirigente nanq; Paridis ſagittas Apolline: ut & Homerus & Vergilius ſcribunt: Achilles fuit interfectus. Mi. mihi. In genus hoc: In genus noſtrum Vellicatur autem hoc loco Ouidius a Scauro apud Senecam: quod neſciat relinquere quod bene ceſſit. Cum enim inquit Polyxena eſſet adducta tumulo Achillis imolanda: Hecuba dixit. Cinis ipſe ſepulti in genus hoc ſæuit Poterat eſſe contẽtus. adiecit tumulo quoq; ſenſimus hoſtem. Neq; hoc contentus adiecit. Aeacide fœcunda fui. Aiebat Scaurus nõ minus magnam uirtutem eſſe ſcire deſinere q̃ ſcire dicere. Sed hoc oratori magiſq̃ poetæ: præceptũ eſt. Tumulo quoq; ſenſimus hoſtem. In tumulo & ſepulchro exiſtentem. Aeacidæ fœcunda fui. Ad Achillis uoluptatem multos peperi filios. Euentu graui. Exitu pernicioſo. Sed finita tamen. Stulte hoc dictum eſſe uidetur. Si enĩ finita ſunt pergama: quo modo reſtant? An deleta quidem ſunt. ſed Hecubæ reſtare uidentur: qa hoſtes perinde in eam ſæuiũt ac ſi pergama ipſa ſtarent. Soli. mihi. Nam perinde in me ſæuiũt hoſtes atq; ſi finis non eſſet impoſitus bello. In curſu. in perſeuerantia. Neq; enim finitur.

Modo maxima rerũ. ex qua fœlicitate in quas miſerias reciderit flebiliter Hecuba commemorat. Tot generis natiſq; potens. Heuba Priamo ſeptem filias & duodecim filios peperiſſe ſcribitur. Ex aliis nãq; mulieribus reliquos ad quinquaginta uſq; Priamus ſuſcepit. Nunc trahor. Diſſolutum eſt maxime quærimoniis cõueniẽs.

Leuabas. diminuebas: Leues reddebas. Hoſtilia buſta. Hoſtium ſepulchra & mães. Piaſti. Placaſti. Eſt autem apoſtrophe ad Polyxenam cõmiſerationis plena. Quo ferrea reſto. ad quem uitæ exitum dura ego ac in me ipſam crudelis reſeruor? Quid ue moror? Expecto. Differtis in longum tempus producitis. Viuacem anum. Me uetu'am diu uiuentem. Nec te mea nata. Rationibus colligit Hecuba Priamũ inter fœlices numerandum. At puto funeribus dotabere. exequiarum honoribus ornaberis. Eſt autem Ironia qua ſignificat Hecuba Polyxenam & funeris & ſepulturæ honore carituram.

Q uæ corpus complexa aniæ tam fortis inãne.
Q uas totiẽs patriæ dederat natiſq; uiroq;. (dit
Huic quoq; dat lachrias: lachrias in uulnera fũ
Oſculaq; ore tegit: cõſuetaq; pectora plangit.
Caniciemq; ſuam concreto in ſanguine uertẽs
Plura quidem: ſed & hæc laniato pectore dixit:
Nata tuæ (qd enĩ ſupeſt)? dolor ultime matris
Nata iaces: uideoq; tuum mea uulnera pectus:
Et ne perdiderim quẽq̃ ſine cæde meorum
Tu quoq; uulnus habes: at te qa fœmina rebar
A ferro tutam: cecidiſti & fœmina ferro.
Totq; tuos idem fratres: te perdidit idem
Exitium Troiæ noſtriq; orbator Achilles.
At poſtq̃ cecidit Paridis Phœbiq; ſagittis.
Nũc certe (dixi) non eſt metuendus Achilles.
Nũc quoq; mi metuẽdus erat cinis ipſe ſepulti
In genus hoc ſæuit: tumulo quoq; ſẽſimus ho
Aeacidæ fœcũda fui: iacet Ilion ingens. (ſtẽ.
Euentuq; graui finita eſt publica clades.
Sed finita tamen ſoli mihi Pergama reſtant.
In curſuq; meus dolor eſt: modo maxima rerũ
Tot genere natiſq; potens: nuribuſq;: uiroq;:
Nũc trahor exul: inops: tumulis auulſa meorũ:
Penelope munus: quæ me data penſa trahentẽ
Matribus oſtẽdens Ithacis: hæc Hectoris illa ẽ
Clara parens: hæc eſt dicet Priameia coniunx.
Poſtq; tot amiſſos tu nunc: quæ ſola leuabas
Maternos luctus: hoſtilia buſta piaſti.
Inferias hoſti peperi: quo ferrea reſto?
Q uidue moror? quo me ſeruaſ ãnoſa ſenectuſ
Q uo dii crudeles: niſi quo noua funera cernã.
Viuacem differtis anum? quis poſſe putaret
Fœlicem Priamum poſt diruta Pergama dici?
Fœlix morte ſua eſt: nec te mea nata perempta
Aſpicit: & uitam pariter regnũq; reliquit.
At puto funeribus dotabere regia uirgo?
Condeturq; tuum monumentis corpus auitis.
Nõ hæc eſt fortuna domus: tibi munera matris



Contingent fletus: pigrinæq; hauſtus harenæ.
Omnia perdidimus: ſupereſt cur uiuere tẽpus
In breue ſuſtineam: proles gratiſſima matri
Nunc ſolus: quondam minimus de ſtirpe uirili
Has datus Iſmario regi Polydorus in oras.
Q uid moror iterea crudelia uulnera lymphis
Abluere? & ſparſos immiti ſanguine uultus?
Dixit: & ad littus paſſu procedit anili
Albentes lacerata comas: date Troades urnam
Dixerat infœlix: liquidas hauriret ut undas:
Aſpicit eiectum Polydori in littore corpus.
Factaq; Threiciis ingentia uulnera telis.
Troades exclamant: obmutuit illa dolore.
Et pariter uocẽ lachrymaſq; introrſus obortas
Deuorat ipſe dolor: duroq; ſimillima ſaxo
Torpet: & aduerſa figit modo lumina terra:
Interdum toruos extollit ad æthera uultus.
Nunc poſiti ſpectat uultum: nũc uulnera nati.
Vulnera præcipue: ſeq; armat: & inſtruit ira.
Q ua ſimul exarſit: tanq̃ regina maneret.
Vlciſci ſtatuit: pœnæq; in imagine tota eſt.
Vtq; furit catulo lactente orbata leæna:
Signaq; nacta pedũ ſeqtur quẽ nõ uidet hoſtẽ
Sic Hecube poſtq̃ cum luctu miſcuit iram.
Non oblita animorũ: annorum oblita ſuorum
Vadit ad artificem diræ Polymeſtora cædis.
Colloquiumq; petit. nam ſe monſtrare relictũ
Velle latens illi quod nato redderet aurum.
Credidit Odryſius: prædæq; aſſuetus amore.
In ſecreta uenit: tum blando callidus ore.
Tolle moras Hecube dixit: da munera nato.
Omne fore illius quod das: qd & ante dediſti
Per ſuperos iuro: ſpectat truculenta loquentẽ
Falſaq; iurantem: tumidaq; exæſtuat ira
Atq; ita correpto: captiuarum agmina matrum
Inuocat: & digitos in perfida lumina condit.
Expilatq; genis oculos (facit ira ualentem)
Immergitq; manus: fœdataq; ſanguine ſonti
Nõ lumẽ (neq; enĩ ſupeſt) loca luminis haurit
Clade ſui Thracum gens irritata tyranni
Troada telorum lapidumq; inceſſere iactu
Cœpit: at hæc miſſum rauco cũ murmure ſaxũ
Morſibus inſequitur: rictuq; ad uerba parato

Hauſtus: acceptio atq; iniectio. Terra namq; mortuis iniiciebatur. Supereſt cur uiuere tempus: de tot filiis inquit meis Hecuba ſolus reſtat Polydorus Polymeſtori regi cõmendatus. Sed decipitur Hecuba. Iam enim a Polymeſtore fuerat interfectus. Datus: miſſus. Iſmario regi: Polymeſtori Thraciæ regi: nam Iſmarus Thraciæ mons eſt. De hoc autem Polydoro: ſic & Vergi. in tertio Aeneidos ſcribit. Hunc Polydorum auri quondam cũ pondere magno. Infœlix Priamus furtim mandarat alendum Threiicio regi: cum iam diffideret armis Dardanidæ: cingiq; urbem obſidione uideret: Ille ut opes fractæ Teucrum: & fortuna receſſit: Res Agamẽnonias uictriciaq; arma ſecutus Fas omne abrumpit. Polydorum obtruncat: & auro Vi potitur. quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames. Et ſparſos ſanguine: infectos ſanguine. Cadauera autem antiqui abluebant. Introrſus obortas: intus natas. Deuorat: conſumit. Modo: interdum. Aduerſa terra: in Troade ubi fuit Troia: e regiõe Thraciæ ſita. Toruos uultus: triſticia efferatos. Poſiti: iacentis. Maneret: eſſet. In imagine: in imaginatione: & cogitatione Pœnæ: qua Polymeſtorem afficere poſſet. Vtq; furit. Sæuit hac autem ſimilitudine oſtẽdit poeta: quantam iram indignationemq; conceperit Hecuba aduerſus Polymeſtorem: filii: quem educãdum ſuſceperat: interfectorem: Hoſtem. catuli raptorem. Animorum. Magnitudinis ac preſtantiæ animi ſui. Nam ſe monſtrare. ait uel ſimile uerbum: quod eleganter pretermittitur: eſt ſubaudiendum. Latens. occultum. Odryſius. Polymeſtor Thracius. nã Odryſæ: ut in ſuperioribus ſcripſimus: populi ſũt Traciæ & Odryſa urbs eorum. Spectat truculenta. Indignata. toruũ præ ſe ferens aſpectum. nam truculentus dicitur aſpectu ferox atq; terribilis quales tauri ſunt: Falſa iurantem. Peierantem. Tumida ira. ab effectu que tumidos & inflatos homines reddit. Correpto. comprehenſo Polymeſtore. In perfida lumina. In perfidi Polymeſtoris oculos. Eſt enĩ hypallage. Expilat: extrahit: eruit. Facit ira ualentem. parentheſis tacitæ obiectoni occurrẽs.

Sanguine ſonti. ſanguine nocentis ac ſcelerati polymeſtoris: Lumen. oculos. Supereſt. ſaluum eſt. Haurit. percutit: aperit. Troada: Hecubam troianam. Inceſſere: irritare: prouocare iuadere. Rauco cum murmure cum uoce canina. Iam. n. in canem fuerat conuerſa.

Polymeſtoris excæcatio

Hecuba in canem.

Memnonis cineres i aues

Et ex re nomen habet.nam κυνὸς σῆμα appellatur.ideſt canis ſepulchrum.eſt autẽ in Cherſoneſo Thracia iuxta Abydum:ut Strabo refert. Per Sithonios agros.Thracios.nam Sithonia pars eſt Thraciæ. Illius:troaſq; ſuos.Hæc ad cõnectendam Memnonis cinerum in aues cum ſuperiore metamorphoſin a poeta inſerũtur. Vt & ipſa Iouis.Iuno quæ Troianorum adeo atrox erat inimica. Nõ uacat auroræ. memnon Thitoni atq; Auroræ filius:cum in bello Troiano ab Achille fuiſſet interfectus:mater Iouem rogauit: ut aliquo eum afficeret honore. Iupiter autem fauillas rogi ipſius congregatas eiuſq; ſocios in aues commutauit.quæ memnonides a Memnone uocatæ:ſingulis quibuſq; annis ad ſepulchrũ illius acriter inter ſe pugnantes duci ſuo parentare uidẽtur. Quãquam iiſdem fauerat armis.ꝓpter Tithonum maritum:qui Laomedontis fuerat filius:ac Priami frater. Lutea mater.Aurora ipſa Memnonis mater rutila ac rubicunda.

Non ſuſtinuit.non potuit. Parẽs.cauſa cur non ſuſtinuerit ſpectare:quia parens. Omnibus inferior.In ſoluta oratione omnium infima diceretur. Aureus æther.Splendidum.cælum.

Nam mihi ſunt.parentheſis cauſam continẽs cur Aurora omnium dearum ſit infima. Dies ſacrificos.In quibus mihi ſit ſacrificandũ. Ignibus.ſacrificiis. Aſpicias.conſideres. Quantũ tibi fœmina præſtem.quantum tibi proſim:quãuis fœmina ſim. Noctis confinia ſeruo.hoc ẽ. Cuſtodio ne nox ſuos fines trãſeat.Niſi enim aurora uigilans eſſet:nox ſemper uideretur duratura. Orba.priuata. Fruſtra.quia & ipſe fuit interfectus:& Troia euerſa. Pro patruo ſuo.Priamo. A forti Achille.Interfectus percuſſus: ſimileue participium ſubaudiatur. Maternaq; uulnera leni.maternos dolores mitiga. Volumina.reuolutiones. Infecere:obſcurauere.denigrauere. Exhalant:emittunt. Infra nebulas ſubaudiendum. Glomerataq;:congregata Faciemq; caput. Figuram ac formam accipit. Atq; animum ex igni.Scite.Anima nãq; ut flamma ſemper ẽ in motu.Vnde philoſophorũ quidã dixerunt animam eſſe ignẽ. Leuitas ſua præbuit alas.ideſt propria fauillæ leuitas alas effecit. Quibus eſt eadem natalis origo. Nam & ipſæ ex fauillis ſunt ortæ: Luſtrant.circum uolant. Plangor.clangor. Seducunt caſtra.ſeparant caſtra & diuidunt ſe in duas partes.

Latrauit conata loqui:locus extat:& ex re
Nomẽ habet:ueterũq; diu memor illa malorũ
Tũ quoq; Sithonios ululauit mœſta ꝑ agros.
Illius Troaſq; ſuos hoſteſq; Pelaſgos.
Illius fortuna deos quoq; mouerat omnes.
Sic omnes:ut ipſa Iouis coniunxq; ſororq;
Euentus Hecubam meruiſſe negauerit illos.
Non uacat auroræ:q̃q̃ iiſdem faueat armis:
Cladibus & caſu Troiæq; Hecubæq; moueri.
Cura deam propior luctuſq; domeſticus angit
Memnõis amiſſi:Phrygiis quem lutea campis
Vidit Achillea pereuntem cuſpide mater.
Vidit:& ille color:quo matutina rubeſcunt
Tempora:palluerat latuitq; in nubibus æther.
At non impoſitos ſupremis ignibus artus
Suſtinuit ſpectare parens:ſed crine ſoluto
Sicut erat:magni genibus procũbere non eſt
Dedignata Iouiſ:lachrymiſq; has addere uoceſ
Omnibus inferior:quas ſuſtinet aureus æther
(Nã mihi ſunt totũ rariſſima templa ꝑ orbẽ)
Diua tamen ueni:non ut delubra dieſq;
Des mihi ſacrificos caliturasq; ignibus aras.
Si tamen aſpicias:quantũ tibi fœmina præſtẽ
Tum cum luce noua noctis confinia ſeruo.
Præmia danda putes:ſed nõ ea cura:neq; hic ẽ
Nũc ſtatus auroræ:meritos ut poſcat honores
Memnonis orba mei uenio qui fortia fruſtra
Pro patruo tulit arma ſuo:primiſq; ſub annis
Occidit a forti(ſic dii uoluiſtis)Achille.
Da præcor huic aliquẽ ſolatia mortis honorẽ
Summe deum rector:maternaq; uulnera leni
Iuppiter annuerat:cum Mẽnonis arduus alto
Corruit igne rogus:nigriq; uolumina fumi.
Infecere diem:ueluti cum flumina natas
Exhalant nebulas:nec ſol admittitur infra
Atra fauilla uolat:glomerataq; corpus in unũ
Denſatur:faciemq; capit:ſumitq; colorem
Atq; animum ex igni leuitas ſua præbuit alas.
Et primo ſimilis uolucri:mox uera uolucris
Inſonuit pennis:pariter ſonuere ſorores
Innumeræ:quibus eſt eadem natalis origo.
Terq; rogũ luſtrant:& cõſonus exit in auras
Ter plangor:quarto ſeducunt caſtra uolatu.



Diuerſa de parte.Ex partibus aduerſis. Cognata.ſimul nata. Præpetibus ſubitis.ſubito natis alitibus. Auctor:Memnon earum origo.Memnonides.enĩ a Memnone fuerũt cognominatæ:ut pauloante diximus: & ipſe poeta aperte teſtatur. More parentali:more eorum qui inferis parentant Parentalia uero proprie dicuntur ſacrificia quæ manibus fiunt: Rebellant.bellum iterum inter ſe ſuſcipiunt. Dymantida:Hecubam Dimãtis filiam:quãq̃ alii:in primiſq; Eurypides ac Virgilius:Ciſſei regis Thraciæ filiam fuiſſe ſcribãt. Rorat.rorem fundit. Non tamen euerſam:Anii Apollinis Delii ſacerdotis filiarum metamorphoſin in columbas deſcripturus poeta:Aeneæ pietatem prius ad Delumq; nauigationem commemorat:quo aptius fabulæ connectantur. Sacra & ſacra altera patrem.Aeneas ex incendio Troiano:& ſacra deæ ueſtæ:& patrem Anchiſen abſtuliſſe:Aſcaniumq; abduxiſſe carmine quoq; Virgiliano ẽ notum. Et ſacra altera.Neq; enim minus pium ẽ parentibus q̃ ſacris auxilium ferre. Cythereius heros.Aeneas Veneris:quæ & Cytherea dicitur: filius. Prædam illam.ſacra & patrem. Fertur ab Antãdro:Antandrus urbs eſt ſub Ida:ab Antãdro duce cognominata.Ariſtoteles autem ſcribit illam prius Edonida fuiſſe uocatam: quo tẽpore a Cimmeriis inhabitabatur. Liquit.Quãuis ibi iam urbem Aenum ædificaſſet ut Virgilius narrat. Apollineam urbem: Delũ.Apollinis oraculo inſignem. Hunc Anius.hunc:Deliregem fuiſſe Apolliniſq; ſacerdotem etiam Virgilius ſcribit.Rex Anius.rex idem hominum phœbiq; ſacerdos. Quo rege homines.Vtebantur eſt ſubaudiendum. Delubraq; nota.clara propter oraculum. Duas ſtirpes: Apollinẽ &: Dianam

Retentas: alludit ad fabulam. Nam Iuno ita Latonã dicitur perſecuta:ut nuſq̃ quieſcere poſſet.Cum uero Delum conſcendiſſet: Apollinem pepit atq; Dianam. Thure dato flammis: hoc eſt ſacrificiis perfectis. Fibris crematis:extis cõbuſtis.Morem autem piorum hominum exprimit poeta:qui ante omnia deos ſolent uenerari: ut Virgilius quoq; præcipit. In primis uenerare deos. Poſitis tapetibus:ſtratis tapetibus. Illos autem cœnaſſe ait. Tũc pius Anchiſes:inquit uerbum ſimileue eſſe ſubaudiendum facile conſtat. Cum primum:quãdo primum. Munera cerealia:cibos. Biſq; duas natas.Anius quatuor hũit filias.quibus Bacchus cõceſſit ut quicquid tangerent: in frumentum uel uinum uel oleum commutaretur. Eas cum Agamemnon inducere uellet in expeditionem Troianam: ut exercitium alerent: Bacchi auxilio in columbas fuiſſe conuerſas fabulantur. Vidiſti parentem. Me ſubaudiamus. Pene orbum. Fere carentẽ filiis. Tanta inconſtantia. inſtabilitas fortunæ. Eſt autem acclamãtio ſenis grauitati maxime conueniens. Quod enim mihi filius abſens auxilium: Nulli inquit ſibi eſſe auxilio filium abſentem:q̃uis ſit uiuus. Andros habet. andros inſula eſt una ex Cycladibus:ab Andro Anii filio:ut ſcribit Ouidius: ut alii: Eurymachi

Parentalia

Antandrus

Aeneæ in Italiã nauigatio

Anii filiæ in columbas

Tacta ab Anii filiabus i frumentum oleum: uinũ

Tunc duo diuerſa populi de parte feroces:
Bella gerunt:roſtriſq; & adũcis unguibus iras
Exercent:alaſq; aduerſaq; pectora laſſant:
Inferiæq; cadunt cineri cognata ſepulto
Corpora:ſeq; uiro forti meminere creatas.
Præpetibus ſubitis nomen facit auctor: ab illo
Memnonides dictæ:cum ſol duodena peregit
Signa:parentali morituræ more rebellant.
Ergo aliis latraſſe Dymantida flebile uiſum ẽ.
Luctibus eſt aurora ſuis intenta:piaſq;
Nũc quoq; dat lachrymas:& toto rorat ĩ orbe.
Non tamen euerſam Troiæ cũ mœnibus eſſe
Spẽ quoq; fata ſinũt:ſacra & ſacra altera patrẽ
Fert humeris uenerabile onus cithereius heroſ
De tantis opibus prædam prius eligit illam.
Aſcaniũq; ſuum:ꝓfugaq; per æquora claſſe
Fertur ab Antãdro:ſcelerataq; littora Thracũ
Et Polydoreo manantem ſanguine terram
Liquit:& utilibus uentis:æſtuq; ſecundo
Intrat Apollineam ſociis comitantibus urbem.
Hũc Anius:quo rege hoĩes:antiſtite Phœbus
Rite colebatur:temploq; domoq; recepit.
Vrbemq; oſtendit:delubraq; nota:duaſq;
Latona quondam ſtirpes pariente retentas.
Thure dato flãmis uinoq; in thura profuſo
Cæſarumq; boum fibris de more crematis
Regia tecta petunt:poſitiſq; tapetibus altis
Munera cum liquido capiunt cerealia Baccho.
Tunc pius Anchiſes:o Phœbi lecte ſacerdos
Fallor:an & natum:cũ primũ hæc mœnia uidi.
Biſq; duas natas(quãtũ reminiſcor)habebas?
Huic Anius niueis circũdata tempora uittis
Concutiens & triſtis ait:non falleris heros
Maxime:uidiſti natorum quinq; parentem:
Quẽ nũc(tãta hoĩes rerũ incõſtãtia uerſat)
Pene uides orbum:quod eni mihi filius abſens
Auxilium? quem dicta ſuo de nomine tellus
Andros hẽt:ꝑ patre locũq; & regna tenentẽ?

Andros un̄



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

denominata. Augurium.auguriorum ac uaticinandi peritiam. Voto maiora fideq; .hoc eſt maiora q̃ quis expetere aut credere debeat. Laticemq; meri:uinum. Baccamq; Mineruæ.oliuam.pallas enim oliuam extulit in lucem. Diues uſus.Opulenta utilitas. Troiæ populator Atrides.Agamemnon Troiæ depredator. Ne non putes.ut putes. Eubœa duabus: Eubœa insula eſt Bœotiæ adiacẽs.admodum longa .Vnde & Macris fuit quondam appellata & Macra. ideſt longa:ut tradit Plynius:ſed & Chalchodotis:& Chalcis:ære ibi primum reperto : & Abantias:& Aſopis. Pietas:andri fratris in ſorores.

Eubœa

Conſortia corpora ſorores. Per quos: quoq; uirtute. Captiuis lacertis captiuarum brachiis Miro more.mirãdo modo. Perdere deſtruere:delere Ferre uocatur opem:ac ſi diceret Anius:perdere miro modo non eſſe opem ferre. Tuæ coniugis.Veneris. Nam Veneri columbæ ſunt dicatæ. Abiere.cõuerſæ fuere. Talibus atq; aliis. Hæc iccirco a poeta narrantur:ut aptius ſequentem metamorphoſin cum ſuperiore cõnectat.Nam Thebani cum peſtilentia laborarẽt: oraculum acceperunt eam eſſe ceſſaturam ſi ſe duæ uirgines pro populo deuouerent .Duæ aũt Echionis filiæ cum ſe imolandas tradidiſſent.iãq; cremarentur:duo iuuenes:qui Stephani hoc ẽ coronæ ſunt uocati de rogi fauilla uiſi ſunt exire exequiaſq; matrum celebrare. Antiquam matrem.Italiam :unde Dardanus in Phrygiam fuerat profectus. Sic & Vir.Dardãidæ duri quæ uos a ſtirpe parentum.Prima tulit tellus : eadem uos ubere læto.Accipiet reduces:antiquam exquirite matrem.Hic domus Aeneæ cunctis dominabit̃ annis:&nati natorum & qui naſcentur ab illis.

Nepoti.Aſcanio: Iſmenius:thebanus.ab:Iſmeno Bœotiæ fluuio. Alcon:Myleus. nõ Mylei filius:ſed a patria ſic cognominatus.Mylæ nãq; nomen eſt duarum urbium : quarum altera eſt in Sicilia altera in Theſſalia. Duo autem fuerunt Alcones clari.Hic argentarius faber : & alter Cretenſis arte ſagitandi inſignis. Longo argumẽto.prolixa materia. Vrbs erat. in illo cratere cœlata . Thebæ autem Bœotiæ fuerant ſculptæ. Hæ pro nomine erant . nam ſeptem portæ ſignificant eas eſſe Thebas Bœotias . Thebæ enim bœotiæ ſeptem portas habuiſſe dicuntur. Effuſæq; comas:Diffuſas & ſparſas comas & pectora aperta habentes.eſt enim. Synegdoche poetica.Lãbunt arentia ſaxa : Herbæ nanq; oẽs aruerant . Natas ab Echione.Filias Echio

Mylæ

Alcones duo

Auo iuuenes e rogi fauilla

Delius auguriũ dedit huic:dedit altera Liber
Fœmineæ ſtirpi:uoto maiora fideq;
Munera:nam tactu natarum cuncta mearum
In ſegetem laticemq; meri.baccamq; Mineruæ
Transformabãtur:diueſq; erat uſus in illis.
Hoc ubi cognouit Troiæ populator Atrides.
Ne non ex aliqua ueſtram ſenſiſſe procellam
Nos quoq; parte putes:armorum uiribus uſus
Abſtrahit inuitas gremio genitoris:alantq;
Imperat Argolicam cœleſti munere gentem.
Effugiunt quo quæq; poteſt : Eubœa duabus
Et totidem natis Andros fraterna petita eſt.
Miles adeſt:& ni dedantur:bella minatur.
Victa metu pietas conſortia corpora pœnæ
Reddidit:& timido poſſes ignoſcere fratri.
Non hic Aeneas : nõ qui defenderet Andron
Hector erat:ꝑ quos decimum duraſtis in annũ
Iamq; parabantur captiuis uincla lacertis.
Illæ tollentes etiam nunc libera cœlo
Brachia:Bacche pater fer opẽ dixere:tulitq;
Muneris auctor opem:ſi miro perdere more
Ferre uocatur opem:nec qua ratione figuram
Perdiderint potui ſcire:aut nũc dicere poſſum.
Sũma mali nota eſt:pẽnas ſumpſere tuæq;
Coniugis in uolucres niueas abiere columbas.
Talibus atq; aliis poſtq̃ conuiuia dictis
Implerunt:menſa ſomnum petiere remota.
Cũq; die ſurgũt:adeuntq; oracula Phœbi.
Q ui petere antiquã matrẽ cognataq; iuſſit
Littora:proſequitur rex:& dat munus ituris.
Anchiſæ ſceptrũ:chlamidẽ pharetrãq; nepoti :
Craterem Aeneæ:quẽ quondam miſerat illi
Hoſpes ab Aonis Therſes Iſmenius oris.
Miſerat hũc illi Therſes:fabricauerat Alcon
Mileus:& longo cœlauerat argumento.
Vrbs erat:& ſeptem poſſes oſtendere portas.
Hæ pro noie erant:& quæ foret illa : docebant
Ante urbem exequiæ:tumuliq;:ignesq;: rogiq;:
Effuſæq; comas:& aperte pectora matres.
Significant luctũ:nymphæ quoq; flere uident̃
Siccatoſq; quæri fontes:ſine frondibus arbor
Nuda riget:lambunt arentia ſaxa capellæ.
Ecce facit mediis natas ab Echione thebis.



nis Thebani. Non fœmineum.timidum:ſed uirile & audax. Coronas.latine dixit.nã apud græcos Stephãi uocantur. Summus:in ſummitate. Hactenus antiquo:Signa inquit hactenus enumerata in antiquo aere ſculpta erant.Sed crateris ſummitas inaurato Achanto cingebat̃. Signis.ſimulacris. Erat aſper.cœlatus:Nã uaſa cœlata aſpera ſunt. Inaurato.acantho.Acanthus frutex eſt ſpinoſus ſemper florens.Virgilius in Georgicis:& baccas ſemp florentis Acanthi. Leuiora.minora. Remittunt:Retribuunt. Inde recordati Teucros Apollinis oraculum non percipiẽtes Troiani in Arætam nauigarũt:Primam enim originem ſe putabant duce

Acanthus

Hanc nõ fœmineũ iugulo dare pectus aperto
Illam demiſſo per fortia pectora telo
Pro populo cecidiſſe ſuo :pulchriſq; per urbẽ
Funeribus ferri:celebriq; in parte cremari.
Tum de uirginea geminos exire fauilla.
Ne genus intereat:iuuenes quos fama corõas
Nominat:& cineri materno ducere pompam .
Hactenus antiquo ſignis fulgentibus ære.
Summus inaurato crater erat aſper acantho.
Nec leuiora datis Troiani dona remittunt:
Dantq; ſacerdoti cuſtodem thuris acerram:
Dant paterã:claramq; auro gẽmiſq; coronam .
Inde recordati:Teucros a ſanguine Teucri
Ducere principium.Cretam tenuere :lociq;
Ferre diu nequiere Iouem:centumq; relictis
Vrbibus Auſonios optant contingere portus.
Sæuit hyems:iactatq; uiros Strophadũq; recẽptos
Portibus inſidis exterruit ales Aello .
Et iã Dulichios portus Itacamq; Samumq;
Neritiaſq; domos:regnum fallacis Vlyſſei:
Prætereunt uecti certatam lite deorum
Ambraciã:uerſiq; uident ſub imagine ſaxum
Iudicis:Actiaco quæ nunc ab Apolline nota ẽ
Vocalemq; ſua terram Dodonida quercu
Chaonioſq; ſinus:ubi nati rege Moloſſo
Impia ſubiectis fugiere incendia pennis.
Proxima Phæacum fœlicibus obſita pomis

re a Teucro Scamãdri Cretẽſis filio qui in Phrygiam profectus arcem Troianam ædificauit. Sed ante eum Dardanus ea loca iam cœperat hitare: Iouem.aerem.nam ut ſcribit Virg.peſtilentia laborare cœperunt. Centumq; relictis urbibus.Creta inſula Hecatonpolis ab numero uocatur:quod centum urbibus fuerit ornata:

Auſonios:italos.Auſonia nanq; Italia ab auſonibus populis fuit cognominata. Strophadũq; receptos. Strophades iſulæ ſunt in mari Ionio duæ iuxta zancynthum απο Τησ ςροφησ hoc eſt a cõuerſione Zetæ & Calais dictæ.nam illuc uſq; Harpyias perſecuti retro rediere. Aello nomen eſt unius Harphyiarum . que tres eſſe finguntur Neptuni & terræ filiæ Aello Ocypite & Celeno. Et iam Dulichios portus . Dulichiũ ithaca Samus inſulæ ſunt in Ionio mari: quibus imperauit Vlyſſes . Samus quidem inſula eſt in mari ionio tetrapolis:hoc eſt quatuor urbium: e qbus una Same uocatur.unde Virg.iam medio apparet curſu nemoroſa zacynthos Dulichiumq; Sameq; & Neritos ardua ſaxis. Tãetſi ut Stra. narrat:urbs quoq; interdum Samos uocetur. eſt etiam Samos inſula Cariæ adiacens clariſſima : que prius & Parchenia:& Dryuſa:& Anthemuſa & Melãphylos fuit appellata.ſciendum eſt autẽ Samos a priſcis Græcis editiora & altiora loca arcibus ſtruendis apta cõſueſſe uocari:ut idẽ Stra. inquit. Neritiaſq; domos.Neritus & mons eſt in Ithaca:inſula & urbs : ut Strabo refert : que & Leucas appellatur.Vnde Neritius poſſeſſiuum .

Strophades

Harpiæ tres

Samus

Neritus

Certatam lite deorum Ambraciam.Ambracia urbſ ẽ Epyri ab Ambrace Teſproti filio dicta:uel ut alii dicunt.ab ambracia Aegei filia :quam auguſtus apud Actium promõtorium uicto Antonio amplificauit una cum tẽplo Apollinis Actiaci:eamq; Nicopolim appellauit:hoc eſt uictoriæ urbẽ. ab Ambracia uero ſinus dicit̃ Ambracius anguſtis admodum faucibus ſpatioſum æquor accipiens. Certatam.participium contra grammatices rationem formatum :de qua dii certarunt.Qui uero fuerint dii illi ac iudex qui in ſaxũ fuit mutatus nõ memini me legiſſe. Ab Apolline.ob apollinis Actiaci templum.Illuc enim ad quinquennales ludos multi populi confluebant Actiaco q apud actium colebatur. actium ſane : & urbis & templi:& promontorii nomen eſt.Vnde actiacum declinatur. Terram:dodonida.Dodone urbs ẽ Epyri.Vnde Iupiter dodoneus.Dicta eſt autem a dodone nympha:uel a Dodono Iouis & Europæ filio. Sua quercu . Nam in nemore querno Dodone uicino columbas dediſſe reſponſa ex ſententia Dodoneorum antiſtitũ Herodotus ſcribit:q aſſeruere geminas ex Aegypto colũbas euolauiſſe.utrãq; nigrã unã qdẽ in Aphricã: alterã uero ad ipſos.q̃ fago iſidẽs hũana uoce locuta ſit:eo loci Iouis oraculũ cõdi debere. & ſe iterp̃tatos eẽ : qđ ipſis annũciaret̃ diuinitus fieri:& ob id ſe ita feciſſe:Dodoneũ aũt oraculũ oĩum Greciæ oraculoꝝ fuit uetuſtiſſimũ. Chaõioſq; ſinus.chaões populi ſũt Epyri.Vñ & Chaõia:ut ſcri.Ply.fuit dicta.Quãuis Virgi.aſſerat a chaone Troião fuiſſe cognominatã. Vbi nati rege Moloſſo hæc fabula mihi ẽ ignota.Significat aũt poeta Moloſſi filios in aues fuiſſe cõuerſos. Proxia Phæacũ.Aeneæ nauigationẽ deſcribit poeta quo in Siciliã tãdẽ pueniat. ubi Acis iuuẽis in fluuiũ ſui nois fuit cõuerſus. Phæacũ.Phæaces populi Corcyræ iſulæ dci a Phæace filio Neptũi & Aercyræ Aſopi filiæ: a qua ẽt iſula Cercyra fuit cognominata.Nam ãtea Drepane & Scheria uocabatur.

Ambracia Iudex ſaxum

Filii Moloſſi in aues

Dodone uñ.

Phœaces uñ Cercyræ inſulæ diuerſa nomina

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Epirus

Epiros ab his:poſt hæc.nam in Italiam nauigantibus a Corcyra occurrit Epirus regio:in qua eſt Buthrotus olim Romanorum colonia.Nam Epiros & proprium eſt regionis & generale nomen : ſignificat continentem

Buthrotos

Terra.enim in tres Epiros & continentes dicitur diuiſa:Aſiam Europam Africam.Buthrotos autē ē urbs haud longe a Corcyra diſtans:a primo hitatore ſic dicta. Phrygio uati:Heleno Priami filio. Sicaniam.Siciliā.quæ tria habet promontoria Pachynum Lilybæum:& Pelorum. Tribus linguis:tribus promontoriis quoq; Pachynus Græciam Lilybeus Aphricam Pelorus italiam ſpectat. E quibus Pachynus uerſa eſt. Figurata eſt locutio.uerſa enim ad linguam refertur : non ad pachynum. Ad auſtroſ.ad meridiem : Vnde flat auſter. Mollibus zephyris .Molliter ac ſuauit flantibus.

Lilybæum

Lilybæum autem : & urbs eſt ſiciliæ & promontorium in occidentem uerſus:unde flat zephyrus Spectās Ad arctos.ad ſeptentrionem.

Pelorus uń

Pelorus autem dictus eſt a Peloro claſſis Hannibalis gubernatore ibi ſepulto.

Zancle unde

Zanclæa harēa. zancle urbs eſt Siciliæ a zanclo gigante:uel a zācle fonte dicta:ut ſcribit Hecatæus.alii aūt quod ibi Saturnus occultauit falcem:qua patris teſticulos amputauit.nam Siculi falcem zanclon uocāt Vt Stephanus de claris urbibus tradit.Strabo autem ſcribit eandem eſſe cum Meſſena:a Meſſeniis conditoribus ſic uocata:zāclem uero antea uocatam:quod in curuo littore ſita foret . zāclia nanq; uocantur curua . Scylla latus dextrum . Duæ fuerūt Scyllæ a poetis decantatæ:quarū altera Niſi filia in auem fuit cōmutata:altera Phorci filia in monſtrum:quod in freto Siculo nauigantibus inſidiatur:cuius fabulam in principio libri ſequentis plene poeta exponit. Carybdis uero uetula fuit uoraciſſima:que cum Herculi bouem furata eſſet:ab illo in fretū proiecta in monſtrum marinum fuit conuerſa:quod adhuc priſtinam retinet rapiendi naturam.nam illac tranſeūtes naues ad ſeſe rapit:deuoratq; ac reuomit. Vnde Seneca in Thyeſte.Quod rapax hauſit reuomit charybdis.

Galatea

Quā dum pectēdos .Galatea Nerei & Doridis fuit filia:que amore Acidis capta:Polyphemum Cyclopem ſe amantem fugiebat.Sed cum Cyclops eam in gremio Acidis reſidentem depræhendiſſet:ira correptus ingentem ſaxum in illos cōiecit:quo Acis obtritus(Nā Galatea aufugerat)in fluuium ſui nominis fuit conuerſus.

Acis in fluuium

Et lachrymæ uocem.impedicre loquentis.Eleganter poeta mollis nymphæ mores effingit. Marmoreo pollice.candidis digitis.

Virgo ſcylla . Deam:galateam . Nereis . galatea Nerei filia. His reſecuta.his uerbis reſpondit. Cratheide natā.ſcyllam phorci & Cratheidis nymphæ filiam .

Crathis

Crathis autem fluuius eſt Calabryæ:cuius filia mater Scyllæ fuiſſe uidetur . Nympha:Simetide : Simeti fluui filia .

Et octonis:ſexdecim annos natum Acim fuiſſe ſignificat . Dubia lanugine . Adeo tenui ut uix uideretur: in dubioq; eſſet : utrum pubeſcere cœpiſſet Acis. Nullo cū fine.Sine fine.id eſt uehementer . Nec ſi queſieris . Vtrum maiori odio Cyclopem : an amore:Acidem proſequeretur ignorat. Nec edam : nec edere & dicere poſſim . Præſtantior. maior uehementior .

Rura petunt:Epiros ab his:regnataq; uati
Buthrotos Phrygio ſimulataq; Troia tenetur .
Inde futurorum certi:quæ cuncta fideli
Priamides Helenus monitu ꝓdixerat:intrant
Sicaniā:tribus hæc excurrit in æquora linguis
E qbus ibriferos uerſa ē Pachynus ad auſtros
Mollibꝯ expoſitū zephyris lilybæō:ad auſtros
Aequoris expertes ſpectat boreaq; Pelorus.
Hanc ſubeunt Teucri:remis æſtuq; ſecundo
Sub noctem potitur Zanclæa claſſis harena .
Scylla latus dextrū:leuū irriquieta charybdis
Infeſtant:uorat hæc raptas remouitq; carinas .
Illa feris atram canibus ſuccingitur aluum
Virginis ora gerens:& ſi non omnia uates
Ficta reliquerunt:aliquo quoq; tempore uirgo.
Hanc multi petiere proci : quibus illa repulſis
Ad pelagi nymphas pelagi gratiſſima nīphis
Ibat:& eluſos iuuenum narrabat amores.
Q uā dū pectendos præbet Galatea capillos :
Talibus alloquitur ferens ſuſpiria dictis .
Te tamen o uirgo genus haud immite uirorū
Expetit:utq; facis:poteſ his impune negare.
At mihi:cui pater ē Nereus:quā cærula Doris
Enixa eſt:quæ ſum turba quoq; tuta ſororum .
Non niſi per luctus licuit Cyclopis amorem
Effugere:& lachrymæ uocē ipedire loquētis .
Q uas ubi marmoreo deterſit pollice uirgo .
Et ſolata deam eſt:refer o gratiſſima dixit .
Ne ue tui cauſam tege(ſum tibi fida)doloris .
Nereis his contra reſecuta Cratheide natam ē .
Acis erat fauno nymphaq; Simetide cretus .
Magna quidem patriſq; ſui:matriſq; uoluptas.
Noſtra tamen maior:nam me ſibi iunxerat uni
Pulcher:& octonis iterum natalibus actis
Signarat teneras dubia lanugine malas.
Hunc ego:me Cyclops nullo cū fine petebat
Nec ſi quæſieris:odium Cyclopis:amorne
Acidis in nobis fuerit præſtantior:edam.



Par utruq; fuit:proh quanta potentia regni
Eſt Venus alma tui: nēpe ille immitis : & ipſis
Horrendus ſyluis:& uiſus ab hoſpite nullo
Impune:& magni cum diis cōtemptor olympi
Q uid ſit amor ſentit:noſtriq; cupidine captus
Vritur oblitus pecorum antrorumq; ſuorum .
Iamq; tibi formæ:iamq; eſt tibi cura placendi .
Iam rigidos pectis raſtris Polypheme capillos.
Iam libet hirſutam tibi falce recidere barbam.
Et ſpectare feros in aqua:& cōponere uultus
Cædis amor:feritaſq;:ſitiſq;:immenſa cruoris
Ceſſant:& tutæ ueniunt abeuntq; carinæ.
Telemus interea Siculum delatus in æquor
Telemus Eurymides:quē nulla fefellerat ales:
Terribilē Polyphemon adit:lumenq; : qđ unū
Fronte geris media:rapiet tibi dixit Vlyſſes.
Riſit:& o uatum ſtolidiſſime:falleris : inquit :
Altera iam rapuit:ſic fruſtra uera monentem
Spernit:& aut gradiens ingenti littora paſſu
Degrauat:aut feſſus ſub opaca reuertitᷣ antra .
Prominet in pontū cuneatus acumine longo
Collis:utrūq; latus circūfluit æquoris unda .
Huc ferus aſcēdit Cyclops:mediuſq; reſedit
Lanigeræ pecudes nullo ducente ſecutæ.
Cui poſtq̄ pinus:baculi quæ præbuit uſum :
Ante pedes poſita eſt antemnis apta ferendis .
Sumptaq; arūdinibus cōpacta ē fiſtula centū
Senſerunt toti paſtoria ſybilla montes.
Senſerunt undæ:latitans ego rupe meiq;
Acidis in gremio reſidens ꝓcul auribus hauſi
Talia dicta meis:auditaq; uerba notaui.
Candidior folio niuei Galatea liguſtri:
Floridior prato:longa procerior alno.
Splendidior uitro:tenero laſciuior hædo.
Leuior aſſiduo detritis æquore conchis.
Solibus hybernis:æſtiua gratior umbra.
Nobilior pomis:platano conſpectior alta.
Lucidior glacie:matura dulcior uua.
Mollior & cygni plumis:& lacte coacto .
Et ſi non fugias:riguo formoſior horto.
Sæuior indomitis eadem Galatea iuuencis.
Durior annoſa quærcu:fallacior undis.
Lentior & ſalicis uirgis & uitibus albis.

Par utrumq; fuit . Aequale utrumque fuit & odium quò Cyclopem & amor quo Acidem ꝓſequebatur Scylla. Impune.Sine pœna.Omnes eni ad ſe ueniētes īterficiebat Polyphemus.

Raſtris.Pulchra emphaſis.q̄ capilloꝝ Polyphemi & magnitudo:& denſitas inuitᷣ: ut q nō pectinibus ſed raſtris pecterentᷣ. Et cōponere uultus. gratos efficere uultus & iocūdos:ut amicæ poſſit placere. Telephus interea. Telephus quidem legitur Sed Telemus legendū eſſe facile ex Theocrito colligitur.Nam Telemus Eurymi filius inter Cyclopas uates fuit egregius:qui Poliphemo prædixit omnia quæcunq; ab Vliſſe paſſus eſt.

Quem nulla fefellerat ales. Auguriorum peritiſſimum Telemum fuiſſe oſtēdit. Altera iam rapuit:galatea.ad id autē alludit:quod cæci finguntur eſſe amantes. Sic.huiuſmodi dictis.

Degrauat.Deprimit. Prominet in pontum. topogaraphia.deſcribit enim promontoriū poeta:in quod ſe Polyphemus recepit. Prominet: procurrit. Cuneatus collis.In cunei ſimilitudinem factus. Vtrunq; latus.Et dextrum & ſiniſtrum. Huc.illuc in illum collem. Mediuſq; reſedit.in medio.Quod eni loci eſt:ad hominem eſt relatum. Lanigeræ pecudes.pecora & oues Cui poſtq̄ pinus.per emphaſin quātus fuerit polyphemus poeta oſtendit pinum pro baculo ei geſtandam attribuens:ex qua malus nauis commode fieri potuiſſet. Paſtoria ſibila: paſtorales cantus. Hauſi:audiui. Notaui.memoriæ cōmendaui: Candidior folio .cantilena Cyclopis laudes Galateæ continens tam aperte deſcribitur a poeta:ut nihil expoſitiōe indigere uideatᷣ Sūpta autem ex Theotrico eſſe uidetur. Niuei liguſtri. Cādidi floris.Eſt autem Liguſtrum uiolæ genus cādidiſſimæ . Procerior. Longior atq; rectior. Alno:alnus arbor eſt in ripis fluminum in magnam altitudinem creſcens . Leuior.leuigatior. Terſior.politior. Seuior indomitis.hactenus Galateæ uirtutes fuerunt enumeratæ:Nunc uitia referuntur. Seuior . ferocior .

Annoſa quærcu.uetere:multorum annorum.

Fallacior undis.mari:quod in tēporis momēta mutatur . Lentior.flexibilior. Mutabilior .

Polyphemi cantilena

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Tribulus

Aſperior tribulis. Tribulus herba eſt ſpinoſa ſegetibus inimica. Truculētior. terribilior. Fœta urſa. Vrſa quæ peperit. Calcato hydro. Preſſo ſerpente: Qui maxime calcatus ſæuire ſolet. Demere. eripere. Fugacior. uelocior ad fugiēdum. At bene ſi noris. Me ſubaudiamus Enumerat autem Polyphemus omnia: quæcūq; ſibi adſunt bona: quo Galateam in ſuum pelliciat amorem. Labores. Studeas ac niteris. Pendentia antra. Suſpenſæ & altæ ſpeluncæ. Sunt poma grauantia ramos. Deprimētia. Pomorum autem magnitudinem ſignificat Polyphemus quæ tanta ſunt ut ramos degrauent. Auro ſimiles: albæ bene maturæ. Tunc enim ſunt aurei coloris. Mollia fragra. Suauia. Leges. colliges. Autumnalia. autumni tempore matureſcentia. Corna autem ſunt baccæ rubicundæ in medio nucleum duriſſimum habentes. Vnde Virgilius lapidoſaq; corna. Verum etiam generoſa. Aurei ac crocei coloris: nouiſq; ceris ſimillima. Arbutei fœtus. Arbuti fructus. Eſt autem Arbutus humilis arbor poma ferens rubicūda.

Hoc pecus omne meum. Hæ omnes meæ ſūt oues. Circumeat. circundet. Diſtentū uber Plena ubera. Significat autem ingreſſum ouiū magnitudine uberum impediri. Aliis in ouilibus hædi. In aliis ſtabulis que a capris caprilia: ut ab ouibus ouilia uocantur. Durant. Condēſant in caſeum. Deliciæ faciles. Quæ facile haberi poſſunt. Vulgata munera. uulgaria dona quales ſunt damæ: lepores: capræ: Columbæ.

Demptuſq; cacumine nidus: De arboris ſummitate acceptus. Inueni geminos. Hæc ſunt illa munera quæ nō eē uulgaria Polyphemus ait.

Dominæ. Amicæ. Amatores nanq; amicas appellare dominas ſolent: Tibullus. Quam iuuat immitis uentos audire cubantem: Et dominam tenero continuiſſe ſinu. Exere. emitte.

Certe ego me noui. Se quoq; formoſum eē colligit Polyphemus. Quantus. Quam magnus.

His immobilior ſcopulis: uiolentior amne.
Laudato Pauone ſuperior: acrior igni.
Aſperior tribulis: fœta truculentior urſa:
Surdior æquoribus: calcato immitior hydro.
Et quod præcipue (ſi poſſem) demere uellem
Non tantum ceruo claris latratibus acto.
Verum etiam uentis uolucriq; fugatior aura.
At bene ſi noris: pigeat fugiſſe: moraſq;
Ipſa tuas damnes: & me retinere labores.
Sunt mihi pars montis: uiuo pendentia ſaxo
Antra: quibus nec ſol medio ſentitur in æſtu.
Nec ſentit' hyems: ſunt poma grauātia ramos
Sunt auro ſimiles longis in uitibus uuæ.
Sunt & purpureæ: tibi & has ſeruamus & illas
Ipſa tuis manibus ſilueſtri nata ſub umbra
Mollia fraga leges: ipſa autumnalia corna:
Prunaq; non ſolum nigro liuentia ſucco.
Verū etiam generoſa: nouaſq; imitantia ceras.
Nec tibi caſtaneæ me coniuge: nec tibi deerūt
Arbutei fœtus: omnis tibi ſeruiet arbor.
Hoc pecus oē meū ē: multæ quoq; uallib9 errāt
Multas ſylua tegit: multæ ſtabulantur in antris
Nec ſi forte roges: poſſem tibi dicere: quod ſūt
Pauperis eſt numerare pecus: de laudibus harꝝ
Nil mihi credideris. præſens potes ipſa uidere.
Vt uix circumeat diſtentum cruribus uber.
Sunt fœtura minor tepidis in ouilibus agni.
Sunt quoq; par ætas aliis in ouilibus hædi.
Lac mihi ſemp adeſt niueū: pars inde bibenda.
Seruatur: partem liquefacta coagula durant.
Nec tibi delitiæ faciles uulgataq; tantum
Munera contingent: damæ: leporeſq;: capræq;:
Parq; columbaꝝ: demptuſue cacumine nidus.
Inueni geminos: qui tecum ludere poſſint
Inter ſe ſimiles: uix ut dignoſcere poſſis.
Villoſæ catulos in ſummis montibus urſæ.
Inueni: & dixi: dominæ ſeruabimus iſtos.
Iā modo cæruleo nitidum caput exere ponto.
Iam Galatea ueni: nec munera deſpice noſtra.
Certe ego me noui: liquidæq; in imagine uidi
Nuper aquæ: placuitq; mihi mea forma uidēti.
Aſpice ſim quantus: nō eſt hoc corpore maior
Iuppiter in cælo: nam uos narrare ſoletis



Neſcio quē regnare Iouē: coma pluria toruos
Prominet ī uultus: hūeroſq; ut lucus obūbrat:
Nec mea ꝙ duris horrent denſiſſima ſetis
Corpora: turpe puta: turpis ſine frōdib9 arbor
Turpis equus: niſi colla iubæ flauentia uelent
Pluma tegit uolucres: ouibus ſua lana decori ē
Barba uiros hirtæq; decent in corpore ſetæ.
Vnū eſt in media lumen mihi frōte: ſed inſtar
Ingētis Clypei. quid? non hæc omnia magno
Sol uidet e cælo? ſolis tamen unicus orbis.
Adde ꝙ ī ueſtro genitor meus æquore regnat.
Hūc tibi do ſoceꝝ: tantum miſerere: præceſq;
Supplicis exaudi: tibi enim ſuccumbimus uni.
Quiq; iouē & cælū ſpno & penetrabile fulmē
Nerei te uereor: tua fulmine ſæuior ira eſt.
Atq; ego contemptus eſſem patientior huius.
Si fugeres omnes: ſed cur cyclope repulſo
Acin amas? præferſq; meis amplexibus Acin?
Ille tamen placeatq; ſibi: placeatq; licebit.
Quod nollē Galatea tibi: modo copia detur.
Sentiet eſſe mihi tanto pro corpore uires.
Viſcera uiua trahā: diuulſaq; mēbra ꝑ agros
Perq; tuas ſpargam ſi ſe tibi miſceat: undas.
Vror enim: læſuſq; exæſtuat acrior ignis.
Cūq; ſuis uideor trāſlatam uiribus Aetnam
Pectore ferre meo: nec tu Galatea moueris.
Talia nequicq̄ quæſtus (nam cūcta uidebā)
Surgit: & ut taurus uacca furibundus adēpta
Stare nequit: ſiluaq; & notis ſaltibus errat
Cum ferus ignaros nec quicq̄ tale timentes
Me uidet atq; Acin: uideoq;: exclamat: & iſta
Vltima ſit faciam Veneris concordia ueſtræ.
Tantaq; uox: quantā Cyclops iratus habere
Debuit: illa fuit: clamore perhorruit Aetna.
Aſt ego uicino paueſacta ſub æquore mergor.
Terga fugæ dederat cōuerſa Simæthius heros
Et fer opē Galatea præcor: mihi ferte parentes
Dixerat: & ueſtris peritur ū admittite regnis.
Inſequit' Cyclops: parteq; e monte reuulſam
Mittit: & extremus quāuis peruenit ad illum
Angulus e ſaxo: totum tamen obruit Acin.
At nos quod fieri ſolum per fata licebat.
Fecimus: ut uires aſſumeret Acis auitas

Neſcio quem regnare. Iouem. Cum quodam contemptu hoc ait Polyphemus: Vt qui ab omni religione eſſet alienus. Nec mea quod duris horrent denſiſſima ſetis. Hypallage eſt. Nam dura corpora denſiſſimis ſetis intelliguntur horrere. Colligit autē multis ſimilibus Polyphemus pilos & ſetas potius ſibi decori q̄ dedecori eſſe.

Velent. Tegant. Hirtæ ſetæ. erectæ. Vnū eſt media lumen mihi fronte. Hipophoræ & obiectoni que fieri poſſet occurrit Polyphemus: fateturq; ſe unum quidem. dumtaxat. oculū habere: ſed ita magnū: ut par duobus eſſe poſſit.

Sed inſtar. Ad magnitudinem & ſimilitudinē magni ſcuti. Quid: nō hæc omnia magno. Exemplo Solis Polyphemus oſtēdit unicum oculū ſibi ornamento eſſe: cū Sol qui omnia uidet: uno ſit oculo contentus. Meus genitor. Neptunus.

In ueſtro æquore. ubi uos uiuitis o Nereides.

Tibi enim ſuccumbimus uni. Subiicimus nos tibi ſoli. Sperne. contemne. Nerei. Galatea Nerei filia. Eſt enim uocandi caſus. Huius cōtēptus. Quo me ſpernis. Patientior. toler[illegible]ior.

Placeatq; ſibi. Pulcher ſibi uideatur: Suaq; forma ſuperbus ſit. Modo copia detur. Modo ipſum comprehendere poſſim. Hæc autem cum maxima indignatione a Polyphemo iactata fuere. Sentiet eſſe mihi. hoc eſt. cognoſcet me pro menſura tam magni corporis uires habere.

Trahā. Extraham. Diuulſa. Diſcerpta. Si ſe tibi miſceat: Si tecum coeat atq; concumbat.

Vror. Crucior. Læſus ignis. Offenſus amor.

Exæſtuat. Feruet. Inflammatur. Acrior Acrius & uehementius. Nomen enim pro aduerbio ponitur. Cum ſuis uiribus. cum ſuis ignibus.

Vires enim Aetnæ incendia ſunt aſſidua.

Moueris. commoueris ad miſericordiam ut mihi morem geras. Ferus. terribilis. Ignaros neſcios nos uideri: eoq; ſecuros. Veneris ueſtræ uoluptatis. Veſtris regnis. In ueſtra aquarum regna. Quamuis extremus angulus: Quamuis ultima pars anguli. Hinc uero colligitur q̄ magnum fuerit illud ſaxum: quod in Acin Polyphemus iecit. Obruit. Texit: Cooperuit.

Per fata. Permittentibus fatis. Vires. auitas. uires Simethi fluuii ut in fluuium cōuerteretur.

Tum moles tacta dehiſcit:tum rupes ꝑcuſſa aperitur. Properataq; ſurgit arundo.properata quidem legitur:ſed procera:hoc eſt:recta & longa arundini magis conuenire uidetur. Tametſi properata:properanter ac feſtinanter nata intelligi poſſit. Extitit:extra ſtetit. Incinctus iuuenis flexis:ſic quidem legitur. Sed inflexis forſitan & cinctus ſic eſt legendum:ut utrunq; in alterius locum transferatur:hoc modo.Inflexis iuuenis cĩctus noua cornua cannis.Nam fluuiorum dii cornua habere finguntur:quod boum ſimiles eſſe dicuntur:& ꝓpter ſtrepitum:& propter circũflexiones:quas cornua uocant.Cincta autem cornua cannis icciꝛco habere finguntur:quod fere in ripis fluminũ arundines naſcuntur. Cerulus:niger. Et antiquũ tenuerunt flumina nomen.Acis nãq; fluuius ille fuit appellatus. Deſierat Galathea loqui. finem ſermoni ſuo impoſuerat Galathea: hæc aũt ad connectendam cum ſuperioribus Glauci trãſfigurationem a poeta narrantur.Nam Glaucus Anthedonis filius piſcator cum eſſet:forte piſces captos in prato expoſuit:qui cum in mare exiliuiſſent:ut cauſam huius rei recognoſceret:dentibus cœpit illas herbas mandere:in quibus iacuerant piſces.Sed ſtatim mutata natura ſe in mare præcipitauit:quem dii miſerati in deum marinũ ſiue ut Strabo refert:in balenam tranſmutarunt.

Glaucus ĩ deum marinũ

Scylla redit:ad littus reuertitur e mari. Seductos receſſus gurgitis: ſecretos ſinus Nouus incola:Glaucus pauloante in deum marinum fuerat cõmutatus:Fuerunt autem tres Glauci poetarum carminibus clari:is qui in deum marinũ fuit cõuerſus:& quem in Iliados ſexto ſcribit Homerus cum ferreis Diomedis armis ſua aurea ꝑmutaſſe:& quẽ narrat Virgilius in Georgicis ob contemptam Venerem dentibus ſuarum equaꝶ fuiſſe laniatum. In Euboica.Anthedone.Anthedon urbs eſt Bœotiæ maritima:ab Anthedone Dii & Alces Abantis filio denomiata:uel qđ omnium ανθηροτατη ideſt floridiſſima. Eſt & alia eodem nomine iuxta gazam itidem maritima.Vnde Anthedonius:eſt etiam portus Anthedoniuſ. Euboica:quia Eubœa Bœotiæ adiacet Motari:remorari:retinere. In ſummum:in ſũmitatem & cacumen. In unum apicem:in unũ cacumen. Coniectus:coactus. Conuexus:inclinatus.Locum autem deſcribit præcipitio accõmodatum. Ad æquora:in mare uerſus. Tortilis piſcis:qui ſe facile torquet. Vltima inguina: ultimam inguinum partem. Ad id autẽ alludit poeta quod Strabo ait Glaucum in balenam fuiſſe transfiguratum. Senſit:animaduertit Glaucus eam mirari & adhuc dubitare utrũ deus an monſtrum eſſet. Et innitens moli.adhærens rupi & ſaxo. Non ego prodigium:monſtrũ. Sed deus aquæ:ſed deus marinus. Maius ius:maiorem potentiam. Sed ſcilicet altis deditus æquoribus:ſed piſcandi in mari ſtudioſus: ſignificat enim Glaucus ſe fuiſſe piſcatorem. Tantum:ſolum.Nam modo ducebam:interdum inq̃t Glaucus retibus:interdũ hamis piſces capiebam. Ducebã:trahebam. Linũ:hami lineam. Sũt uiridi prato:Topographia & loci deſcriptio

Tres Glauci

Anthedon

Puniceus de mole cruor manabat:& intra
Temporis exiguum rubor euaneſcere cœpit.
Fitq; color primo turbati fluminis imbre:
Purgaturq; mora:tum moles tacta dehiſcit.
Viuaq; per rimas properataq; ſurgit arundo.
Oſq; cauum ſaxi ſonat exultantibus undis.
Miraq; res:ſubito media tenus extitit aluo
Incinctus iuuenis flexis noua cornua cannis.
Qui niſi ꝙ maior:ꝙ toto cærulus ore eſt.
Acis erat:& ſic quoq; erat tamen Acis in amnẽ
Verſus:& antiquum tenuerunt flumina nomẽ
Deſierat Galatea loqui:cœtuq; ſoluto
Diſcedunt:placidiſq; natant nereides undis.
Scylla redit(neq; enim medio ſe credere ponto
Audet)& aut bibula ſine ueſtibus errat harẽa:
Aut ubi laſſata eſt ſeductos nacta receſſus
Gurgitis incluſa ſua membra refrigerat unda.
Ecce fretum ſcindens alti nouus incola ponti
Nuper in Euboica uerſis Anthedone membris
Glaucus adeſt:uiſæq; cupidine uirginis ardet.
Et quæcũq; putat fugientem poſſe morari
Verba refert:fugit illa tamen ueloxq; timore
Peruenit in ſummũ poſiti prope littora montis
Ante fretum eſt ingẽs apicem cõiectus in unũ
Lõga ſub arboribꝰ cõuexus ad æquora uertex:
Cõſtitit hic:& tuta:loco mõſtrumue: deuſne
Ille ſit ignorans:admiraturq; colorem.
Cæſariẽq; humeros ſubiectaq; terga tegentẽ.
Vltimaq; excipiat quod tortilis inguina piſcis.
Senſit:& innitens quæ ſtabat proxima moli.
Non ego prodigium:nec ſum fera belua uirgo
Sed deus inq̃t aquæ:nec maius ĩ æquore ꝓteuſ
Ius habet:& Triton Athamãtiadeſq; Palæmõ.
Ante tamen mortalis eram:ſed ſcilicet altis
Deditus æquoribus:tantum exercebar in illis.
Nam modo ducebam ducentia retia piſces.
Nũc in mole ſedens moderabar arũdine linũ:
Sunt uiridi prato confinia littora:quorum
Altera pars undis:pars altera cingitur herbis.



Quas neq; cornigeræ morſu læſere iuuencæ.
Ne placidæ carpſiſtis oues:hirtæue capellæ.
Non apis inde tulit collectos ſedula flores.
Non data ſunt capiti genialia ſerta: nec unquã
Falciferæ ſecuere manus:ego primus in illo
Ceſpite conſedi:dum lina madentia ſicco.
Vtq; recenſerem captiuos ordine piſces.
Inſuper expoſui:quos aut in retia caſus.
Aut ſua credulitas in aduncos egerat hamos.
Res ſimilis fictæ:ſed quid mihi fingere ꝓdeſt
Gramine contacto cœpit mea præda moueri.
Et motare latus:terraq; ut in æquore niti.
Dũq; moror:miror q; ſimul: fugit ōis in undas
Turba ſuas:dominũq; nouũ littuſq; relinquũt
Obſtupui:dubitoq; diu:cauſamq; requiro.
Nũ deus hoc aliquis:nũ ſuccus fecerit herbæ
Quæ tñ has inquã uires habet herba? manuq;
Pabula decerpſi:decerptaq; dente momordi.
Vix bene cõbiberant ignotos guttura ſuccos:
Cum ſubito trepidare intus præcordia ſenſi:
Alteriuſq; rapi naturæ pectus amore.
Nec potui reſtare diu:repetendaq; nunq̃
Terra uale dixi:corpuſq; ſub æquora merſi
Dii maris exceptum ſocio dignantur honore.
Vtq; mihi:quæcunq; feram mortalia:demant
Oceanum Tethynq; rogãt: ego luſtror ab illis
Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto
Pectora fluminibus iubeor ſupponere centum
Nec mora:diuerſis lapſi de partibus amnes.
Totaq; uertuntur ſupra caput æquora noſtrũ
Quæ poſtq̃ redeunt:alium me corpore toto
Ac fueram nuper:nec eundem mente recepi.
Hactenus acta tibi poſſum memorãda referre.
Hactenus & memini:nec mẽs mea cætera ſẽſit
Hanc ego tũ primũ uiridem ferrugine barbã
Cæſariemq; meam quã longa ꝑ æquora uerro
Ingenteſq; humeros & cærula brachia uidi.
Cruraq; pinnigero curuata nouiſſima piſce.
Quid tñ hæc ſpẽs? qđ diis placuiſſe marinis?
Quid iuuat eſſe deũ? ſi tu non tangeris iſtis.
Talia dicentem:dicturum plura reliquit
Scylla deum:furit ille:irritatuſq; repulſa
Prodigioſa petit Titanidos atria Circes.

Morſu læſere.Depauere. Genialia ſerta. genio ac uoluptati conuenientes Coronas. In illo ceſpite.In illo herboſo littore.Ceſpes enĩ dicitẽ terra cum propria herba auulſa. Recenſerem. Dinumerarem. Captiuos.Captos. Lina madentia.retia madefacta per metonymiam. Inſuper.Deſuper:Superne. Egerat.Impulerat.

Res ſimilis.fictæ. Videbitur ſubaudiendum.

Sed quid mihi fingere prodeſt? ac ſi diceret. Nullã habeo cauſam cur fingere debeã. Gramine.herba. Mea præda.Captipiſces iãq; mortui. Niti.ſalire.Salientes enim niti ſolẽt:ut longiores edant ſaltus. Motare.frequenter mouere. Dumq; moror mirorque ſimul. Agnominatio lepida. Has uires.Tantam uim ut mortuos piſces uiuus efficere poſſit trepidare. ſalire: moueri. Pectus rapi.animum teneri. Alterius naturæ.æquoris ac piſcis. Reſtare.Reſiſtere amori & cupiditati alterius naturæ. Socio honore.Nam me quoq; in ſuum numerum admiſerunt. Feram.Habeam. Demant.auferunt.

Luſtror.purgor. Nefas. Impietatẽ humanãq; infirmitatem. Supponere.Subiicere. De diuerſis partibus. De diuerſis regionibus. Quæ poſtq̃ redeũt. poſtq̃ inquit fluuii æquoraq; a me receſſerunt:alium me eſſe percepi:q̃ pauloante fuerã. Recepi:ꝑcepi. Nec eundẽ mente. Nã mẽtem quoq; mutaueram. Acta memoranda facta memoria digna. Viridem ferugine.cæruleam & ſubnigram. Ferrugo nanq; ẽ:ut Seruius expõit:purpura nigrior. Vnde Virgi.Cum caput obſcura nitidũ ferrugine texit. Verro.traho.

Ferrugo

Cruraq; pinnigero.crura ſua ait Glaucus: in piſcis quidẽ caudam fuiſſe transformata. Curuata.cum inflexione quadam mutata. Pinnigero.piſce.in piſcem pinnas habentem. Non tangeris.non moueris. Furit.in furorẽ ſtimulatur. Iritatus.indignatus.Ira inflãmatus. Prodigioſa atria.ædes monſtrorum plenas.hoĩes nãq; multi in feras uarias mutati illic detinebãtur.

Titanidos Circes.titani.hoc eſt ſolis filiæ.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Raphaelis Regii in quatrumdecimum metamorphorſeos Ouidii librum enarrationes.

Amq; giganteis. Glaucus cum a Scylla fuiſſet ſpretus:ſe ad Circē ſolis filiam herbis carminibuſq; potentiſiſſimam contulit.eáq; rogauit ut ſibi opē ferret efficeretq; carminibus:ut a Scylla redamaret: ſed Circe illius ſtatim amore capta:ipſum in ſuos amplexus pellicere tēptauit:a quo ſpreta cũ fuiſſet omnē īdignationē in Scyllam cõuertit:ac ſinũ quēdá in quē deſcēdere Scylla cõſueuerat:uenēis inſecit:qbus pubetēus in uaria mõſtra cõuerſa:cũ ſibimetipſi diſpliceret:in fretũ Siculũ deſiliuit: ubi in Circes odiũ Vlyſſis ſocios ſubmerſit:ac forſitan ēt Aeneæ ſtruxiſſet īſidias:niſi iam in ſaxũ fuiſſet cõuerſa:quod etiá num a nautis uitatur. Giganteis faucibus capitibus gigantũ:q oppreſſi Aetna dicuntur.

Scyllæ inguina in canes

Quid raſtra.ſint uerbũ qđ ſæpe elegáter ꝑtermittitur:ſubaudiatur. Neſcia. arua nanq; illa nũq̃ fuerant arata. Euboicus cultor. Glaucus anthedonius. Tumidarum aquarũ.periphraſis eſt maris. Liquerat & Zanclen.Zácle ut in ſuperiore diximus libro:eadē eſſe cum Meſſena uidetur. Aduerſaq; mœnia Rhegi.Meſſená ſignificat:q̄ e regiõe Rhegii poſita ē.Regiũ aũt ē urbs in finibus Calabriæ:ubi Sicilia ab Italia diſtracta fuiſſe memoratur. Vnde & Rhegium απο τὸν ῥηγ νυσθαι dictum eſt.hoc eſt.ab abrumpendo ꝙ eo in loco Sicilia ab Italia fuerit abrupta: ut Pli.tradit. Naufragũq; fretũ.in quo multa fiũt naufragia. Preſſum.anguſtatũ. Gemío littore.duobus littoribus Italico & Siculo. Auſoniæ Siculæq; tenet confinia freto:náq; Sicilia ab Italia diſterminat. Inde.a freto.ná mare inferum quod & tyrrhenum uocat:uſq; ad fretũ ꝓtendit.

Rhegium

Herbiferos colles Circeũ,ſignificat:in quo mõte Circe dicit habitaſſe:quæ homies carminibus ſucciſq; herbarum in feras cõuertebat. Simul. poſtq̃. Mõ.dũmodo. Leuare.leuem facere.

Titani.o Circe filia titanis & ſolis. Cognitius.notius. Qui ſum mutatus.cauſam exponit: cur nulli ſit notius quáta ſit herbarum potētia q̃ ſibi:qa inqt ab illis ſum conuerſus ex homine in deum marinum. Mei furoris.amoris tam uehementis. Meſſenia mœnia contra .e regione Meſſenæ urbis:quam & Záclen appellatá fuiſſe diximus.eſt autem anaſtrophe.prepoſitio nanq; quæ preponi debet poſtpoſita eſt: Pudor eſt referre.me pudet tibi narrare. blanditiis náq; uſus erat Glaucus deo nõ cõueniētibus. Aliquod regnũ aliqua potentia. Expugnatior.potētior ad expugnandum & uincendũ. Operoſæ. efficacis. Fineq; nil.quia nihil opus ē.finc.hoc ē .nolo ut amori meo finis īponatur. Partē ferat illa caloris.hoc ē.illa quoq; mei amore capiat.Vellet ení Glaucus efficeret Circe:ut Scylla redamaret.

Ingenium aptius.naturá aptiorē & inclinatiorē. Talibus flámis.talibus amoribus. In ipſa in ipſius uoluntate ad amores libidinemq; ꝓna.

Indicio paterno.indicio ſolis:qui illius cũ marte concubitum Vulcano indicauit:q̄re Venus indignata omnem ſolis progenié turpiſſimis amoribus iqnauit. Volētē.me ſubaudiamus. Pariliq; cupidine:pari amore. Dignus eras. ultro poteras rogari.ſpõte iqt ob pulchritudinē tuá:poteras ac debebas a Scylla rogari. Adſitq; tuæ fiducia formæ.hoc eſt.tuæ pulchritudini confide.

## P.Ouidii Naſonis metamorpho.Liber.xiiii.

i Amq; giganteis iniectam faucibus Aetnam:
Aruaq; Cyclopum: quid raſtra qđ uſus aratri
Neſcia:nec quicquã iunctis debentia bobus
Liquerat Euboicus tumidarum cultor aquarũ:
Liquerat & Zanclen:aduerſaq; mœnia Rhegi
Naufragũq; fretũ:gemino quod littore preſſũ
Auſoniæ Siculæq; tenet confinia terræ.
Inde manu magna tyrrhena ꝑ æquora uectus.
Herbiferos adiit colles:atq; atria Glaucus.
Sole ſatæ Circes uariarum plena ferarum.
Quam ſimul aſpexit dicta acceptaq; ſalute.
Diua dei miſerere præcor:nam ſola leuare
Tu potes hũc dixit(uideat mõ dignuſ)amorē
Quanta ſit herbarum Titani potentia nulli.
Quã mihi cognitius:q ſum mutatus ab illis.
Ne ue mei non nota tibi ſit cauſa furoris.
Littore in Italico Meſſenia mœnia contra
Scylla mihi uiſa eſt(pudor ē)ꝓmiſſaq; præceſq;
Blanditiaſq; meas contemptaq; uerba referre.
At tu ſiue aliquod regnũ eſt in carmine: carmē
Ore moue ſacro:ſiue expugnatior herba eſt.
Vtere temptatis operoſæ uiribus herbæ.
Nec medeare mihi ſaneſq; hæc uulnera mãdo.
Fineq; nil opus eſt:partem ferat illa caloris.
At Circe(neq; enim flammis habet aptius ulla
Talibus ingenium)ſeu cauſa eſt huius in ipſa
Seu Venus.indicio facit hoc offenſa paterno.
Talia uerba refert:melius ſequere uolentem:
Optantemq; eadem pariliq; cupidine captam:
Dignus eras:ultro poteras certeq; rogari.
Et ſi ſpem dederis(mihi crede)rogaberis ultro
Ne dubites:adſitq; tuæ fiducia formæ.
En ego cum dea ſim:nitidi cum filia Solis.
Carmine cũ tm̃:quantũ quoq; gramine poſſim



Vt tua ſim:uoueo:ſpernētem ſperne.ſequenti
Redde uices:unoq; duas ulciſcere facto.
Talia tēptanti:prius inquit in æquore frondes
Glaucus: & in ſummis naſcent mõtibus algæ:
Soſpite q̃ Scylla noſtri mutentur amores.
Indignata dea eſt:& lædere quatinus ipſum
Non poterat:nec uellet amans:iraſcitur illi:
Quæ ſibi prælata eſt:ueneriſq; offenſa repulſa:
Protinus horrendis infamia pabula ſuccis
Conterit:& tritis Hecateia carmina miſcet.
Cærulaq; induitur uelamine: perq; ferarum
Agmen adulantum media proceſſit ab aula:
Oppoſitumq; petens contra Zancleia ſaxa
Rhegion ingredit:feruenteſq; æſtibus undas
In quibus ut ſolida ponit ueſtigia terra:
Sũmaq; decurrit pedibus ſuper æquora ſiccis.
Paruus erat gurges curuos ſinuatus in arcus
Grata quies Scyllæ:quo ſe referebat ab æſtu
Et maris & cœli: medio cum plurimus orbe
Sol erat:& minimas a uertice fecerat umbras.
Hunc dea præuitiat:portentificiſq; uenenis.
Inquinat.hic preſſos latices radice nocenti
Spargit: & obſcurũ uerborũ ambage nouorum
Ter nouies carmen magico demurmurat ore.
Scylla uenit.mediaq; tenus deſcenderat aluo
Cum ſua fœdari latrantibus inguina monſtris
Aſpicit.ac primo non credens corporis illas
Eſſe ſui partes:refugitq;:abigitq;:timetq;
Ora ꝓterua canũ:ſed quos fugit: attrahit una.
Et corpus quærēs fœmorum crurũq; pedumq;
Cerbereos rictus pro partibus inuenit illis.
Statq; canum rabies:ſubiectaq; terga ferarum
Inguinibus truncis uteroq; extante coercet.
Fleuit amans Glaucus:nimiũq; hoſtiliter uſæ
Viribus herbarum fugit connubia Circes.
Scylla loco mãſit:cũq; eſt data copia:primum
In Circes odium:ſociis ſpoliauit Vlyſſem.
Mox eadem Teucras fuerat merſura carinas
Ni prius in ſcopulũ:q nũc quoq; ſaxeus extat
Tráſſormata foret.ſcopulũ quoq; nauita uitat.
Hunc ubi Troianæ remis auidãq; Charybdim
Euicere rates:cum iam prope littus adeſſent
Auſonium:Libycas uento referuntur ad oras.

Voueo:uotis exopto:hinc aũt oſtendit glaucũ ſingulari quadá pulchritudine fuiſſe ornatum.

Spernentē.Scyllam. Sequēti redde uices:me uiciſſim ſequere ac redama. Vnoq; duas ulciſcere facto.& me quæ tibi ea q̃ rogaſti:concedere nolo:& Scyllá quæ te ē aſpernata. Prius ī æquore:ante rerũ natura cõmutabitur:q̃ ego ab amanda Scylla deſiſtá. Frõdes:arbores:pars.n.ꝓ toto ꝑ ſynegdochen frequēter uſurpatur. Algæ:herbæ ſunt maris peculiares. Soſpite Scylla::incolumi & ſana.Quatinus:qm̃:q̃tenus uero inquantum ſignificat Lædere nõ poterat:deus.n.erat.

Amans:cá cur nollet:qa amans. Repulſa ueneris:ꝓpter coitus repulſam. Infamia pabula:īfames herbas ꝓpter nocumenta. Hecateia carmina:incantationes ab Hecate matre acceptas.

Cærula uelamina: cæruleas ueſtes & nigras.

Proceſſit:exceſſit. Ferueteſq; æſtibus undas. periphraſis eſt freti:quod a feruēdo eſt dictũ. Significat aũt Scyllá pedibus fretum fuiſſe ingreſſam. Ponit ueſtigia:ingreditur. Sũmaq; decurrit:hoc ē:ꝑ ſũmitatē maris currit ſiccis pedibus:ꝙ niſi eſſet dea: maxime mirandũ foret. Paruus erat gurges: gurgitem deſcribit in quo ſe lauare ſolebat Scylla Glauci amica. Medio cum pluribus orbe ſol erat: periphraſis eſt meridiei. Medio orbe: medio cœlo. Præuiciat: ante inficit: ꝑcorrũpit. Portētificis uenenis:portēta ac monſtra facientibus. Inqnat:īficit. Preſſos latices: ſuccos exꝑſſos ex herbis noxiis. Magico ore:hypallage eſt.Magicũ enim carmen accipimus.

Demurmurat:dehorſum murmurat. Fœdari:deturpari. Abigit: depellit manibus. Ora ꝓterua:improba:rabida. Corpus fœmorũ:carnē ac pulpá ſummarũ coxarũ: fœmora.n. ſũmitates coxarũ dicũtur: ac pro īguinibus ponũtur: unde fœmoralia declinát:qbus pudēda tegũtur. Cerbereos rictus:ora canũ cerbero ſimiliũ. Stat:horret. Inguinibus trũcis:mutilatis:nam īguina in canes fuerant cõuerſa. Vtero extante:eminente uētre. Coercet:cõtinet:cõprimit. Fleuit amás Glaucus:qa amans fleuit Scyllæ fatũ. Scylla loco mãſit:ī eodē gurgite remãſit. In Circes odiũ: ſciebat.n.Vlyſſem a Circe amari.Multos aũt e ſociis ſuis in freto Siculo amiſit Vlyſſes:ut in odyſſea narrat Homerus. Mox:paulopoſt. Teucras caninas:naues Aeneæ troiani. Fuerat merſura:ſubmerſiſſet:niſi quo tpe illac tráſiuit Aeneas: in ſcopulũ iam mutata fuiſſet. Ni prius in ſcopulum:ut & alii geographi: & pli. in primis ſcribunt. Scylla ſaxũ eſt ingens freto īminens: quod in parte ſuperiore humanam habet effigiē:in īferiore uero plures habet cauernas:qbus undæ refractæ latratus canũ & luporũ ululatus referre uidentur. Hũc ubi Troianæ.Errores Aeneæ deſcribit poeta:ut cum ad pithecuſam cum deduxerit inſulam:cõmodius Cæcropũ in ſimias metamorphoſin deſcribere poſſit. Auidá Charybdim quæ deuorat naues atq; euomit.

Fœmora



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Non bene latura:nam ſeipſum interfecit:ut ex carmine Virgiliano etiam pueris eſt notum. Sidonis: Dido
Sidonia. Decepta:ab Aenea qui eã reliquit:q̃ ſibi illum ut maritũ copularat. Harenoſæ terræ.Carthaginis:uñ
Eryx — Hiarbas apud Virg.Cui littus arandũ dedimus. Ad fines Erycis:mons ẽ Siciliæ Eryx ab Eryce amyci Bebrycio
rum regis & Veneris filio denominatus:q uiribus corporis p̃ſtans:tandẽ cum Hercule cæſtibus pugnans occu
buit:unde Venus Erycina fuit appellata. Iris Iunonia: a Iunone miſſa:notũ eſt aũt hoc ex.v.Virg. Hippota-
Aeolus — dæ regnũ:Aeolias inſulas.Nã Aeolus Iouis fuit filius ex Aceſta Hippotæ Troiani filia. Sirenũ Acheloidũ:Ache
loi filiaꝝ:Sirenes.n.Acheloi fluuii filiæ:ex Callio
pe muſa fuiſſe dicũtur: quæ iuxta fretũ Siculũ ha
bitãtes ſuauiter adeo canebãt: ut illac nauigãtes
ſopirent:ſomnoq; opp̃ſſos mergerẽt.Tres autem
fuiſſe dicũtur:Parthenope. Leucoſia:Ligia. Or
bataq; p̃ſide pinus: nauis Palinuro gubernatore
priuata:ut plene Virg.narrat. Inarimẽ ꝓchytẽ-
Inarime — q; legit:tranſit.Inarime aũt inſula ẽ in ſinu Cam-
Prochyte — pano:in qua eſt mons flãmas eructans. Prochy-
te uero inſula eſt ſic dicta:qđ terræ motu ab ænia
ria ſit ꝓfuſa: nam πρόχεω ſignificat profundo
Pithecuſa — Pithecuſas habitantũ noĩe dictas: pithecuſa iſu
la eſt in ſinu Campano urbẽ in monte habẽs pi-
thecuſas:a multitudĩe ſimiaꝝ dicta:nã πίθηκοσ
Cercopes ĩ ſimias — ſimia dicitur. Iuppiter.n. Cercopũ perfidiã odio
habens eos in ſimias cõuertit: hancq; inſulã illis
aſſignauit habitandã.Pli.uero audacter ab Oui
dio diſſentiens ſcribit pithecuſam non a ſimiarũ
multitudine: ut aliqui exiſtimauere: ſed a figuli-
nis doliarioꝝ denominatã eſſe. Pithos nãq; do-
lium a græcis appellatur. Cæcropidũ exoſus:cũ
maxima Atheniẽſium:qui & Cæcropidæ dicũtur
ignominia ſic legitur: cũ p̃ſertim nuſq̃ lectum ſit
Atheniẽſes Ioui odio fuiſſe: quare loco Cæcropi
dum audacter cõtenderim Cercopũ penultima
ꝓducta eẽ legendũ. Nã Cercopas hoĩes doloſos
ac ꝑfidos: & undecũq; lucrari cupiẽtes in ſimias
Cercopitheci — fuiſſe cõuerſos poeta ſcribit. Videtur aũt ad id al
ludere:quod Cercopitheci ſimiæ caudatæ dicun
tur:q̃uis ἀπὸ τῆσ κέρκου. hoc ẽ a cauda cogno
minentur.Cercopa ſane:ut ait Sex.Põpeius:Græ
ci appellant lucrari undiq; cupientẽ: quaſi κερ-
δώπα:quem nos quoq; lucrionẽ uocamus.Ho-
merus quoq; in Cercopas carmine inuectus eſt:
ut narrat Plutarchus. Poſſe quæri: facultatem
quærendi ac lamentandi: uerbum.n.pro nomi-
ne poſitum eſt. Has ubi præteriit: aduentum
Aeneæ ad Sibyllam deſcribit poeta: ut Sibyllam
ipſam in uocem tandem conuerſam fuiſſe expo
nat:nã Sibylla dum eſſet uirgo ab Apolline ama
ta:cum ab eo:ut quicquid uellet peteret hortan-
te impetraſſet: ut tot annos uiueret:quot in ma-
Parthenope — nu harenas tenebat: oblita eſt adiicere uoto: ne
unq̃ ſeneſceret:quare cum phœbo morem gerere noluerit:ad tantum decrepitatis peruenit: ut a corpore dereli-
Cumæ — cta:tota in uocem fuerit cõmutata. Parthenopeia mœnia.Neapolim:quæ & parthenope ab una ſirenũ illic ſe-
pulta fuit appellata. Canori Aeolide.Miſeni Aeoli filii:quo non p̃ſtantior alter ære: ciere uiros Martẽq; accẽde
re cantu:ut canit Virgilius:unde etiã ꝓmontoriũ Miſenũ fuit appellatũ. Littora Cumaꝝ:Cumæ urbs Cãpaniæ
antiquiſſima Italicarum urbium atq; Sicularum a Chalcidenſibus quidem condita:;ut Strabo inquit. Sed a Cu
mæis denominata.Nam coloniæ ductores Hippocles Cumæus & Megaſthenes Chalcydẽſis inter ſe pepigerũt
ut Chalcydenſiũ q̃dem colonia eſſet:a Cumæis uero nomen acciperet.alii ἀπὸ τῶν κυμάτων.hoc ẽ.ab undis
Sybilla — Cumas ſcribũt fuiſſe denominatas. Viuacis Sibyllæ:quæ multos annos uixit.Sibylla uero ex ſnĩa.M. Varronis
oĩs fœmina uates nuncupatur:uel ab unius Delphidis nomine:uel a conſiliis deoꝝ enunciandis.σιοὺσ.n.de-
os & conſilium βουλιαν appellabant Aeolico genere ſermonis.Itaq; Sibyllam dictã eſſe quaſi θεοῦ βουλὰσ
ſcribit Varro:eaſq; decẽ numero fuiſſe:quas q̃dẽ oẽs enumerauit ſub auctoribus q de ſingulis ſcriptitarũt.Prima
aũt fuit ꝑſica:Secũda Libyca:Tertia delphica.Quarta cimeria. Quinta erythræa. Sexta ſamia. Septima cumana
noĩe Amalthea:quæ ab aliis Herophilæ uel Demophilæ noĩatur.Octaua Helleſpontiaca.Nona phrygia.Decia
Tyburs noĩe Albumea.Cæteꝝ Cumana ad quã ꝑueniſſe Aeneã Ouidius narrat: nouẽ libros attuliſſe ad regẽ

Excipit Aenean illic animoq; domoq;
Non bene diſſidium Phrygii latura mariti
Sidonis:inq; pyra ſacri ſub imagine facta
Incubuit ferro:deceptaq; decipit omnes.
Rurſus harenoſæ fugiens noua mœnia terræ
Ad ſedes Erycis:fidumq; relatus Aceſten
Sacrificat:tumulũq; ſui genitoris honorat.
Quaſq; rates Iris Iunonia pene cremarat:
Soluit:& Hippotadæ regnum. terraſq; calenti
Sulfure fumantes:Acheloidumq; relinquit
Sirenũ ſcopulos:orbataq; præſide pinus
Inarimen Prochyteq; legit:ſteriliq; locatas
Colle Pithecuſas habitantum nomine dictas.
Quippe deũ genitor fraudẽ & periuria quõdã
Cercopum exoſus gentiſq; admiſſa doloſæ.
In deforme uiros animal mutauit:ut idem
Diſſimiles homini poſſent:ſimileſq; uideri:
Membraq; cõtraxit:nareſq; a fronte remiſſas
Contudit:& rugis perarauit anilibus ora:
Totaq; uelatos flauenti corpora uillo
Miſit in has ſedes:nec nõ prius abſtulit uſum
Verborum:& natæ dira in periuria linguæ.
Poſſe quæri tantum rauco ſtridore reliquit.
Has ubi præteriit:& Parthenopeia dextra
Mœnia deſeruit:leua de parte canori
Aeolide tumulũ:& loca fœta paluſtribus uluis
Littora Cumarum:uiuaciſq; antra Sibyllæ



Intrat.& ut manes adeat per auerna paternos
Orat.at illa diu uultum tellure moratum
Erexit:tandemq; deo furibunda recepto
Magna petis dixit:uir factis maxime:cuius
Dextera per ferrum:pietas ſpectata per ignes.
Pone tamen Troiane metum.potiere petitis:
Elyſiaſq; domos.& regna nouiſſima mundi
Me duce cognoſces:ſimulacraq; cara parẽtis:
Inuia uirtuti nulla eſt uia:dixit:& auro:
Fulgentem ramũ ſylua Iunonis auernæ:
Monſtrauit:iuſſitq; ſuo diuellere trunco.
Paruit Aeneas:& formidabilis Orchi.
Vidit opes:at auoſq; ſuos:umbrãq; ſenilem
Magnanimi Anchiſæ.didicit quoq; iura locoꝝ:
Quæq; nouis eſſent adeunda pericula bellis.
Inde ferens laſſos auerſo tramite paſſus.
Cum duce Cumæa:fallit ſermone laborem.
Dũq; iter horrendũ ꝑ opaca crepuſcula carpit
Seu dea tu p̃ſens:ſeu diis gratiſſima dixit.
Numinis iſtar eris ſemper mihi:meq; fatebor
Muneris eſſe tui:quæ me loca mortis adire:
Quæ loca me uiſæ uoluiſti euadere mortis:
Pro quibus aerias meritis euectus ad auras
Templa tibi ſtatuã.tribuã tibi thuris honores.
Reſpicit hunc uates:& ſuſpiratibus hauſtis
Nec dea ſum dixit:nec ſacri thuris honore
Humanũ dignare caput.neu neſcius erres
Lux æterna mihi carituraq; fine dabatur.
Si mea uirginitas phœbo patuiſſet amanti:
Dum tñ hanc ſperat:dũ præcorrũpere donis
Me cupit:elige ait uirgo Cumæa:quid optes.
Optatis potiere tuis.ego pulueris hauſti
Oſtendẽs cumulũ:quot haberet corpa puluis.
Tot mihi natales cõtingere uana rogaui:
Excidit:ut peterẽ iuuenes quoq; ꝓtinus ãnos.
Hos tamen ille mihi dabat æternãq; iuuentam:
Si uenerem pãterer:contẽpto munere phœbi
Innuba permaneo: ſed iam fœlicior ætas
Tẽga ddit:tremuloq; gradu uẽit ægra ſenectꝰ
Quæ patiẽda diu:nã iam mihi ſæcula ſeptem
Acta uides.ſupeſt numeros ut pulueris æquẽ
Tercentum meſſes.tercentum muſta uidere
Tempus erit:cum de tanto me corpore paruã

Tarquinum priſcum narratur ac pro eis trecen-
tos Philippeos poſtulaſſe:rexq; aſpernatus prætii
magnitudinem mulieris inſaniã deriſiſſe:Illa in
conſpectu regis tres cõbuſiſſe: ac pro reliquis idẽ
p̃cium poſtulaſſe. Tarqnius multomagis mulie
rem inſanire putaſſe: quæ demũ tribus aliis exu-
ſtis cum ĩ eodem p̃cio perſeueraret: motus rex re
ſiduos trecẽtis aureis emiſſe. Manes paternos:
aĩam Anchiſæ patris. Furibunda:furenti ſimi-
lis. Deo recepto.Apolline accepto. Dextera:
fortitudo. Per ferrũ:per enſem:quo multos ho-
ſtium ĩterfecit Aeneas. Pietas ſpectata ꝑ ignes:
nam ex incendio Troiano & Deos penates:& pa
trem Anchiſen humeris exportauit Aeneas. Ely
ſiaſq; domos:Elyſium a poetis fingitur locus eẽ
apud inferos : ubi animæ eorum q bene uixerũt
quieſcere in ſumma fœlicitate dicuntur. Regna
nouiſſima:inferos. Simulacraq; cara parentis:
Hoc ex eorum opinione dictum eſt.qui aiũt ho-
minem ex tribus conſtare: anima: corpore: & ſi-
mulacro:animãq; cœlũ petere: corpus reddi ter-
ræ:ſimulacrum ad inferos deſcẽdere. Inuia uir-
tuti nulli eſt uia:nam ſubaudiatur: eſt enim ſen-
tentia cauſam continens cur ſit ad inferos deſcẽ
ſurus Aeneas. Iunonis Auernæ. Proſerpinæ:ne
mus enim iuxta Auernum & Plutoni & ꝓſerpi-
næ fuit dicatum. Formidabilis orchi:formidan
di plutonis. In deferens laſſos:ab inferis reuer
tens. Laſſos paſſus:hypallage eſt:ipſe enĩ laſſus
intelligitur. Fallit ſermone laborem: hoc eſt:lo-
quendo efficit:ut labor non ſentiatur. Numi-
nis inſtar: ad ſimilitudinem deæ pro dea. Mu-
neris eſſe tui:Me uitam abs te dono accepiſſe.
Tribuam tibi thuris honores.hoc eſt. tibi tãq̃
deæ ſacrificabo. Et ſuſpiratibus hauſtis:ſuſpiriis
tractis. Humanũ: mortale. Dignare : dignũ
puta. Lux æterna:uita perpetua. Patuiſſet:ex
poſita & aperta fuiſſet. Optatis potiere tuis:uo
ti tui compos fies. Pulueris hauſti:eruti. Tot
natales:tot annos. Vana:ſtulta. Excidit:e me
moria fugit:oblita ſum. Hos tñ ille mihi dabat:
dediſſet. Si uenerẽ paterer: ſi paſſa fuiſſem illũ
coire mecũ. Innuba:uirgo ſine nuptiis. Fœli
cior ætas:iuuenilis ætas. Terga dedit: fugit.
Aegra ſenectus:ab effectu ꝙ ægros hoĩes red-
dat. Quæ patienda diu:q̃ mihi ꝑ longũ tẽpus
eſt toleranda. Sæcula ſeptẽ:ſeptigentos annos:
nam ſæculum centum annorum ſpatium com-
plectitur. Supereſt uidere: poetica locutio:ſu-
pereſt ut uideam. Tercentum meſſes & mu-
ſta:tercentum annos intelligimus.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Talia conuexum:pulchra phantaſia ad deſcribendam ſociorum Vlyſſis in uarias feras metamorphoſin deſcendit poeta:ac eorundē in humanam figurā reſtitutionem. Macareum enim neritiū atq; Achimeniden Vlyſſis comites fingit ea quæ ſibi euenerunt cōmemorare.De odyſſea autem Homeri hæc ſumuntur. Conuexum: per iter arduum. Memorante:narrante. Euboicam in urbem. Cumas dicit: quæ a Chalcydenſibus conditæ fuerunt. Nutricis nomen:Caietæ:nam Caieta nutrix Aeneæ fuit:quæ moriens & urbi & portui nomen dedit: ut carmine Virgiliano eſt notum: Tu quoq; littoribus noſtris Aeneia nutrix Aeternam moriens famam Caieta

Caieta

dediſti. Neritius macareus: hic forte ad Circes potentiam explorandam ab Vlyſſe miſſus cum potionem ab ipſa Circe acceptam guſtaſſet:una cum omnibus ſociis:præter unum Eurylochum qui nihil bibere uoluit: in porcum fuit conuerſus:ſed præcibus Vlyſſis Circe eos tandem priſtinæ reſtituit figuræ. Hic quoq; ſubſtiterat: illic quoq; remanſerat. Neritius:Ithaceſius:Neritus enim Ithacæ mons eſt. Experientis Vlyſſei: experti multa & paſſi Vlyſſis. Deſertum quondā: olim derelictum. Noſcit Achimenidē.Achimenides timore Polyphemi Cyclopis in Sicilia ab Vlyſſe relictus ab Aenea illac nauigante fuit exceptus:ut ex carmine Virgi. etiam pueris eſt notum. Seruat:ſeruauit:putabat enim Macareus illum periiſſe. Cur barbara Graium: miratur Macareus Achimetiden Græcum: Vlyſſiſq; comitem cum Troianis Græcorum hoſtibus nauigare. Petitur terra quæ ueſtra carina? hoc ē:quo nauigatis? Iam non hirſutus amictu: iam non aſperis indutus ueſtibus: quales in Aetna latitās gerebat: alludere autē poeta uidetur ad ea quæ de Achimenide Virgil.ſcribit. Cum ſubito e ſyluis macie confecta ſuꝑma Ignoti noua forma uiri miſerandaq; cultu Procedit: ſupplexq; manus ad littora tendit. Reſpicimus. dira illuuies imiſſaq; barba Conſertum tegimen ſpinis ac cætera Graius:Et quondam patriis ad Troiam miſſus ī armis. Iam ſuus:iam ſui iuris. Iterum Polyphemon:illi interrogationi reſpōdet. Cur barbara Graium prora uehit? Se autem gratum erga Aeneam oſtendit Achimenides. Illos rictus fluidos:illa fluentia ora. Aſpiciam: optandi eſt modus. Ni potior domus eſt: niſi melior & carior hæc domus eſt mihi: q̄ ſit & mea & Vlyſſis nauis. Quod loquor & ſpiro. quod uiuo: fatetur autem Achimenides ſe uitam ab Aenea accepiſſe illiq; ſe omnia debere. Eſt autem ordo:ille dedit quod loquor & ſpiro. Poſſim ne igratus: parentheſis qua ſignificat Achimenides ſe nunq̄ in Aeneam ingratum eſſe poſſe. Vt lumen iam nunc uitale relinquam. hoc eſt. ut contingat me ſtatim mori. Vt tumulo cōdar:ſepeliar:illud autem uerbum dedit:huc quoq; eſt referendum.

Neritus

Achimēides

Aut certe: correctio eſt dicti prioris: poſſet enī in mari perire. In illa aluo:Cyclopis notiſſima.

Quid animi fuit: quis animus eſſe debuit.

Permiſit:cōiecit. Veluti tormēti uiribus acta: tormentum inſtrumentū eſt bellicū: a torquēdis & cum impetu mittendis lapidibus dictū. Acta: impulſa. Giganteo lacerto : maximo brachio quantus gigantē deceret:p quod uaſta Polyphemi magnitudo ſignificatur. Deprimeret:demergeret. Fluctuſue:ſaxorum iactu excitatus.

Tormentum

Longa dies faciat:cōſumptaq; mēbra ſenecta
Ad minimū redigātur onuſ.nec amata uidebor:
Nec placuiſſe deo. phœbus quoq; forſitan ipſe
Vel non agnoſcet:uel dilexiſſe negabit.
Vſq; adeo mutata ferar:nulliq; uidenda.
Voce tamē noſcar.uocem mihi fata relinquēt.
Talia conuexum per iter memorante Sibylla:
Sedibus Euboicam ſtygiis emerſit in urbem
Troius Aeneas:ſacriſq; ex more litatis.
Littora adit nondum nutricis habentia nomen.
Hic quoq; ſubſtiterat poſt tedia longa laborū
Neritius Macareus comes experiētis Vlyſſei.
Deſertum quondam mediis in rupibus Aetnæ
Noſcit Achimeniden:improuiſoq; repertum
Viuere miratur.quis te caſuſue deuſue
Seruat Achimenide? cur inquit barbara Graiū
Prora uehit? petitur ueſtra quæ terra carina?
Talia quærenti iam non hirſutus amictu.
Iam ſuus:& ſpinis conſerto tegmine nullis
Fatur Achimenides. iteꝝ Polyphemon & illōs
Aſpiciam fluidos humano ſanguine rictus?
Hæc mihi ni potior domus eſt Ithaciq; carina:
Si minus Aenean ueneror genitore:nec unq̄
Eſſe ſatis potero:præſtem licet omnia:gratus
Quod loquor & ſpiro: cœlumq; & lumia ſolis
Aſpicio.poſſim ne ingratus & immemor eſſe?
Ille dedit:quod non anima hæc Cyclopis ī ora
Venit:& ut lumen iam nunc uitale relinquam:
Vt tumulo:aut certe non illa condat in aluo.
Quid mihi tūc animi niſi timor abſtulit omnē
Sēſū aiumq;:fuit? cū uos petere alta relictus
Aequora conſpexi? uolui inclamare:ſed hoſti
Prodere me timui:ueſtræ quoq; clamor Vlyſſiſ
Pene rati nocuit. uidi cum monte reuulſum
Immanem ſcopulū:medias permiſit in undas.
Vidi iterum ueluti tormenti uiribus acta
Vaſta giganteo iaculantem ſaxa lacerto.
Et ne deprimeret fluctuſq; lapiſq; carinam:



Iam me non eſſe oblitus in illa:perinde inquit timui: ac ſi in illa naue ego quoq; fuiſſem. Reduxit: liberauit. Et luminis orbus:oculo priuatus. Incurſat rupibus:incidit in ſaxa ſic ut pedes lædat. Tabo:ſanie corporum deuoratorum. Execratur: deteſtatur.

O ſiquis referat:ordo eſt: o q̄ nullum aut leue damnum lucis ademptæ:ſi quis caſus referat mihi Vlyſſem. Referat:reuehat. Sæuiat:ſæuitiā ac crudelitatem exerceat. Laniem: lacerem.

Inūdet:undæ more impleat. Eliſi artus:conTuſa membra. Trepident: palpitent. Lucis ademptæ: effoſſi oculi. Hæc & plura ferox:locutus eſt:iactauit: ſimileue uerbum eſt ſubaudiendum. Luridus horror: ab effectu: ꝙ luridos & nigros faciat. Cæde: ſanguine. Et inanem luminis orbem:circulum oculo uacuum. Membraq; : uaſta ſubaudiamus. Concretam: coniunctam. Minimum tamen ipſa doloris:afferebat:eratue ſubaudiatur: ſe autem ex morte: quæ ſibi inſtare uidebatur: minimum doloris cœpiſſe Achimenideſ ait:ꝙ uidebat Polyphemum oculo priuatū ſuæ crudelitatis pœnas dediſſe. Rebar:opinabar:putabam. Hærebat:affixa erat.

Affligi:allidi. Semianimes: ſemimortuos.

Auidam condebat in aluum:deuorabat. Sine ſanguine:pallidus. Mandentemq; uidens: quia uidebam.eſt enim participium cauſam ſignificās:cur mœſtus ac ſine ſanguie ſtaret Achimenides. Fruſtra: carnium partes. Glomerata:coniuncta. Talia fata:talem mortem. Cupidiſq; moriri: moriendi: eſt enim græca figura. Moriri autem ſecūdum quartam declinauit coniugationem: cum frequētius ſecundum tertiam dicatur. Glande famē pellens: glādibus & herba ueſcens. Exſpes : extra omnem ſpem conſtitutus. Et moui:cōmoui:perſuaſiq; ut me acciperet. Graium:græcum:ac ſi diceret ſibi hoſtem.

Et turbæ: & comitum. Quæ tecum eſt credita ponto:quæ ſe tecum mari cōmiſit. Aeolon ille refert: Aeolus Iouis ex Aceſta filia Hippotæ Troiani filius regnaſſe dicitur apud inſulas æolias ab ipſo appellatas: qui ex conſurgentibus nebulis ita uentos prædicebat futuros: ut eos ī ſua poteſtate habuiſſe ſit creditus. Adhunc: ut Home.ſcribit:cum Vlyſſes peruteniſſet:quo commodius in patriam nauigaret : uentos in utre ligatos ab ipſo accepit. Sed ſocii aurum eſſe putātes utrem ſoluerunt: unde erumpentes uenti maximam excitarunt tempeſtatem : qua ad æolum redire coacti fuerunt. Thuſco ꝑfundo:ī Thuſco mari. Hippotaden:hippotæ nepotem. Cohibentem:coercentem:cōtinentem. Bouis tergo:in utre ex tergore & pelle bouis confecto.

Aolus rex uētorum

Venti ī utre Vlyſſes traditi.

Pertimui:iam me non eſſe oblitus in illa.
Vt uero fuga uos ab acerba morte reduxit:
Ille quidem totā gemebūdus ob ābulat Aetnā:
Prætemptatq; manu ſyluas:& luminis orbus:
Rupibus incurſat:fœdataq; brachia tabo
In mare ꝑtendēs:gentem execratur Achiuam:
Atq; ait.o ſi quis referat mihi caſus Vlyſſem
Aut aliquem ex ſociis:in quem mea ſæuiat ira.
Viſcera cuius edam:cuius uiuentia dextra:
Mēbra mea laniē:cuius mihi ſanguis inūdet
Guttur:& eliſi trepident ſub dentibus artus:
Quā nullū aut leue ſit dānū mihi luciſ adēpte
Hæc & plura ferox:me luriduſ occupat horror
Spectantem uultus: & iam nūc cæde madētes
Crudeleſq; manus:& inanem luminis orbem
Mēbraq; & humāo cōcretā ſanguine barbam.
Mors erat ante oculos:minimū tn̄ ipſa doloris:
Et iam prenſuꝝ:iam nūc mea uiſcera rebar
In ſua merſurum:mentiq; hærebat imago
Temporis illius:quo uidi bina meorum
Ter quater affligi ſociorum corpora terræ:
Dum ſuper ipſe iacens hirſuti more leonis
Viſceraq; & carnes:cūq; albis oſſa medullis:
Semianimeſq; artus auidam cōdebat in aluum.
Me tremor inuaſit.ſtabā ſine ſanguie mœſtus:
Mādentemq; uidens eiectantemq; cruentas
Ore dapes:& fruſta mero glomerata uomentē.
Talia fingebam miſero mihi fata parari:
Perq; dies multos latitans. omnemq; tremiſcēs
Ad ſtrepitū:mortemq; timēs:cupiduſq; moriri
Glande famē pellens:& mixta frōdibus herba
Solus:inops: exſpes.læto pœnæq; relictus.
Hanc procul aſpexi longo poſt tempore nauē:
Orauiq; fugam geſtu:ad littuſq; cucurri:
Et moui:Graiumq; ratis Troiana recepit.
Tu quoq; pāde tuos comitū gratiſſime caſus:
Et ducis & turbæ quæ tecum eſt credita pōto.
Aeolon ille refert thuſco regnare profundo.
Aeolon Hippotaden cohibentē carcere uētos
Quos bouis icluſos tergo mēorabile munus
Dulichium ſumpſiſſe ducem: flatuq; ſecundo



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Lamus

Læſtrigones

Terrãi petitam: Ithacam expetitam. Proxima poſt nonam aurora:decima dies. Dempſiſſe ligamina uentis:diſſoluiſſe uẽtos. Dulichiũ ducem:Vlyſſem. Inde lami ueterẽ. Lamus antiquiſſimus Læſtrygonũ Rex fuit: qui populi fuerunt feritate famoſi: in ultimo Italiæ angulo habitantes. Ad eos cum ueniſſet Vlyſſes: Antiphates regnabat: a quo nõnullis & nauibus & ſociis fuit ſpoliatus. Læſtrigones autem primi poſt Cyclopes Siciliam habitaſſe feruntur. Ad hunc ad illum. Tinxit:madefecit. Læſtrygonis:antiphatæ. Concitat: conuocat. Agmen:Læſtrygonum multidinem. Coeunt:conueniunt:cõcurrũt. Terris allabimur illis: ad illas terras nauigamus. Circæum autem manu oſtendit quod quidem promõtorium eſt Latii: a Circe dictũ: in quo urbs erat nomine Circæi. Procul uidenda:neq; enim tutum eſt accedere propius. Immanſueti: crudelis:illud uero epitheton parũ feritati cyclopis conuenire uidetur. Ire negabamus:nolebamus ire. Simul poſtq̃. Tecti:domus per Synegdochen. Mille lupi:multi:finitus enĩ numerus pro infinito eſt poſitus. Leæq;:& leænæ. Sed nulla:ferarum ſubaudiatur:iccirco autem nulla earum timenda uidebatur:quia nõdũ humanitatem depoſuerãt:eoq; hominibus adulabantur. Comitant : archaiſmos: comitantur enim nunc dicimus. Marmore tecta: marmoreis ſegmentis incruſtata. Aurato amictu: aurato pallio. Gramina:herbas. Secernũt:diſcernunt. Variaſq; coloribus herbas:uariorum colorum herbas. Opus:exigit: perficit:complet.

Circæum

Circæi

Quis uſus:q̃ utilitas. Quo ĩ folio:ĩ qua herba: Synegdochicos:a parte nãq; totũ intelligimus.

Lucibus iſſe nouẽ:& terram aſpexiſſe petitam.
Proxima poſt nonam cũ ſeſe aurora moueret:
Inuidia ſocios prædæq; cupidine uictos:
Eſſe ratos aurum dempſiſſe ligamina uentis:
Cũ qbus iſſe retro:per q̃s modo uenerat undas
Aeoliiq; ratem portus repetiſſe tyranni.
Inde lami ueterem Læſtrygonis inquit in urbẽ
Venimus. Antiphates terra regnabat in illa.
Miſſus ad hũc ego ſũ numero comitãte duoꝝ:
Vixq; fuga quæſita ſalus comitiq; mihiq;:
Tertius e nobis Læſtrygonis impia tinxit.
Ora cruore ſuo. fugientibus inſtat:& agmen
Concitat Antiphates. coeunt:& ſaxa trabeſq;
Coniiciunt:mergũtq; uiros:mergũtq; carinas.
Vna tamen:q̃ nos ipſumq; uehebat Vlyſſem:
Effugit. amiſſa ſociorum parte:dolentes
Multaq; conqueſti terris allabimur illis:
Q uas ꝓcul hic cernis. ꝓcul hic (mihi crede) ui
Inſula uiſa mihi. tuq; o iuſtiſſime Troũ (dẽda
Nate dea (neq; enim finito Marte uocandus
Hoſtis es Aenea) moneo fuge littora Circes.
Nos quoq; Circæo religata in littore pinu
Antiphatæ memores immãſuetiq; Cyclopis
Ire negabamus:& tecta ignota ſubire.
Sorte ſumus lecti. ſors me:fidumq; Politen:
Eurylochũq; ſimul:nimiiq; Elpenora uini:
Biſq; nouem ſocios Circæa ad mœnia miſit:
Q uæ ſimul attigimus:ſtetimuſq; in limie tecti.
Mille lupi:mixtiq; lupis urſiq; leæq;
Occurſu fecere metum:ſed nulla timenda:
Nullaq; erat noſtro factura in corpore uulnus.
Q uin etiam blandas mouere per aera caudas.
Noſtraq; adulantes comitant ueſtigia:donec
Excipiunt famulæ:perq; atria marmore tecta
Ad dominã ducunt. pulchro ſedet illa receſſu
Solenni ſolio:pallamq; induta nitentem.
Inſuper aurato circũuelatur amictu.
Nereides nymphæq; ſimul:q̃ uellera motis
Nulla trahunt digitis:nec fila ſequẽtia ducũt.
Gramia diſponunt:ſparſoſq; ſine ordie flores.
Secernunt calathis: uariaſq; coloribus herbas.
Ipſa qđ hæc faciũt:opus exigit. ipſa quis uſus.
Q uoue ſit in folio. quæ ſit concordia mixtis



Nouit:& aduertens penſas examinat herbas.
Hæc ubi nos uidit:dicta acceptaq; ſalute.
Diffudit uultus:& reddidit omnia uotis.
Nec mora:miſceri toſti iubet hordea grani:
Mellaq;:uimq; meri: & cũ lacte coagula paſſo:
Q uiq; ſub hac lateat furtim dulcedine: ſuccos
Adiicit. accipimus ſacra data pocula dextra
Q uæ ſimul arenti ſitientes hauſimus ore:
Et tetigit ſummos uirga dea dira capillos:
(Et pudet:& referam) ſetis horreſcere cœpi
Nec iam poſſe quæri. pro uerbis ædere raucum
Murmur:& in terram toto procũbere uultu:
Oſq; meum ſenſi pando occalleſcere roſtro
Colla tumere toris:& qua modo pocula parte
Sumpta mihi fuerant: illa ueſtigia feci.
Cũq; eadem paſſis (tantũ medicamia poſſũt)
Claudor in antra. ſuis ſolum caruiſſe figura
Vidimus Eurylochũ. ſolus data pocula fugit.
Q uæ niſi uitaſſet:pecoris pars una maneret.
Nunc quoq; ſetigeri:nec tantæ cladis ab illo.
Certior ad Circen ultor ueniſſet Vlyſſes.
Pacifer huic dederat florem Cyllenius album
Moly uocant ſuperi:nigra radice tenetur.
Tutus eo monitiſq; ſimul cœleſtibus intrat
Ille domum Circes:& ad inſidioſa uocatus
Pocula:conantem uirga mulcere capillos
Reppulit:& ſtricto pauidam deterruit enſe.
Inde fides:dextræq; datæ:thalamoq; receptus
Coniugii dotem ſociorum corpora poſcit.
Spargimur ignotæ ſuccis melioribus herbæ:
Percutimurq; caput conuerſæ uerbere uirgæ
Verbaq; dicuntur dictis contraria uerbis.
Q uo magis illa canit:magis hoc tellure leuati
Erigimur: Setæq; cadunt: bifidoſq; relinquit
Rima pedes. redeunt hũeri:& ſubiecta lacertis
Brachia ſunt. flentem flentes cõplectimur illũ:
Hæremuſq; ducis collo. nec uerba locuti
Vlla priora ſumus: q̃ nos teſtantia gratos.
Annua nos illic tenuit mora:multaq; præſens
Tempore tam longo uidi. multa auribus hauſi.
Hoc quoq; cũ multis: qđ clã mihi rettulit una
Q uattuor e famulis ad talia ſacra paratis.
Cum duce nãq; meo Circe dum ſola moratur:

Penſas:ponderatas:neq; enim pharmaca niſi ponderentur: recte componi poſſunt. Diffudit uultus:exhilarauit. Et reddidit omnia uotis: hoc eſt:oĩa pro uotis reſpondit. Hordea toſti grani:hypallage eſt: grana enim ordei toſti intelligimus. Cũ lacte coagula paſſo:periphraſis ẽ caſei. Sacra dextra:execrabili. Arenti ore:ſicco:ꝑ quod intelligimus ipſos fuiſſe bibendi auidos.

Horreſcere:horridus fieri. Nec iã poſſe quæri:& cœpi non poſſe quæri & lamentari: iam enĩ in porcum fuerat conuerſus. Occalleſcere: in callum cõmutari. Pando roſtro:recuruo. Colla tumere toris: extãtibus carnibus tumida fieri.

Illa ueſtigia feci:brachia in crura ãteriora fuiſſe cõmutata ait. Cũq; eadem paſſis: cum ſociis meis qui eadem erant paſſi in ſtabulo claudor.

(Tantum medicamina poſſunt) parentheſis ẽ acclamationem continens in Circes medicamẽta. Maneret:eſſet. Ab illo certior:factus ſubaudiatur. Pacifer Cyllenius:Mercurius qui ad pacem mittitur: quemadmodum iris ad diſcordiã.

Moly uocant ſuperi:quod ſubaudiatur:quod ſuperi uocant Moly. De hac uero herba ex ſentẽtia Homeri ſic Pli. ſcribit. laudatiſſima herbarum ẽ:Homero teſte quã uocari ab diis putat Moly. Inuentionem eius Mercurio aſſignat: contraq; ſumma ueneficia demonſtrat : naſci eam hodie circa Pheneum:& in Cyllene Arcadiæ tradũt ſpecie illa Homerica:radice rotunda nigraq; magnitudine cæpæ: folio ſcyllæ : effodi autẽ difficulter Græci auctores florem eius luteum pinxere:cum Home. candidum ſcripſerit. Inueni e peritis herbarum medicis : qui & in Italia naſci eã diceret: afferreq; mihi e campania aliquot diebus effoſſam inter difficultates ſaxeas radicis triginta pedes longæ: ac ne ſic quidem ſolidæ ſed abruptæ.

Moly herba.

Thalamo:in Thalamum. Coniugii dotẽ: coitus præmium. Socioꝝ corpora:ut reſtituat ſociorum corpora priſtinæ figuræ. Percutimur caput: poetica eſt Synegdoche: Nã in proſa caput nobis percutitur diceremus. Magis hoc:tanto magis. Illum flentem:Vlyſſem:ſubaudiamus.

Quã nos teſtantia gratos: ſe ante omnia gratias Vlyſſi egiſſe ait. Hoc quoq; cũ multis:Pici iuuenis in auem ſui nominis portentoſam metamorphoſin narrat Achimenidi Macareus: nã Picus Saturni filius rex fuit Latii:qui cũ iam canentem ex Venilia Iani filiam duxiſſet uxorem:a Circe forte in uenatiõe uiſus ſtatimq; amatus : cum ei morem gerere nollet: in auẽ ſui nominis fuit mutatus . Paratis : inſtructis. Ad talia ſacra: magica . Cum duce meo: cum Vlyſſe.

Picus in auẽ



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Illa:famula. Signum:ſtatuam. Inſignem:or
natum. Accipe:audi. Adiice: adhibe. Pro-
les Saturnia:filius Saturni. Forma uiro:tali erat
pulchritudine:quali & ſtatua ipſius. Licet ipſe
decorem: tantum fuiſſe decoris in uiuente Pico:
quantum eſt in ipſius imagine ait. Nec adhuc
ſpectaſſe tot annos:ſignificat Picũ: tum cũ muta
tus fuit:nondum ad.xx.annos perueniſſe:eſt au-
tem ordo. Nec poteras ædere ipſum quater qn-
quennẽ ſpectaſſe tot annos Graia pugna:hoc ẽ.
in paleſtra: quam iccirco Graiam pugnã uocat:
ꝙ a Græcis fuit inſtituta. Innuit aũt cum uiſum
fuiſſe iuniorem ꝗ̃ erat: quod uero quidam Gra-
iam paleſtram pro bello Troiano putant accipiẽ
dam mihi nõ probatur. Quas albula: Tybris q
a colore aquæ prius albula dicebatur. Quaſq;
Numicus Numici:Numicus flu. eſt laurentis agri: in quẽ
Aeneam cecidiſſe ferunt. Quas anienis aquæ:
Anio Anio fluuius eſt latii haud longe ab urbe in Ty
Almo berim defluens. Almo:fluuius haud longe ab
urbæ Roma diſtans: qui in tyberim non longæ
a fonte ingreditur. Vnde etiam a poeta breuiſſi-
mo curſu eſſe dicitur:in almone aũt ſingulis qui
buſq; annis ſexto calen. Aprilis(ut refert Macro-
bius)Cybeles ſimulacrum lauari conſuetũ erat.
Nar ue tulit præceps.Nar.flu.eſt umbriæ in ty
Nar berim labens. Et opacæ Farfarus undæ: Farfa
Farfarus. rus fluuius eſt Sabinorꝫ. Scythicæ Dianæ: quæ
ab Horeſte una cum Iphigenia ex Taurica regio
ne Ariciam uſq; allata fuit. Stagnum nemora-
le: inter nemora poſitum: nam ut Strabo ſcribit:
Artemiſio.i.Dianæ & luco & templo lacus adia-
cet inſtar pelagi fluctuans: qui undiq; ſyluis cir-
cundatur.Venilia:uxor fuit Iani antiquiſſimi Ita
liæ Regis. Ancipiti Iano:bicipiti atq; bifronti.
Rara quidem facie: p̄ſtans facie: omne enim ra-
rum præclarum eſt. Vnde canens dicta eſt: nã
canens nomine proprio uocabatur propter ex-
cellentem canendi peritiam. Morari: remora-
ri:ſiſtere. Ore ſuo:cantu ſuo. Exierat tecto:do
mo egreſſus erat In agros Laurentis:in agros
Laurentes. Laurentum. Laurentes enim populi fuerunt La
tii:a Laurento urbæ dicti. Fixurus confecturus:
percuſſurus. Acris equi: ferocis. Phœniceam:
purpuream. Ab auro:ab aureo cingulo cõpræ-
henſam & cinctam chlamydem habens. Et fi-
lia Solis:etiam Circe ſolis filia. Circæa arua:cir
cæum montem: a Circe denominatum: in quo
Circæi oppidum fuit: ut pauloante diximus.
Abdita:abſcõdita. Obſtupuit:emphaſis pul
chra:hinc enim facile colligitur:quanta foret Pi-
ci pulchritudo:qua ſtatim Circe ita capta eſt: ut
obſtupuerit. Valido ab æſtu:a uehemẽti amo-
re. Circũfuſuſq; ſatelles:-circũpoſiti miniſtri. eſt
enim Synegdoche. Licebit:pro licet:quãuis.

Illa mihi niueo factum de marmore ſignum
Oſtendens:iuuenile gerens in uertice Picum
Aede ſacra poſitum:multiſq; inſigne coronis:
Quis foret:& quare ſacra coleretur in æde:
Cur hanc ferret auem:quærenti & ſcire uolẽti.
Accipe ait Macareu: domiæq; potẽtia quæ ſit:
Hinc quoq; diſce meæ. tu dictis adiice mentẽ.
Picus in Auſoniis proles Saturnia terris
Rex fuit utilium bello ſtudioſus equorum.
Forma uiro quã cernis erat:licet ipſe decorem
Aſpicias:fictaq; probes ab imagine ueram.
Par aius formæ:nec adhuc ſpectaſſe tot annos
Quinquẽnẽ poteras Graia ꝗ̃ter ædere pugna.
Ille ſuos Dryades latiis in montibus ortas.
Verterat in uultus.illum fontana petebant
Numia naiades: quas Albula: quaſq; Numici:
Quaſ anieniſ aquæ:curſuq; breuiſſimus almo:
Nar ue tulit præceps:& opacæ Farfarus undæ.
Quæq; colũt Scythicæ ſtagnũ nẽorale Diãæ:
Finitimoſq; lacus.ſprætis tamẽ omnibus unam
Ille colit nymphã:quã quondã in colle palati
Dicitur ancipiti peperiſſe Venilia Iano.
Hæc ubi nubilibus primum maturuit annis:
Præpoſito cunctis laurenti tradita Pico eſt.
Rara quidem facie:ſed rarior arte canendi:
Vndæ Canens dicta eſt: ſyluas & ſaxa mouere
Et mulcere feras:& flumina longa morari
Ore ſuo:uolucreſq; uagas retinere ſolebat.
Quæ dum fœminea modulat̃ carmina uoce:
Exierat tecto Laurentis Picus in agros
Indigenas fixurus apros:tergumq; præmebat
Acris æqui:leuaq; haſtilia bina ferebat:
Phœniceã fuluo chlamydẽ cõprẽſus ab auro.
Venerat in ſyluas & filia ſolis eaſdem:
Vtq; nouas legeret fœcũdis collibus herbas:
Nominæ dicta ſuo Circæa reliquerat arua.
Quæ ſimulac iuuenẽ uirgultis abdita uidit:
Obſtupuit.cecidere manu:ꝗ̃s legerat herbas:
Famaq; per totas uiſa eſt errare medullas.
Vt primum ualido mentem collegit ab æſtu:
Quid cuperet faſſura fuit:ne poſſet adire
Curſus equi fecit:circunfuſuſq; ſatelles.
Non tamen effugies: uento rapiare licebit:



Si modo me noui:ſi non euanuit omnis
Herbarum uirtus.nec me mea carmina fallunt.
Dixit.& effigiem nullo cum corpore falſi
Finxit apri:præterq; oculos trãſcurrere regis
Iuſſit:& in denſum:trabibus nemus ire uideri
Pluria qua ſylua ẽ:& æquo loca peruia nõ ſũt.
Haud mora.cõtinuo p̄dæ petit iſcius umbras
Picus:equiq; celer ſpumãtiaq; terga reliquit.
Spẽq; ſequens uanam ſylua pedes errat in alta.
Concipit illa præces:& uerba præcantia dixit:
Ignotoſq; deos ignoto carmine adorat
Quo ſolet & niueæ uultum confundere lunæ
Et patrio capiti bibulas ſubtexere nubes.
Tunc quoq; cantato denſatur carmine cœlum:
Et nebulas exhalat humus:cæciſq; uagantur
Limitibus comites:& abeſt cuſtodia regis.
Nacta locum tempuſq; per o tua lumina dixit
Quæ mea cœperũt:pq; hãc pulcherriæ formã
Quæ facit ut ſupplex tibi ſim dea:ꝯſule noſtriſ
Ignibus:& ſocerꝫ:qui præuidet omnia ſolem
Accipe:nec durus titanida deſpice Circen
Dixerat.ille ferox ipſamq; præceſq; reliquit
Et quæcũq; es ait:nõ ſum tuus.altera captum
Me tenet:& teneat per longũ cõpræcor æuũ.
Nec Venere externa ſocialia fœdera lædam
Dum mihi Ianigenã ſeruabũt fata Canentem.
Sæpe retemptatis præcibus Titania fruſtra:
Non impune feres:neq; ait reddere Canenti:
Læſaq; quid faciat:qd amãs:qd fœmina:diſces
Rebus ait:ſed amãs & læſa & fœmina Circe ẽ.
Tum bis ad occaſum:bis ſe cõuertit ad ortum.
Ter iuuenem bacculo terigit:tria carmia dixit.
Ille fugit.ſed ſe ſolito uelocius ipſe
Currere miratus:pennas in corpore uidit:
Seq; nouam ſubito latis accedere ſyluis.
Indignatus auem:duro fera robora roſtro.
Figit:& iratus longis dat uulnera ramis:
Purpureum clamydis pennæ traxere colorem.
Fibula quod fuerat:ueſtẽq; momorderat aurꝫ
Pluma fit:& fuluo ceruix præcingitur auro.
Nec quidꝗ̃ antiquũ Pico: niſi nomina reſtant.
Interea comites clamato ſæpe per agros
Ne quicꝗ̃ Pico:nullaq; in parte reperto:

Si modo me noui: meam potentiam. Eua-
nuit:uana facta eſt. Præter: iuxta. Trabibus:
arboribus:ex quibus trabes fiunt. Inſcius:præ-
dam non cognoſcens eſſe falſam. Vmbras præ
dæ:Imaginem apri ſimulati & ficti. Spem ua-
nam:umbram corpore carentem. Errat:uaga
tur. Concipit illa præces: uota quibus a diis id
quod cupiebat impetraret. Ignoto carmine:
obſcuris & non intellectis uerbis. Confunde-
re:obſcurare. Patrio capiti:ſoli. Denſatur cœ
lum:in nubem cogitur aer:ut inquit Virg. Cæ-
cis:ignotis. Et abeſt cuſtodia regis:comites re-
gis abſunt. Tibi:qui es mortalis. Conſule: ſuc
curre:medere. Durus:crudelis. Et ꝗ̃cũq; es ait:
cum quodam contemptu hæc ait Picus: ac ſi di-
ceret:etiam ſi eſſes filia Iouis nedum ſolis. Iani
genam: Iano genitam. Retemptatis: iteratis.
Non impune feres: non abibis ſine pœna.
Neq; reddere canenti: neq; redibis ad canen-
tem. Diſces rebus ait.re ipſa inquit cognoſces.
Circe eſt:hæc cum maxima indignatione di-
cuntur: perinde ac ſi diceret: Circe læſa eſt: quæ
omnium incantamentorum & ueneficiorum eſt
peritiſſima. Solito uelocius: citius ꝗ̃ ſolebat: iã
enim in auem fuerat cõuerſus. Accedere: adiũ
gi. Duro:fera robora roſtro.Hypallage eſt:du
ra nãq; robora fero percuti roſtro intelligimus.
Figit:percutit. Fibula ꝙ fuerat:fibula aurea.
Momorderat:depilauerat: nam fibulæ ueſtes
mordere uidentur:cum eas pilis priuent. Signifi
cat autem Pici aureum balthẽu in torquem ful-
uum:quo collum Pici auis cingitur: fuiſſe cõuer
ſum. Nec quidꝗ̃ antiquum Pico niſi nomina re
ſtant.Picus martius iccirco hæc auis cognomina
tur:ꝙ Marti ſit conſecratus:a Pico autem Picenũ Picenum unũ
deducitur Italiæ regio: quæ uulgo nũc Marchia
anconitana uocatur:ꝙ Sabini dum Aſculũ con-
tenderent:in eorum uexillo Picus conſedit. In
terea comites:Pici comites cum uim Circe affer-
re pararent: in uarias feras conuerſi fuere.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tenuauerat:tenues ac ſubtiles reddiderat: eſt
autem parentheſis qua narratio ueriſimilis effici
tur. Criminibus ueris:uera criminatiõe. Vim-
q; ferunt:uiolentiam Circe afferre uolunt. In-
ceſſere:inuadere. Noctis deos:Hecaten:Pluto-
nẽ & reliquos inferni deos. Hereboq; Chaoq;:
hoc ẽ.ab herebo uſq; & Chao incipiens Circe:ſi-
ue ab inferis deos noctis inuocat.Eſt enim Here
bus obſcuriſſimus inferni locus : unde ortã eſſe
noctem Varro ſcribit.Chaus autem quod chaos
in primo appellauit poeta : fuit quædam rerum
omnium confuſio: ex qua dii quoq; nati eſſe fe-
runtur. Ad illud autem Ouidius alludere uide-
tur: q Pronapides poeta græcus ſcriptũ reliquit
Chaus Demogorgõ — Chaum Demogorgonis primi deorum omniũ uxo
rem fuiſſe:ex qua Herebum Terrãq; ſuſcepit:un-
de nox:miſeria:egeſtas: fama: tartarus: cloto: la-
cheſis:atropos:Pluton: multaq; alia nata eſſe fin
guntur. Edere:emittere. Tenues animæ: ſine
corpore. Vulgus:comites Pici. Mirantia:ſtu
pentia. Monſtra:monſtroſæ figuræ. In iuue
nes ueniunt:nam illi in uarias feras fuerunt con
uerſi. Preſſerat occiduus: Canens uxor Pici cũ
uirum nuſq̃ inueniret: ita ſe lachrymis tradidit:
ut paulatim iuxta Tyberim in auras fuerit reſolu
Canens in loci nomen. — ta:locus autem ille Canens a Canentis nymphæ
nomine fuit appellatus. Tarteſia littora:occidẽ
talia: nam Tarteſus urbs eſt ulterioris Hiſpaniæ.
Lumina funalia:faces.Seq; proripit:e domo.
Et dare plangorem: & edere eiulatum. Væſa-
na:inſana:ac furens. Inopem: expertem:caren-
tem. Carmina exequialia:exequiis conuenien
tia.Cygnus aũt morti uicinus ſuauiſſime canere
memoratur. Tabuit:paulatim abſumpta eſt.
Euanuit: reſoluta eſt. Rite : merito & recte
ob memoriã illius nymphæ: quæ mariti deſyde-
rio illic uitam cum morte cõmutarat. Per lon-
gum annum: quo apud Circen fuimus. Reſi-
des:deſides ac pigri: facti autem ſubaudiatur.
Inire:intrare. Dare uela : nauigare . Sæui
ponti: furentis & in tempeſtatem concitati ma-
ris. Aeneia nutrix. Caieta Aeneæ nutrix: quæ
mortua ac ſepulta:& portui:& urbi:nomẽ dedit.

Inueniunt Circen (nam iam tenuauerat auras)
Paſſaq; erat nebulas uentis ac ſole reſolui:
Criminibuſq; præmũt ueris:regẽq; repoſcunt:
Vimq; ferunt:ſæuiſq; parant inceſſere telis.
Illa nocens ſpargit uirus ſuccoſq; ueneni.
Et noctẽ:noctiſq; deos:Hereboq;:Chaoq;
Conuocat:& longis Hecaten ululatibus orat.
Exiliere loco:dictu mirabile:ſyluæ:
Ingemuitq; ſolum:uicinaq; palluit arbor:
Sparſaq; ſanguineis rubuerunt pabula guttis:
Et lapides uiſi mugitus edere raucos:
Et latrare canes:& humus ſerpentibus atris
Squallere:& tenues animæ uolitare uidentur.
Attonitũ monſtris uulgus pauet. illa pauentũ
Ora uenenata tetigit mirantia uirga:
Cuius ab attactu uariarum monſtra ferarum
In iuuenes ueniunt.nulli ſua manſit imago.
Preſſerat occiduus Tarteſia littora Phœbus:
Et fruſtra coniunx oculis animoq; Canentis.
Expectatus erat.famuli populuſq; per omnes
Diſcurrunt ſyluas:atq; obuia lumina portant.
Nec ſatis ẽ nymphæ flere: & lacerare capillos:
Et dare plangorem:facit hæc tamẽ omnia:ſeq;
Proripit:ac latos errat uæſana per agros.
Sex illam noctes totidem redeuntia Solis
Lumina uiderunt.inopem ſomniq; cibiq;
Per iuga:per ualles:qua ſors ducebat:euntem.
Vltimus aſpexit feſſam luctuq; uiaq;
Tybris:& in gelida ponentem corpora ripa.
Illic cum lachrymis ipſos modulata dolores
Verba ſono tenui mœrens fundebat:ut olim
Carmina iã moriens canit exequialia Cygnus.
Luctibus extremũ tenues liquefacta medullas
Tabuit:inq; leues paulatim euanuit auras.
Fama tamẽ ſignata loco eſt: quẽ rite Canẽtem.
Nomine de nymphæ ueteres dixere coloni.
Talia multa mihi longum narrata per annum
Viſaq; ſunt.reſides & deſuetudine tardi
Rurſus inire fretũ.rurſus dare uela iubemur
Ancipiteſq; uias & iter titania uaſtum
Dixerat:& ſæui reſtare pericula ponti.
Pertimui fateor:nactuſq; hoc littus adhæſi:
Finierat Macareus.urnaq; Aeneia nutrix



Cõdita marmoreo tumulo breue carmẽ hẽbat
Hic me Caietam notæ pietatis alumnus
Ereptam Argolico:quo debuit igne:cremauit.
Soluitur herboſo religatus ab aggere funis:
Et procul inſidias infamatæq; relinquunt
Tecta deæ:lucoſq; petũt:ubi nubilus umbra
In mare cum fulua prorumpit Tibris harena:
Faunigenæq; domo potitur:nataq; Latini:
Non ſine marte tamẽ.bellũ cum gente feroci
Suſcipitur:pactaq; furit pro coniuge Turnus.
Concurrit Latio Tyrrhenia tota:diuq;
Ardua ſollicitis uictoria quæritur armis.
Auget uterq; ſuas externo robore uires:
Et multi Rutulos:multi Troiana tuentur
Caſtra.neq; Aeneas Euãdri ad mœnia fruſtra
At Venulus fruſtra profugi Diomedis ad urbẽ
Venerat.ille quidẽ ſub Iapyge maxia Dauno
Mœnia condiderat:dotaliaq; arua tenebat.
Sed Venulus Turni poſtq̃ mandata peregit:
Auxiliumq; petit:uires Aetolius heros
Excuſat.nec ſe aut ſoceri cõmittere pugnæ
Velle ſui populos:aut quos e gente ſuorum
Armet:hẽre ullos.ne ue hæc cõmẽta putetis:
(Admonitu q̃q̃ luctus renouentur amari)
Perpetiar memorare tñ.poſtq̃ alta cremata eſt
Ilios:& Danaas pauerunt pergama flammas:
Naryciuſq; heros a uirgine uirgine rapta:
Quã meruit pœnam ſolus:digeſſit in omnes:
Spargimur:& uẽtis inimica per æquora rapti
Fulmina.noctem:imbres:iram:cœliq; mariſq;
Perpetimur Danai:cumulũq; Capharea cladis.
Ne ue morer referens triſtes ex ordine caſus:
Græcia tum potuit Priamo quoq; flẽda uideri:
Me tamen armiferæ ſeruatum cura Mineruæ
Fluctibus eripuit.patriis ſed rurſus ab agris
Pellor:& antiquo memores de uulnere pœnas
Exigit alma Venus:tantoſq; per alta labores
Aequora ſuſtinui: tantos terreſtribus armis.
Vt mihi fœlices ſint illi ſæpe uocati:
Quos cõis hyems iportunuſq; Caphareus
Merſit aquis:uellemq; horum pars una fuiſſe.
Vltima iam paſſi comites belloq; fretoq;
Deficiunt:finemq; rogant erroris.at Agmon

Breue carmen:epitaphiũ dicit. Alũnus:Aene
as a me alitus atq; educatus. Argolico igne:
quo a Græcis Iliũ fuit incenſum. Funis religa-
tus:quo naues religatæ tenẽtur: huiuſmodi autẽ
funis ora uocatur. Infamatæ deæ: ĩfamia labo- — Ora
rãtis circes. Prorũpit:cũ impetu ĩgreditur. Fau
nigenæq; domo. Latini Fauni filii.Hæc aũt iccir
co narrat poeta:ut ſociorum Diomedis in aues cy- — Diomedis ſocii in aues
gnis ſimiles metamorphoſin cum ſupiore aptius
cõnectat. Cũ gente feroci:Rutulorum:ut ex carmi
ne quoq; Virgiliano ẽ notũ. Cõcurrit Latio Tyr
rhenia tota. Thuſciæ populi cõtra Latinos bellũ
pro Troianis ſuſcipiũt. Externo robore. Exter-
nis militibus. Neq; Aeneas Euandri ad mœnia
fruſtra:nã Euãder in Troianorum auxiliũ & Pallan
tẽ filiũ miſit:& ut a Thuſcis iploraret:auxiliũ hor
tatus eſt:ut Virg.quoq; canit. Ad uenulus fru-
ſtra: Venulus a Turno ad Diomedẽ: q in apulia
urbẽ ædificauerat:miſſus orator: nihil auxilii ab
eo ipetrauit: qđ diceret cũ alia q̃dã tum Troiãos
nimiũ diis eſſe gratos. Profugi Diomedis: pcul
a patria ob uxoris Turpitudinẽ fugati:nã Diome
des a bello Troiano in patriã reuerſus Aegialen
uxorẽ compit cylleboro Stheneli filio adhæſiſſe:
a qua cũ receptus nõ foret: aufugiens pueni in
Argyrippa — Apuliã:ubi a Dauno cum pte regni filia accepta
Daunia i. ñ — urbẽ noĩe argyrippã ædificauit. Sub Iapyge da-
Iapygia un — uno.Daunus rex fuit apuliæ:a quo Daunia fuit
Iapyx urbs & — appellata. Iapyx aũt a Iapygia declinať: q̃ eadẽ ẽ
uentus — cũ apulia:a Iapyge Dedali filio cognoĩata. Sane
Iapyx urbis quoq; nomẽ ẽ:q̃ nunc Bariũ dicitur.
Eſt ẽt Iapyx uentus apuliæ peculiaris. Aetolius
heros:Diomedes Tydei ætoliæ regis filius. Excu
ſat:ĩ excuſationẽ adducit. Cõmẽta: ficta. Per-
petiar:ſuſtĩebo. Memorare:narrare. Ilios:urbs
Troia:q̃ & Ilion dicitur. Naryciuſq; heros:Aiax — Naryx
Oilei filius:q fuit Narycius.Naryx enĩ quæ & na
ryciũ & Naryce dicitur: urbs fuit Locridis unde
Narycius declinatur.Aiax aũt Oilei filius Caſſã
drã Priami filiã:cum in tẽplo Palladis ſtupraſſet:
nõ in ſe ſolũ:ſed in oẽs Græcos irã numinis cõci
tauit:nã in patriã nauigãtes: & ipſe fulmĩe pcuſ-
ſus orta maxĩa tẽpeſtate: & alii p maria fuere di-
ſiecti. A uirgine:Pallade:q̃ ppetuã ſeruauit uir-
ginitatẽ. Virgĩe rapta:Caſſandra ſtuprata. Di
geſſit:diſſipauit:diuiſit. Spargimur:diſſipamur
diſpgimur. Cumulũq; Capharea cladis:Capha — Caphareus
reus pmontoriũ eſt Euboeæ in Helleſpontũ ſpe
ctans: ad cuius radices ira Mineruæ : ac fraude
Naupli Palamedis patris: Græcorum claſſis maxi-
mũ fecit naufragiũ. Priamo quoq; flẽda uideri:
nimia ẽ calamitas: quæ hoſtibus quoq; flẽda ui-
detur. Antiquo de uulnere: nã in bello Troião
Diomedes cũ Aenea cõgreſſus:cũ ſibi eũ auxilio
Veneris eripi uideret:in ipſam deã ſagittas con-
iecit:quare dea irata a Diomede uxoris animum
ſic abalienauit: ut illum ab excidio Troiano re-
uerſum in ædes accipe noluerit. Memores pœ
nas:quas in memoria habebat. Importunus ca
phareus:ſine portu:pernicioſus. Deficiunt: me
derelĩquere uolũt. At Agmon feruidus:Agmõ
Agmon i auẽ — cũ Venerem cõtemneret: in auem cygno ſimilẽ
una cum quibuſdam e ſociis fuit cõmutatus.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Feruidus ingenio:tum uero & cladibus aſper
Q uid ſupereſt quod iã patiẽtia noſtra recuſet
Ferre uiri dixit? qd habet Cytheræa? qd ultra:
V elle puta:faciat? nam dum peiora timentur:
Eſt locus in uoto.ſors aũt ubi peſſima rerũ eſt.
Sub pedibus timor eſt:ſecuraq; ſũma maloꝝ.
Audiat ipſa licet:& quod facit:oderit omnis
Sub Diomede uiros:odium tamẽ illius omnes
Spnimus:& magno ſtat magna potẽtia nobis.
Talibus iratam V enerem Pleuronius Agmon
Inſtimulat uerbis:ſtimuliſq; reſuſcitat iram.
Dicta placent paucis.numeri maioris amici
Agmona corripimus:cui reſpondere uolenti.
V ox pariter uociſq; uia eſt tenuata:comæq;
In plumas abeunt:plumis quoq; colla tegunt:
Pectoraq; & tergum:maiores brachia pennas
Accipiunt:cubitiq; leues tenuantur in alas.
Magna pedis digitos ꝑs occupat:oraq; cornu
Indurata rigent:finemq; in acumine ponunt.
Hũc Lycuſ:hũc Idaſ:& cũ Pethéore Nycteus
Hunc miratur Abas:& dum mirantur eandẽ
Accipiunt faciem: numeruſq; ex agmine maior
Subuolat.& remos plauſis circũuolat alis.
Si uolucrum quæ ſit dubiarũ forma requiris.
V t non Cygnorum: ſic albis proxima Cygnis.
Vix quidem has ſedes & Iapygis arida Dauni.
Arua gener teneo minima cum parte meorum.
Hactenus Oenides. V enulus calydõia regna
Puteoloſq; ſinus Meſſapiaq; arua reliquit:
In quibus antra uides: quæ multa nubila ſylua
Et leuibus guttis manãtia ſemicaper Pan
Nũc tenet.at quodã tenuerũt tp̄e Nymphæ.
Apulus has illa paſtor regione fugatas
Terruit:& primo ſubita formidine mouit.
Mox ubi mens rediit:& contẽpſere ſequentẽ
Ad numerum motis pedibus duxere choreas.
Improbat has paſtor:ſaltuq; imitatus agreſti
Addidit obſcœnis conuicia ruſtica dictis.
Nec prius obticuit:q̃ guttura condidit arbor.
(Arbor eni eſt)ſuccoq; licet cognoſcere mores
Q uippe notam linguæ baccis oleaſter amaris
Exhibet.aſperitas uerborum ceſſit in illas.
Hinc ubi legati rediere negata ferentes

Feruidus ingenio:feroci ingenio præditus. Et aſper:etiam indignatus. Recuſet ferre: no lit pati. Eſt locus in uoto: uotis & p̄cibus locus relinquitur: tunc enim homines ad p̄ces confugiunt:cum peiora timent. Sors autem ubi peſſima rerum eſt:ubi peſſimus eſt rerũ ſtatus. Sub pedibus timor eſt:nihil timetur. Secura:ſine timore. Sub Diomede: exiſtentes ſubaudiamus. Spernimus: contẽnimus. Magna potentia: Veneris. Stat magno:conſtat:nam patriá propter ipſam amiſimus. Pleuronius Agmõ:Pleuron urbs eſt ætoliæ: unde Pleuronius deriuatur.

Pleuron

Reſuſcitat:iterum excitat. Numeri maioris amici:plures amici. Tenuata: tenuis & exigua facta. Magna pedis digitos pars occupat: hypallage eſt:magnam enim pedis partem a digitis fuiſſe occupatam intelligimus. Cornu: roſtro. Finemq; in acumine ponunt:acutum habent roſtrum. Ex agmine:multitudine comitũ. Huiuſmodi autẽ aues Diomedeæ a nomine ducis fuerunt appellatæ. Plauſis alis:cum quodá ſtrepitu motis. Dubiarum uolucrum: auiũ de quibus dubitatur:an cygni ſint:an aliæ a cygnis: Proxima:ſimillima: nam Diomedeæ aues oſoribus ſunt ſimiles. Hactenus Oenides. Diomides Oenei nepos. Venulus Calydonia regna: Diomedis Calydonii:Ná Calydon urbs ẽ Aetoliæ. Puteoloſq; ſinus:Puteoli urbs eſt Apuliæ:a multitudine puteorum dicta. Meſſapia arua: Apula a Meſſapo duce cognominata. In quibus antra uideſ:Paſtoris cuiuſdam Apuli in oleaſtrum metamorphoſin poeta exponit. Nubila: obſcura:eſt enim hoc loco appoſitum. Manantia:ſtillantia. Semicaper Pan: Pan deus eſt paſtorum:qui a parte poſteriori capro ſimilis pingebatur. Mouit: cõmouit ad fugiendum. Ad numerum:ad rhythmum & geſtus rationẽ. Duxere choreas: tripudiarunt. Improbat:uituperat. Condidit:abſcondit. Succo:ex ſucco qui eſt amarus & aſper. Notá.ſignum. Oleaſter: oliua eſt ſylueſtris. Ceſſit: tranſiuit.

Puteoli

Paſtor í oleaſtrum



Arma Aetola ſibi:rutuli ſine uiribus illis
Bella infauſta gerũt:multũq; ab utraq; cruoris
Parte datur.fert ecce auidas in pinea Turnus
Tecta faces:igneſq; timẽt:qbus unda pepercit.
Iamq; picẽ & cæras alimentaq; cætera flammæ
Mulciber urebat:perq; altũ ad carbaſa malum
Ibat.& incuruæ fumabant tranſtra carinæ:
Cum memor has pinus idæo uertice cæſas
Sancta deum genitrix:tinnitibus æthera pulſi
Aeris:& inflati compleuit murmure buxi.
Perq; leues domitis inuecta leonibus auras:
Irrita ſacrilega iactãs incendia dextra
Turne ait:eripiam:nec me patiente cremabit
Ignis edax nemorũ partes:& membra meorum
Intonuit dicente dea.tonitruq; ſecuti
Cũ ſaliente graues ceciderunt grandine nimbi
Aeraq; & tumidum ſubitis cõcurſibus æquor
Aſtrei turbant:& eunt in prœlia fratres.
E quibus alma parens unius uiribus uſa
Stupea perrupit Phrygiæ retinacula puppis:
Fertq; rates ꝓnas medioq; ſub æquore mergit
Robore mollito:lignoq; in corpora uerſo:
In capitum facies puppes mutantur aduncæ.
In digitos abeunt & crura natantia remi.
Q uodq; ſinus fuerat:latus eſt mediiſq; carina
Subdita nauigiis:ſpinæ mutatur in uſum
Lina comæ molles antemnæ brachia fiunt.
Cærulus ut fuerat color eſt:q̃ſq; ante timebant
Illas uirgineis exercent luſibus undas
Naiades æquoreæ:duriſq; in montibus ortæ.
Molle fretũ celebrant:nec eas ſua tãgit origo.
Non tamen oblitæ q̃ multa pericula ſæpe
Pertulerint pelago:iactatis ſæpe carinis
Suppoſuere mãus:niſi ſi q̃ uehebat Achiuos:
Cladis adhuc Phrygiæ mẽores odere Pelaſgoſ.
Neritiæq; ratis uiderunt fragmina lætis
V ultibus:& lætis uidere rigeſcere puppes
V ultibus Alcinoi:ſaxumq; increſcere ligno
Spes erat: in nymphas animata claſſe marinas
Poſſe metu monſtri rutulum deſiſtere bello.
Perſtat:hẽtq; deos pars utraq;:quodq; deoꝝ ẽ
Inſtar:habent animos:nec iam dotalia regna:
Nec ſceptrum ſoceri:nec te Lauinia uirgo:

Rutuli:populi fuerunt:quibus imperauit Tunus:Hæc autem narratur:ut cõmodius nauium æneæ tráſmutationem in nymphas inſerere poſſit poeta:nam cum Turnus Rutulorum rex ignẽ immiſiſſet in claſſem Troianorum:mater deum eas naues:quæ in Ida monte ſibi dicato fabricatæ fuerant:comburi non eſt paſſa. Verũ in nymphas eas marinas cõmutauit. In pinea tecta.Periphraſis eſt nauium: quæ ex pineis tabulis conficiuntur. Mulciber:Vulcanus:ignis. Inflati buxi:Tibiæ quæ ex buxo conficitur. Domitis leonibus: currus enim Cybeles: ut in ſuperioribus ſcripſimus:a leonibus trahitur. Irrita:uana. Sacrilega dextra:hypallage eſt:ipſe enim ſacrilegus intelligitur. Aſtrei turbant: aſtrei uenti auroræ & aſtrei gigantis filii. Stupea retinacula: periphraſis eſt orarum:ideſt funiũ: quibus naues ad terram religantur. Robore mollito: duricie ligni molli facta. In corpore:in carnes. Carina ſubdita. Lignum ſuppoſitum: nam Carina proprie lignum eſt illud quo fundum nauis in duas diſtigui partes uidetur. Lina:funes ex lino confecti. Cærulus color:niger. Duriſq; in montibus ortæ molle fretum: anthiteton elegans: quo maxime ſenſus exornatur: durum náq; opponitur molli. Nec eas ſua tangit origo. hoc eſt: nihil mouentur cupiditate ſuæ originis uidendæ. Nihil curant redire in mõtes:ubi ſunt ortæ. Naryciæ ratis.Sic quidem legitur: ut intelligatur nauiſ Aiacis Oilei qui fuit Narycius.Mihi uero magis Neritiæ uidetur legendum:ut de Vlyſſis naufragio ſentire poetam itelligamus. Neritus enim mons eſt Ithacæ patriæ Vlyſſis:unde Neritius declinatur. Puppes alcinoi: Alcinous Vlyſſẽ: quẽ naufragum hoſpitio ſuſceperat: iſtructa naue in Ithacam uehendum curauit: ſed nauis ipſa í ſcopulum qui eſt poſt Phalacrium Corcyre ꝓmontorium:ſimili ſpecie tranſſigurata fuiſſe a Neptuno in.xiii.Odyſſeæ ab Homero narratur. Animata claſſe:tranſmutata claſſe in nymphas animam habentes. Quod deoꝝ eſt inſtar:ad ſimilitudinem deorum:nã animi ut dii ſunt immortales:hæc autem a poeta narrantur:ut aptius ardeæ urbis in auem metamorphoſin ſubiungat: nam Ardea patria fuit Turni:quá uictores Troiani cum incenderẽt: forte auis ex incẽdio nunq̃ antea uiſa euolauit : quæ a nomine urbis ardea fuit appellata. Soceri : latini regis.

Aeneæ naueſ in nymphas.

Carina quid

Neritus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Viciſſe:uictoriam:uerbum pro nomine poſitum eſt.Sic perſius.Scire tuum nihil eſt. Deponendi pudore:bella ſubaudiamus:utrūq; enim pudebat deponere bellum. Turnuſq; cadit:ab Aenea interfectus. Barbarus enſis:Troianus. Abſtulit:ſuſtulit:deleuit. Patuerunt:diſſoluta fuerunt. Congerie e media:e medio rogo. Præpes:auis:nam præpetes aues maiores dicuntur:quæ uolatu ſuo dant augurium. Plauſis alis:concuſſis. Et ſonus.& uox tenuis & exilis.eſt autem polyſyndeton. Deplangitur:percutitur. Suis pennis: ſuis alis. Iāq; deos

*Aeneas i deū*

omnes:Aeneas cum ad ultimū ætatis ſuæ tēpusueniſſet:p̄cibus Veneris oīum deoꝝ conſenſu in deum: quē latini indigetem appellarūt:fuit tranſmutatus. Ipſamq; Iunonem: quæ ſemp ei fuerat aduerſata. Coercuit:cocgit. Creſcentis Iuli.Iulus Aeneæ fuit filius: qui patri in regno Latino ſucceſſit. Colloq; parētis circūfuſa ſui:hoc ē. collum Iouis patris ſui complexa. Quáuis paruum:quantū uis paruum. In amabile regnum: inferorum regnum. Immotos tenuit: Significat Iunonē quoq; annuiſſe Ioui:ut Aeneas i deorum numerum admitteretur: qui enim annuūt: caput mouent. Tum pater:Iuppiter. Is:Aeneas. Grates agit:gratias agit:i ſoluta dicimus oratione. Iunctis colūbis:currus Veneris a colūbis trahi fingitur. Numicius undis: Numicus fluuius ē latii:qui & Numicius dicitur: in quem cū cecidiſſet Aeneas: neq; inuentus eſſet:creditus ē in deum indigetē fuiſſe cōmutatus. Serpit:lente labitur. Quæcūq; obnoxia morti: q̄cūq; morti ſubiecta. Corniger: fluuius: oēs enim fluuii cum cornibus pingebantur. Reſtitit illi:remanſit illi Aeneæ.anima nāq; imortalis æternitati fuit conſecrata. Luſtratum:purgatum. Ambroſia:imortalitas interprætatur:herba aūt eſſe fingitur:qua dii ueſcuntur. Cū dulci nectare:ut ambroſia pro deoꝝ cibo ponitur:ita nectar pro eorundem ſuauiſſima accipitur potione. Contigit:tetigit. Turba quirini:Populus Romanus.

*Numicus*

*Nectar*

*Indigetes*

Nuncupat indigetē:dii indigetes: quos græci heroas uocant ex mortali & deo nati putabātur:

*Indigetare*

unde & Aeneam latini deum indigetem appellarunt:unde indigetare antiqui dicebāt pro eo qd̄ eſt inuocare. Macrobius. Nāq; uirgines ueſtales ita idigetant. Apollo medice. Apollo pæan.

Nuncupat:nuncupauit:appellauit. Inde ſub Aſcanii binominis. Aſcanius qui et Iulus fuit appellatus Aeneæ i regno ſucceſſit.Cui Syluius:ſic dictus:ꝙ in ſyluis ſit natus:cui Latinus: cui Epitus:cui Capis:cui Capetus:cui Tyberinus:qui in Albula ſummerſus:nomen fluuio dedit:cui Remulus:cui Acrota: cui Auētinus: qui colli nomē dedit:ibi ſepultus.cui Palatinus ſub quo rege pomona hortoꝝ dea.Vertūno deo:qui ſe in uarias uertebat figuras:oībus aliis ſpraetis tandē nupſit. Varias aūt Vertūni metamorphoſis poeta deſcribit. Sub ditione:ſub impio. Aſcanii binominis:duo nomina habentis: nā & Aſcanius:& Iulus a prima lanugie: quæ ἴουλοσ græce dicitur: fuit cognominatus. Alba reſq; latina fuit:Albā urbē:q̄ ab ſitu longa fuit denomiata ab Aſcanio Aeneæ filio fuiſſe ædificatam.& ab Alba ſue illic trigita porcellos enixa noīatā ēt pueri ſciūt. Duæ ſane fuerūt Albæ:altera ad Fucinū lacū:uñ Albēſes declinātur:altera Romæ uicia:unde Albani.

*Alba unde*

Sed uiciſſe petunt:deponendiq; pudore
Bella gerunt.tandemq; Venus uictricia nati
Arma uidet:Turnuſq; cadit.cadit Ardea turno
Soſpite dicta potēs:quā poſtq̄ barbarus enſis
Abſtulit:& tepida patuerunt tecta fauilla:
Cōgerie e media tum primū cognita præpes
Subuolat:& Cineres plauſis euerberat alis:
Et ſonus:& macies:& pallor:& omnia captam
Q uæ deceant urbē:nomen quoq; māſit i illa
Vrbis:& ipſa ſuis deplangitur ardea pennis.
Iamq; deos omnes ipſamq; Aeneia uirtus
Iunonem ueteres finire coercuit iras:
Cum bene fundatis opibus creſcentis Iuli
Tempeſtiuus erat cælo Cytheræius heros:
Ambieratq; Venus ſuperos:colloq; parentis.
Circūfuſa ſui.nunq̄ mihi dixerat ullo
Tempore dure pater:nūc ſis mitiſſimus opto
Aeneæq; meo:qui te de ſanguine noſtro
Fecit auum:q̄uis paruum des optime numen.
Dūmodo des aliquod.ſatis ē inamabile regnū
Aſpexiſſe ſemel.ſtygios ſemel iſſe per amnes.
Aſſenſere dei:nec coniunx regia uultus
Immotos tenuit:placatoq; annuit ore.
Tum pater:eſt is ait cœleſti numine dignus.
Q uæq; petiſ:p quoq; petiſ cape nata qd̄ optaſ
Fatus erat.gaudet:gratesq; agit illa parēti:
Perq; leues auras iunctis inuecta columbis
Littus adit laurens:ubi tectus arū dine ſerpit
In freta flumineis uicina Numicius undis.
Hunc iubet Aeneæ quæcūq; obnoxia morti
Abluere:& tacito deferre ſub æquora curſu.
Corniger exequitur Veneris mandata:ſuiſq;
Q uicquid in Aenea fuerat mortale repurgat.
Et reſperſit aquis.pars optima reſtitit illi.
Luſtratum genitrix diuino corpus odore
Vnxit.& ambroſia cum dulci nectare mixta
Contigit os:fecitq; deum:quem turba Q uirini
Nuncupat Indigetem:temploq; ariſq; recœpit.
Inde ſub Aſcanii ditione binominis Alba



Res Latina:imperium Latinū. Ab illis:poſt illos. Thuſci fluminis:periphraſis eſt albulæ:qui poſtea Tiberis a Tiberino Rege in illo ſubmerſo fuit appellatus. Maturior annis:maior natu. Imitator fulminis. cum enim uellet uideri fulmina iaculari:a Ioue fulmine uero pcuſſus eſt. Sceptrū:imperiū. Poſitus:ſepultus. Tribuitq; uocabula monti:Auentinus eni unus ex collibus Romæ urbis ab Auentino Rege illic ſepulto fuit cognominatus:q̄q̄ Varro:alias quoq; huius nois origines tradat. Sūmæ gentis:p̄ſtantiſſimæ. Pomona:dea fuit pomorū.

Reſq; Latina fuit.ſucceſſit Siluius illi:
Q uo ſatus antiquo tenuit repetita Latinus
Nomina cum ſceptro. clarus ſubit ecce Latino
Epitus ex illo.poſt hunc Capituſq; Capiſq;.
Sed Capis ante fuit.regnum Tiberinus ab illis
Cœpit:& in Thuſci demerſus fluminis undis:
Nomia fecit aquæ:de quo Remuluſq; feroxq;
Acrota ſunt geniti.Remulus maturior annis
Fulmineo periit imitator fulminis ictu.
Fratre ſuo ſceptrum moderatior Acrota.forti
Tradit Auentino:qui quo regnarat eodem
Monte iacet poſitus:tribuitq; uocabula mōti.
Iamq; Palatinus ſummæ loca gentis habebat.
Rege ſub hoc Pomona fuit: qua nulla Latinas
Inter Amadryadas coluit ſollertius hortos:
Nec fuit arborei ſtudioſior altera fœtus:
Vnde tenet nomen. non ſyluas illa nec amnes:
Rus amat:& ramos fœlicia poma ferentes
Nec iaculo grauis eſt:ſed adūca dextera falce
Q ua mō luxuriē præmit:& ſpatiantia paſſim
Brachia compeſcit:fiſſa modo cortice lignum
Inſerit:& ſuccos alieno præſtat alumno.
Nec ſentire ſitim patitur:bibulæq; recuruas
Radicis fibras labētibus irrigat undis. (do ē.
Hic amor:hoc ſtudiū ueneris quoq; nulla cupi
Vim tñ agreſtum metuens Pomaria claudit
Intus:& acceſſus prohibet.refugitq; uiriles.
Q uid non & ſatyri ſaltatibus apta iuuentus
Fecere? & pinu præcincti cornua Panes?
Silenuſq; ſuis ſemper iuuenilior annis?
Q uiq; deus fures:uel falce uel inguine terret
Vt potirentur ea? ſed enim ſuperabat amando
Hos quoq; Vertūnus.neq; erat fœlicior illis.
O quotiens habitu duri Meſſoris ariſtas
Corbe tulit:ueriq; fuit Meſſoris imago.
Tempora ſæpe gerens fœno religata recenti.
Deſectum poterat gramen uerſare uideri.
Sæpe manu ſtimulos rigida portabat:ut illum
Iuraſſe feſſos modo diſiunxiſſe iuuencos.

Latinas inter Amadryadas: nymphas: Amadryades nāq; dicuntur nymphæ:quæ una cū arboribus & oriuntur & occidunt: Vnde etiam nomen ſumpſerunt. αμα nāq; ſimul:δρυσ δρυοσ dicitur quercus. Sollertius:diligentius. Vnde tenet nomen:Pomona enim a pomis nomen eſt conſecuta: poma uero dicuntur oēs fructus quicūq; ex arboribus nati eſui ſint apti.ſiue molli:ſiue duriore cortice tecti:q̄uis Macrobius atq; Seruius poma a nucibus diſtinguentes ſcribant nuces generaliter uocari:quæ duriore cortice tegantur.Poma uero quæ molliore. Sed pomū generale nomē eſſe oium fructuū quicūq; ex arboribus naſcūtur: cū ex aliorum ſcriptoꝝ: tum ex Ouidii uerbis aperte colligi poteſt. Non ſyluas illa: Pomona inquit nō amat ſyluas ut uenetur: nō amnes ut piſcatum eat. Fœlicia poma: dulcia:non amara & aſpera. Nec iaculo grauis eſt:nec dextra pomonæ inquit iaculum geſtat:ſed falcem:q̄ luxuriantes ramos recidat. Luxuriē:luxuriantes ramos. Præmit:recidit. Brachia:ramos. Cōpeſcit:cohibet. Lignum:ſurculum alterius arboris. Alieno alumno:ſurculo ex alia arbore i aliā tranſlato. Fibras: tenuiores ſubtilioreſq; radices. Vim agreſtū:uiolentiam ruſticoꝝ. Pomaria:loca arboribus frugiferis cōſita dicuntur:atq; pomoꝝ repoſitoria. Satyri:dii ſunt ſilueſtres magnopere ſaltu gaudentes. Panes:dii ſunt paſtorum cornuti. Silenuſq; ſuis:Silenus Bacchi fuit nutricius uoluptati maxime deditus. Satyri autē ſenes:ut ſcribit pauſanias:ſileni uocantur. Quiq; deus: periphraſis ē priapi. Hos quoq; uertūnus: Vertūnus deus eſt bene uertendaꝝ rerum: hoc eſt.uendendaꝝ atq; emendarum: a uertēdo dictus: ꝙ ſe in uarias uerteret formas: ut ipſe de ſe apud ꝑpertium narrat.Opportuna mea ē cunctis natura figuris. In quácūq; uoles uerte decorus ero.Inde uertūnalia dicta ſunt:q̄ mēſe Octobri in honorē Vertūni celebrabantur: ut auctor eſt Varro. Vertūnus autem Romæ in uico Thurario ſacellum habuit:ut Pædianus porphyrioq; ſcribunt. Neq; erat fœlicior illis:nam cum quoq; pomona aſpernabantur. Duri meſſoris:aſperi ac laborum patientis: Meſſor autem ē qui frumenta metit ac ſecat. Deſectum gramen: periphraſis eſt fœni:per qd̄ ſignificat Vertūnum fœniſecæ figuram aliquando ſuſcepiſſe. Varias autē Vertūni metamorphoſis poeta deſcribit. Sæpe māu ſtimulos:ſæpenumero inq̄t in bubulchū Vertūnus cōmutabat: ut pomona potiri poſſet.

*Poma*

*Auentinus mons uñ*

*Pomona uñ*

*Sileni*

*Vertumnus*

*Vertūnus in uarias figuras*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Frondator erat:Frondator dicitur frondiũ putator. Induerat ſcalas:ſumpſerat: ſi autem coniunctio ſubaudiatur. Lecturum: collecturum.
Redimitus tempora:circundata habens tempora. Tantoq; peritior inquit:quanto cultiores habes hortos ſubintelligamus. Intemerate:inuiolate. Qualia nunq̃:facete hæc a poeta inferuntur: laſciuiora que ait fuiſſe Vertũni oſcula: q̃ quæ a uera uetula unq̃ dari potuiſſent. Pandos: curuos. Autũni pondere: hoc eſt pomis.
Contra: e regione. Probauit: cõmendauit & approbauit. At ſi ſtaret ait cælebs:his ſimilitudinibus uult perſuadere Pomonæ Vertũnus ut nubat:cum pſertim a multis petatur. Cælebs: ſine coniuge: uites enim ſic ulmos amplectuntur ut uxores uiros. Cælibes enim dicuntur qui ſine coniuge uiuunt: quaſi cæleſtem uitam agentes.

Cælibes

Sine palmite: ſine uite. Nam palmites uitium rami dicuntur uuas ferentes. Peteretur:expeteretur.Non tangeris:non moueris. Helene nõ pluribus eſſet: Helenæ pulchritudo notior eſt q̃ ut hoc loco ſit cõmemoranda. Sollicita: uexata. Nec quæ Lapitheia mouit. Hippodamiá dicit:cuius pulchritudine bellum fuit excitatum iter Lapithas & Centauros: ut in.xii.copioſe narratur.Lapithæ aũt populi fuerunt Theſſaliæ a Lapitho Periphantis filio cognoĩati. Nec cõiunx timidi aut audacis Vlyſſei. Timidi in pugna. Audacis in ſtruẽdis inſidiis.Penelope uero Vlyſſis uxor formoſiſſima fuiſſe ſcribitur: & a q̃pluri mis procis amata. Auerſeris: aſperneris. Hác anũ:ſeipſum oſtendit cum quadá grauitate Vertũnus. Vulgares tædas. Nuptias per ſynegdochẽ.A parte nãq; totum intelligimus. Faces nãq; ex tæda arbore cõfectæ nouæ nuptæ pferebantur. Procorum:amatorum quibus nihil eſt inconſtantius: proci aũt a procãdo:hoc eſt a petendo dicti: qui mulieres in matrimonium petunt: unde & procaces a nimium petendo meretrices dicuntur. Deuouet:dedicat:deſtinat. Sane deuouere hoc loco in bonam accipitur partem: alibi in malam.Virgilius:Præcipue infœlix peſti deuota futuræ. Decoris:pulchritudinis. Fingetur:formabitur:tráſfigurabitur. Primus habet: primitiæ enim frugum Vertũno dicabantur : ut ipſe apud ꝓpertium cõmemorás cás cur Vertũnus dicatur ait. Seu quia uertentis fructum percepimus anni. Vertumni rurſus credidit eſſe ſacrum:prima mihi uariat liuẽtibus uua racemis. & coma lactenti: ſpicca fruge tumet Hic dulces cæraſos:hic autumnalia pruna Cernis & æſtiuo mora rubere die.Inſitor hic ſoluit pomoſa uota corona. Cum pyrus inuito ſtipite mala tulit.

Lapithæ

Procus

Primitiæ frugum uertumno dicabantur.

Falce data frondator erat:uitiſq; putator
Induerat ſcalas:lecturum poma putares.
Miles erat gladio:piſcator arundine ſumpta.
Deniq; per multas aditum ſibi ſæpe figuras
Repperit:ut caperet ſpectatæ gaudia formæ.
Ille etiam picta redimitus tempora mitra
Innitens bacculo poſitis per tempora canis
Aſſimulauit anum:cultoſq; intrauit in hortos:
Pomaq; mirata eſt:tantoq; peritior inquit
Oibus es nymphis:quas continet Albula ripis
Salue uirginei flos intemerate pudoris.
Paucaq; laudatæ dedit oſcula:qualia nunq̃
Vera dediſſet anus:glebaq; incurua reſedit.
Suſpiciens pandos autumni pondere ramos.
Vlmus erat contra ſpecioſa nitentibus uuis:
Quam ſocia poſtq̃ pariter cũ uite probauit:
At ſi ſtaret ait cælebs ſine palmite truncus:
Nil præter frondes quare;peteretur:haberet.
Hæc quoq; q̃ iuncta ẽ uitis: requieſcit i ulmo.
Si non iuncta foret:terræ acclinata iaceret.
Tu tamen exemplo nõ tangeris arboris huius:
Concubituſq; fugis:nec te coniungere curas.
Atq; utinam uelles. Helene non pluribus eſſet
Sollicitata procis:nec quæ Lapitheia mouit
Prælia:nec cõiunx timidi aut audacis Vlyſſei.
Nunc quoq; cum fugias auerſeriſq; petentes:
Mille uiri cupiunt:& ſemideiq;:deiq;:
Et quæcũq; tenent Albanos numina montes:
Sed tu ſi ſapiens:ſi te bene iungere:anumq;
Hanc audire uoles:quæ te plus omnibus illis:
Pluſq̃ credis amo:uulgares reiice tædas.
Vertũnumq; tori ſociũ tibi delige:pro quo
Me quoq; pignus habe.neq;.n.ſibi notior ille ẽ
Quã mihi. nec toto paſſim uagus erat in orbe.
Hæc loca magna colit.nec uti ps magna ꝓcoꝝ
Quã mõ uidit:amat.tu primus & ultimus illi
Ardor eris:ſolique ſuos tibi deuouet annos.
Adde quod eſt iuuenis: quod naturale decoris
Munus habet.formaſque apte finget in oẽs.
Et quod erit iuſſus:iubeas licet omnia fiet.
Quid? ꝙ amatis idẽ? qd? q̃ tibi poma colũtur
Primus habet:lætaq; tenet tua munera dextra?
Sed neque iã fœtus deſiderat arbore demptos:



Nec quas hortus alit cũ ſuccis mitibꝰ herbas:
Nec qdq̃ niſi te:miſerere ardentis:& ipſum.
Quod perit:ore meo pñtem crede præcari
Vltoreſq; deos:& pectora dura peroſam
Idaliam memoreq; time Rhamnuſidis iram.
Quoq; magis caueas:&:n.mihi mlta uetuſtas
Scire dedit:referam tota notiſſima Cypro.
Facta:quibus flecti facile & miteſcere poſſis.
Viderat a ueteris generoſam ſanguine Teucri
Iphis Anaxareten:humili de ſtirpe creatus.
Viderat:& totis perceperat oſſibus ignes.
Luctatuſq; diu:poſtq̃ ratione furorem
Vincere non potuit ſupplex ad limina uenit.
Et modo nutrici miſerum confeſſus amorem.
Ne ſibi dura foret:per ſpes orauit alumnæ:
Et modo de multis alicui blanditus amicis
Sollicita petiit perpenſum uoce fauorem.
Sæpe ferenda dedit blandis ſua uerba tabellis.
Interdum madidas lachrymaꝝ rore coronas
Poſtibus intendit:poſuitq; in limine duro
Molle latus:triſtiſq; ſeræ conuicia fecit.
Sæuior illa freto ſurgente cadentibus auſtris.
Durior & ferro:quod Noricus excoquit ignis.
Et ſaxo:quod adhuc uiuum radice tenetur.
Spernit:& irridet:factiſq; immitibus addit
Verba ſupba ferox:& ſpe quoq; fraudat amãtẽ
Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis:& ante fores hæc uerba nouiſſima dixit
Vincis Anaxarete:neq; erunt tibi tædia tandẽ
Vlla ferenda mei:lætos molire triumphos.
Et Pæana uoca:nitidaq; incingere lauro.
Vincis eñi:moriorq; libens:age ferrea gaude
Certe aliquid laudare mei cogeris:eritq;
Quo tibi ſim gratus:meritũq; fatebere noſtꝝ.
Nõ tamen ante tui curam exceſſiſſe memento
Quã uitã:geminaq; ſimul mihi luce carẽdũ ẽ.
Nec tibi fama mei uentura eſt nuncia læti.
Ipſe ego:ne dubites adero pſenſq; uidebor:
Corpore ut eaxanimi crudeli lumina paſcas
Si tamen o ſuperi mortalia facta uidetis.
Eſte mei memores: nihil ultra lingua præcari
Suſtinet:& longo facite ut narremur in æuo.
Et quæ dempſiſtis uitæ:date tempora famæ

Cũ ſuccis mitibus. dulcibus:ſuauibus. Miſerere ardentis.Ardenter te amantis. Idaliam. Venerẽ ad Idalio Cypri nemore dictam. Rhãnuſidis iram:Rhamnis quæ & Rhamnuſia dicit p Nemeſi ponitur : quæ dea ulciſcitur ſuperbos a Rhamnũte Atticæ oppido:ubi maxime colebatur denomiata: cuius quidem in Capitolio ſacellum eſt:quamuis nomine careat Romão:ut ply. ſcri. Vetuſtas.ſenectus.Senes nanq; iccirco prudẽtiores uidentur:quia multarum rerum peritiam habent. Multa ſcire dedit. multarum rerũ peritiam mihi tribuit.ẽ enim uerbum pro nomine poſitum.quale ẽ illud Perſii.Scire tuum nihil eſt. Viderat a ueteris. Iphis Cyprius Anaxeretes puellæ amore captus:cum nullis præcibus ea poſſet potiri:uitam finire decreuit. Ad ianuam igitur amatæ cum ſe ſuſpendiſſet.maximo merore matrem affecit.cũ uero funus efferretur :Anaxarete ad feneſtram accedens : ut inde exequias ſpreti iuuenis expectaret:in ſaxum fuit commutata:Veteris Teucri.De Teucro Telamonis filio intelligamus:qui poſt mortem Aiacis a pa... domo pulſus Salaminá in Cypro condidit. Miſerum amorem. eam. enim a qua non amabatur amabat. Sollicita uoce.plus q̃ diligenti oratione. Perpenſum fauorem. ipenſum & magnũ ac diligenter animaduerſum. Ea autem omnia deſcribit Ouidius quibus amatores utuntur : ut puellis amatis potiri poſſint. Intẽdit.alligauit.

Rhamnuſia

Anaxarete in ſaxum

Poſuitq; i limine duro molle latus. Antitheton eſt:Durum nãq; opponitur molli. Iphim autem ſæpenumero in limine ianuæ Anaxaretes iacuiſſe ait. Conuicia fecit Male dixit. Seræ. que ianuam clauſam tenebat. Seuior illa freto ſurgente.Quod in tempeſtatem excitatur. Cadẽtibus auſtris.Flare deſinentibus. Tunc enim ſæuiſſimi ſunt. Noricus ignis. Norici. populi ſunt alpini ferro abundantes: Quod adhuc uiuum radice tenetur.hoc eſt.quod nondum e terra eſt effoſſum. Saxa enim nõdum a ſua radice auulſa & uiua dicuntur & duriora ſunt. Spernit & irridet Anaxarete Iphis humilitatem contemnens:illius quærelas irridet. Factis imitibus:aſperis crudelibus.Illum nanq; a ianua fortaſſe depulit. Et ſpe quoq; fraudat amantem : ac etiam ſpe potiundi re amata priuat amantem quod crudele admodum uidetur. Fraudat:priuat. Et Pæana uoca.hoc eſt uocibus læticiæ utere qualibus uoti compotes gaudia ſua exprimere ſolent. ut alibi Ouidius Dicite io pæan io pæan dicite pæan:Pæan uero hymnus quoq; eſt in Apollinẽ:qui a triumphantibus canebatur:

Norici

Pæan

Incingere.Corõare inqt uiridi lauro id qd triũphãtes ſolẽt. Ferrea.dura atq; crudelis. Certe aliquid laudare mei cogeris.hoc ẽ.Id ſaltẽ cogeris laudare:quod mihi ipſe mortem conſciui : ut tibi rem gratam facerem. Curam tui. Amorem quo te proſequor. Exceſſiſſe.a me ſubauditur. Gemia luce & uita mea & te q̃ mihi altera lux es. Crudelia lumina.crudeles oculos.

t

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Dixit:& ad postes ornatos ſepæ coronis
Humentes oculos & pallida brachia tollens:
Cum foribus laquei religaret uincula ſummis.
Hæc tibi ſerta placent crudelis & impia dixit.
Inſeruitq; caput:ſed tũ quoq; uerſus ad illam.
Atq; onus infœlix eliſa fauce pependit.
Icta pedũ motu trepidantũ & multa timentũ
Viſa dediſſe ſonũ ẽ:adapertaq; ianua factum
Prodidit:exclamant famuli:fruſtraq; leuatum:
(Nã pater occiderat)referunt ad limina matris
Accipit illa ſinu:complexaq; frigida nati
Membra ſui:poſtq̃ miſerarum uerba parentũ
Edidit:& matrum miſerarum facta peregit.
Funera ducebat mediã lachrymoſa per urbem
Luridaq; arſuro portabat membra feretro.
Forte uiæ uicina domus:qua flebilis ibat
Põpa fuit:duræq; ſonus plangoris ad aures.
Venit Anaxaretes:quã iam deus ultor agebat.
Mota tamen:uideamus ait miſerabile funus.
Et patulis iniit tectum ſublime feneſtris.
Vixq; bene impoſitum lecto ꝓſpexerat Iphim
Diriguere oculi:calidusq; in corpore ſanguis.
Inducto pallore fugit:conataq; retro
Ferre pedes hæſit:conataq; auertere uultus.
Hoc quoq; nõ potuit:paulatiq; occupat artus
Q uod fuit in duro iampridem pectore ſaxum.
Ne ue ea ficta putes:dominæ ſub imagie ſignũ
Seruat adhuc Salãis ueneris quoq; noie tẽplũ
Proſpicientis habet:quorũ memor o mea lẽtos
Pone præcor faſtus:& amãti iũgere nymphæ.
Sic tibi nec uernum naſcentia frigus adurat
Poma:nec excutiant rapidi florentia uenti.
Hæc ubi nequicq̃ formas deus aptus in oẽs
Edidit:in iuuenem rediit:& anilia demit
Inſtrumenta ſibi:taliſq; apparuit illi:
Q ualis ubi oppoſitas nitidiſſima ſolis imago
Euicit nubes:nullaq; obſtante reluxit:
Vimq; parat:ſed ui non eſt opus:nãq; figura
Capta dei nympha ẽ:& mutua uulnera ſenſit.
Proximus Auſonias iniuſti miles Amuli
Rexit opes:Numitorq; ſenex amiſſa nepotum
Munere regna capit:fœſtiſq; Palilibus urbis

Humentes. lachrymantes. Hæc tibi ſerta placent. huiuſmodi inquit coronæ tibi ſunt gratæ:Vt laqueo collum inſeram: hæc autem cum maxima Anaxaretes inuidia dicuntur. Inſeruitq; caput. Laqueo ſubintelligatur. Eliſa fauce. Compreſſa ceruice. Icta percuſſa. Famuli. Anaxaretes. Fruſtraq; leuatum. Alleuatum. Iam enim motuus erat. Nã pater. Iphidis ſubaudiatur. Funera ducebat. ducendas ac celebrandas exequias curabat. Lurida. Nigra: qualia ſunt mortuorum membra. Portabat. portanda curabat. Arſuro feretro. capulo comburendo. Feretrum enim una cum cadauere cõburebatur. Quam iam deus ultor agebat. Quam iam Nemeſis ſuperbiæ ultrix perſequebat. Tectum. cubiculum. Iniit. intrauit. Vixq; bene impoſitum lecto. ordo eſt. Vix bene Anaxarete proſpexerat Iphim lecto & feretro impoſitum: cũ illius oculi diriguere. Diriguere oculi: cum ſubaudiendum. ut intelligatur cum oculi rigidi ſũt facti. Hæſit. affixa eſt. Saxum. ſaxi duricies quæ paulo ante in pectore illius erat. Salamis. quæ

**Salamis** ſalami dicitur inſula ẽ cum urbe eiuſdem nominis:& urbs in Cypro a Teucro Telamonis filio ædificata. Veneris proſpicientis. Venus proſpi-

**Venus proſpiciens** ciens dicta uidetur. quod uirginum ſuperbiam amatores contemnentium. Venus proſpiciens: ꝓſpiceret atq; prouideret. O mea nymphæ. blanda ẽ ac familiaris appellatio. Nymphe autem cum ſit uocandi caſus: ſine diphthongo ſcribatur.

Lentos faſtus: Diuturnam ſuperbiam. Sic tibi. optantis eſt aduerbium hoc loco illud. In iuuenem. in iuuenilem figuram. Qualis ubi oppoſitas. Quam pulcher eſſet Vertunus anili habitu depoſito apta ſimilitudine oſtendit poeta. Inq; figura capta dei nympha eſt. Sic quidẽ legitur ſed nãq; loco illius inq; ut reponatur ſenſus expoſcit. Exponit enim poeta cur ui opus nõ fuerit. Nã Pomona forma Vertũni capta facile ei morem geſſit. Hanc uero emendationem noſtram inepti quidam Scalforniæ reprehendũt ut uerſum perturbantem. Sic enim autem ſyllaba breuis natura produceretur. Quaſi uero hoc & ipſi non uiderimus: ac non illud ſecuti ſumus: quod nõ ſolum a grammaticis: ſed a Fabio quoq; Quĩtiliano præcipitur ſilicet litteram ſæpenumero in metro excludi. Qui quidem modo nulla uis carmine affertur. Sed de hoc quoq; alibi: plura. Et mutua uulnera ſenſit. Nam & ipſa Vertumni amore cœpit ardere. Poximus auſonias. A mulius & Numitor fratres fuerũt: qui cum ea conditione a patre regnum. Albanorum accepiſſent: ut alternis annis regnarent: Amulius ſemel occupatum imperium fratri reddere nunq̃ animum inducere potuit. Sed Romulus & Remus ex filia Nũitoris a Marte compreſſa nati: & Amulium interfecerunt: & regnum auo reſtituerunt. Ipſi uero urbem Romam ædificarunt: ubi cum Romulus omnia compoſuiſſet iamq; ſenior eſſet effectus Martis præcibus in deorum numerum fuit tranſlatus. Iniuſti Amuli. fratrem enim contra ius & fas regno fraudauit.

Fœſtis palilibus. palilia fœſta erãt: quæ in honorem Palis paſtorum deæ celebrabantur: quibus Roma a Ro



Mœnia conduntur. Tatius patreſq; Sabini
Bella gerunt:arciſq; uia Tarpeia recluſa
Dignam animam pœna cõgeſtis exuit armis.
Inde ſati Curibus tacitorum more luporum
Ore premunt uoces:& corpora uicta ſopore
Inuadunt:portaſq; petunt:quas obice firmo
Clauſerat Iliades:unam tamen ipſa recluſit.
Ne ſtrepitum uerſo Saturnia cardine fecit.
Sola Venus portæ cecidiſſe repagula ſenſit.
Et clauſura fuit:niſi q; reſcindere nunq̃
Diis licet acta deũ:Iano loca iuncta tenebant
Naiades Auſoniæ gelido rorantia fonte.
Has rogat auxiliũ:nec nymphæ iuſta petentẽ
Suſtinuere deam:uenaſq; & flumina fontis
Elicuere ſui:nondum tamen inuia Iani
Ora patẽtis erant:nec iter præcluſerat unda.
Lurida ſupponunt fœcundo ſulfura fonti:
Incenduntq; cauas fumante bitumine uenas.
Viribus his aliiſq; uapor penetrauit ad ima
Fontis:& alpino modo quæ certare rigori
Audebatis aquæ:non ceditis ignibus ipſis.
Flãmifera gemini fumant aſp ergine poſtes.
Portaq; nequicq̃ rigidis promiſſa Sabinis
Fonte fuit præſtructa nouo:dũ martius arma
Indueret miles:quæ poſtq̃ Romulus ultro
Obtulit:& ſtrata eſt tellus Romana Sabinis
Corporibus:ſtrata eſtq; ſuis:generiq; cruorem
Sanguine conſoceri permiſcuit impius enſis.
Pace tamen ſiſti bellum:nec in ultima ferro
Decertare placet:Tatiumq; accedere regno.
Occiderat Tatius:populiſq; æquata duobus
Romule iura dabas:poſita cũ caſſide Mauors
Talibus affatur diuũq; hominũq; parentem.
Tẽpus adeſt genitor:quoniã fũdamie magno
Res Romana ualet:& præſide pendet ab uno.
Præmia iam promiſſa mihi dignoq; nepoti
Soluere:& ablatum terris imponere cœlo.
Tu mihi concilio quondam præſente deorum
(Nã memoro)memoriq; aio pia uerba notaui.
Vnus erit:quem tu tolles in ſidera cœli
Dixiſti:rata ſit uerborum ſumma tuorum.
Annuit Omnipotens: & nubibus aera cæcis
Occuluit:tonitruq; & fulgure terruit orbem.

mulo & Remo condita fuiſſe dicitur: qui dies a priſcis romanis maxime celebrabant. Tatius paterq; Sabini bella gerũt: ꝓpter raptũ Sabinarũ. Nota eſt aũt hiſtoria. Arciſq; uia Tarpeia recluſa: Ordo eſt & ſenſus. Et Tarpeia uirgo exuit atq; depoſuit aĩam pœna dignã armis & ſcutis in eã congeſtis poſt recluſam & aptam arcis uiã. Notior eſt aũt hæc hiſtoria q̃ ut hoc loco ſit pluribus **Tarpeius**
repetenda. Tarpeius aũt mons ẽ qui poſtea Capitolinus fuit dictus. In bello aũt Sabino Tarpeia Tarpeii: qui arci p̃ſidebat filia: Sabinorũ ornamẽtis: q̃ in ſiniſtris geſtabant capta: hoſtibus ꝓdit arcem: qui cum pacti eſſent ſe daturos id quod in ſiniſtris geſtabant: in eã ſcuta coniecerunt: quo & fidem datã ſeruarent: & ꝓditricem ulciſcerentur.

Sati Curibus: Sabini. Nam cures Sabinorum urbs eſt. Ore p̃mũt uoces. ſilent. Et corpora uicta ſopore. Romanos ſomno oppreſſos. Iliades Romulus Iliæ filius. Iano loca iuncta tenebãt. **Aquæ frigidæ in calidas**

Templo Iani: deſcribit autem poeta mutationem aquarum frigidarũ in calidas: Nam in ipſo prælio cum fugerent Romani præcibus Romuli aquæ calidæ ſcaturire cœperũt: quibus Sabini prohibiti ſunt ulterius Romanos perſequi. Poeta uero p̃cibus Veneris id factum fuiſſe ait.

Iani patentis: aperti. Nã Iani templũ apertum ſignificabat urbẽ bello implicitã eẽ: clauſum uero pace gaudere. Lurida ſulfura: qđ luridũ colorẽ & pallidũ efficiũt. Fumante bitumine. ardẽte: Bitumen uero genus ẽ picis facilime ignes cõtrahentis. Certare alpino rigori. contẽdere cũ alpiũ frigore quod eſt uehemẽtiſſimũ: eſt aũt conſtructio græca. Certo nãq; tecum nõ tibi latine dicimus.

Rigidis Sabinis: ſeueris. Præſtructa: obſtructa: obturata. Martius miles. Romanus. A marte nãq; per Romulũ originem ducũt Romani. **Romulus in deum**

Strata ẽ: coopta fuit. Generiq; cruorẽ. Romani enim Sabinorũ filias uxores acceperũt. Pace tñ ſiſti bellũ: interuẽtu Sabinarũ bellum illud fuiſſe ſublatũ notius ẽ q̃: ut ſit exponendũ. Tatiũq; accedere regno: nã inter reliquas pacis conditiones hoc etiã placuit: ut Tatius una cũ Romulo æqua ꝓtãte paribuſq; honoribus regnaret. Occiderat Tatius: de morte Tatii: qui annis qnq; cũ Romulo impauit: & T. Liuius: & Dionyſius Halycarnaſeus copioſe ſcribũt. Laurinii fuit ĩterfectꝰ a proximis legatorũ: qui ad res repetendas miſſi: nõ ſolum ſua a Tatio nõ impetrarũt: ſed a Sabinis quibuſdã inuito Romulo cõtra ius & fas pẽpti fuerũt. Aequata: æqualia facta. Tp̃s adeſt ſoluere: figura eſt græca: nã ſoluẽdi in ſoluta oratione diceretur. Fundamine magno: firmo fũdamẽto. Res Romana: imperiũ Romanum.

Et præſide pendet ab uno. & unius præſidis & regis nutu regitur atq; gubernatur. Dignoq; nepoti. Romulo. Imponere cœlo: in numerũ deorum referre. Nam memoro. in memoria habeo. Alias memorare ſignificat narrare. Eſt aũt parentheſis. Ordo nãq; eſt. Tu mihi quondam: & olĩ dixiſti concilio deorũ præſente: unus erit Romulus: quẽ tu o Mars tolles & extolles in ſidera cœli

Et nubibus aera cæcis: hoc ex hiſtoria ſumptũ



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

eſt.Nam Romulus.ut narrat T.liuius : cum ad exercitum recenſendi cā concionē in campo ad Capræ paludem haberet ſubito coorta tēpeſtas cum magno fragore tonitribuſq; tam denſo regem operuit nimbo:ut conſpectum eius concioni abſtulerit. nec deinde in terris Romulus fuit uiſus.creditus eſt autem a patribus propter morum aſperitatem fuiſſe diſcerptus. ſed plebi perſuaſerunt .ipſum in ſidera fuiſſe tranſlatum .

Promiſſæ rapinæ.rapiendi Romuli e terris in cœlum. Senſit:cognouit.Verberis .flagelli quo equi uerberantur.Nemoroſi pa'ati . nemoribus obſiti. Palatium autem unus ē ex collibus romanis:imperatorum ſede clariſſimus quod nūc uulgus palatium maius uocat.

Palatium

Non regia iura . regi non conuenientia .de litibus enim priuatorum iudicabat. Suo quiriti.ſuis Romanis . Intabeſcere.liqueſcere atq; conſumi.Et puluinaribus altis.Sedibus atq; altaribus excelſis . puluinaria nanq; lecti dicuntur qui in deorum templis ſternebantur.

Herſilia ī deā

Trabeati.trabea īduti.Nam Romulus dum uiueret:trabea ueſte utebatur. Trabearum autem genera ſunt tria:ut ſcri. Suetonius in libro de genere ueſtium:unum quod diis ſacrat: quod totum eſt purpureum . alterum eſt regum quod quidem eſt purpureum:ſed albo infectum Tertium eſt augurale de purpura & cocco mixtum.

Trabearum tria genera

Limite curuo.Arcum dicit per quem Iris decurrere dicitur:Herſiliæ autem Romuli uxoris metamorphoſin exponit poeta.nā & ipſa in deā nomine Oram fuit couerſa. Nunc eſſe Quirini:qui in deorum numerum tranſlatus eſt. Siſte tuos fletus.hoc eſt.Tuis fletibus finem impone. Pete lucum:uade ad lucum. Colle Quirino.qui a quirino Quirinalis fuit cognomiatus.

Romani regis.Romuli qui poſt mortem quirinus fuix appellatus. Per arcus pictos.per arcus uariis coloribus diſtinctos. Et liquet. Conſtat. Offer.oſtēde Ora.faciem figuram. Cœlum accepiſſe uidebor. Fœlix mihi eſſe uidebor.

Cum uirgine Thaumantea.Cū Iride Thaumātis filia. Romuleos colles.Quirinalem collem.

Ceſſit.receſſit. In auras.in aerem. Notis. Amicis Romanæ conditor urbis.Romulus.

Et priſcum pariter:Nam corpus ex mortali effectum eſt immortale.& ꝑ Herſilia Ora fuit cognominata. Quæ nunc dea iuncta quirino ē. Nam Ora in templo Romuli colebantur.

Raphaelis Regi in quintumdecimum metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

q Væritur interea.Quo commodius & librum libro & metamorphoſin metamorphoſi coniūgat poeta.eoꝝ ſequit̄ opinionē:q ſentiunt Numā Pōpilium in magnā Græciā iuiſſe:ut Pythagoricis dogmatibus inſtrueret̄.Quā quidē opinionē Liuius cōpluribus refellit argumētis.ſed hoc potiſſimum : quod Pythagoras tēpore Numæ non fuit. Tātæ molis.Tanti imperii per tranſlationem. Tāto regi.quantus fuit Romulus. Clarū Numā . Nobilem.ſua iuſticia atq; integritate notum.Numa enim Pompilius curibus in Sabinis ortus uir inclyta iuſticia & religione : conſultiſſimuſq; ut

Q uæ ſibi promiſſæ ſenſit data ſigna rapinæ.
Innixuſq; haſtæ preſſos temone cruento
Iam pauidus cōcedit equos Gradiuus:& ictu
Verberis increpuit:pronūq; per aera lapſus
Conſtitit in ſummo nemoroſi colle Palati:
Reddentemq; ſuo non regia iura quiriti
Abſtulit Iliaden:corpus mortale per auras
Dilapſum tenues:ut lata plumbea funda
Miſſa ſolet medio glans intabeſcere cœlo.
Pulchra ſubit facies:& puluinaribus altis
Dignior eſt q̄ ſit trabeati forma Q uirini.
Flebat ut amiſſum coniunx:cum regia Iuno
Irim ad Herſiliam deſcendere limite curuo
Imperat:& uacuæ ſua ſic mādata referre
O & de latio:o & de gente Sabina
Præcipuum matrona decus:digniſſima tanti
Ante fuiſſe uiri coniunx:nunc eſſe Q uirini.
Siſte tuos fletus:& ſi tibi cura uidendi
Coniugis eſt:duce me lucum pete : colle q̄rino
Q ui uiret:& tēplū Romani regis obumbrat.
Paret:& in terram pictos delapſa per arcus
Herſiliam iuſſis compellat uocibus Iris.
Illa uerecundo uix tollens lumina uultu.
Odea nāq; mihi nec quæ ſis dicere promptū ē
Et liquet eſſe deam:duco:duc inquit & offer
Coniugis ora mihi:quē ſi modo poſſe uidere
Fata ſemel dederint:cœlum accepiſſe uidebor.
Nec mora:Romuleos cū uirgine Thaumātea
Ingreditur colles:ibi ſidus ab æthere lapſum
Decidit in terras:a cuius lumine flagrans
Hærſiliæ crinis cum ſidere ceſſit in auras.
Hanc manibus notis Romanæ conditor urbis
Excipit:& priſcum pariter cū corpore nomen
Mutat:orāq; uocat:q̄ nūc dea iūcta Q uirio ē.

## P.Ouidii Naſonis metamorphoſeos Liber.xv.

q Væritur interea quis tantæ pondera molis
Suſtineat tantoq; quæat ſuccedere regi.
Deſtinat imperio clarum prænuncia ueri
Fama Numam non ille ſatis cognoſſe Sabinæ



Gentis habet ritus.animo maiora capaci
Concipit:& quæ ſit rerum natura requirit.
Huius amor curæ:patria Curibuſq; relictis
Fecit:ut Herculei penetraret ad hoſpitis urbē
Grata quis Italicis auctor poſuiſſet in oris
Mœnia quærenti:ſic e ſenioribus unus
Rettulit indigenis ueteris non inſcius æui.
Diues ab oceano bobus Ioue natus Hiberis
Littora fœlici tenuiſſe Lacinia curſu
Fertur:& armēto teneras errante per herbas
Ipſe domū magni nec inhoſpita tecta Crotōis
Intraſſe:& requie longum releuaſſe laborem.
Atq; ita diſcedens auo dixiſſe nepotum.
Hic locus urbis erit:promiſſaq; uera fuerunt
Nam fuit Argolico generatus Alemone quidā
Micylus illius diis acceptiſſimus æui.
Hūc ſup incūbens preſſum grauitate ſoporis
Clauiger alloquitur:lapidoſas Aeſaris undas
Ipete diuerſi:patrias age deſere ſedes.
Et niſi paruerit:multa ac metuenda minatur:
Poſtea diſcedunt pariter ſomnuſq; deuſq;.
Surgit Alemonides:tacitaq; recentia ſecum.
Viſa refert:pugnatq; diu ſententia ſecum.
Numen abire iubet : ꝓhibent diſcedere leges.
Pœnaq; mors poſita eſt patriam mutare uolēti
Cādidus oceano nitidum caput abdiderat ſol
Et caput extulerat denſiſſima ſidereum nox.
Viſus adeſſe idem deus eſt :eademq; monere :
Et niſi paruerit:plura & grauiora minari.
Pertimuit:patriumq; ſimul transferre parabat
In ſedes penetrale nouas:fit murmur in urbe :
Spretarūq; agitur legum reus:utq; peracta eſt
Cauſa prior:crimēq; patet ſine teſte ꝓbatum:
Squallidus ad ſupos tēdēs reus ora manuſq;.
O cuius cœlum bis ſex fecere labores:
Fer ꝑcor inq̄t opē(nā tu mihi criminiſ auctor)
Mos erat antiquis niueis atriſq; lapillis
His damnare reos:illis abſoluere culpa.
Tūc quoq; ſic lata eſt ſentētia triſtis: & omnis
Calculus immitem dimittitur ater in urnam .
Q uæ ſimul effudit numerādos uerſa lapillos.
Omnibus e nigro color eſt mutatus in album.
Candidaq; Herculeo ſententia numine facta.

in illa quiſq̄ ætate eſſe poterat omnis diuini atq; humani iuris:uiſus eſt ſenatui populoq; Romanoq; dignus:qui Romulo in regno ſuccederet.

Ritus:mores. Requirit:inq̄rit:ſcrutatur. Huius amor curæ:cupiditas perdiſcēdæ reꝝ naturæ

Cures

Curibuſq; Sabinis.Cures(ut Stra.narrat)opulētiſſima fuit Sabinoꝝ urbs: ex qua euocati ſūt.T. Tatius & Nūa Pōpilius reges.Vñ Romāi Quirites fuere cognominati:ſic enim ab his appellat̄ : q cōciones ad populum habent.

Quirites uñ

Penetrare:cū difficultate iret:per uarios nāq; populos illū tranſire oportuit. Herculei hoſpitis:Crotonis : Nā Croton redeuntē ex Hiſpania Herculem cū Gerionis armētis hoſpitio ſuſcepit : a quo ēt didicit futuꝝ tempus:quo illic ciuitas inſignis nomine illius conderetur:quod & uerum fuit.

Croton ſuſcepit Herculē hoſpitio

Nam Micylus quidam Alemonis filius in ſomnis ab Hercule eſt admonitus:ut patria relicta. (Argolicus nāq; erat)ſe conferret ad Aeſaris fluuii hoſtia:ibiq; urbem ædificaret.Is cū ſarcinulas colligere cœpiſſet:reus eſt factus:quod cōtra leges cōmigrare uellet.Mors enī illi propoſita erat:q patriā deſerere temptaſſet:cum uero ferenda ſnīa foret:& aut ſuffragiis nigris condēnandus:aut albis abſoluendus:ſibi timens:Herculē:cui paruerat:rogauit:ut ſibi auxilio eſſet.Statimq; calculi omneſ ex nigris facti ſunt albi:quare abſolutus Micyluſ in loco ſibi ab Hercule mōſtrato urbem ædificauit:quā de noīe Crotonis ibi ſepulti Crotonē appellauit.

Lapilli nigri in candidos

Micylus

Non inſcius Aeui ueteris:priſcarum hiſtoriaꝝ peritus. Ioue natus.Hercules. Bobus Hiberis:Hiſpanis.Gerione interfecto abactis.Hiberia nāq; ē Hiſpania ab Hibero fluuio cognominata.

Hiſpania uñ hiberia

Littora lacinia:Lacinium ꝓmōtorium eſt Italiæ iter Adriacū mare & Ioniū a a Lacinio latrone quē Hercules interfecit dictum:in eo tēplum fuit Iunonis Laciniæ.unde Virg.Attollit ſe diua Lacinia cōtra.

Lacinium

Longum laborē:longi itineris defatigationē. Acceptiſſimus: gratiſſimus.

Hunc ſup incūbens.Anaſtrophe eſt.Illa namq; præpoſitio ſup quæ præponi deberet:poſtponit̄.

Preſſum grauitate ſoporis:hoc eſt graui ſomno oppreſſum. Clauiger:Hercules Aeſaris diuerſi : remoti:longe poſiti. Eſt enim fluuius Calabriæ iuxta Crotonem labens.

Aeſar

Ipete:Ad petendum & quærendum uade: Recentia uiſa:Noua inſomnia. Pugnat:diſſidet. Denſiſſima:obſcuriſſima

Caput ſidereum:ſideribus ornatum . Viſos adeſſe:hæc particula cū eſt ſubaudienda. Idem deus:Hercules:Patrium penetrale:paternum domicilium. Agitur:reus accuſatur.Peragere autē reum damnare eſt. Spretarum legum: contemptarum. Sine teſte:ipſe nāq; confeſſus eſt ſe cōmigrare decreuiſſe. Fecere cœlum : aperuere: acquiſiuere. Nam tu mihi criminis auctor :nā tu mihi perſuaſiſti ut commigrarem . Lata eſt ſententia triſtis:ab effectu:condemnatus namq; fuerat Micylus:Propriæ autem ſnīa a iudicibus ferri dicitur:quāuis in exēplaribus fere data corrupte legatur. Candida ſnīa : ad candididos



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tarentum urbs unde

calculos alludit. Lacedæmonium Tarentum urbs eſt Calabriæ:quæ & Taras a græcis appellatur:a Tara Neptuni filio ædificata:a parthenis uero Lacedæmoniorũ duce Phalanto amplificata:ut & Iuſtinus & Plutarchus copioſe ſcribunt. Et Sybarim:Sybaris urbs eſt & fluuius Calabriæ:urbs aũt poſtea Thurion fuit cognominata quæ a Crotoniatis fuit capta Salentinũq; Neræthũ:Nerethũ quidẽ legitur ſed corrupte:ut ex Strabone collegimus:qui ait Neæthũ Salentinorum eſſe fluuium:a nauium Aeneæ conflagratione dictum.Quare hic quoq; Neæthum legamus.Salentini aũt populi ſunt a Salẽtia urbe dicti. Thurinoſq; ſinus:Thurii urbs eſt Calabriæ:

Sybaris

Neæthum

Thurii

quæ & Thuria:& Thurion dicta eſt a Thuria fõte.Hæc prius Sybaris:nouiſſime Copiæ fuerunt appellatæ:unde Thurinus declinatur. Temeſeq;:Temeſe urbs Calabriæ. Et Iapygis :Iepygia urbs eſt Calabriæ a Iapyge Heroe dicta: Fatalia ora:hoſtia fatis & iuſſu Herculis quæſita. Tumulum:ſepulchrum. Iuſſa terra.ab Hercule.

Iapygia

Et nomen tumulati traxit in urbem:nã Crotona a Crotone heroe fuit dicta:unde Crotoniatæ declinantur.Eſt & alia urbs eodem noĩe Thuſciæ olim metropolis. Primordia: principia.

Croton uñ

Poſitæ urbis:Crotonis. Vir fuit hic ortu Samius:periphraſis eſt Pythagoræ :nã Pythagoras Samius fuit:qui odio tyrannorum patriam relinquens Crotonem uenit:ubi philoſophiã profiteri cœpit:unde etiam philoſophi Italici fuerũt cognominati.Pythagoras autem primus omnium μετεμ ψυχωσιν hoc eſt animarum de corporibus in corpora tranſitũ iuexit:eoq; uetuit ne carnibus hoĩes ueſcerẽtur:quo faciliori uictui aſſueſcerent:ſpq; cibos parabiles haberent. Hinc .n.& ſanitatẽ corpori & ĩgenio acumen acqri aiebat: Multas aũt metamorphoſis ex Pythagoricis dogmatibus poeta deſcribit. Hic: prõ illic Crotoni: quo ſe cõtulit Numa Põpilius:ut Pythagorã audiret. Ortu:origine. Et dños:tyrannos. Mẽte:mentis cõtẽplatiõe. Deos adiit:cœleſtia ac diuina ſcrutatus eſt. Oculis pectoris:ingenio.

Pythagoras Samius

Hauſit:pcepit:intellexit. Vigili cura:diligẽti ſtudio. Dabat proponebat. Cœtũq; ſilentũ: alludit ad morẽ Pythagoreoꝝ:qbus ad certũ uſq; tẽpu s(ut Gellius ſcribit),p eſtimato captu ſolertiæ ſilentiũ iniũgebaꝉ. Dictaq; mirantũ: uerba Pythagoræ ob ſummã grauitatẽ admirãtum. Tanta nãq; fuiſſe auctoritate Pythagoras traditur:ut diſcipuli ẽt ſi nullam dictorum rõnem aſſignaſſet :maximã adhiberẽt fidem:rogatiq; alicuius dicti rõnẽ:rñderẽt αυτοσεφα:hoc ẽ ipſe dixit Pythagorã innuẽtes:exiſtimarẽtq; ſe dei uocẽ audire.Pythagoras qdẽ fuit appellatus:qđ non minus q̃ Pythius uera loqueretur. Magni primordia mũdi:de qbus uariæ ſunt philoſophoꝝ opiones ut in primo diximus. Et reꝝ cauſas:in qbus in

Pythagoræ dogma

Pythagoræ ſermo

Soluit Alemoniden:grates agit ille parenti
Amphitryoniadæ:uentiſq; fauentibus æquor
Nauigat Ionium:Lacedæmoniũq; Tarentum
Præterit:& Sybarim:Salentinũq; Neæthum :
Turinoſq; ſinus:Temeſenq;: & Iapygis arua .
Vixq; pererratis quæ ſpectant littora:terris:
Inuenit Aeſarei fatalia fluminis ora.
Nec ꝑcul hic tumulũ:ſub quo ſacrata crotõis
Oſſa tegebat humus:iuſſaq; ibi mœnia terra
Condidit:& nomen tumulati traxit in urbem .
Talia conſtabant certa primordia fama
Eſſe loci:poſitæq; Italis in finibus urbis.
Vir fuit hic ortu Samius:ſed fugerat una
Et Samon & dominos:odioq; tyrãnidis exul
Sponte erat:iſq; licet cœli regione remotus:
Mente deos adiit:& quæ natura negabat
Viſibus humanis:oculis ea pectoris hauſit.
Cũq; animo & uigili perſpexerat omnia cura.
In medium diſcenda dabat:cœtumq; ſilentum
Dictaq; mirantum:magni primordia mundi
Et rerum cauſas:& quid natura docebat.
Q uid deus:unde niues:q̃ fulmis cẽt origo.
Iuppiter an uenti diſcuſſa nube tonarent.
Q uid quateret terras:q̃ ſidera lege mearent
Et quodcũq; latet:primuſq; animalia menſis
Arguit imponi:primus quoq; talibus ora
Docta quidẽ ſoluit:ſed non & credita uerbis.
Parcite mortales dapibus temerare nefandis

Natura quid

ueniendis maxime philoſophi laborant. Et quid natura:ſit uerbum ſubaudiatur.Natura autem ab Ariſtotele definitur eſſe principium motus & quietis.Hæc autem omnia a phyſicis tractanꝉ. Quid deus:quæ nã ſit dei definitio:deũ aũt ſcribit Plato eſſe ſummũ bonũ oĩumq; bonoꝝ auctorẽ: Vnde niues:qua ex cauſa niues generẽtur(:ut aũt ſcribunt phyſici)ex pluuia frigore condẽſata niues generanꝉ. Quæ fulminis eẽt origo:ex colliſione nubiũ fulmen exprimi putatur. Iuppiter an uenti:quæ cã tonitrus foret.Alii nãq; tonitrum eſſe aiunt aeris uehæmẽtem ſtrepitũ:Alii aũt eruptionẽ uentoꝝ e fracta nube cũ maximo impetu exeuntium. Quid quateret terras:quid faceret terremotus:uenti aũt in ſubterraneis cauernis recluſi:neq; exitũ habentes : in cã terremotuũ eſſe dñr. Qua ſidera lege mearẽt:Alia nãq; ſideꝝ cũ mũdo:alia cõtra mũdũ meare dñr. Et qđcũq; latet:oĩa in qt hoĩbus alioqn ĩcognita docebat Pythagoras. Arguit:reprehẽdit:ſed arcuit p.c.rectius legereꝉ:hoc eſt:uetuit

Parcite mortales:grauiſſima Pythagoræ oratio:qua hoĩbus diſſuadet ne carnibus ueſcanꝉ.Hæc aũt de Empedocle q pythagoræ dogmata carmibus cõplexus ẽ:ſũpta eẽ uidenꝉ:qđ facile ex iis quæ de pythagora ſcribit Gellius pcipi põt.Tantũ uero ab uſu carniũ pythagoras abhorruiſſe a Diogene ſcribiꝉ:ut aræ Delii Apollinis genitoris:quem ſolum colebat:frumenta:hordeum:ac placentas ſine ullo igne impoſuerit : nec ulla unq̃ iocinora : ut in Deliorum rep.Ariſtoteles teſtatur. Parcite temerare:nolite uiolare.



Corpora:ſunt fruges:ſunt deducentia ramos
Pondere poma ſuo:tumidæq; in uitibus uuæ.
Sunt herbæ dulces:ſunt quæ miteſcere flãma
Molliriq; queant:nec uobis lacteus humor
Eripitur:nec mella thymi redolẽtia florem:
Prodiga diuitias alimentaq; mitia tellus
Suggerit:atq; epulas ſine cæde & ſãguie ꝑbet.
Carne feræ ſedant ieiunia:nec tamen omnes .
Q uippe equus & pecudes armẽtaq; gramie ui
At qbus igeniũ ẽ imãſuetũq; ferũq; . (uunt
Armeniæ tigres:iracundiq; leones
Cũq; lupis:urſi:dapibus cũ ſanguine gaudẽt .
Heu quantũ ſcelus eſt in uiſcera:uiſcera cõdi :
Cõgeſtoq; auidũ pingueſcere corpore corpus.
Alteriuſq; animantẽ animantis uiuere læto.
Scilicet in tantis opibus:quas optima matrum
Terra creat:nil te niſi triſtia mandere ſæuo
Vulnera dente iuuat:rituſq; referre Cyclopũ
Nec niſi perdideris aliam:placare uoracis.
Et male morati poteris ieiunia uentris?
At uetus illa ætas:cui fecimus aurea nomen .
Fœtibus arboreis:& q̃s humus educat :herbis
Fortunata fuit:nec polluit ora cruore.
Tunc & aues tutæ mouere per aera pẽnas
Et lupus impauidus mediis errauit in aruis.
Nec ſua credulitas piſcem ſuſpenderat hamo .
Cũcta ſine inſidiis:nullamq; timentia fraudem
Plenaq; pacis erant:poſtq̃ non utilis auctor
Victibus inuidit:(quiſquis fuit ille deorum.
Corporeaſq; dapes auidam demerſit in aluũ:)
Fecit iter ſceleri:primoq; e cæde ferarum
Incaluiſſe putes maculatum ſanguine ferrum:
Idq; ſatis fuerat:noſtrumq; petentia lætum
Corpora miſſa neci ſalua pietate fatemur.
Sed q̃ danda neci:tam non epulanda fuerunt .
Longius inde nefas abiit:& prima putatur :
Hoſtia ſus meruiſſe mori:quia ſemina pando
Erueril roſtro:ſpemq; interceperit anni.
Vite caper morſa bacchi mactatus ad aras
Dicitur ultoris:nocuit ſua culpa duobus :
Q uid meruiſtis oues placidũ pecꝰ:iq; tuẽdos
Natũ hoĩes ? pleno quæ fertis in ubere nectar
Mollia quæ nobis ueſtras uelamina lanas

Deducentia:inclinantia. Tumidæ:ſucci plenæ. Lacteus humor:periphraſis eſt lactis. Molliri:mollia fieri & coqui. Thymi:herba eſt apibus gratiſſima thymus: Prodiga tellus:quæ oĩa copioſe effundit. Suggerit :ſubminiſtrat. Et pecudes:oues. Armẽtaq;:boues. Ingeniũ:natura

Heu quantum ſcelus eſt:A turpi diſſuadet pythagoras hominibus:ne carnibus ueſcantur. In uiſcera:in uentrem & inteſtina. Viſcera carnes.

Animantem:hominem. Ritus Cyclopum:q carnibus humanis crudiſq; ueſcebantur. Diſſuadet autem ab inhoneſto:turpe nãq; eſt homini imitari & feras & ſæuos Cyclopum mores .

Armentum

Male morati:malis moribus ꝑditi . Hæc autẽ cum interrogatione & Ironia legenda ſũt. Cui fecimus aurea nomẽ:figurata eſt locutio. Quã auream appellauimus : a fœlicitate uero aureæ ætatis ſumptum eſt hoc argumentum: Fœtibus arboreis:fructibus arborum. Fortunata :fœlix & beata. Polluit:inquinauit. Mouere pẽnas uolauerunt. Tutæ:ſecuræ ſine periculo . Neq; enim tunc illis retia tendebantur. Impauidus: intrepidus:ſine ullo timore. Victibus:facilitati uiuendi. Quiſquis fuit:ignoratur nãq; quiſnã fuerit Tametſi Iouem fuiſſe ſcribãt poetæ. Corporeas dapes:epulas ex corpore & carne confectas. Fecit iter:aperuit uiam Sceleri: cædibus & homicidiis. Idq; ſatiſ fuerat:ut feras interficeremus. Noſtrumq; petentia lætum:feras qdem nobis pnitioſas interficiendas eſſe ait:ſed earum carnibus nõ eſſe ueſcendum.Inde:a cæde ferarũ deuentum eſt ad cædem Cicurum:ac manſuetorum animalium:& quod peius eſt : hominum quoq;. Pando:recuruo. Eruerit:ſubruerit:ſubuerterit:ſus autem Cereri imolari ſolebat : ut caper baccho. Spẽ anni:ſegetem & frumentum.

Morſa:corroſa.Nocuit ſua culpa duobus: cõcedit pythagoras ſuẽ quidẽ & caprum merito fuiſſe iugulatos:uerum oues & boues nihil prorſus unq̃ mali commiſiſſe:ac potius humano generi maximopere prodeſſe:eoq; non eſſe interficiendos. Duobus:ſui:& capro. Nectar:lac ſuauiſſimum:ex arte autem commoda : quæ ex ouibus habẽtur:amplificat pythagoras:quo facilius ab



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

illis occidendis homines deterreantur. Tolerare:ad tolerandum. Immemor:ingratus. Demum:affectu ſeruit hoc loco demum :quēadmodum & tandem aliquando. Ruricolam:bouē quo rura & arua colūtur. Qui trita labore :īterꝑtatio eſt:idem enim dicit per diuerſa uerba. Eſt autem ordo. Qui percuſſit ſecuri illa colla:quibus totiens durum aruum trahendo aratrum renouauerat. Tunc antem renouatur aruum cum aratro proſciditur. Numen ſupernum:Iouem : ſiquidem Ioui ſacrificant iuuencum. Victima labe carēs. uitio ac morbo. In cæde uero & imolatione boum deſcribenda commoratur Pythagoras:quo facilius ab illis interficiendis hoīes dehortetur. ad id autem alludit poeta :quod paulo ante dixi:Pythagoram non uictimas:ſed placentas in deorum ſacrificiis obtuliſſe. Cruentas nanq; hoſtias diis offerri uetabat:ſolamq; aram:quæ ſine ſanguine eſſet adorandam cenſebat. Nā placuiſſe nocet. niſi enim placeret non imolaretꝰ.

Et auro. auratis cornibus. Quas colui fruges. mola nanq; ſalſa quæ ex farre & ſale conſtabat:imponebatꝰ uictimarum fronti. Inſpiciunt. inde haruſpices ſunt dicti:ab harugis hoc eſt uictimis inſpiciendis. Scrutantur. inquirunt.

Haruſpices unde

Vetitorum ciborum. prohibitarum carnium.

Veſci. carnibus ueſci homines proprie dicuntꝰ quod græci κρεωφαγειν dicunt. Veſtros colonos. Nam boues ut coloni arua colūt. Et quoniam deus ora mouet:Apollo me hortatur ut loquar. Delphos meos Apollis dlphici:quē unū colo. Oracula Auguſtæ mē:diuiæ:maximā āt excitat attētionē:cū pollicetꝰ ſe de diuis :q̄ nulli alii unq̄ iueſtigata fuerūt diſputaturꝝ. Ire ꝑ alta aſtra. iueſtigare cæleſtia : Inerti ſe. imobili terra Pallātes errātes: Deſpectare. deorſū a cœlo ſpectare. Sortē fati. nām atq; cōditionē fati. Oge:atto. īmortales aīas eſſe Pythagoras ait:uariaq; ſubire corpa oñdit. Hāc uero μετεμψυχωσιν: hoc ē aīæ d̄ corpe in corpꝰ cōmigrationē ab Aegyptiis ſūptā eē īuīt Herodotus ī Euterpe ſcribēs. Aegyptios prīo extitiſſe q dicerēt aīam hoīs eē īmortalē:qd̄ mortuo corpe ſubīde ī aliud atq; aliud corpus:ut qdq; gigneretꝰ īmigraret : atq; ubi ꝑ oīa ſe circūtuliſſet:terreſtria marina:uolucria:rurſus in aliqd̄ gēitū hoīs corpus ītroiret:atq; hūc ab ea introitū fieri ītra ānorꝝ tria milia. Hāc orationē ſumit e Græcis q uſurpauerūt tanq̄ ſuā:alii ꝑus. alii poſterius:quorꝝ ego noīa ſciēs:nō duco ſcribēda

Humerus ua. atlā. q cœlū ſuſtinere fingitꝰ:Pollicetꝰ āt pythagoras ſe noua de aīarꝝ īmortalitate eē cōmemoraturꝝ. Materiā uatū:poetarꝝ q multa de īferis ſcribūt: quos nullos eē Pythagoras ſētit:cū aīæ de corporibus in corpa trāſeāt. Falſi mūdi. Fallacis. Tabe:morbo: corruptiōe. Nō ulla. nulla. Morte carent aīæ. Ratio ē & cā cur hoīes nulla mala patiantꝰ. Nouis domibus. Nouis corpibus. hæc āt ē pythagoræ μετεμψυχωσισ. Ipſe ego Panthoides Euphorbus erā. Exemplo ſui oñdit Pythagoras aīas de corpibus in corpora trāſire. Nā tpe belli Troiani ait ſe fuiſſe Euphorbū Pāthoi filium:cuius etiam clypeum cognouit in templo Iunonis Argiuæ locatum.

Animæ īmortalitas

Præbetis:uitaq; magis:q̄ morte iuuatis?
Q uid meruere boues? aīal ſine fraude doloq;
Innocuum ſimplex natum tolerare labores?
Immemor ē demum:nec frugū munere dignus
Q ui potuit curui dēpto modo pōdere aratri
Ruricolam mactare ſuum:qui trita labore
Illa:quibus totiens durum renouauerat aruū:
Tot dederat meſſes:percuſſit colla ſecuri.
Nec ſatis eſt:q; tale nefas cōmittitur:ipſos
Inſcripſere deos ſceleri:numenq; ſupernum
Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenci.
Victima labe carens:& præſtantiſſima forma
(Nā placuiſſe nocet) uittis præſignis & auro.
Siſtitur ante aras:auditq; ignara præcantem:
Imponiq; ſuæ uidet inter cornua fronti:
Q uas coluit fruges:pcuſſaq;:ſanguie cultros
Inficit in liquida præuiſos forſitan unda.
Protinus ereptas uiuenti corpore fibras
Inſpiciunt:menteſq; deum ſcrutantur in illis.
Vnde fames homini uetitorꝝ tanta ciborū eſt?
Audetis ueſci genus mortale quod oro
Ne facite:& monitis animos aduertite noſtris.
Cūq; boum dabitis cæſorum membra palato:
Mandere uos ueſtro ſcite:& ſentire colonos.
Et quoniā deus ora mouet:ſequar ora mouētē
Rite deū:Delphoſq; meos ipſumq; recludam
Aethera:& auguſtæ reſerabo oracula mentis
Magna:nec ingeniis inueſtigata priorum
Q uæq; diu latuere canam:iuuat ire per alta.
Aſtra: iuuat terris & inerti ſede relicta
Nube uehi:ualidiq; humeris inſiſtere Atlantis
Pallanteſq; homines poſſim ac rōnis egentes
Deſpectare ꝓcul:trepidoſq; obitūq; timentes
Sic exhortari:ſortemq; euoluere fati.
O genus attonitū gelidæ formidine mortis
Q uid Styga? qd̄ tenebras & noīa uana timetis
Materiam uatum falſiq; pericula mundi
Corpora ſiue rogus flāma:ſeu tabe uetuſtas
Abſtulerit:mala poſſe pati nō ulla putetis.
Morte carent animæ:ſemperq; priore relicta
Sede nouis domibus uiuūt habitātq; receptæ.
Ipſe ego:(nā memini):Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbꝰ erā: cui pectore quōdā



Cognoui clypeum leuæ geſtamina noſtræ:
Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis.
Omnia mutantur:nihil interit:errat:& illinc
Huc uenit:hic illuc:& quoſlibet occupat artus
Spiritus:æque feris humana in corpora tranſit:
Inq; feras noſter:nec tempore deperit ullo.
Vtq; nouis facilis ſignatur cæra figuris.
Nec manet ut fuerat:nec formā ſeruat eandem
Sed tamen ipſa eadē eſt:aīam ſic ſemp eandem
Eſſe:ſed in uarias doceo migrare figuras.
Ergo ne pietas ſit uicta cupidine uentris
Parcite uaticinor cognatas cæde nefanda
Exturbare animas:ne ſanguine ſanguis alatur.
Et quoniā magno feror æquore:plenaq; uentis
Vela dedi:nihil eſt toto quod perſtet in orbe.
Cuncta fluūt:omniſq; uagans formatꝰ imago.
Ipſa quoq; aſſiduo labuntur tempora motu.
Nō ſecus ac flumē:neq; enim conſiſtere flumē
Nec leuis hora pōt: ſed ut unda ipellitꝰ unda
Vrgeturq; eadem ueniens:urgetq; priorem:
Tēpora ſic fugiunt pariter:pariterq; ſequuntur
Et noua ſunt ſemper:nā qd̄ fuit ante relictū ē.
Fitq; qd̄ haud fuerat:mometaq; cūcta nouātꝰ.
Cernis & emenſas in lucem tendere noctes:
Et iubar hoc nitidum nigræ ſuccedere nocti.
Nec color eſt idem cœli:cum laſſa quiete
Cuncta iacent media:cūq; albo lucifer exit
Clarus equo:rurſuſq; alius cū præuia lucis
Tradendum Phœbo Pallantias inficit orbem.
Ipſe dei clypeus terra cum tollitur ima
Mane rubet:terraq; rubet cum cōditur ima.
Candidus in ſummo eſt:melior natura q; illic
Aetheris eſt:terræq; ꝓcul contagia fugit
Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ
Eſſe poteſt uſq;:ſemperq; hodierna ſequente
Si creſcit minor eſt:maior ſi contrahit orbem.
Q uid? nō in ſpecies ſecedere quattuor annū
Aſpicis ætatis peragētem imitamina noſtræ?
Nā tener & lactens puerīq; ſimillimus æuo
Vere nouo eſt:tūc herba uirēs & roboris exps
Turget:& inſolida ē:& ſpe delectat agreſtes.
Omnia tum florent:florūq; coloribus almus
Ludit ager:neq; adhuc uirtus in frōdibꝰ ulla ē.

Abanteis Argis: Argos clariſſima urbs eſt Pelopōneſi:in qua Abas regnauit: Vñ Abātei Argi dicuntꝰ. Tametſi ab aliis legatꝰ Agris Abāteis: expenatq; Euboicis. Abāteſ enim populi Euboiæ fuerunt. Nihil īterit:ex ſnīa oīum philoſophorꝝ hæc dūr. q ſentiūt quidē oīa poſſe reſolui in quattuor elemēta:uel in materiā primā (ut ſentit Ariſtoteles) Sed minime in nihilū redigi. Vñ Perſius De nihilo in nihilū nil poſſe reuerti. Vtq; nouis fa. hac ſimilitudīe colligit Pythagoras ſubſtantiā uarias qdem ſuſcipere formas:nunq̄ tñ īterire. Facilis cæra:mollis. Sed tñ ipſa eadem eſt. quo ad ſubſtantiā ſiquidē ſubſtantia (quāuis uarias ſuſcipiat qualitates & formas) tñ nunq̄ ipſa mutatur.

Argos

Pythagoras ī Euphorbum

Ergo ne pietas ſit uicta:ne igitur pietas inquit uioletur:nolite aīas e corpibus cum pturbatione quadā expellere:eas interficiendo. Parcite exturbare:nolite expellere. Cognatas aīas:cognatorꝝ ueſtrorꝝ animas. Et qm̄ magno feror æquore. in ꝓfundiſſima uerſor qōne: Cūcta aūt eſſe in cōtinuo fluxu ait. Quod pſtet:quod pmaneat a mutatiōeq; ſit alienū. Vagans:fluxa: mutabilis.

Acarnibꝰ hortatur abſtinēdum

Oīa in continuo eē motu

Ipſa quoq; aſſiduo: exēplo tēpis colligit Pythagoras oīa eſſe in cōtinuo fluxu. Et iubar hoc nitidū. Hūc ſolis ſplendorē. Media qete:media nocte. Alium aūt cœli eē colorē in media nocte colligit:aliū in crepuſculo:qñ lucifer lucere deſinit. Primus uero Pythagoras (ut ſcribit Diogenes) eandē ſtellā luciferꝝ Heſperū appellauit. Inficit:fugit colore rubicūdo. Pallantias: Aurora Pallantis gigātis filia. Ipſe dei clypeus:ipſe ſolis orbis:Solē aūt eundem non manere colligit. In ſūmo:in cœli ſūmitate. Nocturnæ Dianæ. Lūæ: quæ ſp aut creſcit aut decreſcit:nec unq̄ in eodē pmanet ſtatu. Si cōtrahit orbem : ſi circulū abbreuiat:hoc eſt:ſi decreſcit. Luna enim ſi creſcit : hodie minor eſt q̄ ſit futura cras. Sin decreſcit : hodie maior eſt q̄ ſit cras futura. In ſpēs quattuor partes: Ver: Aeſtatē: Autūnū: Hyemem:quæ qdem ſibi inuicē cedunt. Aetatis noſtræ. Annum ætates hominis referre ſcribit : Nam ut quattuor ſunt anni partes:ita ex Pythagoræ ſnīa :quattuor ſunt hominis ætates: Pueritia quæ uiginti annos implet: Adoleſcentia uiginti: Iuuenta uiginti: Senectus uiginti: Pueritia autem Veri ſimilis uidetꝰ Adoleſcentia æſtati: Iuuenta autumno: Senectus hyemi. Nā tener. Ver. puericiæ: Aeſtatem iuuētæ: Autumnum primæ ſenectuti: Hyemem decrepitati ſimilem eſſe ait. Roboris expers. firmitate carens. Turget:tumeſcit ſuccorum copia. Inſolida:infirma. Et ſpe dele:agre. Agricolas:ſperant enim ſe fruges omnis generis collecturos.

Almus ager:ab alendo Almus dicitur ager: qd̄ homines ſuis fructibus alat. Ludit:ludere uidetur & luxuriare. Neq; adhuc uirtus in frondibus ulla eſt:tenellæ nāq; tpe ueris ſunt frondes: ut puerorū corpora ſine ullo robore & firmitate.

Quattuor anni partes

Aetates quattuor

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tr anſit in æſtatem:Veri ſuccedit æſtas. Robuſtior annus.pars anni robuſtior. Fitq; ualens iuuenis.Valenti
fo iq; ac robuſto iuueni fit ſimilis. Nec urbe.Fœcundior. Ardeat.ferueat uariis cupiditatibus. Excipit Au
tu m.Aeſtatem ſubſequitur Autūnus:qui uiridi primæq; ſenectuti ſimilis uidetur. Sparſus quoq; tempora ca-
nis. Tempora canis capillis ſparſa.habens.nam tempora prima caneſcere incipiunt.Senilis hyems . ſenectus
hyemi ſimilis. Alba capil.canos habens capillos.Eſt enim ſinegdoche poetica etiam pueris nota.Noſtra quo
q; ipſorum.noſtra etiam corpora in continuo eſſe fluxu co ligit Pythagoras. Vertuntur:mutātur. Fuit illa
di.Illud fuit tempus quo ſemina tātum(quæ ſper

Semen ſcđm Pythagoram

mata a græcis dicūtur ) fuimus:Semen uero eſſe
pythagoras definit ſtillam a cerebro prouenien-
tem quæ in ſe calidum cōtineat uaporem.Sentit
autem Pythagoras ad generationem hominis ſe
men maris:ac fœminæ cōuenire :a quo quidem
Ariſtoteles diſſentit:ſoliuſq; maris ſperma eſſe:id
q; in utero mulieris foueri ait. Speſq; hominū
primo Primum inquit ſpes hominum fuimus.
Ex ſpermate nanq; in uterum mulieris proiecto

Aluus Vterus

homines natum iri ſperantur. Aluo.Vtero .Al
uus nanq; eſt per quam defluunt ſordes. Vterus
autem in quo mulieres concipiunt qui & loci a
doctis ſcriptoribus appellantur. Ab imperito au-
tem uulgo matrix uocatur:cum Matrix ſit fœmi

Matrix

na fœtus gratia comparata.Columella de gallis
loquens.nam & octies anno pullos educat: ſi eſt
bona matrix. Admouit.adhibuit. Primum nā
q; embrya efficit:quos embryōes imperiti medi-

Sperma in hominem

ci uocant. Et angi.Suffocari . Diſtentæ matris
grauidæ uentremq; diſtentum:ac repletum ha-
bentis. Eq; domo.ex utero . Mox quadrupes
Manibus namq; ac pedibus infantes repunt
more brutorum. Aliquo co.aliqua re:q̄ niti poſ
ſint . Emeritis . exhauſtis præteritis. Labitur
decliue.Aſſidue tanquam fluuius per loca decli
uia currit. Occiduæ ſe:ad ſenectam:quæ facile
occidit ac moritur. Subruit.euertit. Demoli
tur deſtruit . Fletq; Milon. Athleta fuit Croto-
niata tantis uiribus:ut uno ictu dextræ taurum
interfeciſſe tradatur:humeriſq; per ſtadium ſine
fatigatione portaſſe. Solidarum morte ferarū.
robuſtarum.alludit autem ad id quod dixi Milo
nē Crotoniatam tantū corporis uiribus ualuiſſe
ut taurum uno dextræ ictu īterimeret . Fere autē
in exemplaribus more pro morte corrupte legiť.
Fluidos.flaccidos uiribus:ac toris uacuos. Tyn
daris. Helena que bis ob pulchritudinem rapta
fuit.primum a Theſeo:deīde a Paride:bene igiť
Helēa turpis ac deformis ſenectute effecta mira
tur: cur bis fuerit rapta. Tempus edax rerū:apo
ſtrophe ad tempus graui philoſopho maxīe con
ueniens. Dentibus æui.multitudine annorū .
Siquidem anni dentes æui dicuntur:quibus om
nia rodi uidentur. Alludit autem Pythagoras ad
dentes rotarum :quibus horæ mēſurantur in ho
rologiis. Lenta morte:lente ac tarde uenienti.
Hæc quoq; non perſtant: elementa quoq; in
in continuo fluxu eſſe oſtendit.Sūt autem quat-
tuor: quorum duo :tellus & aqua ſunt grauia .
Duo:aer & ignis leuia. Genitalia corpora:quat
tuor elemēta.ex quibus omnia generantur. Nul

Tranſit in æſtatem poſt Ver robuſtior annus.
Fitq; ualens iuuenis:neq; eni robuſtior ætas
Vlla nec uberior:nec quæ magis ardeat ulla ẽ.
Excipit Autumnus poſito feruore iuuentæ
Maturus mitiſq; inter iuuenemq; ſenemq;
Temperie medius:ſparſus quoq; tpa canis.
Inde ſeīlis Hyems tremulo uēit horrida paſſu
Aut ſpoliata ſuos:aut quos habet alba capilloſ
Noſtra quoq; ipſoꝝ ſp:requieſq; ſine ulla
Corpora uertuntur:nec qđ fuimuſue ſumuſue
Cras erimus:fuit illa dies : qua ſemina tantum.
Speſq; hoīum prio matriſq; habitauimus aluo
Artifices natura manus admouit:& angi.
Corpora uiſceribus diſtentæ condita matris
Noluit:eq; domo uacuas emiſit in auras.
Editus in lucem iacuit ſine uiribus infans.
Mox quadrupes:rituq; tulit ſua mēbra ferarū
Paulatimq; tremens:& nōdum poplite firmo
Cōſtitit:adiutiſq; aliquo conamine neruis.
Inde ualens ueloxq; furit ſpatiumq; iuuentæ
Trāſit:& emeritis mediī quoq; temporis annis
Labitur occiduæ pariter decliue ſenectæ
Subruit hæc:æui demoliturq; prioris
Robora:fletq; Milon ſenior:cū ſpectat inanes
Illos qui fuerant ſolidarum morte ferarum
Herculeis ſimiles:fluidos pendere lacertos.
Flet quoq;:ut in ſpeculū rugas cōſpexit aniles.
Tyndaris:& ſecum:cur ſit bis rapta: requirit.
Tempus edax reꝝ:tuq; inuidioſa Vetuſtas.
Omnia deſtruitis:uitiataq; dentibus æui
Paulatim lenta conſumitis omnia morte.
Hæc quoq; nō pſtāt:quæ nos elemēta uocaūs
Quaſq; uices pagant:aīos adhibete:docebo.
Quatuor æternus genitalia corpora Mundus
Continet:ex illis duo ſunt oneroſa : ſuoque
Pondere in inferius tellus:atq; unda feruntur
Et totidē grauitate carent:nulloq; premente
Alta petunt aer:atq; aere purior ignis.



loq; præmentur pondere.ſubaudiatur. Fiunt.generantur. Ex ipſis.quattuor elementis.Et in ipſa cadunt:in
ipſa reſoluuntur.nam elementa dicuntur ex quibus omnia cōſtant & in quæ ultima reſoluuntur. Reſolutaq;
tellus.elementa alterum in aliud tranſire probat.nam & terra in aquam:& aqua in aerem & aer in ignem:& cō
tra ignis in aerē:aer in aquā:aqua in terram cōuertuntur. Tenuiſſimus puriſſimus.Superos ignes.ætherem : q
omnium elementorum ſupremus eſt. Retexitur.reſoluitur. Tellus glomerata cogitur unda.hoc eſt. Aqua
tranſit in terram. Glomerata unda.ex aqua condenſata. Nec perit in tanto . quæ nanq; perire uidentur in
quattuor elementa:uel ut Ariſto.ſenſit: in primā
materiam reſoluuntur . Mihi credite . hoc ſibi
credi poſtulat Pythagoras:quia uulgo parū ueri
ſimile uidetur. Naſciq; uocatur.quid naſci:qd
q; mori ſit elegāter deſcribit. Naſci enim aliquid
dicitur:cum aliud:q̄ quod fuit ante: incipit eſſe ,
mori uero cum id deſinit eſſe:quod ante fuit .
Cum ſint huc forſitan illa.Corruptionem uni
us alterius generatiōem eſſe ait:eaq; quæ perire
uidentur:in alia conuerti. Huc.in hoc corpus

Naſci Mori

Illuc in illud corpus. Illuc in illud corpus .
Summa tamen omnia conſtant:in ſumma:in
quit. omnia eadem permanent . Nam uel in
quattuor elementa ſecundum pythagoram : uel
in primam materiam ex Ariſtotelis ſententia om
nia reſoluūtur. Sub imagie eadem.ſub eadem .
figura. Sic ad ferrum.Ad ferream ætatem .
Ab auro. ab ætate aurea . Eſt autem apoſtro-
phe ad ſæcula. Verſa eſt.mutata eſt.Hinc autē
colligit id quod totiens ait Ariſtoteles corruptio
nem unius alterius eē generationem. Vidi ego
quod fuerat.id multis exemplis colligi poteſt .nā
ubi nunc eſt fretum Siculum ibi fuit terra & qui
dem ſolidiſſima.(Vt enim Plynius narrat)Sicilia

Terra ī mare

Italiæ oli fuit auulſa Cyprus Syriæ Euboea Bœ-
tiæ Euboeæ Abantis & Macris:tametſi in Plynio

Locus Plynii

fere legatur corrupte.Atlantē & Macriam.Belbi
cū Bithyniæ.Leucoſia Sirenum promontorio .
Vidi factas ex æquore terras.Nam preterq̄ qđ

Mare ī terrā

nouæ inſulæ in mari naſcuntur : tota Aegyptus
olim mare fuiſſe narratʼ.Hybāda præterea quon
dam inſula Ioniæ ducentis nūc a mari abeſt ſta-
diis. Et procul a pelago. Etiam non in mōtibus
& quidem altiſſimis conchæ marinæ reperiuntʼ:
ex quo colligitur illic mare aliquādo fuiſſe. Et
eluuie. Diluuio. Paludoſa.terra ſubaudiatur .
Ex paludibus aut etiam nunc fertiliſſimi agri fi-
unt.id qđ de pōtinis paludibus etiā Horatius in
arte pœtica ſcribit:Debemur morti nos noſtraq;
ſiue receptus Terra Neptunus claſſes aqlōibꝰ ar
cet Regis opus ſteriliſq; diu palus aptaq; rēis Vi-
cias urbes alit & graue ſerit aratrū . Quæq; ſiti
tulerāt. Quæ ſicca fuerāt loca:a paludibus ſūt oc
cupata. Stagnata.ſtagna fcā. Humēt.humeſ
cūt:humida fcā ſūt. Hic fontes nouos. Fontes
noui ſæpenumero oriuntʼ maxīeq; ubi ſyluæ ſuc-

Lycus flu.

ciduntʼ ut Plinius ſcribit.Interdū ēt areſcūt. Tre
moribus orbis.terræ motibus Nā(ut refert Plyni
us)uarie q̄tiť terra:& mira eduntʼ opa:alibi pſtra
tis mœnibus alibi hiatu pfundo hauſtis alibi ge

Eraſinus flu.

molibus:alibi emiſſis amnibus:nōnūquā ēt igni
bus calidiſue fōtibus:alibi auerſo fluminū curſu. Excœcata:occultata. Sic ubi terrēo Lycus ē.Variis pbat exē
plis multa flumīa mō oriri:mō occultari.Lycus āt fluuius ē aſiæ e Cadmo mōte fluēs:q:ut Herodotus ſcribit iux
ta Coloſſas Phrygiæ oppidum terræ hiatū ſubiēs occuliť:deīde quinq; fere poſt ſtadia emergens illabitur & ipſe
in Mæandrum.Hec autem & Plynius ſcribit.Subeunt inquit terras:rurſuſq; redduntur : Lycus in aſia Eraſinus
in argolica:Tygris in Meſſopotamia.ſed duo item alii ſunt fluuii hoc nomine . Alter ex arcadia in littus Burræ
labitur:alter apud Eretrios exiſtit. Sic modo cum bibitur . Eraſinus fluuius eſt Arcadiæ qui( ut ſcribit

Quæ qq̄ ſpatio diſtant:tamen omnia fiunt
Ex ipſis:& in ipſa cadunt:reſolutaq; tellus
In liquidas rareſcit aquas:tenuatur in auras.
Aeraq; humor abit:dēpto quoq; pōdere rurſus
In ſuperos aer tenuiſſimus emicat ignes.
Inde retro redeunt:idemq; retexitur ordo.
Ignis enim denſum ſpiſſatus in aera tranſit.
Hic in aquas tellus glomerata cogitur unda.
Nec ſpecies ſua cuiq; manet:rerūq; nouatrix
Ex aliis alias reddit natura figuras.
Nec perit in tanto quicq;(mihi credite)mūdo.
Sed uariat:faciemq; nouat:Naſciq; uocatur.
Incipere eſſe aliud:q̄ quod fuit ante:Moriq;
Deſinere illud idem:cū ſint huc forſitan illa.
Hæc tranſlata illuc:ſūma tamē omnia cōſtant.
Nil equidem durare diu ſub imagine eadem
Crediderim:ſic ad ferrum:ueniſtis ab auro
Sæcula:ſic totiens uerſa eſt fortuna locorum.
Vidi ego:quod fuerat quōdā ſolidiſſima tellus
Eſſe fretū:uidi factas ex æquore terras.
Et procul a pelago conchæ iacuere marinæ.
Et uetus inuēta eſt in mōtibus anchora ſūmis
Quodq; fuit campus:uallem decurſus aquaꝝ
Fecit:& eluuie mons eſt deductus in æquor.
Aeque paludoſa ſiccis humus āret harenis.
Quæq; ſiti tulerāt:ſtagnata paludibꝰ humēt.
Hic fontes natura nouos emiſit: at illic
Clauſit : & antiqs tam multa tremoribus orbis
Flumina proſiliunt:aut excæcata reſidunt.
Sic ubi terreno Lycus eſt Epotus hiatu
Exiſtit procul hinc:alioq; renaſcitur ore.
Sic modo cū bibitur:tecto mō gurgite lapſus
Redditur Argolicis ingens Eraſinus in agris.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Eraſinus flu. Caycus flu. Amaſenus fl. Anigrus Hypanis flu. Inſulæ incõtinentem Ex continenti inſulæ Helice Bura Leucas Ex planicie montes Zancle Elice Buris quæ & Bura Troezen

Herodotus:a Stymphalide palude oritur:ac nunc quidem in Argolico agro exit:cum antea exitum non haberet. Et Myſum:Caicus fluuius eſt Myſiæ : qui alueum priſtinum mutauit. Nec non Sicanias. Amaſenus fluuius eſt Siciliæ:qui æſtate fere exſiccatur. Ante bibebatur Anigrus.qui & Aniger dicitur fluuius eſt Græciæ qui e dulci factus eſt amarus:poſtq̃ in eo ſe lauerunt Centauri ab Hercule uulnerati:quãuis alii tradant Melãpodem:ut Prœtidas ab inſania purgaret:illis ad expiationem aquis uſum fuiſſe:ꝑpter quod ex dulcibus amaras fuiſſe effectas.Piſces etiam gignit peſſimi ſaporis.Hic aũt fluuius antea Minyæus appellabatur:cuius aquæ irrigatio maculas albas & impetigines ſanat:qua ex cauſa Alpheum quoq; quoq; quod Alphos id eſt maculas curet:nomẽ ſotitum eſſe litteris proditum eſt. Quid nõ & ſcythicis.Hypanis fluuius eſt Scythiæ ex magna palude profluens circũquam ut ſcribit Herodotus:paſcuntur equi ſilueſtres candidi.Is quinq; fere dierum nauigatione anguſtus & dulcis fluit. Sed mox quattuor a mari dierum nauigatione ſane q̃ amarus : propter amarum qui in eum influit fontem .Eſt autẽ hic fons in finibus Scytharũ Aratorum & Halizonũ eodem nomine quo locus:unde emanat ſcythica lingua. Exampeus.ideſt ſacræ uiæ. Fluctibus ambitæ.Ex inſulis continentẽ fieri:ac ex conuente inſulas exemplis colligit Pythagoraſ.Nam Antiſſa cum antea per ſe inſula eſſet : cum urbe ciuſdem nominis nũc Leſbo(ut plynius ſcribit)ẽ adiuncta. Pharos quoque inſula olim fuit Aegypto adiacens.nunc autem continens eſt facta que turrim in promõtorio habebat multis tabulatis excelſam:& albo lapide mirifice ſtructã eodem nomine:quo inſula:quam quidam Soſtratus Cnydius regum amicus pro nauigantium ſalute(ut refert Strabo)extruxit. Tyros uero urbs eſt Phœniciæ:que Alexandri magni temporibus inſula fuit. Nam aggere ab ipſo continenti fuit coniuncta:dum illam obſideret. Leucada continuam.Leucas urbs eſt:que olim Epiro fuit coniuncta.Leucadem autem uocauerũt(ut Strabo opiatur ) a Leucate ſumpto uocabulo.eſt aũt albicanti colore petra in pelagus proiecta:atq; cephalleniæ & leucadi adiacens:in qua eſt Apollinis Leucatæ phanum. urbem autem poſuit pro inſula Ouidi.Nam(ſi referẽti Plynio credimus) Leucadia peniſula eſt iuxta ſinum ambracium quõdam Neritis appellata accolarum opere abſciſſa a cõtinenti:ac reddita uentorum flatu congeriem harenæ accumulantium:oppidum autẽ in ea Leucas quondam Neritum dictum . Zãcle quoq;.Zãcle urbs eſt Siciliæ:que nunc Meſſena dicitur:olim Italiæ adiũcta.Eam:ut Strabo refert cõdidere Meſſenii qui Peloponeſum habitant : a quibus & nomen accepit. nam prius a curuitate locorum Zãcle fuit uocata.nam curua Zãclia uocabant Naxii:qui illam prius ædificarunt. Si quæris Elicẽ. Elice urbs fuit Achaiæ in qua Caliſto nata fuiſſe dicitur. Vnde ſæpenumero ꝑ maiori ponitur urſa.Buris item quæ & bura dicitur urbs fuit Achaiæ cuius ut elices in ſinu corinthio (ut ſcribit plynius):etiamnũ ueſtigia apparent.a mari nanq; fuerunt ſubmerſæ.Eſt prope pittheiam . Pitthei. Aethræ patris patriam . Nam Troezen urbs ẽ Pelopõeſi a Troezene pelopis filio dicta:q̃ & Aphrodiſias & Saronia: & Poſidonias:& Apollonias : & Anthanis fuit appellata. Planiciẽ aut in mõtes cõuerti.& cõtra mõtes in planicẽ trãſire colligit Pythagoras. Eã ãt huius modi mutatiõis cãm aſſignat.quã & Ariſtoteles in Meteoris affert. Vẽtos.n.ſubterrãcos neq; exitũ habẽtesin cã eẽ ait : ut plana iterdũ mõtes efficiant. Res horrẽda. Admirãda.ẽ aũt acclamatio. Vis fera.uiolẽtia terribilis. Cæcis:occultis. Aliq.uia. Luctata cõata. Flatibus,flamib9.Aut direpta bicornis terga capri:ꝑiphraſis ẽ utriũ

Et Myſum capitiſq; ſui ripæq; prioris
Pœnituiſſe ferunt:alia nunc ire Caycum.
Nec non ſicanias uoluens Amaſenus harenas
Nunc fluit:interdũ ſuppreſſis fontibus aret.
Ante bibebatur:nunc quas contingere nolis.
Fũdit Anigrus aq̃s:poſtq̃ ( niſi uatibus omnis
Eripienda fides)illic lauere bimembres.
Vulnera:clauigeri quæ fecerat Herculis arcus
Q uid? nũ & ſcythicis hypãis de mõtibꝰ ortuſ
Q ui fuerat dulcis ſalibus uitiatur amaris?
Fluctibus ambitæ fuerant Antiſſa Pharoſq;
Et Phœniſſa tyros:quarũ nũc inſula nulla eſt.
Leucada continuam ueteres habuere coloni.
Nũc freta circũeũt:Zãcle quoq; iũcta fuiſſe
Dicitur Italiæ:donec confinia pontus
Abſtulit:& media tellurem reppulit unda.
Si quæris Helicen:& Buran Achaides urbes.
Inuenias ſub aquis:& adhuc oſtendere nautæ
Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis.
Eſt prope Pittheiã tumulus Troezẽa ſine ulliſ
Arduus arboribus:quondã planiſſima campi
Area:nunc tumulus( nã res horrenda relatu )
Vis fera uentorũ cæcis incluſa cauernis
Expirare aliqua cupiens:luctataq; fruſtra
Liberiore fuit:cœlo:cum carcere rima
Nulla foret toto:nec peruia flatibus eſſet :
Extentam tum fecit humum:ceu ſpiritus oris
Tendere ueſſicam ſolet:aut direpta bicornis
Terga capri:tumor ille loci permanſit:& alti
Collis habet ſpeciem:longoq; induruit æuo.



Athamania Crathis flu. Sibaris Salmacis fõs Clitorius Lynceſtius fl. Arcadiæ la- Arcadia Symplegadeſ

Plurima cum ſubeant:in mentem ueniant. Super:inſuper. Medio tua corniger Hãmon. Iuppiter ſub figura Arietis in Lybia hac de cã colitur. Quod cũ Liber pater per Lybiæ deſerta exercitum ducens ſiti laboraret:patrem rogauit:ut ſibi auxilio eẽt : cui repente Aries occurrit:quẽ ſecutus limpidiſſimum fontem inuenit.In tantæ aũt rei memoriam & templum magnificentiſſimũ extruxit:& inſtituit:ut Iuppiter ſub figura Arietis coleretur.fons uero ille:ut ſcribit Plynius:interdiu frigidus.noctibus feruet. Admotis Athamantis aq̃s.in Dodone (utſcribit Plynius)Iouis fons cũ ſit gelidus:& imerſas faces extinguat:ſi extinctæ admouẽtur accendit:idẽ Meridie ſemper deficit:qua de cauſa Anapauomenõ uocant.Mox increſcens ad medium noctis exuberat : ab eo rurſus ſenſim deficit.Quis aũt Athamantis legat? Athamanis tamẽ a b Ouidio forſitã ſcriptum fuit. Nam Athamania q̃ & Athamanis dicitur Theſſaliæ regio eſt:in qua fons ille eẽ perhibetur.Hinc etiam Athamanes populi dñr : Eſt aũt Hypallage. Admotum aquis:lignum intelligitur. Recreſcit:decreſcit. Flumen habent Cicones:huius fluminis nomen nõ memini me legiſſe.Ply.uero ſic ſcribit . In Ciconum flumine & in Piceno lacu Velino lignũ deiectum lapideo cortice obducitur.Cicones aũt Thraciæ populoſ eſſe ſæpius iam ſcripſimus:Crathis & hinc Sybaris.Crathis & Sibaris fluuii ſunt Calabriæ:qui capillos flauos efficiunt.Eſt etiam Crathis Achaiæ fluuius iuxta Aegas labens a miſcendis aq̃s cognominatus:quod a duobus fluminibus incremẽta ſuſcipiat:a quo & Italicus:ut Strabo & Pauſanias aiunt:fuit appellatus. Cui non audita eſt Salmacis:fons eſt Cariæ:in quẽ qui ingrediũtur : effœminati egrediuntur:cuius rei cauſam in ſuperioribus diximus libris. Mirũ grauitate ſoporem:periphraſis eſt lethargi. Clitorio q̃cunq; ſitim.Clitorius fons ẽ Arcadiæ,qui potus odiũ uini inducit. Calido uino:ex ſententia phyſicoꝝ calidum eſt natura uinum . Indigenæ : accolæ ibi geniti. Amythaone natus.Melampus medicus qui Prœti Argiuorũ regis filias quattuor putantes ſe uaccas:eo furore liberauit quem ipſis Iuno:ut ſcribit Pherecides : ut alii : Venus immiſerat:quod illa ſe pulchriores eſſe iactarent. Prœtidas:Prœti argiuorum regis filias quarum nomina ſunt hæc:Mera:Euryale:Lyſippe:& Iphianaſſa:quam quidem Melampus parte regni accepta poſteaq̃ illas curauit:uxorem accepit. Hinc fluit Lynceſtius fluuius eſt:cuius aquam quiſquis potauerit : non minus ebrius efficit q̃ ſi imoderate uinum biberit:hoc etiam Plynius quidẽ his uerbis affirmat.Lynceſtis aqua quæ uocatur Acidula:uini modo temulentos facit:item in Paphlagonia & in Agro caleno:eſt lacus : de Stimphalo lacu:qui eſſe fertur iuxta Phœneum campum mihi ſentire uidetur:uel de reſtagnatione Ladonis aquæ uel fluuiorũ : quæ in Phœneo campo fieri conſueſſe ſcribitur:quãuis nihil de aquaꝝ qualitate dicat.Ply.uero niſi mendum ineſt ſentire uidetur Phineas paludes in Arcadia eſſe : ex q̃bus Ladon profluat.Arcadia autem regio eſt Achaiæ mediterranea:maxime in mari remota : q̃ primo Drymodis mox Pelagis fuit appellata. Sine noxa:ſine nocumento. Tempuſq; fuit quo nauit in undis.Ortygia iſula:quæ & Delos uocatur (ut ſupius diximus) fluitare ſolebat: Timuit cõcurſibus argo.Symplegades inſulæ ſunt paruæ:quæ & Cyaneæ dicuntur cõtra Boſphoꝝ Thracium:quæ a poetis olim concurriſſe finguntur:quoniam(ut inq̃t Plynius)paruo diſcretæ interuallo ex aduerſo intrãtibus geminæ cernebanẽ:paululũq; deflexa Acie coeuntiũ ſpẽm præbebant. Vndaꝝ eliſaꝝ:exp̃ſſaꝝ duoꝝ ſcopuloꝝ con-

Plurima cum ſubeãt audita:aut cognita nobis
Pauca ſuper referã:qd? nõ & lympha figuras
Datq; capitq; nouaſ? medio tua corniger hãmõ
Vnda die gelida eſt:ortuq; obituq; caleſcit.
Admotis Athamantis aquis accendere lignum
Narratur:minimos cũ Luna recreſcit in orbes.
Flumẽ habẽt Cicones:quod potũ ſaxea reddit
Viſcera:quod tactis inducit marmora rebus.
Crathis & hic Sybaris ueſtris cõterminus oris
Electro ſimiles faciunt auroq; capillos.
Q uodq; magis mirũ:ſũt q̃ nõ corpora tantum
Verum animos etiam ualeant mutare liquores
Cui non audita eſt obſcœnæ Salmacis undæ?
Aethiopeſq; lacus:quos ſiquis faucibuſ hauſit
Aut furit:aut patitur mirꝫ grauitate ſoporem?
Clitorio quicũq; ſitim de fonte leuauit.
Vina fugit:gaudetq; mœris abſtemius undis.
Seu uis eſt in aqua calido contraria uino.
Siue qđ idegenæ memorãt:Amythaone natus
Prœtidas attonitas poſtq̃ ꝑ carmen & herbas
Eripuit furiis:purgamina mentis in illas
Miſit aquas:odiumq; mœri permãſit in undis.
Hinc fluit effectu diſpar Lynceſtius amnis:
Q uẽ quicũq; parũ moderato gutture traxit.
Haud aliter titubat:q̃ ſi mœra uina bibiſſet.
Eſt lacus Arcadiæ:Phœneum dixere priores.
Ambiguis ſuſpectus aquis .quas nocte timeto
Nocte nocent potæ:ſine noxa luce bibuntur.
Sic alias aliaſq; lacus & flumina uires
Concipunt:tempuſq; fuit:quo nauit in undis.
Nũc ſedet Ortygie :timuit concurſibus Argo
Vndarum ſparſas Symplegadas eliſarum.
Q uæ nũc imotæ perſtant:uentiſq; reſiſtunt.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

cúrſu. Nec quæ ſulfureis.cauſas aſſignat poeta cur Aetna ſiciliæ mons notiſſimus ardeat Hic autem etiam colligit omnia eſſe iu continuo fluxu:quod nec ſemper arſit: nec ſemper arſura eſt Aetna. Tres autem affert illius incendii cauſas. Nam aut naturalis eſt ille ignis:aut a uentis incluſis excitatur:Aut ex ſulfure bituminеue oritur

Ictibus.iactatibus: Frigida.Sine igni. Bituminex uires.Bitumen gēns eſt picis:celerrime ignem rapiētis. Eſſe uiros fama eſt. Pallene & urbs eſt Thraciæ a Pallene Sitonis filia dicta &

Pallene

Cherroneſus:quæ & Phlegra antiquitus uocabatur:ubi giganteum bellum confectum fuiſſe dicitur. Qui ſoleant leuibus Qui ſoleant in aues conuerti. Cum titroianicam paludem. Tritoniaca palus ī Libya eſſe ſcribitur.ſed poeta de ea quaſi in ſeptentrione uidetur ſentire:de qua me nihil memini alibi legiſſe. Simile de Arcadibus Plynius ſcri.quos in lupos uerti rurſuſq̨ ſibi reſtitui tam conſtans fama fuit.ut in maledictis uerſi pelles habeantur. Scythides. Scythicæ mulieres que ſe in aues:ut noſtratium quædam ī feles mutare dicuntur. Sparſæ peruncta. Eaſdem artes ut ſe in aues conuertant. Rebus probatis.de quibus periculum eſt factum. Tabuerit. corrupta fuerint. Fluido calore.Ab effectu qđ fluida & mollia corpora reddat. Obrue: terra tege. Delectos tauros:Vitulos:nam ex uitulis: ut in Georgicis ſcribit Virgilius apes naſcūtur.

Hoīes ī aues

Ex uitulis apes

Vſu.experientia. De putri uiſcere:de corrupta carne. Rura colūt. ī agris e floribus rorem legentes uerſantur. In ſpem.futuri & mellis & noui examis. Preſſus humo bellator equus. per quem bella geruntur.Notum crabrones ex eqs putrefactis naſci. Littoreo cancro. in littore moranti. Hoc autem uſu cognitum eſt:ſcorpiū naſci ex cancro terra obruto. Caudaq̨ minabitur unca.Nam ſcorpius cauda ictus inferre memoratur. Quæq̨ ſolent canis.Bōbyces dicit q ſericum generant. Nam:ut Plynius in.xi.naturalis hyſtoriæ ſcribit: Bombyces in Aſyria prouenientes nidos e luto fingunt:ſalis ſpecie applicatos lapidi tanta duricia: ut ſpiculis perforari uix poſſint.In his & ceras largius quam apes faciun:: deinde maiores uermiculos hi crucæ fiunt.Fit deinde quæ uocatur Bombylis ex ea Necydalus. ex hoc ſex menſibus Bombyces telas araneorum more te::unt ad ueſtem luxumq̨ fœminarum quæ bombicina dicitur. Res obſeruata.animaduerſa notata. Tineæ agreſtes: uermiculi agreſtes. Ferali papi.peſtifero ac uenenoſo. Truncas pe.Mutilatas & carentes pedibus. Nec catulus partu.Ply.hoc idem ſcribit de urſis Pariunt inquit triceſimo die ac plurimū quinos.hii ſunt candida informiſq̨ caro paulo muribus maior ſine oculis ſine pilo.ungues tātū prominent.hanc lābendo paulatim figurant.

Ex eqs crabò nes

Ex cancro ſcorpius

Bombyces

Tineæ in papilones

Limus in ranas

Fingit.figurat. Nonne uides.Apes ſine pedibus naſcuntur.unde etiam nomen traxere. primum enī uermiculi abſq̨ pedibus aliſq̨ oriunt

Nec quæ ſulfureis ardet fornacibus Aetna.
Ignea ſemper erit:neq̨ enim fuit ignea ſemper.
Nam ſiue eſt animal tellus:& uiuit habetq̨
Spiramenta locis flammam exalantia multis:
Spirandi mutare uices quotienſq̨ mouetur
Has finire poteſt.illas aperire cauernas.
Siue leues imis uenti cohibentur in antris
Saxaq̨ cū ſaxis: & habentem ſemina flammæ
Materiam iactant:ea concipit ictibus ignem:
Antra relinquentur ſedatis frigida uentis.
Siue bitumineæ rapiunt incendia uires.
Luteaue exiguis ardeſcunt ſulfura fumis.
Nēpe ubi terra cibos:alimētaq̨ pinguia flāmæ
Nō dabit abſumptis per longum uiribus æuū
Naturæq̨ ſuum nutrimen deerit edaci:
Non feret illa famem:deſertaq̨ deſeret ignes.
Eſſe uiros fama eſt in Hyperborea Palene.
Qui ſoleant leuibus uelari corpora plumis.
Cum Tritoniacam nouies ſubiere paludem:
Haud eqdē credo:ſparſæ quoq̨ mēbra uenēo
Exercere artes Scytides memorantur eaſdem.
Si qua fides rebus tamen eſt addenda ꝓbatis
Nōne uides quæcūq̨ mora fluidoq̨ calore
Corpora tabuerint:in parua animalia uerti.
I quoq̨ delectos mactatos obrue tauros.
(Cognita res uſu):de putri uiſcere paſſim
Florilegæ naſcuntur apes:quæ more parentū
Rura colunt:operiq̨ fauent:in ſpēq̨ laborant
Preſſus humo bellator equus crabōis origo ē:
Concaua littoreo ſi demas brachia cancro
Cætera ſupponas terræ:de parte ſepulta
Scorpius exibit:caudaq̨ minabitur unca.
Quæq̨ ſolent:canis frondes intexere filis.
Agreſtes tineæ(res obſeruata colonis)
Ferali mutant cum papilione figuram.
Semina limus habet uirides generantia ranas.
Et generat truncas pedibus:mox apta natando
Crura dat:utq̨ eadem ſint lōgis ſaltibus apta.
Poſterior ſuperat partes menſura priores.
Nec catulus partu:quē reddidit urſa recenti.
Sed male uiua caro eſt:lābendo mater in artus
Fingit:& informē:quātā capit ipſa reducit.
Nōne uides quos cæra tegit ſexangula fœtus



Melliferarū apium ſine mēbris corpora naſci?
Et feroſq̨ pedes:feraſq̨ aſſumere pēnas?
Iunonis uolucrem:quæ cauda ſydera portat.
Armigerūq̨ Iouis:Cytereidaſq̨ columbas.
Et genus omne auium mediis e partibus oui.
Ni ſciret fieri:quis naſci poſſe putaret?
Sūt q cū clauſo putrefacta ē ſpina ſepulchro
Mutari credant humanas angue medullas.
Hæc tamen ex aliis generis primordia ducūt.
Vna eſt quæ reparet:ſæq̨ ipſa reſeminet ales.
Aſſyrii Phœnica uocāt:nec fruge nec herbis.
Sed thuris lachrymis & ſucco uiuit amomi.
Hæc ubi quinq̨ ſue compleuit ſæcula uitæ.
Illicis in ramis tremulæq̨ cacumine palmæ
Vnguibus & puro nidum ſibi conſtruit ore.
Quo ſimul ac caſias & nardi lenis ariſtas.
Quaſſaq̨ cū fulua ſubſtrauit cīnama myrrha.
Se ſuper imponit:finitq̨ in odoribus æuum.
Inde ferunt totidem qui uiuere debeat annos.
Corpore de patrio paruum Phœnica renaſci.
Cū dedit huic ætas uires:oneriq̨ ferendo eſt:
Ponderibus nidi ramos leuat arboris altæ.
Fertq̨ pius cunaſq̨ ſuas patriūq̨ ſepulchrū
Perq̨ leues auras Hyperionis urbe potitus
Ante fores ſacras Hyperionis æde reponit.
Si tamen eſt aliquid miræ nouitatis in iſtis.
Alternare uices & quæ modo fœmina tergo
Paſſa marē ē: nūc eſſe marē:miremur Hyænā
Id quoq̨ quod uentis animal nutritur & aura
Protinus aſſimulat tetigit quoſcūq̨ colores
Victa racemifero lyncas dedit India Baccho.
E qbus:ut memorant:quicqd ueſſica remiſit.
Vertitur in lapides:& congelat aere tacto.
Sic & coralium quo primum contigit auras
Tēpore: dureſcit:mollis fuit herba ſub undis.
Deſinet ante dies:& in alto Phœbus anhelos
Aequore tinget equos:q̄ conſequar oia dictis
In ſpecies tranſlata nouas:ſic omnia uerti
Cernimus:atq̨ alias aſſumere robora gentes:
Concidere has:ſic magna fuit cenſuq̨ uiriſq̨:
Perq̨ decē potuit tantū dare ſanguinis annos.
Nunc humilis ueteres tātūmodo Troia ruinaſ
Et pro diuitiis tumulos oſtendit auorum.

Iunonis uolucrem.pauonem. Armigerum Iouis.Aquilam. Cythereidas columbas.Veneri dicatas Mediis e partibus oui.ex uitello oui.

Caro in urſū

Sunt qui cum clauſo.de hoc Ply.ſic ſcribit Anguem ex medulla hominis ſpinæ gigni accepimus a multis.Hæc tamen ex aliis.mirādam phœnicis auis generationem deſcribit poeta: de quo & Ply.fere eadem. Aquilæ autem magnitudine eſſe narratur:auri fulgore circa collum. cætera purpureus:ceruleam roſeis caudam pennis diſtiguentibus criſtis:faciem caputq̨ plumeo apice honeſtāte.Peculiaris ē Arabiæ fœlicis.Manilius ſenator auctor eſt neminem extitiſſe qui phœnicem uiderit. Sacrū in arabia ſoli eſſe.uiuere ānis ſexcētis ſexagita.Seneſcentē caſſia thuriſq̨ ſurculis conſtruere nidum replere odoribus & ſuper emori.Ex oſſibus deinde ac medullis naſci prio ceu uermiculum:inde fieri pullum: Principioq̨ iuſta funeri priori reddere:& totum deferre nidum prope Pancaiam in ſolis urbem:& in ara ibi deponere. Primordia. originem. Aſyrii phœnica uocant Acolore purpureo phœnix uidetur appellatus Quo ſimul ac caſias. phœnicis nidum aperte ut omnia deſcribit poeta. caſia autē & nardus frutices ſuauiſſimi odoris in arabia naſcentes. Oneriq̨ ferendo eſt.ſufficit nido auferendo.Sic autem dictum eſt:ut dicimus aliquem non eſſe ſoluendo. Leuat: releuat ac leues reddit. Hyperionis æde:templo ſolis.

Apes ſine pedibus

Aues ex oui medio

Anguis ex ho s ſpina

Phœnix ex ſe ipſo

Si tamen eſt aliquid Hyæna fera ē dequa multa a Plynio mira traduntur.ſed maxime ei utranq̨ ineſſe naturam & alternis annis marem fœminaq̨ fieri.& ut ſcri. Plynius:parere ſine mare uulgus credit. Ariſtoteles negat.collum & iuba continuitate ſpinæ porrigitur: flectiq̨ niſi circūactu totius corporis nequit. Alternare .alternis an-annis mutare. Id quoq̨ quod uentis.Chameleontem dicit:qui:ut Ply.tradit:ſolus animalium nec cibo nec potu ſemper alitur:nec alio q̄ aeris alimēto:circa caprificos ferus.innoxius alioqui: & coloris natura mirabilior. Mutat náq̨ eum ſubinde & oculis & cauda & toto corpore:reddit q̨ ſemper quemcūq̨ proxime attingit præter rubrum candidumq̨.defuncto pallor eſt. Victa racæmifero. Lyncurium gemma ē quæ ex urina Lyncum dicitur generari Vnde etiá nomen fuit impoſitū.Lyncuriū.n.dicitur quod ſit urina Lyncis οὖρον náq̨ Vriná ſignificat. Quicqd ueſica remiſit.omnis urina lyncum.ſic & coralium In aquis molle eſt coralium.extra uero aquas dureſcit:ut ſuperius quoq̨ poeta narrauit.q̄ conſequar omnia dictis. q̄ uerbis omnia explicare poſſim. Sic omnia uerti cernimus:omnia eſſe in continuo fluxu ex urbium quoq̨ ac populorū excidiis ac fœlicitatibus Pythagoras colligit.

Hyenam modo marē modo fœminá eſſe

Mira chamæleōtis natura

Lyncuriū ex Lyncū urina

Coralium ex molli durum

Omnium rerum uiciſſitudinem eſſe

Troia

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

**Sparta uñ**
**Mycænæ uñ**

Clara fuit Sparte.Sparta Laconica dicitur regio a Spartis Cadmi ſociis cognominata:ſed plerunq; pro urbe
ponitur. Mycænæ.urbs eſt Peloponneſi notiſſima a Mycænæo Spartaõis filio Phoronei fratris dicta. Oedi
podioniæ Thebæ: Vbi Oedipus regnauit:ut Pandioniæ Athenæ ubi Pandion. Necnon & Cecropis.Athe
næ quarum auctor fuit Cecrops. Amphionis arces.Thebæ ab Amphione amplificatæ. Nunc quoq; Dar-

**Roma**

daniam.Exemplo urbis Romæ:quæ tum maxime creſcebat:omnia eſſe in cõtinuo motu Pythagoras oſtendit
Dardaniam romam a Troianis ædificatam. Apẽninigenæ Thybridis.in Apennino monte.orientis.Thy-
brim autem præter urbem Romam labi notius
eſt q̃ ut ſit exponendum. Vates.ſibyllas: Sor
tes faticinas:fata canẽtes atq; prædicentes. Res
Troiana.imperium Troianum. Labaret.Vacil
laret.periclitaretur. Priamides Hellenus.Pria-
mi filius. fuit autem uates optimus: ut ex car-
mine quoq; Virgilano conſtat. Debere urbem:
urbi ædificandæ ita uolentibus fatis obnoxios
eſſe.Pulchra autem phanthaſia refert in Helenũ
poeta:quæ iam ipſe uiderat. Per ſæcula longa.
per ſeptingentos annos. De ſanguine natus
Iuli.Iulius cæſar.Nam in cæſaris Auguſti illius fi
lii gratiam hæc referuntur. Penatigero æneæ.
penates gerenti.Penates autẽ ut refert Macrobi-
us ex Varronis ſentẽtia.Dardanus ex Samothra-
cia in phrygiam Aeneas ex Phrygia in Italiá de-

**Dii penates**

tulit.Dii uero penates dicuntur:ut uolunt qui di
ligentius ueritatem inquirunt:per quos penitus
ſpiramus:per quos habemus corpus: per quos
rationem animi.Eos autem eſſe Iouem Iunonẽ
Mineruam. Vtiliter phrygibus.Cum utilitate
Phrygum & Troianorum:Pelaſgos uiciſſe:Græ-
cos Troiam expugnaſſe. Ne tamen oblitis.cõ
cludit omnia in continuo eſſe fluxu: & a carni-
bus omnino eſſe abſtinendum Pythagoras: cũ
animæ noſtræ in uaria corpora tranſeant. Ad
metam.ad finem & concluſionem. Metaphora
ab equis currentibus ſumpta. Expatiemur co-
pia uerborum. Animæ uolucres:leues atq; ue
loces.Animo náq; nihil ẽ uelocius. In ferinas
domos.in corpora ferarum. Pecudumq; in pe
ctora condi.ordo & ſenſus.Nos quoq; pars mun
di ſinamus & permittamus tuta eſſe & honeſta
ea corpora quæ poſſunt animas habuiſſe parẽ-
tum:aut fratrum: aut iunctorum nobis aliquo
fœdere & affinitate:aut certe hominum:quoni-
am non corpora ſolum: uerum etiam uolucres
& ueloces animæ ſumus.hoc eſt quoniam non
ſolum ex corpore ſed etiam anima conſtamus:&
in feras & pecudes ire poſſumus:his autem om-
nibus colligit Pythagoras nullo modo carni-
bus eſſe ueſcendum. Thyeſtæis menſis. qbus
Thyeſtæ filii comedendi ab Atreo fratre appoſiti
fuerunt. Nota uero eſt fabula. Nam Atreus &
Thyeſtes Pelopis & Hippodamiæ filii opa Mer-
curii ægreferentis Myrtilum filium a Pelope

**Homiem ex anima & cor pore cõſtare**

ipſo fuiſſe interfectum:in tantam deuenere diſ-
cordiam:ut alteri uterq; inſidias ſtrueret:cum ea
conditione regnum a patre accepiſſent:ut alter-
nis regnarent annis.Nam Thyeſtes quo facilius
arietem uelleris aurei in quo regni fata conſiſte-
bant:Vt ſeneca in Thyeſte tragœdia narrat: ſibi
uſurpare poſſet:Meropen Atrei Vxorem cõpreſ-
ſit:ex eaq; filios ſuſcepit.Quod cũ Atreus reſciuiſ
ſet:bello illum Mycænis in exilium eiecit. quo
quidem non contentus:ſimulata gratia fratrem ad ſe reuocauit:treſq; eius filios decoctos ſic appoſuit comedẽ
dos:ut ſanguinem quoq; poculis immiſcuiſſe feratur. Hoc uero nefandiſſimũ ſcelus ne ſol uideret:alio radios

Clara fuit Sparte:magnæ uiguere Mycænæ.
Nec nõ & Cecropis:nec nõ Amphionis arces.
Vile ſolũ Sparte eſt:altæ cecidere Mycænæ.
Oedipodioniæ quid ſunt niſi nomina Thebæ?
Quid Pãdioniæ reſtant niſi nomen Athenæ?
Nũc quoq; Dardaniã fama ẽ ↄſurgere Romã:
Apẽninigenæ:quæ proxima Thybridis undis
Mole ſub ingenti rerum fundamina ponit.
Hæc igitur formam creſcẽdo mutat & olim.
Immenſi caput orbis erit:ſic dicere uates.
Faticinaſq; ferũt ſortes:quantũq; recordor.
Dixerat Aeneæ:cum res Troiana labaret.
Priamides Helenus.flenti dubioq; ſalutis.
Nate dea:ſi nota ſatis præſagia noſtræ
Mẽtis habes:nõ tota cadet te ſoſpite Troia.
Flãma tibi ferrũq; dabunt iter:ibis:& una.
Pergama rapta feres:donec Troiæq; tibiq;
Externũ patrio contingat amicius aruum.
Vrbem etiã cerno Phrygios debere nepotes.
Quãta nec eſt:nec erit:nec uiſa prioribus ãnis
Hanc alii proceres per ſæcula longa potentẽ:
Et dominam rerum de ſanguine natus Iuli
Efficiet:quo cum tellus erit uſa:fruentur
Aetheriæ ſedes:cœlumq; erit exitus illi.
Hæc Helenum ceciniſſe penatigero Aeneæ
Mẽte memor refero:cognataq; mœnia lætor
Creſcere:& utiliter Phrygibꝯ uiciſſe Pelaſgos.
Ne tamen oblitis ad metam tendere:longe
Expatiemur eqs:cœlũ & quodcũq; ſub illo eſt
Immutat formas:telluſq; & quicquid in illa ẽ:
Nos quoq; pars mũdi quoniã nõ corpora ſolũ
Verũ etiã uolucres animæ ſumus:inq; ferinas
Poſſumus ire domos:pecudũq; i pectora cõdi
Corpora:quæ poſſunt animas habuiſſe parẽtũ
Aut fratrũ:aut aliquo iunctoꝝ fœdere nobis:
Aut hoium certe:tuta eẽ & honeſta ſinamus:



auertiſſe memoratur. Menſis: cibis:continens enim pro contento per metonymiam frequentiſſime poni con-
ſueuit. Cumulemus.Vſq; ad cumulum repleamus. Viſcera:inteſtina. Quã male conſueſcit:eum qui poſſit
pati:ut interficiat uitulum:aut hædum:aut auẽ:facile aſſueſcere ait necandis hominibus. Eſt autem exclama-
tio qua Pythagoras ab interficiendis animalibus mãſuetis homines deterrere conatur. Cruori humano: ſan-
guini humano effundendo. Immotas aures.Nulla miſericordia motas. Edentem hædum:emittentem uagi
tus ſimiles uagitibus puerorum. Aut alite ueſci:aut auem comœdere:Quantũ eſt?ac ſi diceret:minimum. Ad
plenum facinus:ad plenũ homicidiũ. Qua trã-
ſitus:ad qd:ac ſi diceret:ad hoium cædẽ. Inde:
ex imolatione brutoꝝ aialiũ. Bos aret. Cũ ma-
gna auctoritate hæc a Pythagora dicũtur. Impat
eni ut bos atare pmittatur: ſic ut nulla alia ui q̃
ſenectute moriatur. Horriferꝝ cõtra boreã:Ouis
inqt lanas nobis ſuggerat contra frigora. Arma
náq; qbus boreæ frigidiſſimo uẽto reſiſtit: ſũt ue
ſtes ex Ouiũ laniſ cõfectæ. Horriferꝝ boreã.Hor
rorẽ & frigus ferentẽ. Vbera pſſanda:expmẽda.
Cũ pedicis:pedicæ ſunt uicula pedũ. Vt mani-
cæ manuũ. Tollite.Remouete:auferte:abiicite.
Viſcata:uiſco ifecta. Nec formidatis pẽnis: ſic
qdẽ legitur.Sed formidãtis forſitan ẽ legendũ:ut
ceruoꝝ ſit epitheton: q natura uel Homeri teſti-
monio timidiſſimi ſũt:pẽniſ:ſagittiſ:a pte náq; tõ
tũ p ſynecdochẽ frequẽter ſignificatur. Celate:
occultate. Perdite:interficite. Si qua nocẽt:no-
xia aialia pdenda qdẽ eſſe Pythagoras ait:ſed ita
ne eoꝝ carnibus ueſcamur. Ora uacẽt epulis.
Careãt eiuſmodi epulis. Cõgrua: hoi cõueniẽ-
tia. Dictis:Pythagoræ pceptis. Inſtructo pecto
re.Inſtituto aio. Eoꝝ ãt opinionẽ ſeqtur Oui. ut
diximus:q ſentiũt Numã a Pythagora fuiſſe inſti
tutũ. Remeaſſe:rediiſſe. Vltroq; petitũ.Quæſi-
tũ: ſponteq; a Romanis inuitatũ: ut copioſe Li-
uius narrat. Latialis:Latini atq; Romãi:nã Ro-
ma Latii ẽ caput. Cõiuge q fœlix nympha.Ege **Egeria**
ria nympha Numæ Põpilii fuit uxor: q̃ poſt ui-
ri interitũ urbe relicta i ſyluas abiit: ac tãdẽ miſe-
ratione deoꝝ in fontẽ fingit cõuerſa. Cũ illa ue
ro nympha cõgreſſus nocturnos ſibi eſſe Numa
ſimulauit: eiuſq; monitu ſe q̃ acceptiſſima diis
eſſent ſacra cõſtituere populo Romão pſuaſit: q̃
copioſe.T.Liuius deſcri. Ducibuſq; camœnis:
auctoribus muſis. Nã oia quæcũq; Numa ſtatue
bat:ad Egeriæ nymphe & camœnaꝝ auctoritatẽ
referebat:qbus ẽt locũ quẽ mediũ:ut Liuius nar-
rat ex opaco ſpecu fons perẽni rigabat aqua cõſe
crauit:qd deaꝝ ſibi cõſilia cũ coniuge ſua Egeria
eſſent. Sacrificos ritus:ſacrificioꝝ leges. Nam
ſua cuiq; deo ſacra ſacerdoteſq; iſtituit:ut elegan
ter Liuius ſcribit. Ad artes pacis: ad deoꝝ reli-
gionẽ:& iura:& leges:& mores colendos. Numa
eni urbẽ Romã ui & armis a Romulo cõditã: iu
re legibus ac moribus de integro cõdidit. Qui
poſtq̃ ſenior. Numa cũ tres & q̃draginta regnaſ-
ſet annos:piit. Peregit: pfecit ac finiuit. Vallis
Aricinæ: Aricia urbs eſt Latii haud lõge ab urbe
Roma diſtans:Vnde Aricinus declinatur. Ore
ſteæ Dianæ.Quã Oreſtes una cum Iphigenia ſo
rore de Taurica regiõe in Italiã trãſtulit: ac iuxta
Ariciã collocauit.Nã Oreſtes poſt interfectã matrẽ in furorẽ cõuerſus a Pylade ſocio ad Dianã Tauricã liberan
dus deductus ẽ:cui cũ hoſpites mactarẽtur:a ſorore Iphigenia q̃ deæ ſacerdos erat:cognitus ſaluatur. Ac Thoan
te rege iterfecto Dianæ ſimulacrũ aufugiẽtes abſtulere: iuxtaq; Ariciã collocaret. Ne faceret: ne flere pergeret.
Theſeius Heros.Hippolytus:q equoꝝ furore laceratus:pcibus Dianæ uitæ fuit reſtitutus:ac tẽplo Dianæ Arici **Hippolytus i**
næ pfectus Virbius fuit appellatus:ſed & ipſe fata ſua ad cõſolationẽ Egeriæ narrat. Siſte modũ:ſtatue:impone **Virbium**

Ne ue Thyeſteis cumulemus uiſcera menſis.
Qua male cõſueſcit.q̃ ſe parat ille cruori
Impius humano.uituli qui guttura cultro
Rumpit:& imotas præbet mugitibus aures?
Aut qui uagitus ſimiles puerilibus hædum
Edentem iugulare poteſt:aut alite ueſci:
Cui dedit ipſe cibos? quantũ ẽ quod deſit i iſtiſ
Ad plenũ facinus? qua trãnſitus inde paratur?
Bos aret:aut mortem ſenioribus imputet ãnis:
Horriferũ contra boream ouis arma miniſtret.
Vbera dent ſaturæ manibus preſſãda capellæ.
Retia cum pedicis laqueoſq; arteſq; doloſas
Tollite.nec uolucres uiſcata fallite uirga:
Nec formidatis ceruos includite pennis.
Nec celate cibis uncos fallacibus hamos.
Perdite ſiqua nocẽt.ueꝝ hæc quoq; pdite tãtũ:
Ora uacent epulis: alimentaq; congrua carpãt.
Talibus atq; aliis inſtructo pectore dictis:
In patriam remeaſſe ferunt:ultroq; petitum
Accepiſſe Numam populi Latialis habenas:
Cõiuge qui fœlix nympha:ducibuſq; camœnis
Sacrificos docuit ritus:gentemq; feroci
Aſſuetam bello:pacis traduxit ad artes.
Qui poſtq̃ ſenior regnumq; æuumq; peregit:
Extinctum latiæq; nurus populuſq; patreſq;
Defleuere Numam.nam coniunx urbe relicta
Vallis Aricinæ denſis latet abdita ſyluis:
Sacraq; Oreſteæ gemitu quæſtuq; Dianæ
Impedit.ah quotiẽſ nymphæ nemoriſq; lacuſq;
Ne faceret monuere:& cõſolantia uerba
Dixerunt.quotiens flenti Theſeius heros
Siſte modum dixit.nec enim fortuna querẽdã
Sola tua eſt:ſimiles aliorum reſpice caſus
Mitius iſta feres.utinamq; exempla dolentem



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſinē luctui. Re'euare:leuē reddere:a fletu liberare. Fando:inter loquēdū. Aliquē Hippolytū:quendā in ſoluta oratione diceremus. Credulitate patris:Theſei:q nimiū facile credidit Phedræ uxori ꝑuignū accuſāti. Vixq̧ ꝓbabo.Difficulter ꝑſuadebo. Me Paſiphaeia quondā: Phædra Paſiphaes filia: Theſei uxor Hippolyti priuigni amore capta ab illo fuit repulſa.Quare īdignata illū patri accuſauit qđ ſe de coitu interpellaſſet:pater credulus: & filiū inſontē in exiliū expulit:& illi mortē eſt imꝑcatus.Cū igitur fugeret Hippolytus:ecce Phocæ mari egreſſæ ita pterruerūt equos q̄drigaꝝ:qbus uehebatur:ut nullo pacto potuerint īhiberi.qn p ꝑcipitia Hippolytū imittentes prorſus dilaniarent. Paſiphaeia:cū quadā ui tupatione dixit:ac ſi Phædræ obiiceret Paſiphaes libidinē:q̄ amore tauri capta cum illo coire ſuſtinuit. Me fruſtra tēptatū:a Phædra de ſtupro fruſtra īterpellatū. Temerare:uiolare:ē āt ordo.Paſiphæs filia quōdā finxit me fruſtra tēptatū uoluiſſe temerare patriū cubile: qđ ipſa uoluit. Et cri. uer.i me ſubaudiatur. Indicii ne metu:alīa dua rū cāꝝ ſe accuſatū a phædra Hippolytus ait: uel qđ timebat ne ipſa accuſaret: uel qđ repulſa fuit & ſpreta. Arguit:accuſauit. Proiecit: eiecit:expulit. Hoſtili ꝑce.imꝑcatiōe hoſti couenięte:nō patri. Theſeus.n.Neptunū auū ꝑcatus ē:ut Hippolytus filius diſcerpet. Euntis:ī exiliū. Pittheā Troezena:ī qua pittheus Pelopis filius ac Aethræ matris Theſei pater regnauit:Troezen aūt urbs ē Pelopōneſi a Troezene Pelopis filio cui Pittheus ī regno ſucceſſit cognoīata (Vt.n.Stephāus ſcri.) & Aphrodiſias:& Saronia: & Poſſidonias:& Appollonias:& Anthāis:ātea fuit appellata. Cū mare ſurrexit:tumefactū ē. In mōtis ſpēm:p emphaſin oñdit q̄tus eſſet uitulus ille marinus: q inſtar mōtis mare extolleret. Et dare mu.Mugire:nōdū eni uitulus ille marius ex aq̄s extulerat caput. Phocæ aūt ut tauri mugitus edūt: uñ & uituli nomē accepunt. Corniger hic taurus: Deide inqt Phoca ut taurus cornua hńs ex ruptis ūdis egreſſa ē. Expellitur:Erūpit:cū īpetu egreditur. Exiliis cōtēta ſuiſ:exilii ſui:mœrore cōfecta. Feroces q̄dru.feroces eq: qbus Hippolyti currus trahebatur. Colla: capita. Ad freta con. Ad mare pp ſtrepitū phocæ egrediētis. Horrēt:Timēt. Monſtri metu.Vituli illius marini timore.Phocæ nāq̧ adeo ſunt aſpectu turpeſ:ut īter mōſtra maria numerētur. Præcipitāt:In ꝑcipitiiſ iaciūt. Altis ſco. per alta ſaxa. Ego ducere uana.Ego inquit fruſtra conor retrahere frena ſpumis infecta. Ducere:reducere:retrahere. Vana manu.Infirma.Neq̧ eni equos potuit continere. Luctor: Enitor. Conor. Tēdo:Contendo Retro. ducere ſubaudiamus:ut retrahere intelligamus· Lentas habenas:Flexibilia lora. Has uires: meas uires.

Rabies:ferocitas. Perpetuū axem cōtinuum. Axis aūt eſt lignū illud:circa qđ rotæ currus uertūtur. Excutior curru.E curru eiectus cado. Artus:pedes. Reprenſa:retenta a radicibus ſtipitibuſq̧ arboꝝ. Dare:edere. Grauē ſonū: magnū efficere ſtrepitū. Exhalare:emittere: me ſubaudiamus. Videres:uidere poſſeſ:Nū potes aut audes.Maiorē ſuam fuiſſe calamitatem:q̄ quæ Egeriæ contigit:Hippolytus ait. Componere: comparare. Vidi quoq̧ luce carentia regna. hoc ē: ad inferos quoq̧ deſcendi. Et lacerum foui: Et corpus inquit laniatum in ardentiſſima Phlegetontis aqua laui. Eſt enim phlegeton unus ex inferorum flu. qui ardens interpraetari poteſt.

Apollineæ prolis: Aeſculapii Apollinis filii.

Troezen

Axis

Phlegetón

Nō mea te poſſent releuare.ſed & mea poſſūt:
Fādo aliquē Hippolytū ueſtras ſi cōtigit aureſ
Credulitate patris:ſceleratæ fraude nouercæ
Occubuiſſe neci mirabere:uixq̧ probabo.
Sed tamē ille ego ſum.me Paſiphacia quondā
Temptatum fruſtra patrium temerare cubile
Quod uoluit finxit noluiſſe:& crimine uerſo
Indicii ne metu magis ne offenſa repulſæ
Arguit:immeritumq̧ pater proiecit ab urbe:
Hoſtiliq̧ caput præce deteſtatur euntis.
Pittheam profugo curru Troezena petebam.
Iamq̧ Corynthiaci carpebam littora ponti:
Cum mare ſurrexit cumuluſq̧ imanis aquarū
In montis ſpeciem curuari & creſcere uiſus:
Et dare mugitus:ſummoq̧ cacumine findi.
Corniger hinc taurus ruptis expellitur undis
Pectoribuſq̧ tenus molles erectus in auras.
Naribus & patulo partem maris euomit ore.
Corda pauēt comitum.mihi mēs iterrita māſit
Exiliis contenta ſuis:cum colla feroces.
Ad freta conuertunt erectiſq̧ auribus horrent
Quadrupedes:mōſtriq̧ metu turbant̄ & altis
Præcipitant currum ſcopulis.ego ducere uana
Frena manu ſpumis albentibus oblita luctor:
Et retro lentas tendo reſupinus habenas.
Nec uires tamen has rabies ſuperaſſet equorū
Ni rota perpetuum quæ circūuertitur axem
Stipitis occurſu fracta ac dieſecta fuiſſet.
Excutior curru:loriſq̧ tenentibus artus
Viſcera uiua trahi:neruoſq̧ in ſtirpe teneri.
Membra rapi partim:partim reprenſa relinqui.
Oſſa grauē dare fracta ſonū:feſſamq̧ uideres
Exhalare animam:nullaſq̧ in corpore partes:
Noſcere quas poſſeſ:unūq̧ erat omnia uulnus
Num potes aut audes cladi cōponere noſtræ
Nympha tuā?uidi quoq̧ luce carentia regna:
Et lacerum foui Phlegētontide corpus i unda.
Nec niſi Apollineæ ualido medicamine prolis



Fortibus herbis.Potētibus. Atq̧ ope pæonia.Auxilio medico.Pæon.n.deoꝝ medicus pitiſſimus fuiſſe phibetur:a quo Pæonia herba & inuenta fuit & appellata. Dite īdignāte.Plutone ægre ferēte me uitæ reſtitui. Ne ꝑſens augerē muneris huius inuidiā.hoc ē:ne ſi in Græcia uiuerē:Athenienſiū in me inuidiā concitarē:a Diana fui occultatus. Cynthia.Diana:cuius miles erat Hippolytus. Impune:ſine ulla mea pœna. Addidit ætatē:me natu maiorē effecit:q̄ eſſem cū ab eq̄s fui dilaceratus. Ora cognoſcēda:Faciē q̄ cognoſci poſſet. Innuit aūt Hippolytus ſe in nouā figurā fuiſſe trāſmutatū:ne a quoq̄ cognoſci poſſet. Habendā: habitādā. Hic poſuit. In Latio iuxta Ariciā. Nomēq̧ ſimul:Videtur ſentire poeta Hippolytū fuiſſe noīatū:qđ ab eq̄s fuit:ſolutus & laniatus. Nā ἵπποσ equus. λύω ſoluo īterꝑtatur Nūc idē Virbius eſto.Virbius dictus eſt Hippolytus qđ uir bis fuiſſe uidetur: & anteq̄ ab eq̄s fuit laceratus:& poſtq̄ uitæ fuit reſtitutus.

Hoc nemus inde colo.Ex eo tpe inqt:quo ab īferis ſum reuocatus in hoc Aricino nemore habito. Numine ſub dominæ.Dianæ:q̄ iuxta Ariciā tēplū hēbat. Nō tñ Egeriæ.Egeria Numæ Pōpilii uxor cū ob maritū mortem flere nō deſineret: Dianæ miſeratiōe in fontē ſui nois fuit cōuerſa.

Leuare:leues reddere. Liqtur: reſoluitur. Soror Phœbi. Diana. Tenuauit: In tenues aquas tranſmutauit. At nymphas tetigit noua res.hæc ad cōcinnā eoꝝ quæ ſequūtur cōnexionē a poeta narrantur. Gleba nāq̧ agricolæ aranti i puerū uaticinandi pitū uiſa ē trāſformari. Et Amazōe natus.Hippolytus Hippolytæ Amazonū reginæ filius. Quā cū Tyrrhenus arator. Hæc hyſtoria eſt nō fabula:nā ut in.ii.de diuinatiōe libro Cicero ſcribit.Tages qdam dicitur in agro Tarqniēſi cū terra araretur:& ſulcus altius eſſet ipreſſus:extitiſſe repēte:& eū affatū eſſe q arabat. Is aūt:ut i libris ē Ethruſcoꝝ:puerili ſpecie dicitur uiſus:ſed ſenili fuiſſe prudentia.Eius aſpectu cū obſtupuiſſet bubulcus:clamorēq̧ maiorē cum admiratiōe edidiſſet:cōcurſum eſſe factū: totāq̧ breui tpe in eū locū Ethruriā cōueniſſe. Tū illū plura locutū multis audientibus:q oīa eius uerba excepint litteriſq̧ mādauerint. Oēm aūt orationē fuiſſe eā: qua haruſpicinæ diſciplina contineretur. Fatalē glebā:In qua fata & futuroꝝ pñtia cōtinebātur.

Terræ formā.Glebæ figurā. Ora recentia: ora nup ex terræ Gleba figurata. Venturis fatis:hoc ē.Diſciplinæ & arti eoꝝ q̄ fato uentura erant cognoſcēdoꝝ:nā Tages primus oīum haruſpicinæ diſciplinā Thuſcis tradidit.Hinc aūt cœpit nomini meo ieptias ſuas aſcribere pædagogus ille nō impitus mō & loquendi & ſcribendi:Veꝝ fatuus quoq̧ & ſtolidus: ab oīq̧ ciuilitate alienus: q cū ſciret me nō ante librariis traditurꝝ ultimū meaꝝ enarrationū qnterniorē:q̄ oēs deprauationes ſublatæ forēt:malignoꝝ quorūdā in me cōſpirationi cū maxīo dedecore ſuo facile ſatiſfecit. Ea nāq̧ effutiuit:qbus noī meo aſcriptis īuidi iſti īpoſtores ſibi ꝑſuaſerunt me nō minus ſugillatū iri q̄ uariis deprauatiōibus:quas in enarratiōibus meis curarūt admittendas.Sed aliter atq̧ putarāt euenit.Pædagogus.n.ille cū belle ſibi litteratus eē uideatur: ſe cōtinere nō potuit:qn iactaret ſe meis cōmentariis finē impoſuiſſe:pinde atq̧ ſi uiri docti boniue officio functus fuiſſet.Veꝝ de īſulſo iſto temerarioq̧ pædagogo mihi ne noīe qdē noto nullū uerbū feciſſē: niſi & lectores fuiſſent admonendi:ne iſtius ineptis fiderēt expoſitionibus: & malignoꝝ quorūdā conatibus hoc quoq̧ mō fuiſſet occurrendū.Tametſi ex ꝑma impiti iſtius nō expoſitione:ſed cōfuſione cauto lectori nō poſſit non cōſtare appēdices iſtos ruſticos atq̧ obſcuros nihil cū meis enarratiōibus cōmercii habere. Eā nāq̧ hyſtoriā: q̄ nos paulo añ ex.ii.Ciceronis libro deſcripſimus ad uerbū:fatuus iſte adeo inepte repetit:ut plane ruſticus barbaruſq̧ eſſe facile dignoſcatur.Tageſ inqt ut ſcri.Cice.lib.de diuinatione puerili ſpecie fuit:cœpitq̧ affari aratorē:ille territus clamans cōſciuit totā Ethruriā.Quā ſtudioſus ſit opeꝝ Ciceronis ſtolidus iſte ex iis pauculis ipſius uerbis facile colligi pōt:Nā ut omittā qđ ea ꝑtermittit:q̄ maxīe ad huius loci expōnē neceſſaria fuerāt deſcribenda:libro inqt citra ī ꝑpoſitionē:quā recta loquēdi rō expoſcit:nec adiicit ſecūdo. Perinde atq̧ ſi Cicero ſolū de diuīatōe librū ſcripſiſſet:ac nō duos. Indigenæ.Thuſci. Dixere.appellauere. Qui ꝑmus Ethruſcā.Nā Tages ꝑmus oīum haruſpicinā artēq̧ diuinādi ac ꝑdicēdi futura Thuſcoſ docuit.Neq̧ Plinius a Cice.ī hoc Ouidioq̧ diſſētit:ut ille blat-

Pæon

Hippolytus unde Virbius uñ

Tages

Reddita uita foret:quā poſtq̄ fortibus herbis
Atq̧ ope Pæonia dite indignante recepi:
Tum mihi:ne præſens augerē muneris huius
Inuidiam:denſas obiecit Cynthia nubes.
Vtq̧ forem tutus:poſſemq̧ impune uideri:
Addidit ætatem:nec cognoſcenda reliquit
Ora mihi:Cretēq̧ diu dubitauit habendam
Traderet an Delon.Deloq̧ Cretaq̧ relictis
Hic poſuit nomēq̧ ſimul quod poſſit equorū.
Admonuiſſe iubet deponere:quiq̧ fuiſti
Hippolytus dixit:nunc idem Virbius eſto.
Hoc nemus inde colo:de diiſq̧ minoribus unuſ
Numine ſub dominæ lateo:atq̧ aſſentior illi.
Non tamen Aegeriæ luctus aliena leuare
Damna ualent:montiſq̧ iacens radicibus imis
Liquitur in lachrymas:donec pietate dolentis
Mota ſoror Phœbi gelidū de corpore fontem
Fecit:& æternas artus tenuauit in undas:
At nymphaſ tetigit noua res:& Amazōe natus
Haud aliter ſtupuit:q̄ cum Tyrrhenus arator
Fatalem glebam motis aſpexit in aruis
Sponte ſua primum:nulloq̧ agitante moueri:
Sumere mox hominis:terræq̧ amittere formā
Oraq̧ uenturis aperire recentia fatis.
Indigenæ dixere Tagen:qui primus Ethruſcā
Edocuit gentem caſus aperire futuros.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

tetat impitus.Sed Delphon haruſpicinæ fuiſſe inuẽtorẽ ait.Aliud uerò eſſe docere:aliud inuenire nemò niſi cõi ſenſu careat:unq̃ dubitauit. Vtq; Palatinis.Hoc quoq; de hyſtoria ſumptũ eſſe uidetur.Nã Romulũ ſcribit Plutarchus i Pallatino colle ſui expiundi gratia corneã lanceã fuiſſe iaculatũ:illãq; in terra defixã annitentibus multis cõuelli nũq̃ potuiſſe. Sed emiſſis ramis in eximiæ altitudis cornũ increuiſſe: locũ uero cũ iis q̄ poſt Romulũ fuerũt:parietibus circũductis ut ſanctiſſimũ tẽplũ in magna religiõe fuiſſe:adeo:ut ſicui ꝓpius accedẽti uiſa fuiſſet arbor minus frõdeſcere ſed ueluti ſubductis nutrimentis langueſcere: id ſtati occurrẽtibus clamore ſignificaret.Cũ autẽ.C.Cæſar gradus extrueret:fabris ꝓpinqua arbori loca temere fodiẽtibus uiolatæ radices fuerũt: arborq; aruit & interiit. Virbiũ aũt ita ſtupuiſſe ait poeta reſolutiõe Egeriæ in fontẽ:ut ſtupuit Romulus cũ haſtã ſuã frõdeſcere uidit. Mouit mihi riſũ ſimul & ſtomachũ fatuus ille i hac hyſtoria referẽda: q̄ Romulũ lanceã fuiſſe iaculatũ ait ĩgenii expiendi gratia: pinde ac ſi uires ĩgenii & nõ corporis iaculantes expiremur.

Herentẽ collibus pallatinis.Fixæ in monte pallatino. Stabat:erecta erat. Nõ ferro adacto. Nõ cuſpide terræ infixa. Nã Haſtæ Cuſpis in radicẽ fuerat conuerſa. Lẽti uiminis. flexibilis uirgæ. Cornus.n.arbor ramos ad modũ flexibiles hẽt.

Haſta in arborem

Dabat:faciebat. Nõ expectatas umbras:inſperatas. Admirantibus:Haſtã in arborẽ fuiſſe uerſam. At ſua flumĩea. Hoc quoq; de hyſtoria ſũptum ẽ.Nã(ut Valerius.M.narrat)Genutio Cippo p̃tori paludato porta egrediẽti: noui & in auditi generis ꝓdigiũ incidit.Nãq; in capite eius ſubito ueluti cornua emerſerũt:rñſumq; eſt eũ regẽ futuꝝ:ſi in urbẽ reuertiſſet. Quod ne accideret: uolũtariũ ac ꝑpetuũ ſibimet indixit exiliũ: cuius teſtãdæ rei gratia capitis effigies ærea porta qua exceſſerat incluſa eſt.Corrupte aũt ac fere in exẽplaribus ẽ ſcriptũ : cũ loco illius hæc ꝑticula aut ſit reponẽda & illud uerbũ ſtupuit hic quoq; eſt ſubaudiẽdũ. Ita nãq; fabulã fabulæ poeta elegãter cõnectit(q̃q̃ multis nugis ab illo ĩſulſo q̄ metamorphoſin dilacerauit: hic quoq; ĩterpoſitis pleriſq; in exẽplaribus ſe iungatur)qđ ut facilius fieret:illã copulã at loco aut ex cõmodo ſuo repoſuiſſe uidetur: adeo ĩ deprauãdis libris quorũdã temeritas debacchaꝛ.Cũ ẽt nõ q̄ uidetur eẽ legẽdũ.Audaculus uero ille pædagogus iſti deprauationi accedit: cũ nihil corrigat ꝓrſus. Cippus aũt nõ ſolũ nomẽ ẽ uiri : ſed appellatio quoq; lapidẽ q̄ ſepulchro ĩponitur ſignificãs: & colũnã in qua epitaphia ſcribũtur. Domito ab hoſte: ab hoſtibus ſupatis. Portẽditur.p̃ſignificatur: p̃mõſtraꝛ. Vñ portẽta mõſtraq; dicũtur:q̃ futuꝝ aliqd p̃nũciant. Patriæ lætũ:ſit ſubaudiatur.Impitus aũt ille pædagogus q̄ ſcribere cõmenta audet:cũ diſtiguere:neſciat:oĩa cõfundit inquiẽs. Siue hoc patriæ læticiã affert:cũ patriæ genitiuus ad lætũ ſecundo loco poſitũ ſit referẽdus. Siue minax:Triſte. Placat aras.Deos mitigat ꝑ metonymiã.Dii namq; placari dicũtur per ſacrificia in aris facta.

Cippo cornua

Odoratis ignibus: Thuribus incẽſis. Vinaq; dat pateris: In pateras uina fundit. Mactatarũ bidentũ.Imolataꝝ ouium. Quid ſibi ſig.Cornua in fronte nata ſubaudiantur. Trepidãtia.Palpitãtia. Tyrrhenæ gẽtis ha.ex Ethruria nãq; haruſpices euocabantur. Magna mo. Magnas reꝝ cõmutatiões. A pecudis fib. ab extis pecudũ.Fibræ nãq; ſunt tenuiores uenæ:qbus exta uelut lineis qbuſdã diſtinguũtur. Acre lu.Acute uidẽtes oculos. Tibi.n.tibi:anadiploſis cũ quadã exultatiõe ab haruſpice læta p̃dicẽte facta. Hic locus.Romã ĩdicat digito. Et latiæ at.Romanũ impiũ. Tu mõ rũ.mo.Tu ſolũ mõ tolle moras:feſtinaq; ut portas patẽtes ingrediaris Vrbe.In urbẽ. Perẽni ſcep.ꝑpetuo regno. Toruã faciẽ:Cornibus terribilẽ atq; deturpatã. Talia oĩa: Talia portenta. Conuocat:extra urbem. Et aggeribus inſiſtit. Stat in aggere alto:ut ab omnibus audiatur.

Fibræ

Vtq; Palatinus hærẽntem collibus olim
Cum ſubito uidit frondeſcere Romulus haſtã:
Q uæ radice noua:non ferro ſtabat adacto.
Et iam non telum:ſed lenti uiminis arbor
Non expectatas dabat admirantibus umbras.
Aut ſua fluminea quũ uidit Cippus in unda
Cornua(uidit eni) falſamq; in imagine credẽs
Eſſe fidem.digitis ad frontem ſæpe relatis
Q uæ uidit:tetigit.nec iam ſua lumina damnãs
Reſtitit:ut uictor domito ueniebat ab hoſte.
Ad cœlumq; oculos & eodem cornua tollens:
Q uicquid ait ſuperi monſtro portenditur iſto:
Seu lætum ẽ:patriæ lætũ populoq; Q uirini.
Siue minax:mihi ſit.uiridiq; ex ceſpite factas
Placat odoratis herboſas ignibus aras:
Vinaq; dat pateris:mactatarũq; bidentum
Q uid ſibi ſignificent:trepidantia cõſulit exta.
Q uæ ſimul aſpexit Tyrrhenæ gẽtis haruſpex:
Magna quidem rerum molimina uidit in illis:
(Non manifeſta tamẽ)cum uero ſuſtulit acre
A pecudis fibris ad Cippi cornua lumen:
Rex ait o ſalue:tibi enim tibi Cippe tuiſq;
Hic locus & latiæ parebunt cornibus arces.
Tu modo rũpe morã:portaſq; intrare patẽtes
Appropera: ſic fata iubent(nãq; urbe receptus
Rex eris)& ſceptro tutus potiere perenni.
Rettulit ille pedẽ:toruamq; a mœnibus urbis
Auertens faciem:procul o procul omina dixit
Talia dii pellant:multoq; ego iuſtius æuum
Exul agam:q̃ me uideant Capitolia regem:
Dixit: & ex templo populũq; grauemq; ſenatũ
Cõuocat.ante tamẽ capitis noua cornua frõde
Velat:& aggeribus factis a milite forti



Priſcò mòre:Antiqua conſuetudine. Qua ẽt priſci oratores deos inuocare in p̃ncipio orationis ſolebãt. Dicã:Indicabo. Cornua forte gerit:Nõ forte ut fere in exẽplaribus eſt deprauatũ: ſed frõte legẽdũ eſſe notius eſt q̃ ut ſit admonendũ. Famularia iu.leges ſeruiles qbus ut ſeruos oẽs uos oporteat obedire. Irrumpe:Cũ ĩpetu intrare. (Quãuis cõiunctior illo)Figurate ſe illũ eſſe inuit Cippus:quẽ Haruſpex futuꝝ eſſe regẽ dixerat. Prohibete:arcete. Vel ſi dignus erit:pulchra figura illũ indignũ eſſe oſtendit:q̄ aut uinciatur aut necetur. Qualia ſuccinctis.Duabus perq̃ accõmodatis ſimilitudinibus exp̃mit poeta quale murmur populi fuerit: poſteaq̃ Cippus finẽ orationi ĩpoſuit. Succinctis pinetis:Altis & ꝓceris.Impitus uero ille:ut ſaltem pueriles notẽ errores:exponit denſis:& q̃ſi alligatis pinetis putans ſuccinctũ:Denſũ ſignificare:qđ nuſq̃ inueniꝛ. Et miramur: ſi oĩa cõfundũtur: cũ fatui iſti iã ĩpudẽter ſtulticias ſuas efferant in uulgus:Succincta dicũtur altius cincta. Vñ ſuccincti milites dicũtur qđ breuioribus ueſtibus utẽtes altius cincti uideantur.Pineta uero dicũtur Succincta:qđ iuxta cacumẽ ramos emittant.Id qđ Oui. alibi apte ſignificat cũ inqt. Et ſuccincta comas hirſutaq; uertice Pinus. Per.iter. Tremẽtis uulgi.Populi trepidãtiſ. Emiet:Et altior ẽ & clarior.

Succincta

Præſignia:iſignia. Gemino cornu:duobus cornibus ſimilibus. Demiſere oculos:In terrã oculos demiſerũt ne cornua cũ ſũmo dedecore tã boni ciuis aſpicerẽt. (Quis credere poſſit)Parentheſis eſt cũ interrogatiõe.Ac ſi diceret.Nemo crederet Romanos inuitos aſpexiſſe uiri caput tã p̃clare de patria meriti: ut cũ regnũ aſſeq̄ poſſet: noluerit.Illos.n.q̄ de nobis bene ſunt meriti libẽter aſpicere ſolemus. At ꝓceres: Senatores. Cippũ aũt Iugero optimi agri ob ſpretũ regnũ donatũ fuiſſe ait.Iugerũ.n. tantũ terræ diciꝛ quantũ par bouum uno die poſſit exarare. Ruris honorati: Agri honorato uiro cõuenientis. Ad finẽ ab ortu:ab ortu diei uſq; ad occaſum. Mirã formam: Mirandã Cippi effigiẽ. Referentia.Significãtia: Rep̃ſentãtia. Auratis poſtibus. Auro ornatis poſtibus portæ illius ꝑ quã ingredi poterat Cippus.

Iugerum

Pandite nũc muſæ.Muſas inuocat poeta ut ſibi cõmemorent qua de cã Aeſculapius ex Coronide filius Romam ab Epidauro fuerit aduectus. Graui nãq; peſtilentia laborantes Romani oraculũ accepunt:ut Aeſculapii auxilio uterentur. Miſſi igitur legati cũ ab Epidauriis deũ ĩpetrare nõ poſſent:Aeſculapius ipſe in anguẽ conuerſus ꝑ mediã urbẽ ad nauẽ legatoꝝ perrexit.Romãq; aduectus ſibi in ĩſula Tyberis ſedẽ elegit. Præſẽtia numina uatũ. Propicii dii poetaꝝ.Muſæ nãq; p̃ſidere poetis finguntur. Vnde. Qua ex cã.

Aeſculapius i anguem

Coroniden.Aeſculapiũ Coronei nepotẽ Apollinis ex Coronide filiũ:ut ſupius copioſe fuit expoſitũ. Dira lues:peſtis a deoꝝ ira ĩmiſſa. Exangui morbo.Ab effectu morbus dicitur exanguis: qđ exangues hoĩes reddat. Vt mors quoq; pallida dicitur. Mortalia tẽptamẽta:hoĩum expimẽta. Mediãq; tenẽtis Orbis humũ delphos. Delphi ĩ medio terraꝝ orbe a geographis eſſe ſcribũtur:q̃ uero ſcita ſit illius nebulonis expoſitio: q̃q; poetæ dictis cõueniens:uiderit ipſe:q̄ mẽtitur Siciliam atq; Italiam a Plinio mediũ mũdi cõſtitui: Cum non Sicilia ſolum & Italia ſed uniuerſa terra in medio mundi eſſe a Mathematicis demonſtretur. Sed qd mundus:quid orbis ſit fatuus iſte ignorat.Cæteꝝ de iſtius ſtultitiis uel nimium.

Inſiſtit:priſcoq; deos e more præcatus:
Eſt ait hic unus:quem uos niſi pellitis urbe:
Rex erit:is qui ſit ſigno non nomine dicam.
Cornua fronte gerit:quem nobis indicat augur
Si Romam intrarit:famularia iura daturum.
Ille quidem potuit portas irrũpere apertas.
Sed nos obſtetimus(q̃uis coniunctior illo)
Nemo mihi eſt.uos urbe uirũ prohibete q̃rites
Vel ſi dignus erit:grauibus uincite cathenis:
Aut finite metum fatali morte tyranni.
Q ualia ſuccinctis ubi trux inſibilat eurus:
Murmura Pinetis fiunt:aut qualia fluctus
Aequorei faciunt:ſi quis procul audiat illos:
Tale ſonat populus: ſed per confuſa trementis
Verba tamen uulgi uox eminet una. quis ille ẽ
Et ſpectant frontes:p̃dictaq; cornua quærunt.
Rurſus ad hos cippus:quẽ poſcitis iqt habetis
Et dempta capiti populo prohibente corona
Exhibuit gemino præſignia tempora cornu.
Demiſere oculos omnes: gemitumq; dedere.
Atq; illud meritis clarum(quis credere poſſit)
Inuiti uidere caput.nec honore carere
Vlterius paſſi feſtam impoſuere coronam
At proceres(quoniam muros intrare uetaris)
Ruris honorati tantum tibi Cippe dedere:
Q uantum depreſſo ſubiectis bobus aratro
Complecti poſſes: ad finem lucis ab ortu:
Cornuaq; auratis miram referentia formam
Poſtibus inſculpunt longũ manſura per æuũ.
Pandite nunc muſæ præſentia numina uatum,
(Scitis enim)nec uos fallit ſpecioſa uetuſtas:
Vnde Coroniden circũflua Thybridis alti
Inſula Romuleæ ſacris adiecerit urbis.
Dira lues quondam Latias uitiauerat auras:
Pallidaq; exangui ſqualbebant corpora morbo
Funeribus feſſi:poſtq̃ mortalia cernunt
Temptamenta nihil:nihil artes poſſe medẽtũ:
Auxilium cœleſte petunt: mediamq; tenentis
Orbis humũ Delphos adeunt oracula Phœbi,



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Salutifera ſorte. Reſponſo ſalutem afferenti.
Cortinaq; reddidit imo. Phœbas in cortina exiſtens: Eſt. n. cõtinẽs pro cõtento p metonymiã poſitũ. Cortina uero menſa erat in adyto tẽpli Apollinis: quæ etiam Delphica dicebatur: i qua Phœbádes iacentes certa oracula reddebant. Propiore loco: Viciniore. Nam Epidaurus Romæ ꝓpinquior ẽ q̃ Delphi. Sed Apolliñe nato. Aeſculapio Apollinis filio. Bonis auibus. Bonis auſpiciis.

Cortina

Accerſite: aduocate. Prudens ſenatus accepere: Figurate dictum a tale quale eſt illud Virgilianũ Pars in fruſtra ſecant. Explorant: Diligenter inquirunt. Iuuenis Phœbeius: Aeſculapius Apollinis filius. Petant uentis: adnauigent. Epidauria littora. Epidaurus quæ & Epitaurus appellatur (ut Srabo ait) urbs eſt Saronico ſinui adiacens: quæ & Miliſſia & Hæmera olĩ fuit dicta: tẽplo Aeſculapii maxime inſignis. Præſens: propicius. Funera gentis Auſoniæ: Peſtilentiam qua Romani & Italiæ gentes moriebantur. Certant adiicere ſortes: Student ſuis dictis adiungere Apollinis reſponſa. Diſſidet & uariat ſnĩa: Senatoꝝ inquit Epidauriorum ſententiæ diſcordes & uariæ erãt: Alii nãq; tradendum Romanis: alii negandum Aeſculapium ſentiebãt. Suã opem: ſuũ auxiliũ: hoc eſt. Aeſculapiũ ad quem in aduerſis confugiebant. Dum dubitant: Dum de re dubia conſultant. Vmbra: telluris. Definitio eſt noctis. Nox enim nihil aliud eſt q̃ terræ umbra. Deus opifer: Aeſculapius opem & auxilium morbo laborantibus ferens. Sed qualis in æde eſſe ſolet: In hominis: non draconis facie. Nam in templo ſub effigie humana colebatur Aeſculapius: q̃uis in anguem conuerſus Romam fuerit aduectus.

Epidaurus

Baculum agreſte: Inuſitate Bacculum cũ neutro epitheto copulauit Poeta: cum ſit generis maſculini. Longæ barbæ. Aeſculapius namq; barbatus pingebatur. Apollo uero ſine barba: geſtum autem exprimit poeta quo ſæpenumero utuntur: qui ſibi barbam mulcent. Et uſq; nota: Et eo uſq; animaduerte. Ad templa operoſa: Multis operibus ornata multoq; labore extructa. Petiti dei: Aeſculapii a Romanis poſtulati.

Qua ſede: qua urbe. Epidauri: an Romæ. Aureus in ſerpẽte deus: Aeſculapius qui ſub aureo ſimulacro colebatur in ſerpentem conuerſus: nã dracones acutiſſimi uiſus a phyſicis eſſe dicuntur. Vnde & απο του δερκεσθαι hoc eſt a uidendo fuere cognominati. Iccirco Aeſculapio attribuuntur: quod uigilantiſſimi putãtur: quæ res medicis maxime neceſſaria ẽ. Hac etiã de cã eos incubantes theſauris cuſtodiæ gratia antiqui finxerũt. Prænũcia ſibila. Ipm aduẽtare ſignificãtia.
Mouit. Emiſit. Signũ. Simulacrũ dei & ſtatuã.

Vtq; ſalutifera miſeris ſuccurrere rebus
Sorte uelit: tantæq; urbis mala finiat orant.
Et locus & laurus & quas habet ipſe pharetras
Intremuere ſimul: cortinaq; reddidit imo
Hãc adyto uocem: pauefactaq; corpora mouit.
Quod petis hic ꝓpiore loco Romãe petiſſes
Et pete nũc propiore loco. nec Apolline uobis:
Qui minuat luctus: opus ẽ: ſed Apolline nato.
Ite bonis auibus: prolemq; accerſite noſtram.
Iuſſa dei prudẽs poſtq̃ accepere ſenatus:
Quam colat: explorat iuuenis Phœbeius urbẽ
Quiq; petãt uentis Epidauria littora mittunt:
Quæ ſimul incurua miſſi tetigere carina:
Cõcilium gratoſq; patres adiere: darentq;
Orauere deum: qui præſens funera gentis
Finiat Auſoniæ: certãt adiicere ſortes.
Diſſidet: & uariat ſentẽtia: parſq; negandum
Non putat auxilium. multi retinere: ſuamq;
Nõ emittere opem: nec numia tradere ſuadẽt.
Dum dubitãt: ſeram pepulere crepuſcula lucẽ.
Vmbraq; telluris tenebras induxerat orbi:
Cum deus iſomnis opifer conſiſtere uiſus
Ante tuum Romanæ torum: ſed qualis in æde
Eſſe ſolet: baculumq; tenẽs agreſte ſiniſtra
Cæſariem longæ dextra reducere barbæ.
Et placido tales emittere pectore uoces.
Põe metũ. ueniã ſimulacraq; noſtra relinquam
Hũc modo ſerpẽtẽ baculũ q nexibus ambit
Perſpice. & uſq; nota: uiſũ ut cognoſcere poſſis
Vertar in hũc. ſed maior ero. tantuſq; uidebor
Inquãtum uerti cœleſtia corpora debent.
Extemplo cum uoce deus. cum uoce deoq;
Somnus abiit: ſomniq; fugã lux alma ſecuta eſt
Poſtera ſidereos aurora fugauerat ignes.
Incerti quid agant proceres ad templa petiti
Conueniũt operoſa dei. quaq; ipſe morari
Sede uelit. ſignis cœleſtibus indicet. orant.
Vix bene deſierant. cum criſtis aureus altis
In ſerpente deus prænuntia ſibila mouit.
Aduentuq; ſuo ſignumq;. araſq; foreſq;
Marmoreumq; ſolum. faſtigiaq; aurea mouit.
Pectoribuſq; tenus media ſublimis in æde
Conſtitit. atq; oculos circũtulit igne micantes.



Sæpe inter nimbos. ſæpe inqt ſanguĩe pluit. Cærulus lucifer: obſcurus cũ alioqn nitidiſſimus ſoleat eẽ. Sparſus uultũ: reſpſũ & tectũ os hñs. Atra ferugĩe: nigro colore. Spſi lunares ſãguĩe currus. Lũa ipſa ſãguĩeis guttis reſpſa uidebaẽ. Stygius bubo: fũeſtus: ẽ. n. auis peſſimi ominis: Ea uero appuiſſe portẽta ait poeta q̃cũq; maxiorũ maloꝝ ꝑnũcia ſolẽt eẽ. Mille locis: multis in locis: Finitus ẽ nũerus ꝓ ĩfinito poſitus. Ebur: eburneæ deorũ ſtatuæ. Sãctis lucis. ex ꝑpoſitio & ueniẽtia ſubaudiant. ſcĩ uero luci dñr quod diis cõſecrati cædi iure uon pñt.
Victima nulla lætat: nulla inqt hoſtia deos ſignificat eẽ placatos: (Id uero Cæſari eueniſſe quo die fuit trucidatus ſcribit. Trãqllus): nã pluribꝰ hoſtiis cæſis cũ litare ñ poſſet ĩtroiit curiã ſpta religiõe. Magnos tumultus: magnã reꝝ mutationẽ: Inſtare: ĩminẽ ĩpẽdere. Fibra mõet: exta ſignificãt. Cæſũq; caput: Reciſũ: nã exta ſiñ capite ſignificãt mortẽ alicui ĩmĩere: Nocturnos canes ululaſſe: nocte canes ululatibꝰ lupoꝝ ſimiles uoces emiſiſſe: id qd peſſimũ ẽ omẽ. Vmbraſq; ſilẽtũ: mortuoꝝ aĩas. Motãq; tremoribꝰ urbẽ: terræmotu urbẽ Romã fuiſſe cõcuſſã ait. Præmõitus deũ: ꝑdictiões: ꝓdigia & portẽta deoꝝ. Legẽ. n. fatoꝝ ne dii qdẽ ꝓrũpe pñt: fata uero magis ꝓuideri q̃ uitari pñt. Strictiq; ferũẽ ĩ tẽ. gla. In curiã Põpeii: ĩ q̃ ſenatus hẽbaẽ. Diu ãt ↄſultarũt cõiurati ut & illũ ĩ cãpo ꝑ cõmitia tribꝰ ad ſuffragia uocãtẽ ꝑ tibꝰ diuiſis e põte deiicerẽt atq; exceptũ trucidarẽt: an ĩ ſacra uia uel ĩ aditu theatri adorirenẽ. Poſteaq̃ uero ſẽatus idibꝰ Martii in curia Põpei fuit edictus facile tꝑs & locũ ꝑtulerũt. Tũ uero Cytherea: mulieris ĩminẽti ꝑiculo territæ geſtũ exꝑmit pœta. ſolẽt. n. mulieres ĩ magnis doloribꝰ utriſq; manibus pectus ꝑcutere. Molliẽ cõdere. præparat ut abſcõdat.
Qua ꝑus ĩfeſto: Paris (ut narrat Home.) cũ Menelao congreſſus: ope & auxilio Veneris: q̃ nube ipm opuit: mãus illius fugit. Et Diomedeos: Aeneas cũ Diomede cõgreſſus facile ĩterfectus fuiſſet (ut ẽ apd Hom.) niſi a Venere fuiſſet liberatus
Talibꝰ hãc genitor: alloqẽ. Sola ĩſupabile fatũ nata mouere. Cũ ĩterrogatiõe illuſiõis plẽa hæc a Ioue Veneri dñr. Mouere: mutare. Intres licet ipa: tu ipſa inqt ĩtrare potes ꝑcaꝝ & fatoꝝ ædes.
Reꝝ tabularia. Tabulæ arcæ ĩ qbus ĩmutabilia fatoꝝ decreta ſ̃ ĩciſa. Vaſto moliĩe: Vaſtæ magnitudĩs. Cõcuſſũ cœli: cõcuſſionẽ: ẽ ãt tonitrus ꝑiphraſis. Adamãte pẽni: ꝑpctuo ĩcorruptibili.
Incluſa ſculpta: ĩciſa. Fata tuis gñis: & oĩa q̃ tuo gñi neceſſario ſ̃t euẽtura. Et referã: pulchra phãtaſia ad laudeſ Auguſti Cæſaris referẽdas ĩgrediẽ poeta. Hic ſua cõpleuit: ſextũ & qnquageſimũ ætatis ãnũ agẽs Cæſar ĩ ſenatu fuit ĩterfectꝰ. Natuſq; ſuus. Octauius quẽ ex Dodrãte heredẽ Cæſar reliqt: & ĩ familiã nomẽq; adoptauit. Impoſitũ onus: ĩpii admĩſtrationẽ. Cæſiq; parẽtis nos ĩ bella ſuos: nos ſibi ĩ bellis fauẽtes: nã bella ciuilia qnq; geſſit Auguſtus Mutinẽſe: Phillippẽſe: Peruſinũ Siculũ: Actiacũ: quoꝝ q̃ttuor prioꝝ initiũ & cãm a cæde Cæſaris ſũpſit: nihil cõueniẽtius ducens q̃ necẽ auũculi uindicare illiuſq; acta tueri.
Illius auſpiciis: illius ductu. Nam cũ. D. Brutus Mutinæ a. M. Antonio obſidereẽ: iuſſus ẽ a ſẽatu Octauius cõpato exercitui ꝓ ꝑtore ꝑeſſe: & Hircio ac Panſa conſulibus. D. Bruto opem ferre.
Petent pacem: quærent pacẽ & liberationem. Pharſalia ſentiet illũ. Pharſalus urbs eſt Theſſaliæ a Pharſalo Acriſii filio dicta: Vnde Pharſalia

Auguſti Cæſaris laudes

Pharſalus

Sæpe inter nimbos guttæ cecidere cruentæ.
Cærulus & uultum ferugine lucifer atra
Sparſus erat: ſparſi lunares ſanguine currus
Triſtia mille locis Stygius dedit omina bubo.
Mille locis lachrymauit ebur: cantuſq; feruntẽ
Auditi: ſanctis & uerba minantia lucis.
Victima nulla litat: magnoſq; inſtare tumultus
Fibra monet: cæſumq; caput reperitur in extis
Inq; foro circũq; deos: & templa deorum
Nocturnos ululaſſe canes umbraſq; ſilentum
Erraiſſe ferunt: motamq; tremoribus urbem.
Non tamen inſidias uenturaq; uincere fata
Præmonitus potuere deum: ſtrictiq; feruntur
In templum gladii (nec eñi locus ullus in urbe
Ad facinus diramq; placet niſi curia cædem.)
Tum uero Cytherea manu percuſſit utraq;
Pectus: & Aetherea molitur condere nube:
Qua prius infeſto Paris eſt ereptus Atridæ:
Et Diomedæos Aeneas fugerat enſes.
Talibus hanc genitor: ſola inſuperabile fatum
Nata mouere paras? intres licet ipſa ſororum
Tecta trium: cernes illic molimine uaſto
Ex ære: & ſolido rerum tabularia ferro:
Quæ neq; concuſſum cœli: neq; fulminis irã:
Nec metuunt ullas tutã atq; æternã ruinas.
Inuenies illic incluſa Adamante perenni
Fata tui generis: legi ipſe animoq; notaui.
Et referam ne ſis etiam: num ignara futuri.
Hic ſua compleuit: ꝓ quo Cytherea laboras.
Tempora: perfectis quos terræ debuit annis.
Vt deus accedat cœlo templiſq; colatur:
Tu facies natuſq; ſuus: qui nominis hæres
Impoſitum feret unus onus: cæſiq; parentis
Nos in bella ſuos fortiſſimus ultor habebit.
Illius auſpiciis obſeſſæ mœnia pacem
Victa petent Mutinæ: Pharſalia ſentiet illum:

declinatur: ac pro Theſſalia ponitur: in qua bis Romani exercitus conflixere: ducibus primum Pompeio & Cæſare, Deinde Octauio & Antonio contra Brutum & Caſſium. Eſt etiam Pamphiliæ urbs

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Philippi

Pharſalus. Aemathii Philippi. Macedonici: Ná Philippi urbs eſt Macedoniæ: q̄ prius Crenides uocabatur: a Philippo rege cognoíata: Ná Crenitis a Thracibus opp̄ſſis: cū opē tuliſſet Philippus: urbē eoꝝ de ſuo noíe Philippos appellauit: bellū aūt Philippēſe inita cum. M. Antonio & Lepido ſocietate aduerſus Brutū & Caſſium Octauius geſſit. Et magnū Si. no. Sextus Pōpeius magni Pōpeii filius cū diu piraticā exercuiſſet: magna claſſe comparata Siciliá occupauit: ac ſæpius p̄lio nauali cū Auguſto cōgreſſus uictor euaſit: tādē uero magna edita pugna ab Auguſto ſupatus Mitylenas aufugit: Vbi a Titio quodá fuit iterfectus. Romaniq; ducis cōiunx Aegyptia: Cleopatræ ē p̄phraſis: quá. M. Antonius cū duxiſſet uxorē Italiá inuadere tēptauit: ſed Auguſtus illis occurrens apud Actiū p̄montoriū nauali p̄lio deuicit: Alexandria deinde potitus: quo Antonius cū Cleopatra cōfugerat: cū Antoniū ip̄m ad mortē adegiſſet: Cleopatrá cū maxie cupet ad triūphū ſeruare: nō potuit. Aſpidis nāq; morſu aū interiit. Tædæ nō bñ fiſa. nō bñ confiſa nuptiis. M. Antonii: ná & regnū & uitá amiſit. Noſtra Ca. Nobis dicata. Vñ & Capitolinus Iuppit̄ fuit appellatus. Suo Canopo: ſibi placēti ac grato: ē aūt

Canopus

Canopus urbs Aegypti a Canopo nauis Vlyſſis gubernatore cognoíata. Ab utroq; oceano: Orientali & occidentali: p̄dicit aūt Veneri Iuppit̄ Auguſtū Cæſarē totius orbis terraꝝ imperio potituꝝ. Pace data terris aíum (ut Tranqllus narrat) Auguſtus pleraq; peſſimi exēpli correxit: q̄ in pnicié publicá aut ex cōſuetudine licētiaq; belloꝝ ciuiliū durauerant: aut p pacē ēt extiterant: leges p̄terea retractauit: & q̄ſdá ex integro ſanxit: ut ſumptuariá: de adulteriis: & de impudicitia: & de maritádis ordinibus. Prolē ſancta de cōiu. na. Tiberiū dicit: q ex Liuia natus ab Auguſto adoptatus ex dimidia ſextanteq; & noíe hæres fuit relictus. Curaſq;: impii admīſtrationē. Nec ni. cū ſe. vi. & lxx. ætatis áno Augu. uitá in Oſculis Liuiæ: expirauit: In numeꝝ aūt deoꝝ illū fuiſſe receptum poeta ait. Similes an. Epitheton eſt annoꝝ propriū. Nihil. n. eſt ſibi ſimilius ánis q ſemp in ſe reuertūtur. Cognata ſidera: Ad Romuli & Cæſaris ſtellas aſcendet. Hanc aíam int. hortatur Venerē Iuppiter ut Iulii Cæſaris aíam í ſtellá cōmutet. Quod qdē iccirco fingitur: qa ludis quos illi p̄mo cōſecratos hæres Auguſtus edebat: ſtella crinita p ſeptē cōtinuos dies fulſit exoriens circa undecimá horam: creditūq; eſt eſſe aíam Cæſaris in cœlū recepti. Et hac de cá ſimulacro eius in uertice additur Cometes: q (ut ſcri. Pli.) í uno totius orbis loco colitur Romæ admodum fauſtus Diuo Auguſto: q hiſ uerbis ſuū gaudiū p̄didit. His ip̄is ludoꝝ meoꝝ diebus ſidus crinitū p ſeptē dies in regione cœli ſub ſeptētrionibus eſt cōſpectum. Id oriebatur circa undecimá horam diei: clarūq; & oíbus terris conſpicuū fuit. Eo ſignificari uulgus credidit Cæſaris aíam íter deoꝝ ímortalium numina receptá: quo noíe id inſigne ſimulacro capitis eius: qd mox in foro cōſecrauimus adiectū eſt. Iubar: ſtellam. Ab excelſa æde. Ab alto cœlo. Numen cape. Diuinitatem cōtrahere. Flámiferum crinem: cometæ exprimit definitionē: cometes enim ſtella eſt crinita. Micat: ſplendet. Hic ſua præferri: quáuis inqt Auguſtus ueteꝝ ſua geſta p̄ferri meritis Iulii Cæſaris ſui parentis: fama tñ illū anteponit: inuitū atq; í hōc uno populi iudiciū Auguſti ſniæ repugnat: ſtolidus uero ille hunc poetæ ſenſū in cōtrariū uertit. Fama inqt í cæteris fauet Auguſto. In hoc ei aduerſat̄: qd ſe patri p̄ferat. Vna í pte: In hac una re. In reliqs. n. morē impatori Auguſto gerit. Sic ma. ce. tit. Iulium Cæſarē gaudere ſe reꝝ geſtaꝝ magnitudine a filio Auguſto ſupari accōmodatiſſimis p̄bat exemplis poeta. Notius eſt autē (q̄ ut hoc loco exponi debeat) Agamēnonē cuius ductu Troia fuit euerſa: multo q̄ Atreus

Aemathiiq; iterum madeſcent cæde Philippi.
Et magnum Siculis nomen ſuperabitur undis.
Romaniq; ducis coniunx Aegyptia tedæ
Non benefiſa cadet: fruſtraq; erit illa minata
Seruitura ſuo Capitolia noſtra Canopo.
Quid tibi Barbariá: genteſq; ab utroq; iacētes
Oceano numerem: quodcūq; habitabile tellus
Suſtinet: huius erit. pontus quoq; ſeruiet illi.
Pace data terris animum ad ciuilia uertet
Iura ſuum: legeſq; feret iuſtiſſimus auctor:
Exemploq; ſuo mores reget: inq; futuri
Temporis ætatem uenturorumq; nepotum
Proſpiciens: prolem ſancta de coniuge natam
Ferre ſimul nomēq; ſuum curaſq; iubebit.
Nec niſi cum ſenior ſimiles æquauerit annos:
Aethereas ſedes cognataq; ſidera tanget.
Hanc animam interea cæſo de corpore raptā
Fac iubar: ut ſemp Capitolia noſtra forumq;
Diuus ab excelſa proſpectet Iulius æde.
Vix ea fatus erat: media cum ſede ſenatus
Conſtitit alma Venus nulli cernenda: ſuiq;
Cæſaris eripuit membris: nec in aera ſolui
Paſſa recentem animā cæleſtibus intulit aſtris.
Dumq; tulit: lucem capere atq; igneſcere ſenſit:
Emiſitq; ſinu: ſimul euolat altius illa.
Flammiferumq; trahens ſpatioſo limite crinem
Stella micat: natiq; uidens benefacta fatetur
Eſſe ſuis maiora: & uinci gaudet ab illo.
Hic ſua præferri (quāq̄ uetat) acta paternis:
Libera fama tamen nulliſq; obnoxia iuſſis
Inuitum præfert: unaq; in parte repugnat.
Sic magnis cedit titulis Agamēnonis Atreus.
Aegea ſic Theſeus: ſic Pelea uincit Achilles.



patet maiora geſſiſſe: nec nōn Theſeum atq; Achillem parentes ſuos Aegeum & Peleum uirtute & rebus geſtis lōge ſupaſſe. Deniq; ut exemplis: tria quæ adduxit exēpla Ouidius uiroꝝ quidē præſtantiſſimoꝝ fuere: ſed Iulio & Auguſto Cæſaribus q in numeꝝ deoꝝ relati fuere accōmodata minus eſſe uident̄: eoq; deoꝝ exēplis illd idem poeta demōſtrat. Exēplis ipſos æquātibus: æqualibus ipſis Iulio & Auguſto Cæſaribus. Tempat: moderat̄ & regit. Hoc aūt eo ſpectat: ut oñdat poeta ſe merito Auguſtū Ioui cōparaſſe. Arces æthereas: Cœlum. Mundi triformis: Ex cœlo & æthere & aere cōſtantis. Hoꝝ enim regnū Ioui attribuit poeta. Terrá autem ſub Auguſti impio eſſe ait. Pater eſt & rector uterq;. Iuppiter & Auguſtus: Iuppiter qdē ſuperiorū mūdi partiū: Auguſtus uero inferioꝝ terræ & maris: Sic Virg. in Auguſti gloriam. Nocte pluit tota redeūt ſpectacula mane diuiſum impium cū Ioue Cæſar habet. Dii præcor Aeneæ comites. deos penates: Veſtáq;: & Romulū: & Martē: Apollinēq;: & Iouē: alioſq; præcatur poeta: ut diu Auguſtus in terris maneat: ſero aūt in cœlū recipiat̄ Sic & Horatius in primo carminū libro: Serus in cœlū redeas diuq;: Lætus interſis populo Quirini. Dii comites Aeneæ: periphraſis eſt Pœnatum deoꝝ: quoꝝ ope Aeneas ex hoſtiū enſibus & Troiæ incēdio fuit liberatus. Diiq; Indigeteſ. qui ex hoíbus dii ſunt effecti: indigetes a latinis fuerūt uocati: uidet̄ aūt poeta inuocare Aeneam quē pauloante in deū Indigetem imutatum fuiſſe ſcripſit. Genitorq; Quirine urbis. Romulū q & Quirinus fuit appellatus: Vrbis Romæ fuiſſe conditorē ne admonēdum eſt quidē: cum ſit uulgatiſſimū. Et inuicti genitor Gradiue Quirini Ex Marte q & Gradiuus dicit̄ Romulū natū eſſe pauloante ſcripſit poeta. Veſtaq; Cæſareos: tēplū deæ Veſtæ in palatio erat: ubi habitabant Impatores. Phœbe domeſtice: (ut ſcribit Tráqllus) Apollinis tēplum in ea parte Palatinæ domus excitauit Auguſtus: quá fulmine ictá deſiderari a deo haruſpices p̄nūciarūt: addita porticu cum bibliotheca græca & latina. Quiq; tenes altus Tarpeias Iuppiter arces: Altus qdē legitur in oíbus quæ mihi uidere cōtigit exēplaribꝫ: & ad Capitolii altitudinē poteſt referri. Sed latius magis ſenſui poetæq; eruditioni cōuenire uidet̄. Nam Latialis Iuppiter in Capitolio colebatur. Quoſq; alios uati. oēs deos in homines beneficos cōplectitur hoc uerſu poeta: Qua caput Auguſtū: hoc eſt: qua Auguſtus in ſedes deoꝝ cœleſtes: orbe terraꝝ quē gubernat: relicto tráſſeratur. Abſens: in cœlū receptus. Tunc enim pñs ſupplicibus faueat. Optat aūt poeta: ut diutiſſime uiuat Auguſtus: præſenſq; Romanis opituletur:

Metamorphoſcos cōmendatio

Deniq; ut exemplis ipſos æquantibus utar
Sic & Saturnus minor eſt Ioue: Iuppiter arceſ
Temperat æthereas: & mundi regna triformis:
Terra ſub Auguſto: pater eſt & rector uterq;.
Dii præcor Aeneæ comites: qbus enſis & igniſ
Ceſſerunt: diiq; indigetes genitorq; Quirine
Vrbis: & inuicti genitor Gradiue Quirini:
Veſtaq; Cæſareos inter ſacrata penates:
Et cū Cæſarea tu Phœbe domeſtice Veſta:
Quiq; tenes latius Tarpeias Iuppiter arces:
Quoſq; alios uati fas appellare piumq; eſt:
Tarda ſit illa dies: & noſtro ſerior æuo.
Qua caput Auguſtū: quē tēperat: orbe relicto
Accedat cœlo: faueatq; præcantibus abſens.
i Amq; opꝯ exegi: quod nec Iouis ira: nec ignes.
Nec poterit ferꝝ: nec edax abolere uetuſtas
Cū uolet illa dies: quæ nil niſi corporis huius
Ius habet: incerti ſpacium mihi finiat æui.
Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
Aſtra ferar: nomenq; indelebile noſtrum:
Quaq; patet domitis Romana potentia terris
Ore legar populi: perq; omnia ſæcula fama:
Si quid habent ueri uatum præſagia: uiuam.

P. Ouidii naſonis metamorphorſeos Finis.

i Amq; opus exegi. Modus eſt fere poetarum: ut in ſuorū opeꝝ fine aliquid de ſe dicant: ſic Virgi. quartū Georg. concludit. Hæc ſup aruorum cultu pecorūq; canebam. Et ſuper arboribus Cæſar cum magnus ad altum: Fulminat Euphratem. Hanc conſuetudinem Ouidius in fine operis imitatus nonnulla in cōmendationem operis ſui ait. Sic Horatius. Exegi monumentum ære perennius. Regaliq; ſitu pyramidū altius. Quod non imber edax: non aquilo impotens: Poſſit diruere: aut innumerabilis Annorum ſeries: & fuga temporum. Veriſſimus autem fuit uates Ouidius. Cum enim hactenus tot bellorum incendiis: quibus priora ſæcula fuerunt uexata: abſumptum non fuerit hoc uarium ægregiumq; opus: Vero ſimillimum eſt: tam facili p̄ſertim deſcribendi libros arte excogitata ſemper eſſe duraturum: ac elegantiſſimus quibuſq; ingeniis maxíe uoluptati futurum: Quanti uero hoc opus faceret poeta hinc facile apparet: quod nulla ui ip̄m unq̄ interituꝝ ſibi perſuaſit. Exegi: perfeci. Iouis ira: aſpa tēpeſtas: fulmen. Edax uetuſtas: omnia rodens & corrūpens. Abolere: delere: ad nihilum redigere: Cum uolet illa dies: de morte ſe nihil curare ait: quando ſuum & opus & nomen immortale ſit futurum. Parte tamen meliore mei: ingenio quo nihil melius contingere homini pōt. Ná: (ut Cicero in Bruto ſcribit) Hominis decus: eſt ingenium: Ingenii uero ipſius: eloquentia. Perennis: immortalis: ac p oēs ános duraturus. Indelebile: incorruptibile: mortale. Quaq; patet domitis: per totū orbē terraꝝ ſuū opus lectū iri colligit: cū illo tpe: totus orbis Auguſto pareret. Vatū præſagia. Poetaꝝ diuinationes.

Raphaelis Regii Enarrationum in Ouidii metamorphoſin Finis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Raphaelis Regii repræhenſio quorundã ex fœdiſſimis erroribus quibus ultimus quaternio primæ editionis fuit inquinatus.

Viſq̃s ille fuit:q nulla humanitatis habita rõne tã improbe in mea ĩuaſit: ſuaq̃ falce obtuſa & rubigine cõfecta:meã ſegetẽ ſuccidere conatus ẽ:neq̃ boni neq̃ docti uiri offõ ẽ functus. Quã uero ſit ſcribẽdi ꝑitus ex ꝓma ſtatĩ ipſius expõne facile unicuiq̃ uel mediocrit̃ docto liq̃re põt. Ab hoc nãq̃ uerſu initiũ ſumit. Oraq̃ uẽturis aꝑire recẽtia fatis. Tages inq̃t(ut ſcri. Cice. lib. de diuĩatiõe)pueri li ſpẽ fuit:cœpitq̃ affari aratorẽ. Ille territus clamãs cõſciuit totã Ethruriã q̃ uno conuentu Tagẽ loquentẽ audiuit. Sermo aũt fuit exceptus & ſcriptus libris Ethruſcoꝝ:habituſq̃ eſt ꝓ haruſpicina. Inde. n. haruſpiciã ſumpſit artẽ & ꝓncipiũ. Lucanus. Sed conditor artis finxerit iſta Tages: Pli. tñ non Tagen. Sed Delphon fuiſſe ſcribit. Tot eẽnt ĩ hac ꝓma iſtius impiti expõne annotãda: Vt unũ potiſſimũ ꝓncipiũ ſumã ignorẽ: ſed cũ uel lecta ſolum pulcherrime artificẽ ꝓdat:paucis admodũ ero cõtentus: Illudq̃ omittã qd hanc de Tage hyſtoriã mihi paulo añ ubi poeta illã deſcribere cœpit:ꝑſpicue enarratã:iſte uanus cõmẽtator:ut ego quoq̃ hoc uerbo utar: in eũ trãſtulit uerſum:cui minime cõueniebat:ut & a Tage exponere cœpiſſe uideretur:& Ciceronẽ in lib. de diuinatiõe allegaret:qd q̃dem opus ſi diligenter:ut uult uideri:legiſſet:nũquã tã agreſti ruſticaq̃ oratiõe uſus fuiſſet: neq̃ libro ſine illa in ꝓpoſitione dixiſſet:& ſecũdo appoſuiſſet:cũ nõ unũ ſed duos Ciceronis de diuĩatione libros extare ẽt librarii non ignorent. Ex hoc uero facile demõſtrat iſtũ alienis pedibus ambulaſſe:hãcq̃ de Tage hyſtoriã aliunde:q̃ ex ſecũdo Cice. de diui. libro ſumpſiſſe:ſed q̃s ita loq̃tur? Tages puerili ſpecie fuit:cœpitq̃ affari aratorẽ. Ille territus clamãs cõſciuit totã Ethruriam. Profecto nemo:niſi plane barbarus & agreſtis ab oĩq̃ elegantia alienus.

Cur uero id omiſerit in hac referẽda hyſtoria:qd maxĩe ad coꝝ:quæ a poeta narrantur expõnẽ neceſſariũ eſt: haud facile dixerim:niſi fortaſſis eã breuitatis habuit rõnẽ:ut & ſuꝑuacua aſcribat: & neceſſaria ꝑtermittat. Ouidius q̃dẽ glebæ metamorphoſin in pueꝝ deſcribit:de qua iſte:ne uerbũ q̃dem ullũ facit:nõ taciturus:niſi ꝓrſus ẽ ſtolidus:ſi quæ in ſecũdo de diuinatione libro a Cicerone de Tage ſcribuntur:legiſſet: Inde enĩ Ouidius quæ de Tage ipſo narrat:ſumpſiſſe uidetur. Ita nãq̃ Cicero ſcribit. Tages q̃dã dicitur in Tarq̃nienſi agro cũ terra araretur:& ſulcus altius eſſet impreſſus:extitiſſe repente:& cũ affatus q arabat. Sed q iudicio carent in oĩbus fere uel minimis labuntur:Eoq̃ magis ſi malignitas quoq̃ ingenii tarditati accedit: id qd facile ex eadẽ expoſitione demonſtratur. Ille territus inq̃t clamans conſciuit totã Ethruriã. Illa nãq̃ duo participia impite fuerũt copulata: & illud uerbũ conſciuit citra. ſ. litterã fuerat ſcribendũ. Sed barbariſmi oẽs quoſcũq̃ iſte admiſit: in librarioꝝ negligentiã referantur. Tantam uero bubulco fuiſſe uocẽ:ut totam ſuo clamore concitauerit Ethruriam: nemo unq̃ niſi plane fatuus affirmauit. Vt aũt alias iſtius ineptias omittamus:qd ſubiicitur. nõne iſtũ penitus ingenio carere oñdit? Inde inq̃t haruſpicina ſumpſit artem & ꝓncipiũ. Si haruſpicina eſt ars quo modo artem aliũde ſumere põt? Et putamus iſtũ recte Quintiliani finem expoſuiſſe? q uel in minimis q̃buſq̃ tam pueriliter labatur. Sed ne illud q̃dem quo ꝓma iſtius expoſitio clauditur:ineptiis uacat. Plin. tñ inq̃t non Tagen ſed Delphon fuiſſe ſcribit. Vt. n. taceam:qd agreſtis eſt ita locutio: Pliniũ cuius uerba iſte non ꝑcipit:a Cicerone Lucanoq̃ diſſentire ait: cũ Plinius Delphon ꝓmũ haruſpicinæ inuentorẽ fuiſſe ſcribat. Cicero aũt & Lucanus Thuſcos illã a Tage accepiſſe dicant. Illa uero q̃ ſubiicitur expoſitio facile demonſtrat iſtũ ne rudimentoꝝ q̃dem grãmatices eſſe peritũ. Indigenæ inq̃t populi geniti ex Ethruria. Pueri certe quantũuis rudes nõ ex Ethruria ſed in ethruria genitum eſſe aliquem dicerent:niſi forſitan iſte ſibi ꝑſuaſit hoĩes ut mures interdum ex terra gigni ſolere. Quid illud qd de haſtæ Romuli iactu ex Plutarchi ſñia ſcribit? nõne apte coarguit iſtum non modo litteraꝝ eſſe expertẽ: Veꝝ cõi quoq̃ ſenſu carere? Romulus inq̃t(ut ſcribit Plutarchus)lanceã corneã iaculatus eſt experiendi ĩgenii gratia. Quis unq̃ ingenii experiundi gratia aliquem haſtam iaculatũ eſſe diceret? Profecto nemo niſi Vecors:cũ ꝓſertim apud Plutarchũ legatur. Sui experiundi gratia. hoc eſt. ſuaꝝ uiriũ. Illud quoque de eadem arbore ĩſulſe ab iſto fuit ſcriptũ. Interiit aũt cũ. C. Cæſar ꝓpinqua arbori loca fodi mãdaret. Neque enim tũc exaruit arbor illa:cũ Cæſar mandauit illic gradus & aſcenſus inſtruẽdos. Sed cũ radices a fabris fuerunt exciſæ. Veꝝ hoc iſtius tarditati remittatur. Illa uero expoſitio nõne eſt & ĩpropria & falſa? Stabat. Firma erat. Stare nãque nõ firmũ? ſed erectũ eſſe ſignificat. Stare ſiq̃dẽ & colũnæ:& arbores dicũtur tantiſꝑ dum nõ cadũt. Illud minime mirandũ in iſto cõmẽtatore nouo foret:qd quæ ſunt in carmĩbus deprauata non corrigit:niſi multa temerarie deprauaret. Hic. n. uerſus. At ſua fluminea quũ uidit Cippus ĩ eũda:mendoſe legit̃:neq̃ ab iſto emendatur:qd q̃dẽ ꝓmũ expoſitoris eſt offm̃. Tametſi nãq̃ in exẽplaribus at ſcriptũ ſit:loco tñ illius hæc diſiunctio aut eſt reponenda:ita exigẽte ſñia quã iſte nondum ꝑcepit. De Cippo uero ne unũ q̃dem uerbũ facit:ꝑinde atq̃ ſi notiſſima hyſtoria foret: ac non & nomẽ & appellatio Cippus eſſet:id qd a diligenti grãmatico fuerat admonendũ. Sed qd in eo diligentiam exigo:q ipſa eſt negligentia? Id uero facile ex eo colligitur: quod de Roma ſcribit. Nam Roma in latio erat. Erat inq̃t:quaſi nũc in latio non ſit Roma: Sed in Apuliam cõmigrarit. Finis non erit:ſi oĩa iſtius errata ꝑſequi libuerit. Veꝝ illud quoq̃ apte oſtendit q̃ ſit aptus exponẽdis auctoribus impitus iſte pedagogus. Succinctis pinetis. Denſis inq̃t & alligatis pinetis. Nouas iſte expoſitiones importat. Nemo ſi q̃dem grãmaticoꝝ unq̃ aſſeruit. Succinctũ denſum ſignificare. Succincta nãq̃ pineta dicuntur:quod fere & ꝓcera ſint & iuxta cacumen ramos emittant: Vt ſuccincti milites appellantur altius cincti ac breuiores induti ueſtes. Sed illa quoq̃ q̃ infertur expoſitio ineptiis non caret. Iugerum etiam non a iungendo:ut iſte putat:ſed a iugo ut Varro ait eſt declinatũ. Quid? illa q̃ ſubiicitur:nõne fœdiſſimũ redolet ſolœciſmũ? Portæ quoq̃ quã intraturus erat. Per portam ĩtrare dicendũ eſſe ne fœmellæ q̃dem ignorant illud euangelicum ſæpius audientes:q non intrat per hoſtiũ fur eſt & latro. Sed iſte licentia poetica libenter uti uidetur:q̃uis poetæ nihil aliud habeat q̃ furorem. Quo q̃dem actus pleriſq̃ in locis quæ nihil ad ꝓpoſitum faciũt adducit:quæ uero maxime neceſſaria ſunt ꝑtermittit. Sed utinam omnia prætermiſiſſet:neq̃ tam ĩſulſa locutione uſus fuiſſet. Inſula. Ea inquit erat in Tyberi facta ex ſegete Tarquinii ſuperbi: ut uoluit Liuius. Barbara ẽ & agreſtis:neq̃ ab ĩgenuis agnoſcẽda iſta eſt oratio:ruſq̃ unde uenit ẽ remittẽda. Hoc uero fuſtibus

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES